b ¶Sic & e8o.] Argu. ſufficere reſpondenti dare inſtantiam 1. alibi ſufficit aſſignare rationẽ. a 8.q.1. ſic enim. Et dicit Ariſtoteles octauo Topicorum: optima inſtantiarũ eſt dicere, quare nõ ſic S. c ordinabis argumentum. hæretic' iuſtè baptizat. ergo dimittit peccatũ, quod ego nego. & inſto: auarus baptizat iuſtè; ergo dimittit peccatũ, q̃d nõ cõcederent ipſi. ſed dic inſtantiã nõ ualere; quia ſecũdũ ſuam opinionẽ concludit. ſic 27.q.1. nuptiarum.

Inſtructio rñdentis.

1 Inſtantiã gl. ſing. ſm Iaſonem in l ult. in fi. C und: lib. Glo ſimilis in l. creditori. de oper. noui nunc. vbi Alex. & Iaſon.

α ¶Ebrius.] *Addita, ſublata, & emendata ſunt nonnulla in hoc capite ex originali, non tamen vox iſta ob gloſſam. Legendum eſt enim, ebrioſus.*

Idem de baptiſmo contra Donatiſtas, lib. 4. c. 4.

¶De eodem. Cap. XLVII.

Poly. li. 3. tit. 10. Anſ. li. 9. c. 35. Iuo p. 1. c. 165. & p. 2. c. 94.

SIcut vrgeri videor, cũ mihi dicitur, ergo hęreticus dimittit [a] peccata? ſic & ego [b] vrgeo, cum dico, ergo qui cœleſtia mandata non ſeruat, auarus, raptor, fœnerator, inuidus, verbis, nõ factis ſæculo renuncians dimittit peccata? ſi per vim ſacramenti Dei, ſicut & ille, ita & ille: ſi per meritum ſuum; nec ille. Illud enim ſacramentum & in malis hominibus Chriſti eſſe cognoſcitur. In corpore autem vnicæ columbæ [c], incorruptæ, ſanctæ, pudicæ, nõ habentis maculam, aut rugam, nec ille, nec ille inuenitur. [Vt ſi cuius β manus eſſet arida, verum quidem eſſet mẽbrum: quãuis ſine ſanguine, & inefficax eſſet & mortuũ: ſic & fides, cum ſit vera, tamẽ ſine operibus mortua eſt.] *Item paulò poſt.* ¶Sic ergo in hæreſi baptizatus in nomine ſanctæ Trinitatis, tamen non ſit templum Dei, ſi ab hæreſi non receſſerit; quomodo neque in auaritia in eodem nomine baptizatus ſit templum Dei, ſi ab auaritia non recedat, quæ eſt idolorum ſeruitus.

Epheſ. 5. *Iacob. 2.* *Coloſſ. 3.*

β ¶Vt ſi cuius.] *Verba hæc uſque ad verſ. Item in vulgatis B. Auguſtini codicibus eo loco non leguntur, neque apud cæteros collectores.*

8 *Ex his itaque uerbis apparet baptiſma quod ab hæreticis tribuitur, uirtute ſua remiſſionem conferre peccatorum.*

Sed idem Auguſtinus econtra teſtatur lib. 6. de baptiſmo contra Donatiſtas, c. 1 dicens.

¶Baptiſma Chriſti, etſi nulla peruerſitate violetur, apud hæreticos tamen caret effectu. Cap. XLVIII.

ETiam [d] corde tardiores, quantũ exiſtimo, intelligunt baptiſmum Chriſti nulla peruerſitate hominis, ſiue dantis, ſiue accipientis poſſe violari. Sed quia [e] aliud γ eſt ſacramentum ab effectu ſacramenti; cum eos qui in ipſa vnitate eccleſiæ perdite viuunt, conſtet remiſſionẽ peccatorum nec dare, nec habere poſſe: quia non malignis, ſed bonis filijs dictum eſt: [Si cui dimiſeritis peccata, dimittuntur ei; ſi cui tenueritis, tenebuntur.] patet ergo hæreticos [f] tantum dare, vel accipere ſacramentum baptiſmi, & non dare remiſſionem peccatorum.

Ioan. 20.

γ ¶Sed quia aliud.] *Hinc vſque ad finem uerbis B. Auguſtini in ſummam redactis, ſententia tamen manet incolumis. Integer locus habetur de conſecr. diſt. 4. Quomodo. §. non ob aliud.*

Idem in ſermone xi. de verbis Domini, de blaſphemia in Spiritum ſanctum.

c ¶Vnicę columbę.] Quæ complectitur tantum grana ſine palea. 12 q 4. recurrat ſ. contra remiſſionem. in gl. fi.

EX HIS. Hæc eſt 8. pars q. in qua dicit, ꝙ baptiſmus in forma eccleſię datus à quocunque tenet: ſed pręciſus baptizatus non ſaluatur, ſicut membrum pręciſum à corpore non habet ſpiritum vitæ. Ioan de Fant.

ETiam.] CASVS. Ab iſto loco probat cõtrarium; ſcilicet, ꝙ baptiſma hęreticorũ non habet effectum. Eſt ergo caſus talis. Dicitur in hoc, ꝙ ẽt tardi ad credendum intelligũt, ꝙ malus dat, & accipit uerũ baptiſma, ſed non dat remiſſionem peccatorum, qui eſt effectus ſacramẽti: quia tm̃ bonis dictũ eſt, Cuĩ dimiſeritis pctã. &c.

d ¶Etiam.] Ab iſto loco inducit magiſter capitula, quibus vult probare, ꝙ hęretici, etſi ſacramentũ conferre poſſint, nõ tamen effectum ſacramenti. quãdoq; tamen inducit, ꝙ poſſint effectũ conferre, & ſub iſta alternatione venit vſque in finẽ quæſtionis fracto frœno.

Hęretici nõ cõferunt effectum ſacramenti.

e ¶Sed quia.] Sicut aliud eſt elemẽtum aliud conſecratio, vt de conſecr. diſtin. 4.

ſed ſi vim ſacramenti attendas, uterque dimittit. Nam quò ad merita utrumque membrum mortuum eſt; & ad hoc ut reuiuiſcant, oportet alterũ ab hæreſi, alterum per aquam. & ideò notatus fuit Cyprianus; quia non fecit iſtam differentiam. infra ea. ſi qui inquit,

f ¶Hæreticos.] Sacramentum gratiæ dat Deus etiam per

Sacramẽtũ gratiæ dat Deus p malos.

Digitized by Google

per malos;ipſam uerò gratiam, non niſi per ſe ipſum, vt inf. de conſecr.d.4 quomodo.

CORporalia.] CASVS. Dicitur in hoc, ꝙ ſicut membrum amputatum ſenſu caret & ineſſicax reputatͣ, ſic & corporalis baptiſmus hæreticorum eſt ablutio ſine effectu.

SED NOTANDVM. Hæc eſt 9. pars q. in qua dicitur, quod quidam hæretici non baptizant in forma eccleſiæ, & talis baptiſmus iteratur. Alij hæretici dant in forma eccleſiæ, & talis non reiteratur. Io.de Fant. CASVS. Soluit nunc Gratianus dicens, ꝙ ſup. dic.ca.& & ma-

¶De eodem. Cap. XLIX.

CORporalia[a] ſacramenta, quæ portant, & celebrant etiã ſegregati ab unitate corporis Chriſti, formam poſſunt exhibere pietatis[b]: Virtus verò pietatis inuiſibilis, & ſpiritalis: ita in eis non poteſt eſſe; quemadmodum ſenſus non ſequitur hominis membrum, quando amputatur à corpore.

¶ *In aliquot uetuſtis codicibus hoc & ſequens caput ſunt coniuncta ſuperiori.*

Item Ambroſius in libro de initiandis rudibus.

¶De eodem. Cap. L.

NOn ſanat baptiſmus[c] perfidorum; non mundat, ſed polluit[α]; quia in diluuio[d] aquarum multarum ad Dominum non approximatur; quia, vt per Apoſtolum dicitur: [Quidquid non eſt ex fide[e], peccatum eſt.] & ipſis, qui faciunt, & quibus faciunt, non ſolum non prodeſt; ſed & ad iudicium eſt.

Algerius, lib. 3. c. 1. & 13.
Pſal. 31.
Rom. 14.

α ¶Polluit.] *Hucuſque Ambroſius. Sed Algerus lib. 3. cap. 1. referens hunc locum, addit vſque ad ver.* approximatur, *ac deinde, c. 13. citans etiam eundem librum B. Ambroſij, adiungit reliqua huius capitis vſque ad finem.*

Item Leo ad Nicetam Aquileienſem epiſcopum, epiſt. 77. al. 79. c. 7.

¶Per manus impoſitionem confirmentur, qui ab hæreticis baptiſma accipiunt. Cap. LI.

HI qui baptiſmum ab hæreticis acceperunt, cum baptizati[f] antea non fuiſſent, ſola inuocatione Spũs ſancti, per impoſitionem manuum cõfirmandi ſunt, quia formam tantũ baptiſmi ſine ſanctificationis virtute ſumpſerunt. Et hanc regulam, ut ſcitis, ſeruandam omnibus eccleſijs prædicamus, ut lauacrũ ſemel initum nulla iteratione uioletur, dicente Apoſtolo: [Vnus[g] Dominus, vna[h] fides, vnum[i] baptiſma:] Cuius ablutio nulla iteratione temeranda eſt: ſed, vt diximus, ſola ſanctificatio ſancti Spiritus inuocanda eſt, vt quod[k] ab hæreticis nemo accipit, a catholicis ſacerdotibus conſequatur.

Poly. li. 3. tit. 10.
Inf. ea. c. hanc regulam.
Epheſ. 4.

9 *Sed notandũ eſt, quòd hæretici, ut Arriani, & Sabelliani, quorum[l] alij inæqualitatẽ, alij indiſcretionẽ perſonarũ[m] cõfitebantur, baptiſma non in forma eccleſiæ[n], ſed ſuæ peruerſitatis miniſtrabant.* ¶*De his ſpecialiter* ſup. c. non ſanat.

a ¶Corporalia.] qa miniſterio corporũ, & circa corpora conferuntur, vel quia q̃dã ſunt corporea, vt chriſma, vel formæ corporum ſunt, uel qa ſub corporalibus ſpeciebus conferuntur 1. Sed nunquid cum corpore peunt. arg ꝙ non ꝫ. eadem. quod quidam. 32. q. 7. tantum ualet.

1 Vel dic, ꝙ hoc dicit ad differentiam ſpiritualium ſacramẽtorũ. Eſt enim baptiſmus ſpiritualis & inuiſibilis, ut interior, eſt et corporalis, & viſibilis ſicut exterior. Similiter ordo, & confirmatio, & extrema unctio, Corpꝰ Dñi, & pnia ſm Hug. & Pau.

b ¶Pietatis.] i. ſanctæ religionis, & ueritatis: ſed ideo dicit, quia tunc eſt ibi pietas, cum ueritas, &c.

NOn ſanat.] CASVS. Dr in hoc c ſꝙ baptiſma perfidorum non prodeſt. Et hoc probat Apoſtoli auctoritate dicentis, oẽ quod non eſt ex fide, peccatum eſt: imo potius nocet aſſumentibus illud baptiſma.

c ¶Baptiſmus.] Datus extra formã eccleſiæ, ut inf. eod. §. ſed notandum.

d ¶Qui in diluuio aquarũ.] i. multiplicitate diuerſarũ ſententiarũ, vel ſẽctarũ 2. vel in diluuio tñ, quia ſolus baptiſmꝰ non ſufficit, niſi & gratiã detur.

Diluuium aquarum.

2 Vel dic in diluuio, in carnalib. cõcupiſcẽtijs, vel .i. cum inundabunt aquæ, ideſt, pœnæ, & anguſtię in die iudicij ſecũdum Hug.

e ¶Ex fide] .i. cum fide operante per dilectionem.

HI q.] CASVS. Dr hic, ꝙ hi q ab hæreticis baptizantur, per impoſitionem manus epi ſunt cõfirmandi, vt ſic gratiam Spiritus ſancti in eccleſia recipiant: baptiſma tñ reiterari non debet, dicente Apoſtolo, vnus Deus, &c.

f ¶Baptizati.] Nam tunc nihil acceperunt ab eis. 68. d. § hi uerò.

g ¶Vnus.] ideſt, incommutabilis.

h ¶Vna.] ideſt, ab uno ueniens.

i ¶Vnum.] ideſt, vnam habens efficaciam in omnibus ſiue paruulis, ſiue adultis: niſi malitia ſuſcipientis impediat, uel unum quia non iterandum.

K ¶Vt quod.] Scilicet ſanctitatis uirtutem, gratiam, remiſſionem peccatorum: exaudi tamen, ut dicit Gratianus, inf ea §. nemo. Nam aliter conſtitutus in neceſſitate accipit, 32 diſt. § .uerum.

maxime c. non ſanat. intelliguntur de his qui non baptizati ſunt in forma eccleſiæ, qui debent iterum baptizari Et hoc probat per ſeq c.

l ¶Quorum.] Vt Arriani, qui dicunt filium nõ coæternum patri. 24. q. 3. c. quidam. ver. Arriani.

m ¶Perſonarum.] Vt Sabelliani, qui dicunt eandem perſonam eſſe Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, vt 24. q. 3. quidam. ver. Sabelliani. Error Sabellianorum.

n ¶Eccleſiæ.] Quæ neceſſaria eſt. 32. d. §. uerum. & inf. ead. c detrahe.

Digitized by Google

SI quis conſugerit.] CASVS Statutum fuit in Nicæno concilio, vt baptizati a Paulianiſtis, præter formam eccleſiæ, ad nos redeuntes debeant iterum baptizari, eorum clerici, ſi aliàs fuerint inculpabiles, poſt baptiſma, apud nos ordinentur, ſi vero minus idonei inueniantur, repellantur. Cataphrygis, qui non baptizant in forma Eccleſiæ, & ſic ſoluuntur contraria, inf. de conſec. diſt. 4. qui bis, ſed hic non fuit facta iniuria ſacramento, cum nullum præceſſerit: ibi contra, vel hoc intelligendum eſt per illud. Nam ibi dicitur, niſi neceſſitas, &c. Item cōtra inf. ea ſi quis p ignorantiā, ſed hoc de diſpēſatione. illud de rigore. Vel hic loquitur de iure, quia, cū hic nullū fuerit prius baptiſma, nec ordo, vnde nō ſit hic iniuria alicui ſacramento: ſed tūc baptizātur, & ordinantur, nec tangit illud c hoc, quia ibi alius caſus. ſ. quia ibi ſunt duæ quæſtiones ſecundum vnum caſum.

Baptiſmo an fiat iniuria per reiterationem.

Ambroſius locutus eſt dicens.] Non ſanat baptiſmus perfidorum, &c.] Sed etiam, vt rebaptizentur, & reordinētur in concilio Nicæno, c. 19. Statutum eſt.

¶Rebaptizentur, & reordinentur, qui de Paulianiſtis, & Cataphrygis ad Eccleſiam redeunt. Cap. LII.

SI quis confugerit ad eccleſiam catholicā de Paulianiſtis [a], & Cataphrygis α [b], ſtatutum eſt rebaptizari eos omnino debere. Si qui verò clerici erāt apud eos, ſi quidē inculpati fuerint, & irreprehenſibiles, rebaptizandi ſunt, & rurſus [c] etiam ab epiſcopo eccleſiæ catholicæ ordinētur. Si vero examinati minus fuerint apti deprehenſi, deponi [d] eos oportet. Similiter autem, & circa diaconos β, & de omnibus, qui in eodem clero inueniuntur, eadem forma ſeruabitur.

α ¶[Cataphrygis.] *Legitur hæc dictio in priſca verſione, quæ eſt in varijs exemplaribus collectionis Iſidori impreſſis, ac manuſcriptis: ſed non eſt in Canone Græco, neq; in verſione Dionyſii, aut alijs recentiorib. Quòd autem, & iſti baptizandi ſint traditū eſt in concilio Laodiceno, c. 8. in ſynodo ſeptima ſeu ſecunda Nicæna, c. 7. & infra. de conſec. d. 4. c. hæ verò, quod eſt Gregorij.*

β ¶[Diaconus.] *Græcè eſt,* περὶ τῶν διακονισσῶν, καὶ ὅλως περὶ τῶν ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζομένων, *id eſt,* De diaconiſſis, & de his omnino, qui in commune connumerantur.

Item Innocentius ad Epiſcopos Macedoniæ, epiſt. 22. c. 5

¶De eodem. Cap. LIII.

PAulianiſtæ [e] in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti minimè baptizabant, & Nouatiani iiſdem tremendis, venerandiſque nominibus baptizant; nec apud iſtos de vnitate poteſtatis diuinæ, hoc eſt patris, filij, & ſpiritus ſancti quæſtio aliquando mota eſt.

Alij [f] formam eccleſiæ in baptizando ſeruant. Sed dum ab eis baptizantur, qui in hereſi, vel ſchiſmate eis communicant, ſacramentum quidem baptiſmi ab eis accipiunt, virtutem verò non conſequuntur, quam ſine fide nullus conſequi poteſt. Vnde de Domino dicitur, quòd in patria [g] ſua non poterat [h] facere ſignum propter incredulitatem eorum.

Luc. 4.

Vnde Auguſtinus tract. 80. ad c. 15. Ioannis, & ſermone de catechyſmo, c. 3 initio.

¶Dum verbum accedit ad elementum, fit ſacramentum. Cap. LIV.

DEtrahe [i] verbum, & quid eſt aqua, niſi aqua? acce-

c ¶Rurſus.] Arg. q non baptizatus nullum recipit ordinē. ext. de presb. nō bap. ca ſi quis presbyter. inf. eo. ti c. ſi quis p ignorantiam, ſup ca. cum Paulus.

Ordinari nequit qui baptizatus nō eſt.

d ¶Deponi.] De facto 1, vel deponi, id eſt non admitti.

1 Scilicet de eo ordine quem apud hæreticos videbamur habere. Arch.

e PAulianiſtæ.] Iſti nō baptizabāt i forma eccleſiæ, ſed Nouatiani ſic, ſed rebaptizant iā baptizatos. Sed illi, q a ab eis in forma eccleſiæ ſunt baptizati, ſi eis cōicant in hæreſi: tunc effectū ſacramēti nō recipiunt, quē nullus ſine fide conſequi poteſt.

f ¶Alij] Hic §. reſpicit, §. ſup. poſitū, ſed notandum.

g ¶In patria.] Quia nemo ꝓpheta eſt acceptus in patria ſua

h ¶Non poterat.] i. nolebat, vel quia potentiæ ſuæ nō cōgruebat, ar. 32. q. 5 ſi Paulus, quia ipſi erāt increduli. Sed nōne poterat facere ne eſſent increduli, & ita facere miracula: nā dicit regula iuris, q qui pōt facere, vt poſſit, dr poſſe. vt ff. de reg. iur. q poteſt, ſed lex illa itelligitur de eo, qui tenetur ex neceſſitate, & adſtrictus eſt ad aliquid faciendum.

Error Paulianiſtarum.

a ¶Paulianiſtis.] Qui dicebant Chriſtum nō fuiſſe ſemper, ſed a Maria ſumpſiſſe initium, vt inf. 24. q. 3. quidē, § Pauliani.

b ¶Cataphrygis.] Cataphrygæ dicunt ſpiritum ſanctum paruulum hominem, &c. vt in prædi. c. quidam, verbo,

DEtrahe verbum.] CASVS. Oſtendit hic, q ſi verbum Euangelicū ſub forma debita apponatur ad aquā, ipſa fit ſacramentum: in qua tanta virtus eſt, vt corpus tangat, & cor abluat, non tamen quia verbum dicitur, ſed quia fides adhibetur. Seq. §. patet.

Detrahe verbū ab aqua, & quod ſignat ibi verbum.

i ¶Detrahe.] Ideſt, ſi aliquis immergat aliquem, & non

Digitized by Google

dit verbum [a] ad elementum,& fit ſacramentum [b]. *& infra.*¶Vnde iſta tanta virtus aquæ,vt corpus tãgat,& cor abluat;niſi faciente [c] verbo?nõ quia dicitur; ſed quia creditur [d]. Nam & in ipſo verbo aliud eſt ſonus [e] tranſiens, aliud [f] virtus manens.

De his etiam,qui in hæreſi, vel ſchiſmate baptizantur,ſcribit Auguſtinus libro de fide ad Petrum diaconum,c.36.dicens.

Aug.l.3.c.12.

¶Extra eccleſiam baptizati perniciem ſibi cumulant,ſi ad eccleſiam non redierint. Cap. LV.

FIrmiſſime tene, & nullatenus dubites, extra eccleſiã baptizatis,ſi ad eccleſiam nõ redierint,baptiſmo cumulari [g] perniciem. Tantum enim valet eccleſiaſticæ ſocietatis communio † ad ſalutem; vt baptiſmo non ſaluetur,cui non ibi datur,vbi oportet vt detur.

† *vnitas.*] ori.

Item tractatu 13.ad c.3.Ioannis.

¶Infirma ſunt dona, quæ præter vnitatem eccleſiæ habentur. Cap. LVI.

TEneamus [h] fratres mei vnitatẽ.Præter vnitatẽ,& q facit miracula,nihil eſt [i]. In vnitate.n. erat populus Iſrael,& non faciebat miracula: præter vnitatẽ erant magi [k] Pharaonis, & faciebant ſimilia Moyſi. Populus Iſrael, vt dixi: non faciebat miracula. Qui erant ſalui apud Deum,qui faciebant,an qui non faciebant? Petrus

Exod. 7.

non proferat verba, non baptizat: quia non ſolum elementum, nec ſola verba ad hoc ſufficiunt. Vel aliter; quidam baptizant tantum in nomine patris, & ſpiritus ſancti,& tunc expone, detrahe verbum,ideſt,filium:q d eſt aqua,niſi aqua?quaſi dicat,non eſt ibi baptiſmus.de conſec.diſt 4.in ſynodo. Vel aliter detrahe verbũ ab aqua.i.formam,& non erit ſacramẽtum baptiſmi. Et no ꝙ Gãdulphus dixit,ꝙ ipſa aqua ſit ſacramentũ .ſ. ipſum elementũ arg.de conſe.d.2 ca. ſacrificium, vnde ſi aſinus bibat aquam illam,bibit ſacramẽtum, ſicut de mure diximus de conſec. diſtinctio. ſecunda, qui bene non cuſtodiunt. Alij dicunt, quod impoſſibile ẽ, quod aſinus bibat ſacramentum nam dicũt,quòd aqua illa in eodem inſtanti incipit, & deſinit eſſe ſacramentum .ſ. in vltima prolatione ipſius formæ, Baptizo te in nomine patris &c. vt notaui de conſe.d 4.c.1.ſed per alias orationes, quæ primo fundunturſuper ipsã aquã, non fit aqua hoc ita verum eſt ſm eos,ꝙ ſi in eo inſtanti quo forma finit, & aqua ſit ſacramentũ,puer non eſſet in aqua, puta antequam dixiſſet, & ſpiritus ſancti, leuaſſet eum de aqua: non eſſet baptizatus. Nec eſt mirum ſi incipiat, & deſinat eſſe in eodem inſtanti, cum ſit idem ẽt in alijs caſibus,ſecundum legem,nam ſi quid mihi debetur ſub conditione,& illud accepero,tuli ante exiſtentiam conditionis:ſi poſt exiſtat conditio,eodem inſtanti incipit,& deſinit eſſe debitum,ff.de accept.l.antepenul,&.i qđ in diem,vt dicit lex.Sed falſum eſt ꝙ lex dicit.quia intelligitur olim liberatus, vt ff.de ſolu.ſub cõditione,debitor. Melius poteſt poni exemplum in ſeruo dato vxori a viro, vt eum manumittat. nam in eodem inſtanti incipit,& deſinit habere dominium,ff. de don. inter vir. & vxor.quod autem.§.vlt arg.hic,in fi.contra: quia alius eſt ſonus,&c.ſed quod dicit,ꝙ virtus permanet,non intellige in aqua,ſed in puero.Item arg.cõtra. ff.de vſufru.Tertio cum morietur. Item aliud exemplũ poteſt poni vbi quis ſimul incipit, & deſinit eſſe debitor.vt ff.ad Velleia debitrix.Quidam autem intelligunt aliter illam literam.

Aqua baptiſmi,an ſit ſacramentum.

Idẽ incipit, & deſinit in eod.inſtanti.

a ¶Verbum.]Nam verba neceſſaria ſunt.arg.in l.1.ff.de verb.oblig.

b ¶Et fit ſacramentum.].i.ſacramentum ſit ibi ex forma verborum, & aqua:quod eſt baptiſmus.Sed quęritur ſi in litore maris baptizetur, quis, an tota aqua conſecretur,an non?Dicendum eſt,quòd illa tantum quæ puerum tangit,arg.ff.de relig.l.a.§.Celſus.nam ibi dicitur, quod ſola terra, quæ tangit corpus hominis, eſt religioſa.Vel poteſt dici,ꝙ etiam illa,quæ iſtam tangit,vt ff.de re.vend quæ religioſis,ſed exaudi per canonem,11.q.3. quoniam multos,quia excommunicatio non tranſit in tertiam perſonam:ſic nec religio.

Baptiſmus in maris littore factus nõ cõſecrat totũ mare.

c ¶Faciente.i.in forma Euangelij: in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti.

d ¶Creditur.] Sup.ea.ſicut.Vř ergo,quòd mutus poſſit baptizare; quia matrimonium poteſt contrahere: maxime ſi tres perſonas poteſt exprimere; quod concedo ſi eſt mutaſter, aliter ſi loqui non poteſt,nõ baptizabit 1 & quod dicitur,ſed quia creditur,hoc ad ſuſcipientem. refertur, quia non exigitur fides conferentis, ſed ſuſcipientis,de conſec.d.4.tunc valere,ab ipſo enim dante ſola intentio requiritur, vt dixi ſup.ea.ſicut.

1 Adde idẽ eſſe in ſurdaſtro. facit gl. in ſi. in l. fi. ff.de leg.tut.

e ¶Sonus.]eſt Sonus vocalis, & eſt ſonus mentalis.

f ¶Aliud.] i.efficacia a Deo ſibi collata.inf de conſec. d.4.c.ſolet,& c.quamuis,&c.eccleſia paradiſo.

FIrmiſſime.] CASVS. Dicitur hic quod non prodeſt baptiſmus ſi extra vnitatem eccleſiæ conferatur,niſi baptizatus ad eccleſiam redierit.

g ¶Cumulari.] Cumulum ſupplicij.32.q 7. vſq; adeo.

TEneamus.] CASVS. Dicitur hic,ꝙ extra veritatem eccleſiæ non proſunt dona etiã miraculoſa, & hoc probatur exemplo populi Iſrael, & magorum Pharaonis, qui fecerunt miracula, & tamen damnati ſunt, ſed populus non fecit miracula,& tamen ſaluabatur, vt quidam Chriſtiani in nouo teſtamento ſaluantur,licet miracula non fecerint, ſed Simon magus qui damnatus fuit,miracula fecit.Sequens c.patet.

h ¶Teneamus.]Probat baptiſmum poſſe conferri a Malis,& ipſi poſſunt miracula facere inf.ea.prophetauit.

i ¶Nihil eſt.]Quo ad vitam æternam.

K ¶Magi.]Ioannes,& Mambres iſti magi.ſ.Ioannes,& Mambres tria fecerunt miracula, virgas in ſerpentes conuerterunt, & aquam in ſanguinem, & fecerunt aquam ranis ebullire,ſed Cyniphes 2 non potuerunt educere,vt Moyſes, vnde dixerunt 3 Digitus Dei eſt hic,& ita fecerunt in quarto miraculo, ſcilicet in tertia plaga 4 quia primum non fuit plaga, & ideo quandoque dicuntur, defeciſſe in tertio miraculo, quia in tertia plaga

Ioannes, & Mãbres magi, tria fecerunt miracula.

2 37 d c.legimus,§.hinc etiam.

3 Exodi 8. 26.q.5. nec mirum. ver. nec ideo.

Digitized by Google

plaga.26.q.5.nec mirum.

a HAnc.] Hoc c.eſt pars illius c.ſup.ea.qui.& repetit hic finē illius cap.vt exponat in §.ſequenti.

NEMO. Hæc eſt decima pars quæſtionis, in qua dr̃, ꝙ baptiſmus poteſt dari a quocunque: & hoc vſque ad §. hoc eſt bona ſolutio & vera, quæ probatur per ſequens c.

b ¶Nemo.] Arg. ad quæſt.de inuaſore, vtrum per eum poſſit præſentari clericus in eccleſia, & ſi per hæreticũ ſententia iuſta detur 1,de conſe.diſt.& dixit dominus. Ioan. quorum vtrunque falſum eſt, quia inuaſor non toleratur. & hæreticus eſt excõicatus. 1 Arg.inf.ca. qđ quidam. in princ.

Act.8. & 9. Apoſtolus reſuſcitauit mortuum, Simon magus fecit multa. Erant ibi multi Chriſtiani, qui non poterant facere, nec quod faciebat Petrus, nec quod faciebat Simon. *Luc.10.* Sed vnde gaudebant? quia nomina eorum erant ſcripta in cœlo.

Item Leo ad Nicetam epiſcopum, epiſt. 79.c.7.

¶Baptiſma ſemel traditum non eſt reiterandum.

Cap. LVII.

ſup.ea.c.hi qui. HAnc[a] regulam, vt ſciatis, ſeruandam omnib. eccleſijs prædicamus, vt lauacrum ſemel initum nulla iteratione violetur, dicente Apoſtolo: *Eph.4.* [vnus Dominus, vna fides, vnum baptiſma.] Cuius ablutio nulla iteratione temeranda eſt: ſed vt diximus, ſola ſanctificatio ſancti ſpiritus inuocanda eſt, vt quod ab hæreticis nemo accipit, a catholicis ſacerdotibus conſequatur.

10 *Nemo[b], in hæreſi, vel ſchiſmate conſtitutus intelligendus eſt. Cæterum ſi cum fidei integritate, & animi puritate de manu hæreticorum in forma[c] eccleſiæ aliquis baptiſma acceperit; tūc impletur illud Auguſtini:* *ſup.ea.c.ſi iuſtus.* *[Per lapideum canalem[d] aqua tranſit ad areolas, & iterum: [Spiritalis virtus ſacramenti &c.] Idem ſermone 11. de verbis Domini, de blaſphemia in ſpiritum ſanctum.*

¶Etiam per malos boni colliguntur. Cap. LVIII.

ſup.ea.c.ita fit. Iuo p.2.c.104. SPiritus ſanctus in ſancta eccleſia, etiam iſto tempore, quo velut granum † cũ palea trituratur, ſic operatur, vt nullus veram confeſſionem aſpernetur, nullius ſimulatione fallatur[e], atque ita reprobos[f] fugiat, vt etiam per eorum miniſterium probos[g] colligat.

† *area*] orig.

Ecce quando † ab hæreticis baptiſma cum ſua virtute accipitur: cuius tam neceſſaria adminiſtratio eſt, vt nec etiam a paganis[h] datū poſſit reiterari. Vnde in eccleſiaſtica hiſtoria legitur, quod Alexander eps Alexandriæ, cū Petri martyris ſolēnia celebraret, poſt expleta Miſſarum ſacramenta vidit ſuper oram maris puerorū[i] ludū imitantium, vt fieri ſolet, epiſcopum, & gerentiū ea, quæ in eccleſia geri mos eſt. Mox eos ad ſe perduci iubet; & quid egiſſent percunctatur. Illi rei ordinem pandunt baptizatos a ſe eſſe quoſdam catechumenos confitentur per Athanaſiū[k] puerū, qui illis fuerat epiſcopus ſimulatus. Vbi ex reſponſis eorum vidit ſecundum religionis noſtræ ritū cuncta conſtare, ſtatuit, illis, quib. integris interrogationibus[l], & reſponſionibus aqua fuerat infuſa, iterari

† *al.quomodo*]

lib.10.cap.14.

c ¶Forma.] Scilicet in neceſſitate, vel ignoranter.

d ¶Per lapideum canalem.] ſupra c.ſi iuſtus.

SPiritus ſanctus.] CASVS. Dr̃ hic, ꝙ ſpiritus ſanctus, & ſi nullius fictione fallatur, ſic tamē fictis vtitur, vt per eorū miniſterium bonos colligat.

e ¶Fallatur.] Nam mentiri Deo poſſumus, ſed ipſum fallere non poſſumus, de conſe.diſt.2.panem. omnia enim certa ſūt ei. ff.de iudi. ſed & ſi reſtituat.§. vlt. arg. contra. 81.diſt. oportet. 16.q 1. reuertimini. Mētiri Deo poſſem'. ſed non ipſum fallere.

f ¶Reprobos.] Arg. non præiudicare alicui in ſua cauſa religionem alterius, nō enim melius debet alicui credi, q̃a ſigna & miracula facit, cũ & bonis & malis ſint communia, ſup. ea.c.multæ. Miracula bonis & malis ſunt cõ̃a.

g ¶Probos.] Quia illud ſacramentum puro corde ſumunt, inf eo. non nocet.

ECCE. Iſte §. & hiſtoria in eo poſita patent ex textu.

h ¶A paganis.] Si in forma eccleſiæ detur, de conſec diſt.4. a quodam.

i ¶Puerorum.] Doli capacium. aliter nihil agerent 2. nã tales furioſis cõparantur, ff.de acq.poſſeſ. l.1.§ primo, 15.quæſtio, 1.illud. Quis autem ſit doli capax, lex dicit, ſcilicet qui eſt proximus pubertati. ff.de reg.iur. pupillum. ignorans tamen acquirit aliqđ ff.quemadmod.ſer.amit. ſi patrem.§. 2 Quod non ſup.ea. q.de dit. in fine.

hoc ergo.Io.de Fant.

CASVS. Supra in quibuſdam c.dictum eſt, ꝙ baptizati ab hæreticis conſequuntur effectum baptiſmatis, & remiſſionem, vt ſu.c.ſi iuſtus fuerit, & in capitulis ſequentib. poſtea dictum eſt in quibuſdam c. contrarium, vt in cap.etiam.& ſequentibus. Nunc Gratianus ſoluit hanc contrarietatem, dicens, ꝙ illi, qui ignoranter, vel in neceſſitate, & in forma eccleſiæ recipiūt baptiſma ab hæreticis conſequuntur remiſſionem, alias non, & hæc

k ¶Per Athanaſium.] Proprium nomen.

l ¶Integris interrogationibus.] Per hoc, ꝙ dicit, integris, patet per non iocoſum factum fuiſſe: & ita non ſoluitur hic illa quæſtio arg de conſe.d.4. ſolet quæri. licet quidam dicant eam hic ſolui. Sed dico etiã, ꝙ licet formam ludendo accipiat. dum tamen baptizare intēdat, baptizat. Si autem omnia iocoſe fiant, non erat baptiſmus, ar.22.q.2.c.ꝙ ait.ff.de act.& oblig. obligationum Baptizatus iocoſe nõ eſt baptizatus

Digitized by Google

ſubſtantia, §.vlt.extra de ſent.excom.ſi vero.
ADDITIO. De hoc etiam no.in præced.c. ſolet.in gl. vlt.ibi videtis.Arch.
a ¶Baptiſmum.] Argu.non iterari ſacramentum, licet non ſit perfectum.

g. ¶Paganus]Sup.d.32.§.verum.inf de conſect.diſt.4. quos a paganis contra, ſed ibi præter formam eccleſiæ fuerunt baptizati: hic autem de eo baptiſmo agitur, quod in forma eccleſiæ traditur.
QVOD AVTEM. CASVS. Dictum eſt ſup. quod ſacra-

baptiſmum [a] *non debere* [b], *ſed adimpleri* [c] *ea, quæ* [d] *ſacerdotibus mos eſt. Hinc etiam Iſidorus ait.*

¶De his, qui per ignorantiam ordinantur, antequam baptizentur. Cap. LIX.

Cap.lib.5.c.4. Burc.l.4.c.106. Algerus.l.3.c.6. Iuo p.1 c.294. Pann.l.1.c.95. Mag.l.4.d.5.in principio.

SI quis [e] per ignorantiam ordinatur, antequam baptizetur, debent ab eo baptizati iterum baptizari, & ipſe vlterius non ordinetur [f]? Sed Romanus Pontifex non hominem iudicat, qui baptizat, ſed ſpiritum Dei subminiſtrare gratiam baptiſmi, licet paganus [g] ſit qui baptizat.

¶*Caput hoc Burchardus & Iuo citant ex dictis Iſidori: ex qua citandi formula ſolet indicari non eſſe propria auctoris verba. Videtur autem in priore parte, vel proponi quæſtio, vel falſa alicuius opinio recitari, cui deinde in poſteriore parte opponatur vera.* Sed Romanus, &c. *quæ infra etiam de conſecr.d.4.cap.*Romanus, *citatur ex Iſidoro. Idque clarius lib.9.capitularium, c.4. exponitur his verbis:* Si quis baptizatus eſt a presbytero non baptizato, & ſancta Trinitas in ipſo baptiſmo inuocata fuit, baptizatus eſt, ſicut Sergius Papa dixit; Impoſitione verò manus indiget Gregorius epiſcopus Romanus, & Ioannes Sacellarius ſic ſenſerunt.

PALEA. Cap. LX.

ext.c.1.de presbytero non bap.l.6.c.94 Burc.l.4.c.74. Iuo p.1.c.268. Pan.l.1.c.96.

SI presbyter ordinatus deprehenderit ſe non eſſe baptizatum, baptizetur, & ordinetur iterum α.

¶*Hæc palea, & locis indicatis, & in collectione, quæ eſt in tomo 3.Conciliorum poſt decreta Alexandri tertij, & c.1.de presbytero non baptizato citatur ex concilio apud* Compendium.

α ¶Iterum. *Sequebatur,* & omnes quos prius baptizauit: *quæ ſunt expuncta, quia non habentur in d.c.1.de presbytero non bapt.neque in c.ueniens, eod.tit.ubi refertur, licet habeantur in alijs locis indicatis.*

Quòd autem cætera ſacramenta ab hæreticis miniſtrari non poſſint [h]; *teſtatur Hieronymus in Aggæum prophetam, c.2.*

¶Non placent Deo, quæ ab hæreticis offeruntur. Cap. LXI.

SIc † populus α [i] iſte hæreticorum omnium eſt in conſpectu meo, dicit Dominus, oē quod fecerit, quod † *al.*Si

Baptiſmi ſacramentum etiam imperfectum non iteratur.

1 Adde qualiter probabitur ſimulatio, & an perteſtes, not. Bald. in l.1. C.plus valere, quod agi. & in l.ſicut. §. ſuper uacuum. ff. qui mo. pi. vel hypo.ſol.

2 Arg ad hoc infra 27. q. 1. mulieres obtentu. vbi de hoc.

3 Et eſt dicēdū, ꝙ ſic ext. de presbytero non bap. cap. 1.& 2. Arch.

b ¶Non debere.] Ar. ſimulationem alicui præiudicare 1.ſu. di. 27. quod interrogaſti.inf.22.q.5 ecc.Ↄ. de conſect. diſt.4.ſolet quæri 2, contra, inf.ca.22. q 2. quod ait, ff de act.& obli. obligationum.

c ¶Sed adimpleri] Arg.23.di.quorumdam.7.q 1. nihil.

d ¶Ea quæ] Scilicet, vt in vertice & pectore & in ſcapulis vngatur extra de ſac non ite.c.1.in ſi. Ioan.

SI quis] CASVS. Aliquis antequā baptizaretur, fuit ordinatus in presbyterū, & ante baptiſma multos baptizauit. Modo quæriť vtrum baptizati ab eo debeant iterū baptizari, & an debeat ipſe a promotione repelli: Et rſidet Roman' Pontifex, ꝙ nō dēnt iterū baptizari: ſed de ordinatione non rńdet. Et legitur iſta interrogatiue vſque ibi, Sed Romanus Pontifex.

e ¶Si quis.] Quidā ponunt ita caſu iſtū. Duę q̄ōnes ſūt hic Iſidoro. Prima vtrū baptizati ab ordinato añ baptiſma ſint rebaptizandi? Sc̄da, vtrū ipſe dēat ordinari 3? Ad primam q̄ōnē rńdet ab illo loco, ſed man'. Sec ū dæ q̄ōni non rńdet: ſed poteſt decidi per c ſup. ea. ſi quis cōfugerit. & ſecūdum hoc legitur totum ſub interrogatione vſq; ad illud, ſed Romanus Sed ſupplebis ſecundum hoc in litera, vlterius non ordinetur, ſed, ideſt, quia, &c. Et ita reſpondet vni quæſtioni, non alij, arg. extra de præſumpt. nonne inſtit.de inut. ſtipul. §.quoties.C.de diuer.reſcript.l.1. & hoc verum eſt, cum ſint connexæ. Alij legunt cap. plane, & dicunt, quòd baptizati ab eo debent rebaptizari. Sed male dicunt, vnde illud. Sed Romanus eſt correctiuum, & ipſe vlterius non ordinetur. & hoc corrigitur ſup.ead. ſi quis confugerit. Vel hic loquitur de rigore ſecundum Iſidorum, ſecundum caſum, quem ponit Iſid.ſecundum falſam quorundam opinionem, ꝙ ſcilicet tales debent rebaptizari. vnde corrigit ſtatim ibi, ſed Romanus. quaſi dicat: ita alij dicunt, ſed Romanus, &c.

f ¶Non ordinetur] De rigore, aliàs ſecus. ext. de cler. non ord. miniſtran.c.1.

cramentum baptiſmi ſumptum ab hæretico in neceſſitate, vel ignoranter, valet: cætera vero ſacramēta ab eis miniſtrari non poſſunt: & ſi fient ab eis, inania ſunt, & intelliguntur ſequentia c.de ſacramentis hæreticorum, in quibus forma eccleſiæ prætermittitur, vel quando recipiuntur ab eis præter neceſſitatem, & ſcienter.

h ¶Non poſſint.] Cum effectu gratiæ.not. facti gratiā nocere Item not.non quod quis faciat, ſed cuius auctoritate quid faciat, conſiderandum.

SIc populus.] CASVS.Dr̄ in hoc, quòd oblationes hæreticorum, vel vota, ſiue pro pace, ſiue pro peccatis fiant, item ſacrificia, ieiunia, eleemoſynæ, & caſtitas eorū, omnia ſunt cōtaminata in cōſpectu Dei. Sequentia c. vſque ad c.ſi quis innuit, plana ſunt: quia de eadē materia loquuntur, & idem repetunt, & per ſe videbis.

i ¶Sic populus.] Sic, conſecutiuū eſt, & hæc ſequentia cap.

Digitized by Google

cap. loquuntur quando forma prætermittitur, vel ſcienter præter neceſſitatem ſacramenta recipiuntur.
a ¶ Vel Vota.] Gñale eſt, & poſtea ſubdiuidit ꝑ partes.
b ¶ Vel pro ſalute.] Pro ſalute & ꝓ peccato dicit, quaſi ſint nomina ſacrificiorum, quorum vnum ad ſalutem conſeruandam, alterum ad peccata purganda offerebatur, quidam codices non habent ſecundum. H.
c ¶ Vel pacifica.] Sic autem dicebatur ſacrificium qđ offerebatur pro pace adepta, vel adipiſcenda.

d ¶ Vel in holocauſtum.] Holon totum, cauma incendium. 50. diſt. ponderet, verſi. fina.
e ¶ In conſpectu meo.] Eccleſiaſtica enim dignitas non facit eum Chriſtianũ, vt inf. 2. q. 7. non omnes epiſcopi.
f ¶ Specie ſui.] Quantum ad ſuperficiem.

1 De his ſacrificijs plene legitur in Leuitico, Archid.

mihi obtulerit, vel vota[a], β vel pro ſalute[b], vel pacifica[c] vel pro peccato, vel pro delicto, vel in holocauſtũ[d], ſiue eleemoſynas, ſiue ieiunia, ſiue victus continentiã, & corporis caſtitatem, contaminata erunt in conſpectu meo[e]. Quamuis enim ſancta videantur ſpecie ſui[f], quæ offerũtur à talib. tamen, quia tractata ſunt ab eo, qui pollutus in anima eſt, omnia polluentur.

α ¶ Sic populus] *In originali legitur*, ſic populus iſte, & ſic gens iſta. Iudæorum videlicet, atque gentilium, & hæreticorum omnium, &c.

β Vota. *Ibidem habetur*, vel vota pro ſalute *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

Item in Amos prophetam, c. 5.

¶ De eodem. Cap. LXII.

Alg. l. 3. c. 12. Deuſdedit p. 2. Anſ. l. 9. c. 48. † antea legebatur in nomine.

ODit Deus ſacrificia hæreticorum, & à ſe proijcit; & quotieſcunq; ſub† nomine Domini fuerint cõgregati, deteſtantur fœtorem eorum, & claudit nares[g] ſuas.

Idem in Oſee. c. 6.

¶ De eodem: Cap. LXIII.

ILli offerunt panem ſacrilegum, & dant eleemoſynas, & ſectari videntur humilitatẽ. Quæ ego, ſi vere[h] fiant holocauſta interpretor. Cum autem ſcientiam Dei reliquerint, fruſtra truncato capite[i] fidei, cętera mẽbra habere ſe iactant.

Idem in epiſtolam ad Gal. c. 1.

¶ Sine fide & charitate nec Euangelium habetur, nec proſunt aliqua bona. Cap. LXIIII.

MArcion[k], & Baſilides[l], & cæteræ hæreticorum peſtes non habent Dei Euangelium; quia non habẽt ſpiritumſanctum, ſine quo humanum[m] fit Euangelium, quod docetur: nec putemus in verbis[n] ſcripturarũ eſſe Euangelium, ſed in ſenſu[o], nõ in ſuperficie, ſed in medulla, non in ſermonum folijs, ſed in radice rationis.

Idem ad c. 5. eiuſdem epiſtolæ.

¶ De eodem. Cap. LXV.

† al. ferimus.

VIde quãtum bonum ſit charitatis. Si ita martyrium fecerimus †, vt noſtras velimus ab hominibus reliquias honorari; ſi opinionem vulgi ſectantes, intrepidi, ſanguinem fuderimus, & ſubſtantiam noſtram vſque ad mendicitatem propriam dederimus; huic operi[p] non tã præmium, quàm pœna debetur, & perfidiæ magis tormenta ſunt, quàm corona[q] Victoriæ.

Item ex concilio Laodicenſi, c. 32.

¶ Hæreticorum benedictio, maledictio eſt. Cap. LXVI.

Deuſdedit p. 2. & 4. Burc. l. 3. c. 259. Iuo p. 3. c. 260.

NOn oportet hæreticorum benedictiones[r] accipere: qm̃ magis ſunt maledictiones, quam benedictiones

g ODit.] ¶ Et claudit nares.] Humana loquit ſimilitudine, vt 24. q. j. odi.
h ILli.] Vere.] .i. ex charitate & de pœn. d. 4. c. penul. & vlt.
i ¶ Trũcato capite.] i. fide quæ eſt fundamẽtum omnium bonorum ſup. ead. cum Paulus.

Fides eſt fundamentũ omnium bonorum.

K MArcion.] Iſte Marcion dixit duo eſſe principia, vnũ ſuperiorum aliud inferiorum 24. q. 3. quidam. verſi. & Marcioniſtæ.
l ¶ Baſilides.] Iſte negauit Chriſtũ fuiſſe paſſum. vt 24. quæſt. 3. cap. quidam.

Error Baſilidis hæretici.

m ¶ Humanum]. i. deſt, nõ diuinum, non conferens gratiam.
n ¶ In verbis.] Arg. verba rebus, non res verbis deſeruire: præfertur enim intentio verbis ar. 13. q. 1. §. 2. ver. verba arg. 38. d. ſedulo. ar. 22. q. 5. humanæ. & q. 2. ne quis. ar. 23. q. 1. paratus. & q. 8. occidit arg. 29. diſt. regulæ.

Verba reb. deſeruiunt.

o ¶ Sed in ſenſu.] ar. 11. q. 3. anteceſſor. & c. quod prædeceſſor. ar. ff. de leg. & ſenatuſc. ſcire leges. ar. ex. de verb. ſig. propterea. & intelligentia. ar. 22. q. 2. is qui.
p VIde quantũ] ¶ Operi.] ar. ꝙ dare eleemoſynam ad vanã gloriã ſit peccatum argu. 23. q. 1. militare. 24. q. 1. odi.
q ¶ Quam corona.] ſupra. diſt. 90. neque, in fi. & c. ſi quis aũt infra de pœ. diſt. 3. §. pe. contra. ibi dicit Aug. quod ſiquis nõ habens charitatẽ patit martyrium, & ſi non prodeſt ei ad vitam ęternã, prodeſt tamen ei ad minus ſupplicium ſubeundum. Sol. ibi agit de illis, qui bono zelo, etſi non ſecundum conſcientiam martyrium ſubeunt: hic de illis qui arroganter, vt hic innuitur. Ioan.

Martyrium non ſemper prodeſt ad ſalutẽ æternam.

r NOn oportet.] ¶ Benedictiones] Ideſt; ſacramenti, vel dogmata: vel hoc dicit ironice, benedictiones

Digitized by Google

ctiones, i. dignitates & prædicationes, quæ idiotis videtur benedictiones, vel benedictionum abuſiones.

a ¶ Non liceat.] ¶ Schiſmaticis] inf. de conſec. diſt. 1. eps nullum. contra. Solu. illud antiquitus 1. iſtud de cõſuetudine eccleſiæ roboratum.

1 Sub. & cõrrigit. 11. q. 3. excõicatos. &c. cũ excõmunicato. & p hoc ca. Ad idem 21. diſt. cleros. in fi. & 25. diſt. plectis. verſi. ad officiariũ. Arc.

ethnicis & publicanis, vt cum eis nõ ſumamus cibum, multo fortius ipſi hæretici præciſi. Quinto, quia non tantum ipſi puniuntur, ſed etiam eis fauentes, & eorũ ſacramentis vtentes. Sexto auctoritate Oſeæ prophetæ dicentis, ſacrificia eorum eſſe panem luctus.

g ¶ Exie-

Item ex conſilio Martini Papæ, c. 70. — In capitulis Martini Brac.

¶ Neque cum hæreticis, neque cum ſchiſmaticis licet orare. Cap. LXVII.

NOn liceat clericis, vel laicis ab hæreticis eulogias accipere; quia maledictiones ſunt magis, quàm benedictiones: neq; liceat aut cum hæreticis aut cũ ſchiſmaticis [a] orare.

Item Leo ad Anatolium Conſtantinopolitanum epiſcopum, epiſt. 38. c. 2.

¶ Extra eccleſiam non ſunt vera ſacrificia. Cap. LXVIII.

IN eccleſia Dei, quæ corpus Chriſti eſt, aliter nec rata ſunt ſacerdotia, nec vera [b] ſacrificia: niſi in noſtræ proprietate [c] naturæ verus non pontifex reconciliet, verus immaculati agni ſanguinis emundet.

Lanfran in l. de Euchariſtia. Alg. l. 1. c. 10. Iuo p. 2. c. 9.

Item Leoni Auguſto, epiſt. 73.

¶ Impiorum manibus diuina ſacramenta ſe ſubducunt. Cap. LXIX.

MAnifeſtum eſt per crudeliſſimam [d], inſaniſſimamq; ſæuitiam † in Alexandrina ſede omne cæleſtium ſacramentorum lumẽ extinctum [e] intercepta [f] eſt ſacrificij oblatio: defecit chriſmatis ſanctificatio: & patricidalibus manibus impiorum omnia ſe ſubtraxere myſteria.

Anſ. l. 9. c. 70. † al. veſaniam.

2 Id eſt ſalutem, ſ. miniſtrorum, & ſuſcipiẽtium Archid.

Item Beatus Martyr Cyprianus in epiſtola contra hæreticos.

¶ Sacramenta extra eccleſiam miniſtrari poſſunt, ſalutẽ vero conferre non poſſunt. Cap. LXX.

SI quis iniq; de eccleſia, hæretica præſumptione exierit [g], à ſemetipſo [h] damnatus [i]. Cum huiuſmodi, ſecũdum Apoſtolum, nec cibum quidẽ ſumere debemus. Declaratur hoc in libro regnorum, vbi cũ homo Dei, ad Hieroboam [k] miſſus eſſet; qui ei peccata ſua expro-

l. 1. epiſto. 6. ad Magnum, vbi declarat locum Paul. ad Tit. 3. 4. ſen. diſt. 25. Tit. 3. 1. Cor. 5. Ibid. paulo infi. 3. Reg. 13.

In eccleſia Dei.] b ¶ Nec vera.] Quãtum ad habẽdum rem ſacramẽti, & licitam executionem.

c ¶ In noſtræ proprietate.] Id eſt vera fide incarnationis, qua credimus Chriſtianos Deo reconciliari naſcendo, moriendo & reſurgendo, &c 23. d. qui eps. ADDITIO. Vel in ſua propria natura humana. q. d. nõ ſũt rata & vera quo ad effectu executionis, vel gratiæ & ſalutis, ſine fide mediatoris id eſt, niſi credatur Chriſt' ver' Deus: & nos reconciliaſſe patri. ſine hac fide nil valet offerẽtibus quo ad vitã, & ſalutem, & ſimiliter ſumentib. Pe.

d ¶ Manifeſtum eſt per crudeliſſimã.] Scilicet Arrianam.

e ¶ Extinctum] Vt 24 q. 3. reſecandæ.

f ¶ Intercepta.] 1. per ſus quo ad effectum 2. cõſumpta. & ita dicit Ouidius in ſexto metamorpho. in fabula ranarũ: Colla ĩtercepta videntur.

SI quis.] CASVS. Hoc c. diuidit in tres partes. in prima dicit Cyprianus, q ſi quis ſequit hæreſim iam damnatam ſeipſum damnare videtur, nec cum eo cibum vel potum ſumere debemus. ſicut teſtat Apoſtolus, & hoc etiam probatur per hiſtoriam de Abdo 3 propheta. In ſecunda dicitur q ſacramenta non ſunt ab eis recipienda; quia falſa ſunt, cum nec cibus temporalis ſit cum eis ſumẽdus: & q falſa ſunt, multipliciter probat. In tertia parte dicit, q quicunq; eos defendunt, punientur, & non ſolum duces, & auctores, ſed etiam participes. Et hoc probatur auctoritate Moyſi, & Oſeæ prophetæ. Secunda pars incipit ibi [An debet.] Tertia ibi, [Quare qui,] Io. etiam poſuit in ſuo apparatu caſum, & cum videbis.

3 al. Gaddo.

CASVS. Intendit Cyprianus probare, q non debemus vti ſacramentis hæreticorum. Primo auctoritate Apoſtoli, qui cibum corporalem prohibet cum eis ſumi. Secundo auctoritate Domini, qui prohibuit Abdon prophetam cum eis cibum ſumere. Tertio, quia hæretici more ſimiæ imaginem tm̃ habent ſacramentorum, ſed nõ habent vera ſacramenta. Quarto, quia ſi mali, qui ſunt in eccleſia poſt trinam monitionem comparantur

g ¶ Exierit.] Ideſt, egerit propter quod meretur exire & damnari. arg. 24. q. 3. ſi quis non recto.

h ¶ A ſemetipſo.] Id eſt, ad ſuum effectum, ſiue factum cadendo in hæreſim iam damnatam, vt infra 4. q. 5. c. 1. infra 24. q. 1. c. 1. 2. & 3.

i ¶ Damnatus eſt.] Id eſt, ipſe iniecit ſe in excommunicationem 4. 7. q. 1. denique.

4 Vel dic dãnatus eſt, id eſt. ipſe fecit vnde merito dãnatus eſt. ſi. 1. 1. q. 3. placuit vniuerſo, &c. ipſe ligandi Ar.

K ¶ Ad Hieroboã.] Hiſtoria legitur 3. lib. Reg. q cũ Abdo propheta mitteret ad Hieroboã, vt eũ de idololatria redargueret, dictum eſt ei ne comederet, vel biberet in Samaria, cunque negotio finito reuerteret, decepit eum pꝓpheta & in Bethel induxit eũ, vt ſecum comederet, cũque comediſſet, locutus eſt ei pꝓpheta in ſpiritu dicens qa contra verbũ Dei in loco prohibito comediſti & bibiſti, nõ ĩferreẽ cadauer tuũ in ſepulchra patrũ tuorũ, cũ ergo ſedẽs ſup aſinũ rediret, iuaſit eũ leo, & interfecit.

K ¶ Ad Hieroboã. Vt 7. q. 1. denique, qui fecerat duo idola, & vnum poſuerat in Bethel, aliud in Dan.

a ¶ Non

Digitized by Google

Sacraměti effectus nō eſt apud infideles, & hæreticos.

Non omni verbo credēdum eſt.

† *illo orig.*

l. 1. epiſ. 12. & in cōc. ipſius c. 1. ſub perſona Cęcilii.

† *ſchiſmaticis*] orig.

† *Nouatianus*] orig.

Alg. l. 3. c. 1. Idem ad Iubaianū.

braret, atq; vltionē futuram prædiceret, panem quoque apud illum † edere, & aquā bibere vetaretur. Quod cum non cuſtodiſſet; diuina ſententia inde rediens, morſu leonis in itinere interijt. ¶Et audet quiſquam dicere aquam baptiſmi ſalutarem, & gratiam cęleſtem communem cum hæreticis † eſſe poſſe, cum quib. nec terreſtris cibus, nec ſæcularis potus debet eſſe cōis? Conſtat autem oleum, vnde baptizati vnguntur, ſanctificari & Euchariſtiam fieri apud illos omnino non poſſe [a], vbi ſpes nulla eſt; & fides falſa, vbi omnia per mendacium [b] geruntur. Nam hæreticus † ſimiarū more, quæ cum homines nō ſint, humana tamen imitantur, vult eccleſiæ catholicæ auctoritatem ſibi, & veritatem vendicare, quādo ipſe in eccleſia nō ſit. Benedicit a Deo maledictus: vitam pollicetur mortuus; Deum inuocat blaſphemus; ſacerdotium adminiſtrat profanus; ponit altare ſacrilegus. Ad hæc omnia & illud malum: vt antiſtes diaboli audeat Euchariſtiam facere, quando nec ſanctificari oblatio illic poſſit vbi ſpiritus ſanctus non ſit, nec cuiquam Dominus per eius orationes, & preces proſit, qui Dominum ipſe violauit. Si enim qui eccleſiam cōtemnunt, & ethnici, & publicani habentur; multo magis vtique rebelles, & hoſtes, falſa altaria, & illicita ſacerdotia, & ſacrificia ſacrilega, & nomina adulterata fingentes, inter ethnicos & publicanos neceſſe eſt computentur: quos omnes conſtat a charitate, atque ab vnitate eccleſiæ receſſiſſe. Ergo omnia quæcunque faciunt hæretici carnalia ſunt, & inania, & falſa; ita vt nihil eorum, quæ illi geſſerint, a nobis probari debeat. Non ſtatim [c] ſuſcipienda ſunt, & aſſumenda, quæ iactantur in Chriſti nomine, ſed quæ geruntur in Chriſti veritate. Quomodo enim perficere quæ agunt, aut impetrare aliquid illicitis conatib. de Deo poſſunt; qui contra Deum, quod eis non licet, moliuntur? ¶Quare, qui hæreticis †, & ſchiſmaticis patrocinantur, cenſura a diuina in eorum probantur facinore, & pœnis non ſolum duces, & auctores, ſed etiam participes deſtinari, niſi a ſe communione malorum ſeparauerint [d], præcipiente per Moyſem Domino ac dicente: [Separamini a tabernaculis hominum iſtorum duriſſimorum, & nolite tangere ab † omnibus, quæ ſint eis, ne ſimul pereatis in peccato eorum.] Et quod comminatus per Moyſem [e] Dominus fuerat, impleuit, vt quiſque ſe a Chore, & Dathan, & Abyron non ſeparaſſet, pœnas ſtatim pro impia communione perſolueret: ſicut

Ex concilio eodem loco.

Ex epiſ. 7. l. 1. ad Epictetum.

Ex eadem Epiſtola ad Magnum.

Ibidem paulo ſuperius.
Ex concilio c. 4.
Ex eadem epi. 12.

Ad Iubaianum.
Ex eadem ad Magnum.

†*Nouatiano ſiue cæteris eiuſmodi ſchiſmaticis*] orig. 24. q. 1. di dicimus. §. inuenimus.

Num. 16.

† *al. de*

Sigilla non ſtatim ſunt recipienda.

Maritus quāque abſtinere poteſt ab vxore etiam contra præceptum epiſcopi.

a ¶Non poſſe.] Quia ſcilicet effectus, vel res ſacramenti non eſt apud illos, ſed nec veritas ſacramenti ſecundum Cyprianum, vt infra. de conſecratio. diſtinctione quarta. quomodo ſupra, diſtinctio. 32. § verum. Sed contra eum eſt infra. ead. quæſt. cap. per Eſaiam ſupra. diſtin. 19.

ſtin. 19. ſecundum.
b ¶Per mendacium.] Hic errauit Cyprian prout dicit Auguſtin. & eum corripit 32. diſtinct. §. verum infra. de conſecr. diſtinctio. 4. quomodo. Quidam tamen volunt eum hic excuſare: quia intellexit hoc de hæreticis, qui formam eccleſiæ non tenent. vel hoc verbum vbi omnia per mendacium, &c. eum excuſat. agumen. de conſecrat. diſtinctio 4. ſolet quæri. Vel hoc dixit contra hæreticos quos ſemper inſequebatur: ſicut & Pelagius. 24. quæſtio. 1. ſchiſma. & fuit ibi exceſſus veritatis, arg de conſecr. diſt. 2. ergo Berengarius, Magis tamē credo Aug. qui dicit non erraſſe.
c ¶Non ſtatim.] Argumen. quód non omni verbo doctrinæ credendum eſt, infra. 24. quæſt. 1. aduocauit. ſup. diſtin. 18. ſecundum argum. contra. ſupra. 50. diſtinctio: ſi quis præpoſtera. inf. 23. q. 4. ille & q. 5. miles, & q. 1. quid culpatur, 8. q. 1. ſciendum. argu. 11. q. 3. ſi quis eps, & e nō ſemper. & c ſi dominus, aegumen. H. Hic eſt arg. contra, ſigilla, quæ non ſtatim debent recipi, arg. ext. de prob. ca. tertia nā literæ approbandæ ſunt ff de procura. ſi procuratorem ff. ꝙ cuiuſque vni. item eorum, § ꝙ ſi actor. non tamen ſigillum reprobatur ſi nomē auctoris non habet extra, de eo, q mit. in poſ. cum ſicut. in parte deciſa.
d ¶ Separauerint.] Hic eſt arg ꝙ maritus ſciēs ſe vxori in propinquo gradu cōſanguineum: licet in probando cōſanguinitatē defecerit, dēt abſtinere ab eius toro ēt iubente epō ne abſtineat. arg. di. 50. ſi quis præpoſtera. Quid ergo ſi epiſcopus cum excommunicat? patienter ferat, ne curet, cū non ligetur apud Deum, vt 11 q. 3. qūo, & ca. quid obeſt. inf. ead. vt euidenter. H.
e ¶Per Moyſen]Hiſtoria legitur in lib. Num. & Chore, Dathan, & Abyron, & alii cel. viri de tribu Leui cū eis volentes habere honohem ſacerdotii, ſurrexerūt cōtra Moyſen, & Aaron, & murmurauerunt contra eos ſpernentes eorum ſacrificia, & conficientes propria. Miſit autē Moyſes, & vocauit eos q dixerunt, non veniemus, ad quos Moyſes: Vos inquit & oīs congregatio veſtra ſtare conſtituiſti coram Dño & Aaron Similiter locutus eſt Dominus ed Moyſen & Aaron: Separamini ab inuicem de medio congregationis huius peruerſæ, & cum omnis vrba receſſiſſet a tentorijs eorū per circuitū. & Dathan, & Abyront eſſent in introitu papilionū ſuorum cum filijs, & vxoribus: aperta eſt terra ſub pedib. eorum, & deuorauit eos cum vniuerſa familia & ſubſtātia eorū: ſed ꝙ ignis egreſſus eſt a Domino, qui interfecit cel. viros tenētes thuribula ſua & offerentes incenſum: præcepitque Dominus per

Digitized by Google

Moſen Eleazaro filio Aaron, vt thuribula eorum acciperet, & pduceret ea in laminas, & affigeret altari, vt eſſet in ſignum filiis Iſrael, ne quis auderet accedere, & ponere incenſum Domini, niſi de ſemine Aaron. Sequens cap patet.

K ¶Arbitramut.] Subaudi dici. Non enim videntur clerici, &c. quia eorum laicos. &c. quaſi dicat, cũ hoc alias ſit de laicis: merito ſic debet eſſe de clericis nõ. n. clerici ſimili forma recipientur: & ideo patet, ꝙ ſunt digni eccleſiaſticis honoribus, & continuatur hoc c. cum fine illius

etiam per Oſeã [a] prophetã Spiritus ſanctus conteſtatur, & dicit: [Sacrificia eorum tanquam panis luctus omnes: qui manducant ea, contaminabuntur: [docens ſcilicet, & oſtendens omnes omnino cum auctoribus ſupplicio cõiungi, qui fuerint eorum peccato [b] contaminati. *Oſea 9.*

¶*Caput hoc collectum eſt ex varijs locis epiſtolarum B. Cypriani, & concilij ab ipſo habiti, interdum immutatis, & in ſummã redactis quæ in margine ſunt indicata.*

a ¶Cenſura.] *In epiſtola ipſa ſic habetur.* Fruſtra contendũt baptizari, & ſanctificari illic aliquam ſalutari baptiſmo poſſe, vbi conſtet baptizantem baptizandi licentiam non habere. Atque vt magis intelligi poſſet, contra eiuſmodi audaciam, quæ ſit cenſura diuina, inuenimus in tali facinore, non ſolum duces, & auctores, ſed & participes pœnis deſtinari, &c.

Item Auguſtinus lib. ſententiarum [per Proſperum Aquitanicum epiſcopum Rhegien. collectorum, c. 15.]

¶Vera ſacrificia non niſi in fide Eccleſiæ celebrantur. Cap. LXXI.

EXtra catholicam Eccleſiam [c] non eſt locus veri [d] ſacrificij.

Item Greg. in 3. lib. dialog. c. 31. ait de Ermigildo rege Lenigili † filio. *† al. Liuigildi.*

¶De manu hæreticorum communio non eſt recipienda. Cap. LXXII.

SVperueniente paſchalis feſtiuitatis die, intempeſtæ noctis [e] ſilentio ad eum perfidus pater Arrianum epiſcopum miſit, vt ex eius manu, ſacrilegæ cõſecrationis cõionem perciperet [f], atque per hoc ad patris gratiam redire meretur. Sed vir Deo deditus Arriano epiſcopo venienti exprobrauit, vt debuit, eiuſque a ſe perfidiam dignis increpationibus repulit. 24. q. 1. c. fin. ſuperueniente. Deuſdedit p. 2.

Item Innocentius ad Alexandrum epiſcopum, epiſt. 18, cap. 3.

¶Sacerdotes hæreticorum, Chriſti honoribus non habentur digni. Cap. LXXIII.

ARrianos [g] preterea, cæteraſq; huiuſmodi peſtes *a*, quia eorum laicos cõuerſos ad Dominũ, ſub imagine pęnitentiæ [h], ac ſancti ſpiritus ſanctificatione per manus impoſitionem ſuſcipimus, non videtur clericos eorum cum ſacerdotij, aut miniſterij cuiuſpiã ſuſcipi debere dignitate. Quoniã quib. ſolum baptiſmũ ratũ eſſe permittimus (quod vtique in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti perficitur) nec ſpiritum ſanctum eos habere ex illo baptiſmate [i], illiſque myſterijs arbitramur [k]. Anſ. l. 9. c. 18. Pann. l. 3. c. 129.

a ¶Sic etiam per Oſe.] Oſeæ 9.

b ¶Peccato.] Ideſt, conſenſu peccati eorum. 8. q. 1. §. cũ autẽ. & 23. q. 4. ita plane. &c. ſi quis a catholica.

c EXtra catholicã Eccleſiam.] i. extra formam [1] eccleſiæ.

1 Formam. Idẽ B. Th. in 4. ſen. di. 13.

d ¶Veri.] Ratione effectus.

SVperueniente] CASVS. Pater Ermigildi miſit ad filium Arrianũ epiſcopum hæreticum, vt de ſua manu cõmunionem acciperet, quàm quia filius accipere noluit, pater eum occidit.

e ¶Noctis.] Quatuor ſunt partes noctis conticiniũ, intẽpeſtũ, gallicinium, ante lucanum [2].

Noctis quatuor ſunt partes.

2 Iſido. in 5. lib. ety. dicit ꝙ ſeptẽ ſunt partes. ſ. veſperũ crepuſculum, cõticiniũ, intempeſtũ, gallicíniũ: matutinum, & diluculum: vt ad longũ eſt videre in Arc. in hoc loco.

f ¶Perciperet.] Quare in neceſſitate poſſunt ab hæretico baptiſmum accipere, & non Euchariſtiã, dixi rationem. 24. q. 1. ſi quem.

ARrianos.] CASVS. Hoc c. continuũ eſt illi, c. ſu. e. ventum. Dr. n. hic, ꝙ licet laici, qui ab hæreticis reuertuntur, per impoſitionẽ manus recipiãtur, & reconciliẽtur quaſi publice pœnitẽtes: tamen clerici q ab eis reuertuntur, non recipiuntur cũ clericatus, vel ſacerdotii dignitate: hoc ideo, q a tantum baptiſma ratum eſt apud ipſos: nec recõcillari poſſunt niſi tamũ ſub imagine publicę pęnitentiæ. ſeq. §. I. itẽ legitur, cum ſeq. patet.

g ¶Arrianos.] Sacerdotes indignos [3] Chriſti honoribus.

3 Vult hæc gl. inferre, ꝙ ſacerdotes magis cæteris peccent: arg. l. pſbyteris. C. de epi. & cler. & l. moris. §. iſtę ferę. ff. de pœn.

h ¶Sub imagine pœnitẽtiæ.] Imaginem pœnitentię appellat publicam recõciliationem, quæ fit per manus impoſitionem.

i ¶Baptiſmate.] Quod fecerunt, vel acceperunt, ſu. ea. q. ſi quis contra.

illius ſup. ea. ſuperueniente. Vel dic quia eorum. l. quamuis: quaſi dicat, quamuis laicos eorum ita ſuſcipimus, non tamen clerici ita ſuſcipiendi ſunt in honore.

a ¶Quo-

Digitized by Google

a ¶ Quoniam.] Hæc ratio non videtur ſufficiens: ſed facias vim in hoc, quod dicit, auctores eorum. nam tunc ſunt auctores eorum, cum illi & iſti ſunt extra eccleſiam. Vel dic & ſufficiens eſt quo ad hoc quod non poſſunt conferre de merito vitæ. 40. diſt. multi.

g ¶ Ex eo.] Non eſt ratio hæc: quia ſunt quædā ſacramenta, quæ iterantur: quædam non, vt vnctio infirmorum, & dedicatio eccleſiarū, de conſec. d. 1. ſolennitates.

h ¶ Impoſitio.] Reconciliatoria: & intelligas de priuata: quia ſolennis non reiteratur.

b ¶ Perſup. ea. c. qui perfectionem.

Quoniam[a] cum à catholica fide eorum auctores deſciſcerent, perfectionem[b] ſpiritus, quam acceperant, amiſerūt; nec dare eius plenitudinem poſſunt, quæ maxime in ordinationibus operatur, quam per impietatis ſuæ perfidiam potius, quàm per fidem dixerim, perdiderunt. Propter † quod fieri non poteſt, vt eorum[c] profanos ſacerdotes, dignos Chriſti honoribus arbitremur; quorum laicos imperfectos[d], vt dixi, ad ſancti ſpiritus percipiēdam gratiam cum pœnitentiæ imagine recipimus. *Item* ¶ Si, vt legitur. [Qui tetigerit[e] β immundum, immundus erit;] quomodo ei tribuetur, quod munditia, ac puritas conſueuit accipere? *& infra.* ¶ Qui particeps effectus eſt dānati †[f], quomodo debeat honorem accipere, inuenire non poſſum.

† al. Quomodo fieri poteſt.

Innocentius epiſcopis Macedoniæ, ep. 22. ca. 3. inf. ca. c. ventum eſt.

Num. 19. & Leuit. 22.

† al. damnato.

α ¶ Peſtes.] *Antea ſequebatur*, deteſtamur: *quod eſt ſublatum, quia neque in vetuſtis codicibus, neque in ipſa epiſtola, neque apud Anſelmum, aut in Pannormit. habetur.*

β ¶ Qui tetigerit.] *In epiſtola eſt*, quod tetigerit immundus: *ſed ob gloſſam non eſt mutatum, atque huius etiam lectionis ſententia habetur iiſdem indicatis ſcriptura locis.*

Ex eo[g] autem, quòd manus impoſitio[h] iterari præcipitur[i], ſacramentum non eſſe oſtenditur.

Vnde Auguſtinus lib. 3. de baptiſmo contra Donatiſtas, cap. 16.

¶ Manus impoſitio non eſt ſacramenti iteratio.

Cap. LXXIV.

Poly. l. 3. tit. 10. Anſel. l. 9. c. 24.

Manus[k] impoſitio[l] non, ſicut[m] baptiſmus, repeti[n] non poteſt. Quid enim eſt aliud niſi oratio ſuper hominem?

Cum ergo Innocentius ſolum baptiſma hæreticis ratum eſſe permittat, cum Gregorius ſacrilegam vocet conſecrationem Arrianorum, cum Cyprianus quæcumque ab hæreticis fiunt, carnalia, & inania, & falſa iudicet, cum Hieronymus omnia, quæ ab eis offeruntur, contaminata in conſpectu Dei aſſerat, cum Leo extra eccleſiam, nec rata ſacerdotia; nec vera ſacrificia eſſe teſtetur; patet, quòd ſacramenta eccleſiaſtica præter baptiſma, vt ſupra dictum eſt, ab hæreticis miniſtrari non poſſunt.

Tomo ſecundo.

Itē obiicitur illud Hieronymi aduerſus Luciferianos.

¶ Qui in baptiſmo ſanctus eſt, ad altare peccator non erit. Cap. LXXV.

Sicut Chriſtus eſt, qui ba-

f ¶ Præcipitur.] Quotieſcunq; reuertūtur ab hæreſi. ſup. ea. hi qui baptiſmū, & c. 2.

Manus impoſitio.] CASVS Dicitur hic (Licet obſcure) quod manus impoſitio reconciliatoria quandoq; reiteratur, etſi baptiſma reiterari non poſſit. & eſt ſimilitudo per contrarium.

K ¶ Manus.] Senſus eſt manus impoſitio poteſt repeti, vt inf. de conſ. d. 4. quomodo baptiſmus nō. 68. diſt. ſicut.

l ¶ Impoſitio.] Conſecratoria 3. ſed cōfirmatoria non. Itē nec ordinatoria: ſed curatoria bene iterat̄, de qua dicitur: ſuper ægros manus imponent, &c. vt 96. d. §. ſed illud. Reconciliatoria ſimiliter, vt hic. imponitur em̄ recōciliatoria manus hæreticis reuerſis. vt ſu. c. Arrianos. de conſ. diſt. 4. quomodo. & excommunicatis, vt 9 q. 3. cum aliquis. & pœnitentibus, vt 30. diſtin. in capite. & in hæreticis. vel excommunicatis non eſt ſacramentum: & ideo repetitur in pœnitentibus ſi eſt publica * eſt ſacramentum: & ideo non iteratur: & conuenit tātum epiſcopis vt 17. quæſt. 6. cap. 1 & 50. diſtin. in capite. Si eſt priuata, non eſt ſacramentū, & iteratur: & conuenit etiam presbyteris, vt 26. q. 6. c. presbyteri. §. ecce.

m ¶ Non ſicut.] Id eſt, licet.

n ¶ Repeti.] Inf. ea. q. quòd quidam contra. Sol. ſed. ibi manus impoſitionem conſecrationem nominat: hic vero manus extenſionem ſuper pœnitentem cum oratione inuocato ſancto ſpiritu paraclito. Vel ibi prohibet reiterationem manus impoſitionis fieri in publico: hic autem permittit fieri in occulto.

2 Et c. Arrianos. de conſ. d. 4. antiqua & c. Arrianos, qui. ſecundum Hug.

Impoſitio manus eſt multiplex.

3 Vnde Apoſtolus. 1. ad Timo. 5. nemini cito manū imponas, ideſt nullum cito conſecrabis. Ioā. de Fāt. de hoc habetur 23. diſt. epiſcopus. Archi.

Non quia publica ſit ſacramentū priuata nō ſit, ideo illa non iteratur hæc iteratur: ſed ob eas cās quæ afferuntur cap. quamuis de pœnitentia, diſtin. 3. Vide ēt Turrecre. ibi.

b ¶ Perfectionem.] i. ſanctitatem. & officij executionē. ADDITIO. Hic vide quod leg. & no. ea. q. qui. perfectionem.

c ¶ Vt eorum.] Ideſt, quia eorum, vt ſit relatiuum cum cauſa: & ita per hoc præcedens lectio approbata non videtur, ideſt, ideo non videtur, quia, &c.

1 Ad hoc videas quod le. & not. ſu. ea. ventum. Arch.

d ¶ Imperfectos.] Quia non receperunt gratiam per illud baptiſma.

e ¶ Qui tetigerit.] tactu mentis. extra de ſen. exc. nup.

f ¶ Damnati.] Ideſt, damnationis, vel auctoris iam damnati, & c. 1.

CVM ERGO Concludit Gra. ex quatuor ſupradictis ſcilicet Arrianos. ſi quis inquit. ſic populus, &c. in eccleſia, quod nullum ſacramentum præter baptiſma poteſt ab hæretico miniſtrari: ſed contra hoc obiicitur.

Sicut Chriſtus.] CASVS. Luciferans dicebat malum ſacerdotem verum baptiſma conferre: ſed Euchariſtiam

Digitized by Google

ſtiam nullo modo conferre, quod Hieronymus reprobat. dicit enim aut vtrumque approbet, aut vtrumque reprobet. Nam qui profanus eſt ad vnum, non eſt ſanctus ad alterum: & econuerſo.

a ¶ Baptizat.] Interius. de conſec. diſt. 4. nemo. vel cum effectu.

huc in ſuo officio toleratis. Dr in hoc c. ꝙ in traditione veritatis ſacramenti non diſtinguuntur merita conferentis, vel conſecrantis, ſed potius virtus creatoris. Nā ſicut Chriſtus eſt qui baptizat: ita ipſe eſt qui per ſpiritumſanctum hanc ſuam carnem efficit. Seq. c. patet.

g ¶ In-

Algerus l. 3. c. 10.

ptizat[a]; ita Chriſtus eſt, qui ſanctificat. Vnde oro te[b], vt aut ſacrificandi licentiam ei tribuas, cuius baptiſma probas; aut reprobes eius baptiſma, quem non putas eſſe ſacerdotem. Neque enim poteſt fieri[d], vt qui in baptiſmo ſanctus eſt, ſit ad altare peccator.

¶ *Initium huius capitis vſque ad verſ.* oro te *non eſt eo loco apud B. Hieronymum. Eſt tamen apud Algerum, lib. 3. c. 10. apud quem etiam nonnulla verba ex ijs, quæ ſequuntur, eodem modo habentur, atque apud Gratianum, licet apud Beatum Hieronymum aliter legantur.*

Sed hoc de peccatore α *tantum catholico, non de hæretico intelligendum eſt. Quidquid enim cum fide catholica pro officio ſuo facit, licet indignus, tamen diuina gratia cooperante*[c] *ratum eſſe creditur. Alioquin ſi de hereticis dictum intelligeretur, ipſe ſibi contrarius eſſet, cum dicat ad c. 5. Amos: [Sacrificia eorum odit Dominus] & alibi in perſona Domini.*

α ¶ Peccatore.] *B Hieronymus eo loco argumentatur, vt ſolent* Dialectici *dicere, ad hominem: neque id agit, vt conſtituat, ac ſanciat aliquid: ſed tantum vt aduerſarium modeſtum reddat. Nam poſtquam illum eo adduxit, vt ſe non amplius aduerſarium, ſed diſcipulum profiteatur, tunc veriſſimam ei rationem exponit, cur eccleſia epiſcopos recipiat, qui in Ariminenſi concilio imprudentes hæreticis conſenſerant.*

¶ Benedictionibus hæreticorum Deus maledicit. Cap. LXXVI.

MAledicam[f] benedictionibus veſtris] hoc eſt, quidquid à vobis benedicitur, à me erit maledictum.

Sent. 4. diſt. 19. *Malach. 2.*

¶ *Hæc ſunt in gloſa interlineari ad eum Malachiæ locum ex Hieronymo.*

11 *Hoc ergo intelligendum eſt de hæretico: illud autem aduerſus Luciferianos de eccleſiaſtico peccatore.*

De quo Auguſtinus β*ait in libro de corpore Domini.*

β ¶ Auguſtinus.] *Caput hoc etiam ab Algero lib. 3. c. 8. citatur ex Auguſtino in libro de corpore Domini: ſed Poſſidius in indiculo operum B. Auguſtini nullam huius libri mentionem facit: & ad verbum (excepto vltimo veriſiculo (hæc leguntur in libro Paſchaſij abbatis de corpore, & ſanguine Domini, cap. 12. ex quo & libro ſunt c. iteratur. cū ſequētibus infra de cōſecr. diſt. 2.*

¶ Boni & mali ſacerdotes æquè corpus Chriſti conficiunt. Cap. LXXVII.

INtra[g] catholicam eccleſiam in myſterio † corporis & ſanguinis Domini nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur ſacerdote, quia non in merito conſecrātis, ſed in verbo perficitˀ creatoris, & virtute ſpiritus ſācti. *& infra.* ¶ Si enim in merito eſſet ſacerdotis, nequaquā ad Chriſtū pertineret. Nunc autem ſicut ipſe eſt, qui baptizat; ita ipſe eſt, qui per ſpiritum ſanctū hanc ſuā efficit

De conſ. diſt. 2. vtrū. Mag. 4. ſent. diſt. 13. Algerus l. 1. cap. 21. & l. 3. c. 8.

† *al. miniſterio.*

Homicida & adulter, an conficere poſſint.

b ¶ Vnde oro te.] Putabat iſte eū, qui homicida, vel adulter fuerat, mūdari in baptiſmo: nō ita tamē vt dignus eſſet ſacerdotio. Gratianus tamē hoc intelligit de occulto peccatore. Nā dicebāt quidā de tali, & male, ꝙ licet poſſet baptiſma dare non tamen cōficere. & hic tales reprehēduntur, & ſecundum hoc eſt arg. cōtra 50. diſt. qui ſub gradu. Sed ibi de depoſito, cum quo diſpēſatur vt baptizet: hic de tolerato.

c ¶ Eſſe ſacerdotē.] Id eſt, ſacramēta poſſe conficere.

d ¶ Poteſt fieri.] Ar. ꝙ vno de duobus, quæ ſunt eiuſdem iuris cōceſſio, alterum conceditur, ex quo enim aliquid alicui conceditur, eius cohærens cōceditur 1. vt inf. 3. q. 6. hæc q. p. pe. & 10. q. 1. ſi monachus. & q. 2. c. 1. ſupra 8. diſt. quo iure. H.

Conceſſio aliquo eius cohærens conceditur.

1 Concor. tex. in l. 2. ff. de iuriſd. om iudi. & l. à tē mobilem. & l. ad legatum. ff. de procu.

SED HOC CASVS. Dicit Grat. ſupradictum capitulum de malo catholico īntelligi: & non de hęretico, alioquin idē Hieronymus eſſet ſibi contrarius, vt probatur ſequenti ca. & §. ſequenti: quæ per ſe patent.

e ¶ Cooperāte.] Iſtud cooperante falsū eſt quantum ad dantem vel facientē, nō quātum ad recipientem. infra ca Dominus.

f MAledicam.] Aliam expoſitionem huius verbi habes infra ca. multi ſæcularium.

HOC ERGO Hæc eſt 11. pars huius quæſtionis, in qua probat quod malitia ſacerdotis non nocet alijs in ſacramentis, quāuis ſibi noceat: & hoc vſque ad §. ex his. Ioan. de Fan.

INtra Catholicam] CASVS. Hæc omnia c. vſque ad c. ſacerdotes leguntur de malis pſbyteris catholicis ad

g ¶ Intra.] Ab iſto loco vſque ad c. ſacerdotes. loquunt omnia cap. de malis ſacerdotibus toleratis ab eccleſia.

a ¶ Recrean-

Digitized by Google

carnem,& transfundit in ſanguinem. Credendum [a] eſt enim, quòd in verbis Chriſti ſacramenta conficiantur. Cuius prius creantur imperio, eius utiq; verbo recreantur [a] ad melius.

a ¶Credendum.] *Hæc eodem modo leguntur apud Algerum. Sed Paſchaſij uerba, cap.15. hæc ſunt:* Cuius ergo potentia creata ſunt prius, eius vtique verbo in melius recreantur: quia nemo creator alicuius rei, aut recreator, niſi unus Deus catholice prædicatur. Propterea veniendum eſt ad verba Chriſti, & credendum, quòd in eiuſdem verbis iſta conficiantur.

*Item Auguſt lib.2.contra epiſt.Parmeniani,c.*10.

¶De eodem. Cap. LXXVIII.

Inf.ca c. per Eſa.§. hoc plenè. Alg.li.3.c.11.

OMnia ſacramenta cum obſint indignè tractantibus, proſunt tamen per eos dignè ſumentibus: ſicut & verbum [b] Dei †. Vnde dictum eſt [c]. [Quæ dicunt facite: quæ autem faciunt facere nolite.]

*Matth.*23.

† *Dei teſtatur*] orig.

Item in Pſalmum 103.*verſ.*[*Qui tegis.*]

¶De ijs,qui ſanctis male utuntur. Cap. LXXIX.

PRophetauit [d] & Saul malus rex,& tunc prophetauit, cum Dauid ſanctum perſequeretur. *& infra.* ¶Non ergo ſe iactent,qui forte ſine charitate habuerint hoc munus Dei ſanctum: ſed videant qualem rationem habituri ſunt cum Deo, qui ſanctis non ſanctè vtuntur. Ex his erunt, qui dicturi ſunt: [In nomine tuo prophetauimus.] Non illis dicetur,mentimini: ſed dicetur, [Non noui [e] vos,&c.]

*Matth.*7.

¶ *In tractatu 7. in epiſtolam Ioannis ſunt aliqua,quæ ad ſententiam huius capitis referri poſſunt,atque inde antea citabantur. Sed ipſa prorſus verba ſunt loco indicato.*

Spiritum ergo prophetiæ dicendi ſunt habuiſſe, non eritum.

Item Hieronymus in c.2.Aggæi.

¶Quiſque non tam ſanctificatur ex hoſtijs, quàm pro peccato polluitur. Cap. LXXX.

OPropheta [f],qui altari tantũ extructo; & domo mea diruta [g] hoſtias mihi offers in altari, victimis eius ſanctificari te putas;ſcito, quoniam ſanctum quidem eſt, quod offertur in altari: ſed non tam ſanctificaris ex hoſtijs,quàm ex mortuis operibus pollueris.

¶*Apud* B.Hironymum *ſic legitur:* ò popule,qui altari tãtum extructo, & diruta domo mea hoſtias mihi offers in altari, & uictimis eius,& carnib.te ſanctificari putas;ſcito nõ tam ſanctificari te ex hoſtijs,quæ tẽplo diruto tibi prodeſſe non

1 Scilicet creatur in ſuſtentationem.de conſecr. diſt. 2. non iſte, Archid.

a ¶Recreantur.] Quò ad ſuſtentationem corporis, & poſt animæ,vt de conſec.diſt.2.non iſte panis 1.

b OMnia ſacramenta] ¶Et uerbum.] ideſt, prædicatio: quæ ſi fiat ab indigno, alijs prodeſt:ſed ſibi nocet.arg.diſt.13.§.quamquam.arg.15.q vlt.c.vlt.

c ¶Di-

c ¶Dictum eſt.] Tales inſtruunt Deum qualiter eos punire debeat.40.diſt multi.

PRophetauit.] CASVS. Probatur in hoc cap. ꝙ malus ſacerdos miniſtrare poteſt. quia Saul malus erat,& prophetauit. Legitur enim in 1.lib.Regũ,ꝙ cum Saul perſequeretur Dauid ipſe fugiens uenit in Ramatha ad Samuelem: quod cum annunciatum eſſet Sauli, miſit lictores, vt caperent eum: qui cum vidiſſent cœtũ prophetarum,& Samuelem ſtantem ſuper eos: factus eſt in eis ſpiritus Domini: & prophetare cœperunt etiam ipſi quod cum nunciatum eſſet Sauli, miſit alios nuncios: prophetauerũt autem & illi, rurſus miſit & tertios, & ipſi prophetauerũt: & iratus Saul abijt, & factus eſt ſpiritus Domini ſup ipſum; & prophetauit cum cæteris corã Samuele. & cecinit nudus tota die ac nocte, vnde exiuit prouerbiũ, Saul inter prophetas.

d ¶ Prophetauit.] Hic probat,ꝙ malus ſacerdos poteſt cõficere: quia Saul malus erat,& prophetauit: imo mali habẽt omnia dona ſpiritus ſancti preter charitatem ſupra c. multæ. Hiſtoria autem erit hic pro caſu.

Sacerdos malus conficit.

e ¶ Non noui.] id eſt, non approbaui, ita dicũt aliqui ſcholares, qui noti ſunt aliquibus in ſcholis, cũ uident eos in terra ſua,dicunt,nõ noui uos, uel quando ſunt diuites, dicunt pauperib.2. non noui uos,vel(quod peius eſt)nolunt loqui cum eis.

Honores mutant mores.

2 Adde glò. in l.2. i ver. mores. ff de teſti.

OPropheta]CASVS.In hoc cap. mali ſacerdotes reprehenduntur, qui etſi uerum corpus Chriſti cõficiant in altari, ex hoc nõ ſanctificantur, ſed potius ex ſuis malis operibus polluuntur.

f ¶ Propheta.] Ad literam intelligitur de Babylonica captiuitate. Nam Cyro dante licentiã reuertẽdi de Babylonica captiuitate,populus Iſrael ędificauit altare,& deiecerunt fundamentum templi: ſed per literas Cambyſæ ducis militiæ ipſius Cyri prohibitus eſt in ædificatione procedere vſq; ad ſecundum annũ Darij: in quo iuſſus eſt ędificare templum cæptum ab Aggæo propheta ad hoc exhortante populum. Loquitur ergo Hier.de tempore in quo immolabant in altari:ſed domum Dei, ſcilicet templum reędificare negligebant cum domos proprias reædificarent: quod in ipſo Aggæo plenius patet.

De Babylonica captiuitate.

g ¶ Domo mea diruta.] ideſt, ædificatione uirtutum, diruitur

Digitized by Google

Anima ſine uirtutibus corruit.

diruitur enim remotis uirtutibus anima. 15. quæſtio. 1. merito.

ITa fit verbum.] CASVS. Dicitur, quòd tunc peccat hæreticus in Spiritum ſanctum, cum de ſchiſmate ad vnitatem, & congregationem eccleſiæ redire contemnit: in qua eccleſia ſpiritus ſanctus per catholicum & fictũ & reprobum operatur remiſſionem peccatorum: & mali per talem colliguntur.

& 11. q. 3. ſi epiſcopus fortè, ſupra ea. q. remiſſionem. infra 11. q. 3. quid obeſt. H.

CVm ſcriptura.] CASVS. Quis dubitat Spiritum ſanctum adeſſe ſacramentis ſacerdotium: cum in ueteri teſtamento ad preces tam bonorum, quàm malorum

poterunt, quam contaminari omnia opera tua, & cuncta, quæ agis, ex eo ꝙ negligis, & tuam magis domum, quàm meam extruere conatus es. Sanctum quidem eſt, quod offertur in altari; ſed non tam ſanctificaris ex hoſtijs, quàm ex eo, ꝙ in conuallibus habitas, & interes mortuis operibus, pollueris. *In duobus etiam Gratiani uetuſtis codicibus legitur,* o popule. *Verùm idem Hieronymus continuò iſta eadem per anagogem aptat eccleſiaſtico viro.*

Item Auguſtinus in lib. de uerbis Domini, ſer. 11.

¶Contra Spiritum ſanctum, verbum dicitur, cum ex diſperſione nunquam reditur. Cap. LXXXI.

ITa fit † verbum [a] contra Spiritum ſanctum, cum ex diſperſione ad congregationẽ [b] nunquã [c] venitur, quę ad remittenda peccata accepit Spiritum ſanctum. Ad quam congregationem etiam ſi per malum clericum, ſed tamen catholicum miniſtrum, reprobũ, & fictum aliquis acceſſerit corde non ficto; in ipſo Spiritus ſanctus β operatur remiſſionem peccatorum; qui in ſancta eccleſia ita operatur, ut reprobos fugiat, & tamen [d] per eorum miniſterium probos colligat.

Iuo p. 2. c. 140.
† *dicitur*] orig.

ſup. ea Spiritus ſanctus.

β ¶Spiritus ſanctus.] *Hoc loco conciſè refertur ſententia B. Auguſtini, plenius autem ſupra ead. c. Spiritus ſanctus.*

Idem in ſermone de remiſſione peccatorum.

¶Non meritis hominum, ſed virtute Spiritus ſancti peccata remittuntur. Cap. LXXXII.

In lib. 50. ho mil. hom. 23.

VT euidenter hoc oſtenderet Dominus, à Spiritu ſancto, quem donauit fidelibus ſuis, dimitti peccata, non meritis hominum; quodam loco [e] ſic ait reſurgens à mortuis: [Accipite Spiritum ſanctum;] & continuò [f] ſubiecit, [Si cui dimiſeritis [g] peccata, dimittuntur ei,] hoc eſt, ſpiritus [h] dimittit, non vos. Proinde γ ſicut is, quem ſacerdos tolerat in eccleſia, eſt tamen extra eccleſiam, & extra corpus, cuius caput eſt Chriſtus, ſi ei oſtiarius [i] non aperuerit δ. ita non ideò extra eccleſiam eſt, & non eſt de corpore, ſi quis paſtoris præiudicio [k] compellitur foris eſſe.

Ioan. 20.

γ ¶Proinde.] *Verba ipſa huius partis non ſunt inuenta apud B. Auguſtinum. Simillima habentur apud Origenem Hom. 14. ad cap. 24. Leuitici; & referuntur infra 24. q. 3. cum aliquis. & c ſi quis non recto.*

δ ¶Aperuerit.] *In nonnullis vetuſtis codicibus legitur;* aperuit, *in alijs,* aperiat *ab vno autem abeſt negatio.*

Item Ambroſius de ijs, qui initiantur myſterijs.

¶Dominus non merita perſonarum, ſed ſacerdotum officia conſiderat. Cap. LXXXIII.

CVm ſcri-

A lger. li. 3. c. 10.

a ¶Ita fit uerbum.] .i. blaſphemia. infra de pœn. d. 1. §. põt. & diſt. 4. §. ſiue H.

b ¶Cõgregationẽ.] ideſt, vnitatem eccleſiæ.

Impœnitentia finalis eſt peccatũ in Spiritum ſanctum.

c ¶Nunquam.] Et ita peccatum in Spiritũ ſanctũ eſt finalis impœnitentia: de qua dicit Au. de pę. d. 7. c. 1. & fi. & notaui 25 d. qualis.

d ¶Et tñ] Hoc dicit: quia ab iſto poſſum accipere etiam ſine neceſſitate.

VT euidenter.] CASVS. Oſtenditur per hoc cap. ꝙ non homo, ſed Spiritus ſanctus peccata remittit: & hoc probat auctoritate Domini dicentis; Si cui dimiſeritis peccata, &c. & ideò euenit ꝙ ille, quem ſacerdos tolerat, ſit extra eccleſiam, ſi ei Chriſtus non aperit: & iniuſtè excommunicatus ſit intus.

e ¶Quodam loco.] Ita & aduocatus poteſt allegare, ut dicit quædam lex 45. diſt. cum beatus.

ADDITIO. Ad idẽ ẽ ca. multæ. 45. d. §. hinc etiam: & 32. q. 7. quædam. Arch.

f ¶Et cõtinuò.] Arg. verborum ordinem ſpectandum eſſe, vt 20. diſt. §. 1. arg. ex ſerie uerborũ aliqd perpendi. inf. 24. q. 1. alienus.

g ¶Dimiſeritis.] Bene dixit, dimiſeritis: non cui putaueritis dimitti 1.

1 Vt de pœ. diſt. 1. quem pœnitet. ar. 50. diſtin. ſi quis prępoſtera. Arch.

h ¶Hoc eſt ſpiritus] inf. 1. q. 3. illud. & c. nemo cõtemnat. infra ea q. dictum eſt. inf. de conſec. diſt. 4. nemo H.

Prȩiudiciũ, eſt prauum iudicium.

i ¶Oſtiarius.] ideſt, Chriſtus. idem eſt oſtium, ut infra ea q. ordinationes.

K ¶Præiudicio.] ideſt, prauo iudicio. inf 24. d. 3. ſi quis.

rum legatur ignis deſcendiſſe de cœlo; quorũ utrumq; probatur per hiſtoriam Hieroboam, qui fuit malus ſm quoſ-

Digitized by Google

quoſdam. aliàs Hierobaal, & Heliæ prophetæ, qui bonus fuit.

a ¶Cum ſcriptura.] Hic intendit Ambroſius probare, ꝙ ſpiritus ſanctus tempore hoc operatur inuiſibiliter in ſacramentis eccleſiæ, quod ex eo probat, quia olim viſibi-

c ¶Hieroboam.] Qui fuit malus, ſecundum falſum intellectũ Gratiani. alias Hierobaal, quaſi ſacra Baal deſtruens. Hieron enim ſacrum dr. ſic enim dictus eſt Gedeon 1. ſed hoc non faceret ad propoſitũ Gra. Io.

Spiritus ſanctus olim viſibiliter nũc inuiſibiliter operatur.

Iud. 6

3. Reg. 18.

†*Hierobaal*] orig. Ambro. ſed ſcriptura, *Hierobaal*. † *ſacrificium conſecrauit.*] orig.

ptura [a] tibi teſtetur [h], quòd ad Hieroboã † preces, ignis deſcendit de cęlo, & rurſus precante Helia ignis eſt miſſus, qui ſacrificia † conſumeret; datur intelligi *α*, ꝙ Deus non merita perſonarum conſiderat, ſed officia ſacerdotũ. *& paulo poſt.* ¶Ignis illis viſibilis mittebatur, vt crederẽt nobis inuiſibilis operatur, qui credimus, *& paucis interiectis*. ¶Crede ergo adeſſe Dominum Ieſum inuocatum precibus ſacerdotum, qui ait: [Vbi fuerint duo, vel tres, ibi, & ego ſum.]

Matth. 18.

α ¶Datur intelligi.] *In originali non ſunt hæc verba. Sed cum antecedentia pendeant ex ſuperioribus, hic noua incipit periodus* Non merita perſonarum cõſideras, ſed officia ſacerdotum. *nonnulla autem alia varietates, & quidem non minimi ponderis in margine ſunt indicata.*

Item Gregorius.

¶Non merita ſacerdotum, ſed virtus diuina ſacramenta ſanctificat. Cap. LXXXIV.

4 ſent. d. 13.

Matth. 7

MVlti [d] ſæcularium hominum, cum plus ſacerdotum vitam, q̃ ſuam diſcutiunt, in magnum contemptionis diuinorum ſacramẽtorum crimen incurrunt. Magna enim trabe vulneratos habentes oculos, eamque negligentes, feſtucam tenuem in aliorum conſpiciunt oculis: quam dum incautè feſtinant euellere, erroris in foueam delabuntur: minus quidem conſiderantes, quòd non eos ſacerdotum vita læderet [e], ſi ipſi humiliter bonis ſacerdotum admonitionibus aurem accommodarent. Sed dum hypocritarum more plus illorum famam, quàm propriã vitam, vel vitæ negligentias dijudicant, ſpernunt [f] ſancta monita, & ſpiritualia dona. Vnde fit, vt non ſolum ab eis dicta reſpuant, ſed (quod eſt deterius) diuina etiam myſteria contemnant, vt nec corporis communionem, aut ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti eorum miniſterio confectam aſſumant; putantes hanc minus [g] eſſe ſanctificatam, ſi illorum fiat officio, quorum vita eorũ oculis videtur ignobilis. ¶Heu in quàm magnum laqueum incidunt, vt diuina, & occulta myſteria plus ab alijs ſãctificata poſſe fieri credant, cũ vnus idemq; ſpiritus ſanctus in eccleſia diffuſa per totum orbem terrarũ incõprehenſibiliter [h] ea myſteria, & occultè atq; inuiſibiliter, & operãdo ſan-

MVlti.] CASVS. Hoc c. diuiditur in quatuor partes. In prima parte Gregor. redarguit quoſdam, quia peccata propria negligẽtes, vitam ſacerdotũ reprehendunt, & eorũ ſacramenta contemnunt. In 2. parte oſtẽdit vnde dicatur myſteriũ, & vnde ſacrificium, & vnde ſacramentum, & vnde Euchariſtia. In 3. parte dicit, ꝙ ad preces myſticas malorum ſacerdotum vera Chriſti ſacramenta celebrantur. In 4. parte exponit verbũ Oſeæ prophetæ. ſ. Maledicam (inquit) benedictionibus veſtris. Secunda pars incipit ibi, [Myſteriũ.] Tertia ibi, [Siue ergo] Quarta ibi, [Maledicam inquit, &c.]

d ¶Multi.] Hoc ca. intelligitur d̃ malis tolerandis, quia generaliter loquitur d̃ omnibus ſacramentis. In prima parte reprehendũtur, quidam laici, qui vitam ſacerdotum reprehẽdendo, diuina ſacramenta ab eis collata contemnebant, gerẽtes trabem in oculis ſuis, & feſtucam volentes remouere de oculis aliorum. In ſecunda parte dicitur, quòd quantumcunque ſit ſacerdos malus: ſacramẽta tamẽ eius vera ſunt: nec magis ſanctificantur a bono. In 3. oſtendit quid ſit myſterium, & quid ſit ſacrificiũ Vltimo ponuntur verba Oſeæ prophetæ.

e ¶Læderet.] Argu. alterius crimen non nocere innocenti 2. ead. q. 4. c. 1. ſup. eo. q fert ur contra. H.

Hieroboam vñ dicatur. r Ab ea nocte qua dñs dixit ei, deſtrue aram Baal. qđ & fecit ex inde Gedeon dictus eſt Hierobaal Hieron. n. ſacrũ. inde Hierobaal i. ſacra Baal deſtruens, vel Hieron fortis quaſi fortis contra Baal. Archi.

ſibiliter operabatur in legalibus ſacramentis.

a ¶Cum ſcriptura.] Quam non habemus: ſed eſt in ſcriptura lxx. interpretum.

b ¶Teſtetur, &c.] Quaſi diceret, cũ nullus dubitare hic debet, mendacium appoſuit Grat. ſicut datur intelligi vſque ibi, ignis, nec reddit rõnem Ambroſius quare olim viſibiliter, nunc verò inuiſibiliter operetur ſpiritus ſanctus: nec fit ibi malorum mentio ſacerdotum, vt in c. interpoſuit: ſed duntaxat bonorum, puta Heliæ Hieroboam, & aliorum ſanctorum, quos ibi Ambroſius nominat, vnde ad præſentem materiam nihil operatur. Io. & ita falſa eſt litera cum Hieroboam, &c.

f ¶Spernunt.] Ex his conuincitur, ꝙ miſſa malorum ſacerdotũ audiri poſſit, & ſi prohibitum ſit in caſu, vt inf. 15. q. vlt. inf. 8. q. 3. c vlt ſup. 19. d. c. a contra ſu. d. 32. nullus. d. 81. ſi quis presbyteri. Sed illud de publico, vel de damnato, ſed hic de tolerato. H.

g ¶Minus.] i. non.

h ¶Incomprehenſibiliter.] Non enim a nobis comprehendi poteſt qualiter tranſubſtantiatio ſub ſpecie panis & vini corpus Chriſti, & ſanguis fiat. ADDITIO. Vt de conſe. d. 2. panis, & intellige, quod dicit Gratia.

2 Hoc eſt generaliter verum niſi noceat occaſionaliter, ſm Hugo, vel in corpus, & ſic loquitur cõtrarium hic ſignatum. Altaris myſterium eſt incomprehẽſibile.

a ¶Ita-

ROMA

Digitized by Google

ctificet, & benedicendo † benedicat. ¶Myſterium α ita-que [a] fratres, ob hoc dicitur, quod ſecretam, & reconditam habeat diſpenſationem [b]: ſacrificium autem, quaſi ſacrum factum, quia prece [c] myſtica conſecratur pro nobis in memoriam Dominicæ paſſionis. *& infra.* ¶Sacramentum verò eſt in aliqua celebratione, cum res geſta ita ſit, vt aliquid ſignificare intelligatur, quod ſanctè accipiendum eſt. Sunt autem Sacramenta, baptiſma, chriſma, corpus, & ſanguis Chriſti: quæ ob id ſacramenta dicuntur, quia ſub tegumento corporalium rerum virtus diuina ſecretius ſalutem eorundem † ſacramentorum operatur. Vnde & a ſecretis virtutibus, vel ſacris, ſecramenta dicuntur. Quæ ideo fructuosè penes eccleſiam fiunt, quia ſanctus in ea manens ſpiritus eorundem ſacramentorum latenter operatur effectum. Cuius panis, & calicis ſacramẽtum Græcè Euchariſtia dicitur, Latinè bona gratia interpretatur. Et quid melius corpore [d] & ſanguine Chriſti? ¶Vnde ſiue per bonos, ſiue per malos miniſtros intra Dei eccleſiam diſpenſetur, ſacramentum tamen eſt: quia Spiritus ſanctus myſticè illud viuificat, qui quondam Apoſtolico in tempore viſibilibus † apparet operibus. Nec in bonorum meritis diſpenſatorum amplificatur, nec malorum attenuatur [e]: quia neque qui plantat, eſt aliquid, neq; qui rigat; ſed qui incrementum dat Deus. Hoc de corpore, & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti, hoc etiam de baptiſmate, & ſchiſmate ſentiendum eſt, & tenẽdum: quia virtus diuina ſecretius operatur in eis, & diuina ſolummodo hæc eſt virtus, ſiue poteſtas, nõ humanæ efficaciæ: Polluimus β itaque panem, ideſt corpus Chriſti, quando indigni accedimus ad altare, & ſordidi mundum ſanguinem bibimus *& infra.* ¶Maledicam γ, inquit, benedictionibus veſtris, hoc eſt, ijs quæ nunc meis benedictionibus poſſidetis, ſeu quidquid a vobis benedicitur, maledicam: vel quoniam δ non benedicunt ſanctis ex verò corde: vel quia [f] qui inique agunt, benedicuntur ab eis, adulanturq; peccatoribus, dummodo diuites ſint.

† al. ſanctificando. Iſidorus l. 6. Ety. c. 19.

† al. eandem.

† al. uiſibiliter. 1. *Cor.* 3. Hactenus Iſid.

Hier. in c. Malachi

Idem in c. 2.

a ¶Itaq;.] Et quia occulte, & inuiſibiliter.
b ¶Diſpenſationẽ.] Ideſt virtutẽ, & gratiam a Deo diſpenſatam, & collatam.
c ¶Quia prece.] Sacrificia veteris teſtamenti non faciebãt quod figurabant. ar. de conſec. d. 2. ſacrificiũ, & quod dicit, prece myſtica conſecretur, hoc referas ad ſpeciem facti ſecundum H. quia nec corpus Chriſti conſecratur, quia, & prius corpus ſacratiſſimum erat: nec panis, quia ibi deſinit eſſe ſtatim.
d ¶Quid melius corpore.] Certe anima Chriſti, vnde hoc dictum intelligas duntaxat amplificationis gratia. ſimile inf. 32. queſt. 6. nihil, & q. 7. quid in omnib. Vel dic hoc maius inter ſacramenta eccleſiaſtica quo ad ſãctitatem, & reuerentiam, vt inf. de cõſec. diſt. 2. nihil. & cap. qui manducat, & 25 diſtin. ecce. Vel plures eiuſdem generis ſcilicet inter corporalia. Vel intelige de corpore, quod eſt Chriſtus argu. infra. ead. quaſ interrogo. contra. Sed ibi expone verbum, ideſt, filium, & ſic non eſt contra. de pœn. d. 1. verbum.
e ¶Attenuat.] Sed contra. ſu. 81. d. ſi qui ſunt presbyteri.
f ¶Vel qa.] Iſta duo vel, reſpiciunt tamũ proximũ membrũ, cuius duæ inueniuntur expoſitiones per ſequentia.

Corpus Chri non conſecratur nec panis.

Corpus Chri excedit alia ſacramenta quo ad reuerentiam.

¶*Caput hoc collectum eſt partim ex ſententijs B. Gregorij, partim ex verbis ipſis B. Iſidori atque Hieronymi.*

α ¶Myſterium itaque.] *Hæc uſque ad uerſ.* hoc de corpore, *ſunt apud Iſidorum, non tamen eodem prorſus ordine.*

β ¶Polluimus.] *Sumptum eſt ex B. Hieronymo in commentarijs ad c. primum Malachiæ in illis uerbis,* & dicitis in quo polluimus, &c.

Signi-

γ ¶Maledicam.] *Apud eundem ad c. ſic habetur.* & maledicam, inquit, benedictionibus veſtris, hoc eſt, quæ nũc meis benedictionibus poſſidetis: ſiue quidquid a vobis benedicitur, a me maledictum erit; & maledicam illis, ſubaudi, benedictionibus veſtris: quoniam noluiſtis intelligere, quæ dicuntur hoc eſt enim quod dicitur. [non poſuiſtis ſuper cor.]

δ ¶Quoniam.] *Sumptum ex eodem loco paulo inferius, ubi hæc leguntur:* vel certe, quia ad ſacerdotes proprie mandatum eſt, vertuntur benedictiones eorum in maledictionem, quando non benedicunt ſanctis ex verò cordis affectu, ſicut Iſaac Iacob, & Iacob patriarchis, & Moyſes duodecim tribubus: ſed per dulces ſermones, & benedictiones decipiunt corda innocentium: & qui inique agunt, benedicuntur ab eis, adulanturque peccatoribus, dummodo diuites ſint, atq; eorum vitijs blandiuntur.

Digitized by Google

SIgnificaſtis.] CASVS Hic probatur malos ſacerdotes tolerandos duplici exemplo Chriſti: tum quia Phariſæos & Scribas docuit eſſe audiendos: ſed non in malis operibus imitandos, tum quia miſit Iudam traditorem ſuum ad euangelizandum cum alijs diſcipulis, & cum eum uſque in finem tolerauit: nec Apoſtoli etiam ſacramenta talium deſpiciebant.

ferri, nec conuici: & hoc per quandam ſuam quæſtionem nitebatur probare. Diuiditur ergo capitulũ iſtud in 9. partes. In prima parte Augu. reprehendit eum de ſua ſtulta quæſtione. In ſecunda parte oſtendit apud malos ſacerdotes uera eſſe ſacramenta, & ſi nõ ſint ueri ſacerdotes, cum quęratur, utrum ſit verũ ſacramentum, & nõ vtrum ſit verus ſacerdos: & hoc ꝓbat exemplo Caiphę, q malus erat, & tamẽ prophetauit, exẽplo Pauli, qui verũ teſtimoniũ peſſimi approbat exemplo Dauid, qui Saulis ſacrã vnctionem honorauit. In tertio oſtẽdit quod meritum conferentis nõ attenditur in veritate ſacramenti. In quarta parte oſtendit, ꝙ Optati hæretici ſacrificium illis tantum nocuit, quibus vita ſua non diſplicebat. In q̃nta parte refert gratias Deo de victoria quã habuit cõtra Petilianum. Secunda pars incipit ibi, Qui autẽ ſolo. Tertia ibi. Itẽ nos dicimus. Quarta ibi. Per hanc ſententiam. Quinta ibi. Item gratias ago.

d ¶Dominus declarauit.] Nota ꝙ Auguſt. in hoc c. improbat duas opiniones Petiliani: qui Petilianus dicebat, immunditiam malorũ mundis obeſſe: Dicebat etiam, quod mali ſacerdotes non cõferebant, vel conficiebant uera ſacramenta. Dicit ergo in prima parte, ꝙ immunditia malorũ bonis, & mundis nõ obeſt. In ſecunda ponit quandam obiectionem Petiliani, quæ non tangit propoſitum, & eam ſoluit. In tertia oſtendit, quod ſacramenta ſi in forma eccleſiæ conferantur à quocunque, vera ſunt. & hoc oſtendit triplici exemplo Caiphæ. Apoſtoli, & Dauid. In quarta oſtendit, ꝙ quales ſunt qui ſacramenta accipiunt, talia ſunt eis ipſa ſacramenta. In quinta infert duplicem concluſionem contra duplicem opinionem Petiliani, gratias agẽs Deo, quod acquieuit Petilianus ſuis rationibus. Ioan.

Errores Petiliani.

Item Fabianus Papa epiſcopis Orientalibus, epiſt. 2.

¶Non ſacerdotum vitam, ſed quæ docent, & miniſtrant, conſiderare debemus. Cap. LXXXV.

Aug. in hom. 50. de pœn. c. 13.

SIgnificaſtis inſuper pleroſq; attendere, multis in ipſis honoribus eccleſiaſticis nõ congruenter [a] viuere ſermonibus, & ſacramentis, quæ per eos populis miniſtrantur. O miſeros homines, qui hos intuendo, Chriſtum obliuiſcuntur: qui & multo ante prædixit, vt legi Dei potius obtemperetur, quàm imitandi videantur illi, qui ea, quę dicunt, non faciunt: & traditorem ſuum tolerans vſque in finem, etiam ad euangelizandum cum cæteris miſit. Nam Apoſtoli talem conſuetudinem non habuerunt, nec habendam docuerunt [b].

Matth. 23.

Item Nicolaus Papa Michaeli Imperatori, in epiſt. quæ incipit, [Propoſueramus.]

¶De eodem. Cap. LXXXVI.

Anſel li. 1 c. 75. Iuo p. 5. c. 18.

NOn quales ſacerdotes Domini ſint, ſed quid de Domino loquamur, eſt vobis magnopere prę uidendũ: nec in vicarijs B. Petri Apoſtoli vobis eſt attendendum, qui ſint: ſed quid pro correctione eccleſiarum, quid pro ſalute veſtra ſatagant. Nec enim illos [c] inferiores dicetis Scribis, & Phariſæis ſedentibus ſuper cathedram Moyſi, de quibus Dominus præcepit dicens: [Quæcunque dixerint vobis, obſeruate & facite; ſecundum opera verò eorum nolite facere.] Ergo Imperator conſidera, ſi illos dixit audiendos, qui ſuper cathedram Moyſi ſedebant; quanto potius his, qui ſuper cathedram Petri reſident, eſſe exiſtimetis obaudiendum?

Matth. 23.

1 Hinc eliciunt quidã Petrum eſſe maiorẽ Moysè. At cõtra 32. q. 4. quis ignoret.

Item Auguſtinus contra literas Petiliani, li. 2. c. 22.

¶Sacerdotum immunditia, ſacramenta non polluit. Cap. LXXXVII.

Alg li. 3. c. 11. Iuo p. 2. c. 98. & 99. Eodem lib. c. 30.

DOminus declarauit [d] in vno cœtu [e] hoĩum eadem ſacramenta ſumentium, aliquorum immunditiam mundis obeſſe non poſſe. *& infra*. ¶ Petilianus dixit [f], Aut ſi quiſq̃nã carmina ſacerdotis memoriter teneat, nũquid inde ſacerdos eſt, ꝙ ore ſacrilego carmen publicat

a ¶Non congruenter.] Ideo vitabant eorũ ſacramenta.

b ¶Docuerunt.] Ergo nec nos præſumere, uel inuenire debemus, vt ſupra diſt. 37. qui de menſa, infra 2. q. conſuluiſti. inf 31. q. 1. ꝙ ſi ſupra diſt. 55. ſi euangelica, ſup. diſt. 45 cap. epiſcopum 7. q. 1. c. 1.

NOn quales] CASVS. Quidam contemnebant ſacra malorum ſacerdotũ, ſed probat Nicolaus hoc non eſſe faciendum: quia ſi mali ſacerdotes ſedentes ſuper cathedram Moyſi ſunt audiendi, multo potius regentes cathedram Petri ſunt audiendi.

c ¶Nec enim illos.] No. modum arguendi de malis ad bonos. de conſecr. diſt. 1. c. 1. in f. 11. q. 1. ſacerdotibus, ſupra diſt. 21 ſubmittitur 1.

DOminus declarauit.] CASVS. Petilianus dicebat, per prauum ſacerdotem uera ſacramenta non con-

d ¶Dominus declarauit.] In parabolis de zizania ſeparanda à tritico 11. q. 3. nolite. & de hœdis, vt 23. q. 7. c. 1. Vel declarauit ſuſtinendo Iudam 2. q. 1. unus ex uobis.

Zizania an a tritico ſeparanda ſit.

e ¶Cœtu.] Ideſt, collectione Apoſtolorum, vel Eccleſiæ, vbi ſunt boni & mali. 32. q. 4. recurrat.

ADDITIO. De conſecr. diſt 4. eſt unitas eccleſiæ. Arch.

f ¶Petilianus dixit.] Obijciendo, dicebat enim malum ſacerdotem non poſſe conficere: quia non eſt verus ſacerdos; ſicut nec laicus poteſt.

Digitized by Google

a Baptiſma.] Quaſi hoc quærimus, & nõ illud. & ideò non ualet obiectio, &c.
b ¶ Sacramento.] Ordine & officio, ſine iuſtitia. argu. contra 40. diſtinct. ſicut viri. Sed ibi agitur de eſſentia ſacerdotis: hic de qualitate.

ſchiſma. ubi dicit, Pelagius; ſi ueritate duce regimur; non eſt Chriſti corpus quod hæreticus conficit. Item quia hoc ſacramentum eſt ſacramentum unitatis, vt de conſecratio. diſtinctio. ſecunda. quia paſſus. Item quia extra unitatem eccleſiæ confici non poteſt, vt

ſacerdotis? Auguſtinus reſpõdit. Ita iſtud dicis quaſi modo quæramus, quis ſit verus ſacerdos, & non quid ſit verum baptiſma [a]. Vt enim ſit quiſq; verus ſacerdos, oportet, vt non ſolo ſacramẽto [b], ſed iuſtitia quoq; induatur, ſicut ſcriptum eſt: [Sacerdotes tui induantur iuſtitia.] *Pſal. 131.* Qui autem ſolo ſacramento ſacerdos eſt, ſicut fuit pontifex Caiphas perſecutor vnius & veriſſimi ſacerdotis; quamuis ipſe non ſit verax; quod dat; tamen uerum eſt, ſi non det ſuum [c], ſed Dei. *Item* [d] *paulò inferius.* ¶ Dixit quidam ex ipſis proprius eorũ propheta, Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri †. teſtimonium hoc verum eſt.] *Ad Titum, c. 1.* Si ergo [e] Apoſtolus neſcio cuius alienigenę teſtimonium, quia verum comperit, etiam ipſe atteſtatus eſt; cur nos apud quemlibet inuenerimus, quod Chriſti eſt, & uerum eſt, etiam ſi ille, apud quẽ inuenitur, peruerſus, & fallax eſt; nõ diſcernimus uitium, quod homo habet [f], & veritatem, quam non ſuam, ſed Dei habet? & dicimus, ſacramentum hoc uerum eſt, ſicut ille ait, teſtimonium hoc veru m [g] eſt? Nunquid ideò dicimus, etiã ipſe homo uerax eſt, quia dicimus ſacramentum hoc uerũ eſt? *& paulò poſt.* ¶ Vos aũt neceſſe eſt, vt ſemper erretis, quamdiu propter hominũ vitia, Dei ſacramenta violatis [h], aut nos pp Dei ſacramenta, quæ in nobis † violare nolumus, etiam ueſtri ſchiſmatis ſacrilegiũ [i] aſſumere putatis. *Item.* ¶ Baptiſmi ergo puritas à puritate, vel immunditia cõſcientiæ, ſiue dantis, ſiue accipientis oĩno diſtincta eſt. *Item.* ¶ Memento ergo ſacramentis Dei nihil obeſſe mores malorũ hominũ, quo illa, vel oĩno nõ ſint, vel minus ſancta ſint. *Item.* ¶ Quæro, ſi nõ habebat Saul [k] ſacramenti ſanctitatem, quid in eo Dauid venerabatur? ſi autem habebat innocentiam, quare innocẽtem perſequebatur? Nam eũ propter ſacroſanctam vnionem & honorauit viuum, & vindicauit occiſum. Et quia vel panniculum [l] ex eius veſte præſcidit, percuſſo corde trepidauit. Ecce Saul non habebat innocentiam; & tamen habebat ſanctitatẽ, non uitæ ſuæ (nam hoc ſine innocentia nemo põt) ſed ſacramenti Dei, quod & in malis hominibus ſanctum eſt; *Item.* ¶ Nos dicimus tale cuiq; ſacrificium fieri, qualis accedit, ut offerat, & qualis accedit, vt ſumat: & eos de ſacrificijs taliũ manducare, qui ad illa tales accedunt, quales & illi ſunt. Itaque ſi offerat Deo malus, & accipiat inde bonus; tale cuiq; eſſe, qualis quiſq; fuerit, quia & illud ſcriptũ eſt: [Omnia munda mundis [m].] Per hanc ſententiam veridicam, & catholicã etiam vos, Optati [n] ſacrificio [o] nõ eſtis polluti [p], ſi facta eius diſplicebãt

† *al. uobis.*
Eod. lib. c. 35.
Ibidem c. 47.
Ibidem c. 48.
1. *Reg.* 10. *&* 24.
Ibidem c. 52.
Tit. 1.

† Poteſt inferri ex hoc text. & ſua gl. ꝙ auctoritates Poetarũ & gẽtilium tam in iureq̃ in cauſis pñt allegari cõcord. tex. in l. intã tum, cũ glo. fi. ff. de rerũ diuiſio.

c ¶ Si non det ſuũ.] .i. ſi nõ ſua, ſed Dei; in forma, ſ. eccleſię.
d ¶ Item] Verba ſũt Epimenidis illius Thebani ſacerdotis qui malus fuit. & Apoſtolus ſumit eadem uerba in teſtimonium in epiſtola ad Titum 1.
e ¶ Si ergo.] Et uerũ eſt ſupple: & ideò approbemus.
f ¶ Habet.] Arg pro teſtimonio alicuius, qui nõ eſt bonus, ut credatur teſtimonio in quo uerum dicit, & ſi in alijs mentiatur ſ̃ d. 37. turbat. & cap. ſi quid, ſe contra 3. q 6. pura.
g ¶ Verum.] Quaſi dicat, non: & ita nõ quicunq; uerum dicit, verax eſt 22. q. 2. homines.
h ¶ Violatis.] ideſt, violanda eſſe creditis.
i ¶ Sacrilegiũ.] Quaſi comprobare ſchiſma ueſtrum uideamur, ex eo quod ſacramenta ueſtra nõ reprobamus.
K ¶ Si non habebat Saul] Quẽ dominus elegerat & fecerat Regẽ. i. fieri iuſſerat vt ſ̃. 8. q. 1. audacter.
l ¶ Panniculũ.] Qñ præcidit clamydem ueſtimenti ſui, ut 2. q. 7. c pleruinq; obijcitur. §. de his, & §. item opponitur.
m ¶ Omnia munda mũdis.] Iuxta illud Qui manib ſordes: operum prius ablue ſordes. Intus te mũda, quia mundis omnia munda.
n ¶ Optati.] Propriũ nomẽ eſt, & erat malus catholicus, uel hæreticus, ſcilicet occultus.
o ¶ Sacrificio.] Hic patet quod præciſus conficit, ut inf. c. nõ nocet. & c. dictum ẽ de conſecr. diſtin 4. non in uobis præterea, quæ eſſet ratio quare damnatus à Deo poſſet conficere quamdiu toleratur ab eccleſia, ſed damnatus ab homine non? Dicas ergo ꝙ hæreticus excommunicatus depoſitus poteſt hoc ſacramentum & reliqua ſacramenta miniſtrare, per capitula quæ dixi. Quidam tamen contrarium dicunt 2. per id quod eſt 24. queſt. 1. vt ſup. ead. extra eccleſiam, infra ea. ſaci

ADDITIO. Intellige omnia iſta vltimo allegata quò ad effectum ſacramenti, vel quando non ſeruant formã eccleſiæ ſecundum Ray. qui de hoc ſatis no. in ſumma de hæret. §. item nunquid, &c.
p ¶ Polluti.] Arg. nõ imputari ſocio peccatum alterius ſi ei diſpliceat, dummodo eum admoneat, vt reſipiſcat, vt

Epimenides Thebanus, ſacerdos malus fuit.
1 Cap. 1. de hoc etiam not. 37. diſt. turbat. ibi uideas. Atc.
Optatus malus fuit catholicus.
Sacerdos præciſus cõficere põt.
2. Ad hoc de conſ. diſt. 2. quid ſi ſanguis. uerſic. qualis ubi de hoc.

Digitized by Google

vt inf.ea.q.4.c.1.quod crimē,nullius crimē, & c.crimē. arg.23.q.4 recedite.8.q.1.quid aūt.inf.11.q.3.quod pręceſſor.inf.24.q.3.ſi habes 24.q.1.ſchiſma.contra inf. de conſ.d.1.ſancta.contra inf.ea q.5.c.1.contra H.

C Hriſtus quid fecit.] CASVS.probauit in hoc cap ꝙ mali

c ¶Ore.] Cum dixit,hoc eſt corpus meum.inf.de conſ. d.2.accipite.

d ¶Cæteris.] inf.23.q.4.tu bonus,& c.quàm magnum. inf.de conſe.d.2.cu omne contra. Sol.ſed ibi de bucella panis, quam ſoli Iudæ tradidit poſtea: hic de corpore Chriſti,quod primo tradidit ſibi poſtea omnibus dedit.

vobis. Nam vtiq; panis illius,panis luctus erat,ſub cuius iniquitatibus Africa tota lugebat:ſed panem luctus,omnibus vobis communem eſſe, omnium veſtrū malū ſchiſmatis facit. *Item.* ¶Gratias Deo,quia tandem confeſſus es poſſe valere inuocatum nomen Chriſti ad aliorum ſalutem,etiam ſi a peccatoribus inuocetur.Hinc ergo intellige,cum Chriſti nomen inuocatur, non obeſſe aliorum ſaluti aliena peccata.

Ibidem c.54.

a ¶Ritæ ſuæ.] *Sequebatur*,ſed vnctionis: *quæ voces abſunt ab omnibus uetuſtis Gratiani exemplaribus,licet in codicibus etiā B.Auguſtini impreſſis legantur.*

Idem in pſalmū 10.in verſ.[Iuſtus autē quid fecit?]

¶Etiam per malum miniſtrum dona Dei ad hos perueniunt,qui cum fide accipiunt. Cap. LXXXVIII.

Iuo p.2.c.105. *Ioan.13.6. & 12. Matth.10.*

C Hriſtus quid fecit [a] vobis,qui traditorem ſuum tanta patientia pertulit, vt ei primam [b] Euchariſtiam confectam manibus ſuis,& ore [c] ſuo commēdatam, ſicut cæteris [d] Apoſtolis,traderet? Quid vobis fecit Chriſtus, qui eundem traditorem ſuum, quem diabolum nominauit [e],qui ante traditionem Domini,nec loculis [f] Dominicis fidem potuit exhibere,cum ceteris diſcipulis ad prędicandum regnum cœlorum miſit; vt demonſtraret dona Dei peruenire ad eos,qui cum fide accipiunt, etiam ſi talis ſit,per quem accipiunt,qualis Iudas fuit?

Item Gregorius.

¶Sacramentis, epiſcopi malitia non nocet. Cap. LXXXIX.

N On nocet malitia epiſcopi neque ad baptiſmum infantis,neq; ad eccleſiæ [g] conſecrationem [h]:quia baptiſma a Deo datur,non ab homine venit.ſic & Euchariſtia,& omnia,quæcunque in altari ponuntur, non ab homine,ſed a Deo ſanctificationem accipiunt.

Sed obijcitur [i] illud Hieronymi in Sophoniam,c.3.

¶Non verba, ſed merita ſacerdotum Euchariſtiam faciunt. Cap. XC.

Iuo p.2.c.110.

S Acerdotes,qui Euchariſtiæ ſeruiunt,& ſanguinē Domini populis eius diuidunt,impie agunt in legē Chriſti,putantes Euchariſtiam,imprecantis [k] facere verba,nō vitam [l]; & neceſſariam eſſe tantum ſolemnem orationē, & non ſacerdotum merita,de quibus dicitur: [Et ſacerdos,in quo fuerit macula [m] non accedet offerre oblationes Domino.]

Leuit.21.

e ¶Nominauit.] vbi,neſcio,ſed credo, ꝙ ibi,qui intingit mecum manum,&c. argu.inſt. de exhæred. lib.§.ſed fœminini.

f ¶Loculis] Arg.cōtra infideles ſeruientes, ꝙ ſint ſicut diaboli de pœn. d.3.§. hoc idem 1.

g N On nocet.] ¶Ad.eccleſię] inf.de conſ d.1.eccleſijs,contra.ſed illud quando forma ſeruata non eſt.

h ¶Conſecrationē.] dum tñ ceſſet omnis pactio,vel aliqua turpis ꝓmiſſio; alioqn execrata potius q̄ cōſecrata dici debet, vt inf ead.q.4 eccleſia. ſed hoc in odiū cōſecrantis, nam reuera conſecrata eſt 2.

SED OBIICITVR.CASVS.] Nunc obijcitur Grat.cōtra prædicta,& ita alternatim modo ex vna parte, modo ex alia allegādo procedit in hac quæſtione, & ſolutiones inferendo.

i ¶Sed obijcit.] Reſpicit§.ſi ergo.ſ̄ ꝓpoſitū.Nam inducit iſta ſex c. quædā directe: quædā a ſenſu contrario ad probandum,ꝙ malus ſacerdos non poſſit conficere ſacramenta,ſed ibi reſpondet in ſeq. §.cum vita.

S Acerdotes.] CASVS. Dicit in hoc c. ꝙ non tm̄ verba: ſed etiā merita ſacerdotum cōcurrere debēt, quia ſcriptū eſt, Nec maculā habens ad ſacrificandū accedat.Sequentia tria c. plana ſunt, in quib. dicitur, ꝙ mundi debent eſſe ſacerdotes,

mali ſacerdotes ſunt tolerandi,& ꝙ ſacramenta ſunt ab eis recipienda,& hoc probatur exemplo Domini,qui Iudam tolerauit, & eum cum alijs diſcipulis ad prædicandum miſit.Sequens cap patet.

a ¶Chriſtus q d fecit.] Qui ſigna patiētiæ oñdit nobis.

b ¶Primam]Ideſt,primo confectam Euchariſtiam dedit.nam vna ſola eſt,& ideo non eſt prima, vel vltima. Vel ſic,primam,ideſt,vnicam,& non plures.

quia alijs intercedunt,quia facilius exaudiuntur.

K ¶Imprecantis.] Ideſt,inuocantis per preces H.

l ¶Non vitam.] Quantum ad rem ſcī.ſ.vt digne conficiant?alias vita non exigitur,vt conficiant.

ADDITIO.Sub.ſed vt proficiant offerenti.inf.ead. cum vita.Archid.

m ¶Macula.] Mortalis peccati 3,arg.de conſ.d.2.quotidie,vel venialis,& tunc eſt cōſilium.arg d.6.teſtamētum,

1 Ad idē 13. q.1.§.adhoc vbi de hoc.ſ. ꝙ ſint ſicut diaboli. de pœnit.d 1.§. hoc idem. Arch.

2 Dūmodo forma eccleſiæ fuerit ſeruata. de cōſ. d 1 eccleſijs, quod etiam videt contra Io. de Fant.

3 Hic videas qđ no.5 t.d. de his.in gl. vlt. extra de celeb.miſſa. de homine Arch.

Digitized by Google

tum, H. tamē hæc auctoritas intelligitur de macula corporali, vt 49 diſt. hinc etiam, & ita ſophiſtice inducitur §. non accedat. dum enim æſtuauerit in pectore peccantis ignis alienus, qui exurit, & non ſanat: non pot digne accedere ad altare. de pœn. diſt. 3. cap. inter hæc hircum. Vnde notatur hic, ꝙ quilibet ſacerdos ꝑ macula mortalis peccati ſuſpēſus eſt quo ad ſe, quoad accipiētes vero non, niſi vt notatur 32. diſt. §. verum, &c. nullus.

Sacerdos q- libet ꝑ mortali peccato ſuſpēſus eſt quoad ſe.

a ¶ Ipſi ſacerdotes.] ¶ Comedunt.] Id eſt, oblata pro peccatis 1. vel dicuntur comedere peccata populi, quia delent, & ſic comedunt peccata populi ordinationibus ſuis, vel forte quia exemplo bonæ operationis, & verbo prędicationis corrigunt homines, & ita quantum in ſe ē delent. 36. diſ. §. ecce ver. ex quibus. ſolus enim Deus delet peccatum, id eſt, peccati reatū 2. ſacerdos pęnam infligendā pro peccato orationibus minuit 3 pp qđ peccatū delere dicitur. 13. q. 2. animę. H Vel illi dicūtur comedere peccata populi, q de ſuis poſſunt ſuſtētari, & tamen percipiunt de eccleſiaſticis 12. q. 2. illud. cum habenti dare, &c. 1. q. 2. paſtor.

Sacerdotes comedūt peccata populi. 1 Sic. 1. q. 1. quia.

2 Vt ſu. e. q. vt euidēter.

3 Vt 13. q. 2. animæ.

b ¶ Acroſancta.] Id eſt, religioſa ſacramentorum reuerentia, vel id eſt, Euchariſtia, vel quodlibet aliud ſacramentum ſup. ea. ventum.

c ¶ Cōſecrationem.] ꝗ diuinum miniſterium fecit, nō miniſtri adminiſtratio, vt inf. de conſ. diſtin. 4 non eſt aqua.

d ¶ Adueniet.] Adueniet quidē magis ad conficiētis detrimētum, ꝗ ad ſalutē, vt de conſec. diſt. 2. c. & ſancta.

e ¶ Eceſſe ē] ¶ Vaſa] i. ſubditorū animas, qa Dñs i eis ſedet 4. vt 23 q. 4 Nabuchodonoſor. 32. q. 5. ſi Paulus. quorum ſanguis requiritur de manibus noſtris. 43 d. Epheſijs.

4 al. iacet.

f ¶ Ad interiora.] Id eſt, ſpiritualia, & cęleſtia. Vel dic, id eſt, ad vitia, & tunc dic perducendas vapulaturas a primo mancipio gehennæ. 40. d. ſi Papa.

g ¶Excõicatione.] Hic grauius punitur ſacerdos q̃ eps argu. cont. 40. d. hõ 1. Sed hic presbyter ĩ duobus delinquit, & q̃a contemnit, & quia [1] ſimoniam committit. epiſcopus tãtum in negligentia [2]. Et quod dicit, quatuor menſium excommunicatione plectatur, hæc pęna non excludit depoſitionem. Alij intelligunt hoc capitulum tãtum de negligente [3], non de committente. ſed huic intellectui obuiat illud, accipiendum. & illud, cupiditatibus. Sed exaudi hoc per illud. extra de ſimo. nemo. cum ſcilicet quis celat crimen alterius pro pecunia: arg. ſup. e. c. ibi, contexit. B. Sed adhuc contradicit huic intellectui quod dicit de pœna. quia minor imponitur maioribus. Sed dic, quod maior pœna eſt epiſcopo ceſſare per duos menſes, quã in preſbytero per quatuor. 40. diſt. homo Chriſtianus.
h ¶Clericus.] & ſecundum hoc clericus in minoribus ordinationibus poteſt eſſe prælatus.
i ¶Competenti pœna.] Depoſitioni. inf. ea. q. 3. cap. vlt. placuit,

Gratia in ſepultura no confertur.

Ep̃s nõ corrigens ſubditum, eſt ſuſpendẽdus.

Sacerdos grauius punitur q̃ epiſcopus.

1 Arg. extra de cle. vena. c. 1.

2 Sic no. J. 24. q. 1. qui contra. in gl ult.

3 Et talis nõ eſt ſimoniacus. quia nil vr̃ emere vel vẽdere: ſed pro tãto dr̃ ſimoniacus: quia ſimoniã cõmittit, & contegit. extra de ſimo nemo. Hug.

Digitized by Google

PLacuit,vt nullus.] CASVS. Statuitur hic,vt nullus epi pro chriſmate tremiſſem exigat, ſicut olim epi facere conſueuerunt,ne ipſi venundantes, ſicut Simon magus uoluit emere,damnabiliter venundentur. ſup.d.81.in omnibus.inf.8.q.3 c.1.& ſup.d.57. ſi quis in ægritudine.J.18.q.vlt.Eleutherius.contra extra de ſimo.cum ſit Romana.Inf ea.q.8.placuit.Sol.exaudi hoc de nummis exactis. nam ſponte oblatos accipere poſſum.arg.inf.c.proxi. Alij dicunt hoc vitandum propter ſpeciem

Chriſma uẽdi non põt.

a ¶Balſami.] ideſt,chriſmatis. nam poſt conſecrationẽ chriſma eſt.Chriſma ergo vendi non poteſt,nec ẽt in neceſſitate,cũ ſit ſacramẽtum.1.q.1.multi. & 1 q.3.ſi qs p̃bendas. & ſup.ea. quicquid.

Tremiſſis eſt tertia p̃s ſolidi.

b ¶Tremiſſem.] Tertia pars ſolidi eſt tremiſſis. De hoc tremiſſe habes.C.de veſte milit.fortiſſimis.li.12.& inde dicitur tremiſſus ſm Iſidorum, quaſi ter miſſ' ſolidum conſtituat.

PLacuit.] CASVS. Statuitur in hoc c.vt ꝓ baptiſmi collatione nihil exigat: ſponte tamen oblatum poteſt recipi: & ſi timore extorſionis aliquis ſe ſubtraxerit à baptiſmo,aĩa periclitantis à tali p̃sbytero requiretur.

Damnũ dediſſe vr̃, qui occaſionem damni dat.

c ¶Eorum.] Argu ꝙ in eadẽ ſit perditione & qui damni cauſam,vel occaſionem dat, & qui damnum dediſſe videtur. inf. 23.queſt.5. de occidẽdis.& c.cũ homo. cõtra.26.q.6.ſi preſbyter. J.27.q 2. ſi tu abſtines. ſup.d.55.ſi qs abſciderit. J.17. queſt 4.diffiniuit ĩ. 50.diſt. ſtudeat.& c. ſæpè J.16.q.1. decimæ.10.Sol hoc intelligendum eſt de cauſa proxima,maximè cum malo zelo cauſam,vel occaſionem præſtant H.

d ¶Perditio] Nihil enim intereſt,an occidat quis, an cauſã mortis præbeat.ff ad l.Corn.de ſic.nihil, vnde ſi p̃ſtito impunitatis ſacramento ſeruos fugientes ad ſiam ſacerdos non reddiderit, & poſtea fugerint: fuga eorum à ſacerdote quærẽda eſt,ut inf.17.q 4.diffiniuit. qui enim occaſionem damni,&c.ff.ad l.Aquil. qui occidit §.vlt.

e [Requiratur.] Not quòd pro loco,& tempore illicita redduntur,quæ ſimpliciter licita ſunt, vt 27.q.1.neque viduas

ζ ¶Et competenti.] *In vulgatis legebatur*, pro arbitrio cõpetenti pœna, *ſublata ſunt uoces*, pro arbitrio, *quia in vetuſtis exemplaribus, in concilijs impreſſis, & manuſcriptis, & apud Iuonem non habentur, neque auctor gloſſa eas agnoſcit.*

Item ex concilio Bracarenſi ſecundo, c.4.

¶ *Emendata eſt inſcriptio ex aliquot vetuſtis codicibus. Nam in vulgatis erat*, ex Carthaginiẽſi quarto, *in quo nõ habetur.*

¶Nihil à ſacerdotibus exigatur pro balſamo, quod in Chriſmate ponitur. Cap. CII.

PLacuit, vt nullus epiſcoporũ pro modico balſami [a], quod benedictum pro baptiſmi ſacramẽto per eccleſias datur; quia ſinguli † tremiſſem [b] pro ipſo exigere ſolent; nihil vlterius exigatur: ne fortè, quod pro ſalute animarum per inuocationẽ ſancti ſpiritus conſecratur, ſicut Simon magus donum Dei pecunia voluit emere, ita nos venundantes damnabiliter venundemur.

† *al. à ſingulis tremiſſes exigi*] *al. ſinguli tremiſſes exigi.*

Item ex eodem, c.7.

¶Non eſt aliquid exigendum ab ijs, qui infantes ſuos ad baptizandum adducunt. Cap. CIII.

AB.8.

PLacuit, vt vnuſquiſque epiſcopus per eccleſias ſuas hoc præcipiat, vt hi, qui infantes ſuos ad baptiſmum offerunt, ſi quid voluntariè pro ſuo offerunt uoto, ſuſcipiatur ab eis. Si verò per neceſſitatem paupertatis aliquid non habeant, quod offerant, nullum eis pignus violenter tollatur à clericis. Nam multi pauperes hoc timentes, filios à baptiſmo retrahunt: qui ſi fortè, dum differunt, ſine gratia baptiſmi de hac vita receſſerint, neceſſe eſt, ut ab illis eorum [c] perditio [d] requiratur [e], quorum ſpolia pertimeſcentes, à baptiſmi gratia ſe retraxerunt.

Item ex concilio Eliberitano, c.48.

¶Qui baptizatur, nullos nummos in concham mittat. Cap. CIIII.

EMendari placuit, vt qui baptizantur (vt fieri ſolebat) nummos in concham non mittant [f]: ne ſacerdos [g],

EMendari.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ꝓ baptiſmo nihil recipiatur, nec pedes baptizandorum lauentur; Sequentia duo cap. plana ſunt, in quibus dicitur, ꝙ pro ſacramentis, vel ordinibus, ſepultura, chriſmate, communione, & luminaribus, nihil exigi debet.

1 Vnde ſubdit, ne ſacerdos, &c.

f ¶Non mittant.] Præſumitur enim ſimonia 1. ſimilis præſumptio eſt ex tempore, vel loco.inf.31.q.1. relatũ. ſpeciem mali.argum.extra de tranſact.conſtitutus. ff.ad leg.Iul. de ambitu. l. vna.ubi dicitur, quod accuſatus non debet intrare domum iudicis. Hic arguè opus per ſe laudabile ratione temporis reprobari, & ne malignandi occaſionem inducat.licet enim nummos in concham mittere opus pietatis ſit, tempore tamen ſuſcipiẽdi baptiſmi ſimoniæ ſuſpicionem inducit. arg. eſt ff.ad l.Iul.de ambitu.l.una.in fi.adeò, vt ſi etiam ſub aliquo prætextu tempore prohibito detur, præſumptio ſimoniæ non euaneſcat.arg.57. diſt.ſi quis in ægritudine.2. 8.q.3.c.primo.

Opus per ſe laudabile ratione temporis reprobatur.

a Et not.inf. 12.q.2. diffinimus.

g ¶Ne ſacerdos.] Arg. non ſolum abſtinendum eſſe à malis, ſed etiam ab omni ſpecie mali.arg. ſupra 54.diſt. generalis.

Abſtinendũ eſt ab omni ſpecie mali.

a ¶Lauan-

Digitized by Google

Latio Mediolanenſiũ

a ¶Lauandi ſunt.] Quia Mediolanenſes primo aqua conſecrata puerorum pedes lauant, & poſtea baptizant: & non peccant, quia auctoritate Ambr. hoc faciunt, qa qui eſt mundus totus, non indiget niſi vt pedes lauet. Tamen in illa auctoritate intelliguntur pedes, ideſt, affectus; pro tempore etiam luminum pretium interdici in extrauag: Alex. 3 de his ſane Hug. ſatis dicitur ext. de ſim. non ſatis, & c. cum in eccleſiæ.

ADDITIO. Adde ad hoc quod legitur, & not. ſup. ead. emendari. Arch.

quod gratias accepit, pretio diſtrahere videatur. Neq; pedes eorum lauandi ſunt [a] a ſacerdotibus, vel clericis.

Item ex concilio Triburienſi.

¶Pro perceptione baptiſmi, vel ſchriſmatis aliquid exigi non debet. Cap. CV.

Pann. l. 4. c. 101. Iuo p. 1. c. 295.

DIctum eſt ſolere in quibuſdã locis pro perceptione chriſmatis nummos dari, ſimiliter pro baptiſmo, & communione. Hoc ſimoniacæ hæreſis ſemen deteſtata eſt ſancta ſynodus, & anathematizauit, & vt de cætero nec ꝓ ordinatione, nec pro chriſmate, vel baptiſmo, vel pro balſamo, nec pro ſepultura, vel communione quidquam exigatur, ſtatuit, ſed gratis dona Chriſti gratuita diſpenſatione donentur.

Item ex concilio Cabilonenſi tempore Caroli Magni, cap. 17.

¶Non pro dedicandis baſilicis, vel pro cæteris ſacramentis, eccleſiæ conferendis aliquid exigi debet. Cap. CVI.

Burc. l. 4. c. 93. Iuo p. 1. c. 287. Pann. l. 1. c. 98.

STatuimus, vt ſicut pro dedicandis baſilicis, & dandis ordinibus nihil accipiẽdum eſt: ita etiam pro balſamo ſiue luminaribus [b] emendis, nihil presbyteri chriſma accepturi dent. Epiſcopi itaque de facultatibus eccleſiæ balſamum emant, & luminaria ſinguli in eccleſijs ſuis concionandi prouideant.

ſu. e. remiſſionem §. ſed notandum.

13 *Sicut [c] ergo hæc ſacramenta [d] licet ſimoniace miniſtrentur, tamen benedictionis effectum conferunt accipienti, & ſic ſacerdotalis vnctio, licet ſimoniace miniſtretur; ſuo tamen non debet carere effectu. Sed, ſicut ſupra dictũ eſt, illa ſacramenta ſunt neceſſitatis, hæc dignitatis, & ideo priuilegia illorum non poſſunt generare cõem legem iſtorum. Habent ergo ſimoniaci vulneratum caput per ſimoniacæ manus prauam impoſitionem: Hoc autem de illis intelligitur, quos nec excuſat ignorantia, nec attractionis violentia; qui ab illis ordinantur, quos indubitanter ſciunt eſſe ſimoniacos; ſiue ſimoniace, ſiue non ſimoniace ordinentur ab eis. Vt n. diſtinguit Nicolaus Papa alij ſimoniace ordinantur a ſimoniacis: alij ſimoniace a non ſimoniacis, alij non ſimoniace a ſimoniacis.*

Hanc diſtinctionem inuenit Nicolaus Papa ſecundus ſcribens omnibus epiſcopis.

¶De triplici genere ſimoniacorum. Cap. CVII.

4 ſent. d. 25. Pann. l. 3 c. 127.

STatuimus [e] decretum de ſimoniacis tripartita hæreſi ideſt, de ſimoniacis ſimoniace ordinatoribus, vel ordinatis, & de ſimoniacis ſimoniace a non ſimoniacis, & de ſimoniacis non ſimoniace a ſimoniacis. ¶Simoniaci ſimoniace ordinati, vel ordinatores ſecundum eccleſiaſti-

SICVT ERGO. Hæc ẽ 13 pars huius quæſt. in qua intẽdit probare magiſter, ꝙ ſi aliquis ignoranter ordinatus fuerit a ſimoniaco, vel etiam compulſus, ꝙ diſpẽſatur cum tali. Si autem ſciẽter fuerit ſimoniac⁹, vel ordinatus a ſimoniaco, nõ diſpenſatur cũ illo: & hoc ꝓbat per ſex auctorit. Io. de Fant. CASVS Infert Grat. quod ſicut hæc ſacramẽta ſ. baptiſma, & chriſma habent effectũ, licet ſimoniace miniſtrentur, ſic & vnctio ſacerdotalis. Sed eſt aliud in illis quàm in iſtis, quia illa ſunt ſacramenta neceſſitatis: hæc vero dignitatis. Simoniaci enim habẽt caput vulneratum, quos ignorantia, vel alia cauſa nõ excuſat. Vnde Nicolaus diſtinguit. Alij ordinãtur ſimoniace a ſimoniacis. Alii ſimoniace a non ſimoniacis. Alij non ſimoniace a ſimoniacis, quæ diſtinctio probatur per ſequens capitulum.

c ¶Sicut.] Accipit hic finem altercatio Gratiani, quæ qñq; ſimoniacos cõparat hæreticis, quandoq; non, vt ſup. ea. §. qa ergo, & § ſeq.

d ¶Hæc ſcra] i. baptiſma, & chriſma.

STatuimus.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes In 1. parte idem dicitur, quod dictũ ẽ in diſtinctione Nicolai, In 2. parte quæ incipit ibi ¶Simoniaci.] dr, ꝙ ſimoniaci ſimoniace ordinati cum ſuis ordinatoribus debẽt deponi. Simoniaci vero ſimoniace a nõ ſimoniacis ordinati, ab officio maleaccepto remouebuntur, ſed ordinatores non deponentur: cum non ſimoniace a ſimoniacis ordinatis, poterit propter neceſſitatem diſpenſari, vt in ſuo officio permaneant.

Pedes in literis ſacris ſignificant affectiones.

ctus. ſ. vt habeant corruptum, iuxta illud. Quàm ſpecioſi pedes Euangelizantium pacem, &c.

STatuimus.] ¶Luminaribus.] Etiam in conficiendo chriſma neceſſarijs fraudem remouet. Non

e ¶Statuimus.] Idem dicunt hic, quod in § niſi. qa ſubiun-

Digitized by Google

iungit quid iuris ſit cum ſic, vel ordinantur.

a ¶Simoniacos autem non.] Illi ſola voce non reatu ſimoniaci dicuntur. extra de ſi. de ſimoniace, ſ. propter ordinationem a ſimoniacis factam, ſicut vſurarius quandoque dicitur qui vſuras dat. ff. de vſur. debitor.

recipere ordines ſm plurimos doctores: exequi tamen non poſſum ordines ſine diſpenſatione Papæ tantum, ſecundum quoſdam, ſecundum alios cuiuſcunque ſuperioris. Iſta tamen diſpenſatio debet fieri in occultos ne infametur ille prælatus, cuius crimen occultum eſt. huic

b ¶Miſericorditer.] & ita dicitur hic, ꝙ non receperunt executionem.

c ¶Permanere.] In executione.

SED HOC. CASVS. Dicit Gratianus, ꝙ hoc vltimum membrum intelligitur de illis, qui ordinantur non ſimoniace a ſimoniacis, quos ignorabant eſſe ſimoniacos, quos non reatus proprius facit ſimoniacos, ſed ordinatio ſimoniaci.

d ¶Sed hoc.] Reſpicit vltimam partem capituli præcedẽtis, ſcilicet ſimoniacos non reatu, ſed propter ordinationem, inf. proximo.

SI qui a ſimoniacis] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi aliqs gratis ab epo, ſed aliàs ſimoniaco fuerit ordinatus: ſi probauerit illum tunc temporis ab eccleſia toleratum, & neſciuiſſe illum ſimoniacum fuiſſe, poterit cum illo miſericorditer diſpenſari ſi vero ſciuerit illum ſimoniacũ eſſe, deponi debet. Sequens c. patet, quod eſt notabile.

e ¶Si qui.] H. intelligit hoc c. de pręciſis,

cos canones a proprio gradu decidant †. Simoniaci quoque ſimoniace a non ſimoniacis ordinati, ſimiliter ab officio malè accepto remoueantur. ¶Simoniacos autem nõ [a] ſimoniace a ſimoniacis ordinatos, miſericorditer [b] per manus impoſitionem pro temporis neceſſitate in officio concedimus permanere [c].

† Adde ad hũc tex. not. in l. ſi quem quam. C. de epiſc. & cler.

Sed hoc [d] intelligendum eſt de ijs, qui ordinantur a ſimoniacis, quos ignorabant eſſe ſimoniacos. Hos facit ſimoniacos non reatus criminis, ſed ordinatio ſimoniaci.

De quibus Vrbanus Papa in concilio Placentino, c. 3. & 4. ait.

¶De ijs, qui non ſimoniace a ſimoniacis ordinantur. Cap. CVIII.

SI qui [e] a ſimoniacis non ſimoniace ordinati ſunt, ſi quidem probare [f] potuerint ſe, cum ordinarentur, neſcijſſe eos ſimoniacos eſſe, & ſi tunc [α] [g] pro catholicis habebantur in eccleſia, talium ordinationes miſericorditer ſuſtinemus, ſi tamen eos laudabilis vita commendat. Qui verò ſcienter ſe a ſimoniacis conſecrari (imò execrari) permiſerint; eorum conſecrationem omnino irritam eſſe decernimus.

Magiſter ibi.

C. 4.

α ¶Et ſi tunc.] *Antea legebatur*, & quod tunc, *quaſi onus id probandi incumberet volenti ſe purgare. Emendatum verò eſt ex duobus manuſcriptis iſtius concilij exemplaribus.*

Idem Nicolaus iunior. Hoc idem Alexander ſecundus.

¶Verba huius, & ſequentis capituli erga ſimoniacos ſunt in epiſtola Nicolai ſecundi, in qua concilium a ſe habitum refert, atque ea repetiuit Alexander ſecundus in epiſtola omnibus catholicis epiſcopis directa, quæ habetur Romæ manuſcripta tribus peruetuſtis codicibus.

qui tamen neſciebantur præciſi eſſe ab ordinatis. Nam opinio eius eſt, ꝙ ſi occultum eſt eum ordinatorem eſſe ſimoniacum, qui toleratur, ordinatus ſuſcipit executionem, vt 15. q. 7. c. vlt. niſi ſit notorium, vt 32. d. §. verum. Vel niſi teſtibus hoc probari poſſit, vt ſu. ea. quiſquis, & ideo, vt locum habeat ſecundum eum quod hic ſequitur, miſericorditer, &c. neceſſe habet legere de præciſis. Nos vero, q aliter ſentimus, arg. inf. ea. quibuſdã, & ſup. c. reperiuntur. legimus hoc capitulum de occultis. nam quantumcunque occulti ſint, & etiam ignorentur, iſte non conſequitur executionem, & hoc in ſimoniaco in ordine, & licet ſine culpa iſtius ordinati contingat, indiget tamen diſpenſatione, & hoc in deteſtationem criminis, & iõ dicit miſericorditer, & licet hoc .in: ignorante, ſecus tamen in eo qui coactus eſt, vt inf. ea. conſtat. Nam ille de iure admittendus eſt ad executionem, & ea eſt ratio, quia magis conſtat nobis de voluntate coacti, quam ignorantis, nec intelligas illud capitulum de abſolute coacto, quia non recipiet characterem. ext. de bapt. maiores, §. ſi autem.

Simoniacus prælatus ſi vult ſubditũ inuitum ordinare, qd iuris.

f ¶Probare.] Per ſacramẽtum. ext. de ſent. excom. ſi vero. Vel probatur eo ipſo, ꝙ non probatur contra. C qui mili. nõ poſ. lupæ ſeruis, lib. 12. Sed pone prælatũ meũ eſſe ſimoniacum, & vult me ordinare, ſi probare poſsũ non debeo ab eo ordines recipere. ſi non poſſum debeo huic tamen obuiat ext. c. per tuas. Io. hoc teneas pro certo, quod ſi ego ſcio ſimoniacum eſſe aliquem, licet occultum, non debeo recipere ordines ab eo, vt in præ. decre. per tuas, & inf. ea. de cætero, & ſi vellet me cogere, potius debeo pati excommunicationem, vt ext. de ſent. excom. inquiſitioni.

f ¶Probare.] Hinc arg. ꝙ qui ignorantiam allegat, eam probare debet [1]. & cum probatio tripliciter fiat, tunc. ſ. directe cum probatio eo ex quo id quod intendit, neceſſario aut veriſimiliter ſequitur: ignorantiæ tamen veriſimilis probatio ſufficit, quod patet ex eo quod dicitur, tunc pro catholicis habebantur. ex his quoque verbis ſeq. ſi tamen eos laudabilior vita commendat, argui poteſt præcedentia merita ad delicti poſt commiſſi veniã impetrandam prodeſſe. arg. ff. de re. mili. non omnis. Io. arg. allegantem ignorãtiam debere eam probare, vt inf. 9. q. 1. ordinationes. inf. 34. q. vlt. in lectum. ext. de elect. innotuit ſup. d. 82. propoſuiti contra. inf. 3. q. 9. indicas. contra. B.

Ignorantiã allegans, eã probare tenetur.

1 Concord. text. in l. verius, & ibi gl. & in l. cum de indebito. in gl. in ver. Ignoranti. ff. de prob.

g ¶Et quod tunc.] 15. quæſt. vlt. c. vlt, arg. inf. 9. quæſt. 1. ca. 3. contra. Solu. ibi namque dicitur, quod ſi qui ab hæreticis nominatim excommunicatis fuerint ordinati, ignorantes illos eſſe damnatos; eorum ordinationes ratæ habebuntur: hic autem dicit tunc ratas eſſe ſi eorum ordinatores pro catholicis habebantur, vnde colligi-

Digitized by Google

ſigitur, ꝙ ſi tunc non catholici, ſed dãnati habebantur, talium ordinatio non toleratur. ſed ſciendum eſt, ꝙ nõ ſemper contrarius ſenſus auctoritatis pro lege, & certa ratione ſuſcipiendus eſt ſicut in nonnullis decretorum locis diligentia lectoris inueniet. Vel dicatur ſtrictius ſe

Senſus contrarius non ſp pro lege ſuſcipiẽdus.

d ¶In dignitate.] Ideſt, in ordine extra de ſimo. tanta. & no. infra ea. q. 5. c. 1. cum enim furtiuus ſit character. infra ead ordinationes. non poteſt diſpenſari. M. ſicut dixit extra de ſimo. ex inſinuatione.

1 Et no. extra de renu. poſt translationem. ibi uideas.

CONſtat.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi qui per coactionẽ ab hæreticis fuerint ordinati: ſi eorũ cõmunioni non conſenſerint. ſed ſtatim ceſſante uiolẽtia ad eccleſiam redierint. ſufficienter excuſantur: at qui poſt menſem redeunt, rei tũc ſunt acceptæ dignitatis.

¶De eo, qui ordinatur ab illo, quem ſcit ſimoniacum eſſe. Cap. CIX.

Iuo p. 5. c. 79. Pann. li. 3. c. 126.

DE cætero ſtatuimus, vt ſi quis in poſterũ ab eo, quẽ ſimoniacũ eſſe non dubitat [a], ſe conſecrari permiſerit, & conſecrator, & conſecratus non diſparem dãnationis ſententiam ſubeant [b]: ſed vterque depoſitus pœnitentiam agat, & priuatus propria dignitate perſiſtat.

Item paulò ſuperius.

¶Simoniacis in dignitate ſeruanda, nulla eſt impendenda miſericordia. Cap. CX.

Magiſter ibidem. Deuſdedit p. 2. Iuo p. 5. c. 79. Pann. li. 3. c. 125.

ERga ſimoniacos nullam [c] miſericordiam, in dignitate [d] ſeruanda, habendam eſſe decernimus, ſed iuxta canonum ſanctiones, & decreta ſanctorum Patrum, eos omnino damnamus, ac deponendos eſſe apoſtolica auctoritate ſancimus.

Subaudiendum eſt, niſi violenter attracti fuerint. De his enim, & a quibuslibet hæreticis uiolenter ordinatis ait Innocentius ad epiſcopos Macedoniæ, epiſt. 22. cap. 5.

¶De ijs, qui inuiti ad hæreticorum ordinationem trahuntur. Cap. CXI.

† Eodem.] ori. *ideſt, Bonoſo.*

COnſtat multos vim paſſos, atque inuitos, attractos, repugnanteſq; ab hæreticis † ordinatos, ſed huiuſmodi aliquis, ſi poſt ordinationem talem nõ interfuit, cũ illi conficerent ſacramenta, ſi communioni eorũ particicipatus non eſt, ſi ſtatim [e] diſcedentibus illis α peſſimo cõciliabulo eorum abrenunciauit, & ad Eccleſiam redijt [f]: iſte talis poteſt habere colorem aliquem excuſationis [g]. Cæterũ qui poſt menſem [h], aut amplius [i], redierunt, cum ſe conſiderarent ab hæreticis ordinatos: quamuis nihil ab eis acceperunt, rei ſunt vſurpatæ dignitatis.

α ¶Illis.] *In editione trium tomorum legitur,* diſcedẽs de eius peſſimo. *Sed editio quatuor tomorum, et codex canonum habet, ut Grat. multa aũt ĩ hoc capite collector arbitratu ſuo aptauit.*

Tales [k] plerũq; intuitu pietatis reformat catholicæ ma-

e ¶Si ſtatim.] Arg. ꝙ ſi qua alicui tradit inuita & pro viribus renuẽs: ſi ſtatim poſt traditionem fugerit, non tenet illud matrimoniũ: quod præſumitur ex verbo, ſi ſtatim, maximè ſi nunquam conſenſit. H. & ita per ſequentia deprehenduntur præcedentia 2. 22. q. 2. quod ait. de pœn. diſt. 3. Iudas.

Matrimoniũ nõ tenet ſi mulier inuita ſtatim fugerit.

2 Adde ad hoc qđ legi. & no. ſ 44. diſt. multis.

f ¶Redijt.] Eo animo vt iterum nõ redeãt ad eos: ſicut dicit lex, ꝙ is qui fugit ab hoſtib. eo animo vt iterum ad eos redeat, nõ habet poſtliminium. ff. de ca. & poſtli. re. l. nihil intereſt C. eo. l. pe. nec enim ſatis eſt domũ quem redijſſe, ſi mẽte alien⁹ eſt, vt ff. de offi. præſi. l. 1. diuus. & 3. q. 9. indicas.

g ¶Excuſatiõis.] Ar. ꝙ coactio excuſat in ordinib. ſic 50. diſt. presbyteros. 15. q. 6. c. 1. 20. q. 3. præſens. arg. cõtra 15. q. 1. merito. & inf. de conſe. diſt. 4. eos, quos.

Coactio in ordinib. excuſat.

h ¶Poſt menſem.] Ar. ꝙ ſi aliqua alicui inuita tradita fuerit, ꝙ aliquanto tempore cum eo in domo manſerit, & cum potuerit non effugerit: ſi poſtea uirum dimiſerit, poterit reuocari ab eo: quia ex tanto temporis conſenſu ratum fuit matrimonium. ar. 31. q. 2. de neptis. 63 diſt. quanto. 50. diſt. presbyteros & diſtin. 45. de Iudæis & extra de ſpon. ad id quod.

i ¶Amplius.] Arg ad probandum conſenſum interfuiſſe matrimonio, ſi non ſtatim diuertit dum poterit. 16. q. 1. reuertimini.

TALES. CASVS. Dicitur in hoc §. ꝙ tales. ſ. ab hæreticis violenter attracti: ſiue ſtatim redierunt, ſiue non, quandoque de miſericordia tolerantur: ſed cum ſimoniacis non diſpenſatur: nec authenticam, ideſt, fructuoſam poſſunt agere pœnitentiam, niſi renunciauerint rei quam ſunt ſimoniacè adepti, & tunc diſpenſatur cum eis, ut cum minoribus hæreticis diſpenſatur. Sequen. cap. patet, in quo oſtenditur qualiter cum hæretico diſpenſetur.

k Tales.] Scilicet qui cõſenſerint hæreticis, vel ſtatim receſ-

ſe habere in ſimoniacis propter odium ipſius horrendi criminis: & mitigantius in alijs peruerſis ordinationibus: quod illo c. demonſtratur 9. q. 1. ab excommunicatis. Vel quod hic dicitur catholicis, non ad ordinantes, ſed ad ordinatos refertur. B.

a DE cætero.] Non dubitat.] Quia eſt notorium: vel per ſententiam. H ſed contradicit litera.

b ¶Sententiam ſubeant.] Tu intellige de eo quem probare potuit ſimoniacum, qui eſt ordinandus. melius intellige ſecundum quod dixi in glo. ſupra proxi. ca. in glo per ſacramentum ver. hoc teneas A.

ERga ſimoniacos.] CASVS. Dicitur in hoc c. & ſimoniaci ad aliquam dignitatem promoti deponi debent: & nulla cum eis poterit fieri diſpenſatio. Patet ſequens §. ubi excipit uiolenter attractos: ſiue à ſimoniacis, ſiue ab hæreticis attracti fuerint.

c ¶Nullum.] infra eod ſi quis neque. infra ead. q. 7. requiritis. infra ea. q. 5. c. 1. contra. Sol. hic ſimonia eſt in promoto, & promouente.

Digitized by Google

receſſerunt, vel non ſtatim. idem intelligo etiam poſt momentum, ſi iam conſenſiſſent. & idem poſt centum annos, ſi non conſenſiſſent. Nam ſemper accuſarentur. ff. de re mil. non omnes. §. qui captus factum ergo tangit hoc dicendo, ideo tamen dicit, qui poſt menſem: q a & ſi intra mẽſem redierint, ſemp fuiſſe inuiti pſumuntur, niſi contrarium probaretur: ſed poſt mẽſem præſumerentur conſenſiſſe, niſi contrarium probaretur. & eſt li. C. ad Velleian. l. ſi mulier perfectè.

ff. de his quæ in frau. cred. ſi pignus. Item nunquid eſt ſimonia abrenunciare beneficio, vt alij detur. Non niſi deducatur in pactum: vt extra de præben. dilecto. ſpem tamen 2. inde habere non eſt ſimonia. extra de pact. cũ pridem. Item qualiter regnum Dei pecunia poſſit emi: cum

Beneficij renunciatio, vt alij det, non eſt ſimoniaca.

2 Spẽ not. Pann. Fely. in c. conſultationes. de ſimo. Ang. & legiſtę in l. ſed & ſi lege, §. conſuluit, de peti. hæred.

nus impoſitio cũ ſatisfactione, & medicina pœnitentiæ; ſed damnationem ſimoniacorum, & eorum, qui eis conſenſerunt, legimus; medicinam uero authenticam [a] ex hac hæreſi nominatim non legimus: niſi quòd ſicut uſurpatum eſt [b] in Nouatianis [c], uel Donatiſtis, minoribus [d] utique hæreticis nõ canonicè, ſed ex intuitu pietatis; ita etiã [e] ex his poſſe fieri colligimus, ideò etiã, quia aliorſum [f] per omnia orthodoxam habent fidẽ, niſi quòd Spiritum ſanctum credunt eſſe uenalem. Et, ut ait Beatus Auguſtinus, hæretici, cum redierint; qua parte ſe abſciderint ab eccleſia, curentur; qua uerò parte adhæſerint, cognoſcantur [g].

ſup ea c. quod quidam. verſ. ſed ſi cut.

Hinc & Leo Ianuario a Aquileienſi, epiſt. 3.

a ¶Ianuario.] *Sic etiam citatur infra ead. q. 7. c. ſaluberrimũ. & ſic habetur in manuſcriptis Leonis codicibus, quamuis in excuſis ſit* Iuliano. *Cæterum verba ipſa epiſtolæ referuntur in dicto cap. ſaluberrimum. & ex parte. ſupra ead. c. ſi quis hæretica. Nam hic ſententia potius affertur.*

¶Qui ab hæreſi ad eccleſiam redeunt, in quo inueniuntur ordine, ex beneficio perſeuerent. Cap. CXII.

OMnis cuiuslibet ordinis clericus, qui catholicã deſerens unitatem, hæreticę, vel ſchiſmaticę coniunctionis contagione ſe maculauerit; ſi ad eccleſiam redierit cũ legitima ſatisfactione, & erroris ſui damnatione; hoc in magno beneficio habeat [h], ſi adempta ſibi omni ſpe promotionis, in quo inuenitur [i] ordine permaneat.

ſup. ea. c. ſi quis hæretica. & inf. ea. q. 7. c. ſaluberrimum. Poly. li. 7. tit. 5. Pann. li. 3. c. 131.

De his autẽ, qui ordinantur ſimoniacè a non ſimoniacis (utpote illi, qui data pecunia archidiacono, uel conſiliarijs epiſcopi, epiſcopo ignorante, hoc efficiunt, ut de manu eius ſacros ordines accipiãt) ita ſcribit Gregorius VII. lib. 6. Reg. in ſynodo Romæ habita, anno Domini 1078. die 19. Nouembris, c. 5.

¶Ordinationes, quæ ſimoniacè fiunt, falſæ iudicantur. Cap. CXIII.

ORdinationes, quæ interueniente pretio [k], vel precibus [l], vel obſequio alicui perſonæ ea inten-

Poly li. 2. tit. 38. Iuo p. 5. c. 81.

a ¶Authenticam.] i. fructuoſam: niſi executioni rei adeptæ renunciauerint, vt infra ea q. ſi quis neque.
b ¶Vſurpatum eſt.] id eſt, contra rigorẽ factum eſt: arg. C. de iur. do. ubi.
c ¶Nouationis.] Infra ea. q. 7. Maximũ. & c. Donatum.
d ¶Minoribus.] Nõ enim cũ maioribus hereticis diſpẽſatur, vt infra q. 7 c. 1.
e ¶Ita etiam.] Cũ ſimoniacis eſt diſpenſandum, vt iam habebitur.
f ¶Aliorſum.] Q. d. & hoc facit ad diſpẽſationem.
g ¶Cognoſcantur] Argu. ꝙ ſi inſtrũ ſit falſũ & in aliqua parte verum; vbi verum eſt, debemus illud recipere C. de tranſ. ſi ex falſis. argu. contra 9. diſtin. ſi ad ſacras, & 42. diſt cap quieſcamus.
h OMnis] ¶Habeat.] Si tñ iterata unctione nõ fuerit maculatus, ut ĩ. q. 7. ſaluberrimum.
i ¶Inuenitur.] Si tñ illos ordines ſimoniacè nõ reciperet, & cũ quib. diſpẽſet, & cum quibus non, dicunt 1. iſti verſus.

Inſtrũ pro parte verum & pro parte falſum eſſe poteſt.

1 Et not. 9. q. 1. in ſum. ibi uideas. nam ibi ponuntur concord. ad ea quæ ſequuntur. Archid. Verſus.

Si bis ordo datur, ſeu baptiſmus repetatur:
Vt ſubuertatur fide ſtatus ordo petatur.
Vel ſi præſtetur quod utrumque Simon operetur.
Vt diſpenſet, ſpes trita prorſus habetur. ſ. ea. ſi quis.

DE HIS. CASVS. Proſequitur de his Gratianus hic, qui ſimoniacè a non ſimoniacis ordinantur, & caſus planus eſt.

ORdinationes.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ falſa iudicatur ordinatio, quæ pretio, precib. uel obſequio conſertur. Idem dicitur de ordinatione eius, qui canonicè non eligitur: quia taliter ordinatus non intrat per oſtiũ, ſed fur eſt & latro. Patet ſeq §.

K ¶Pretio.] Dato, vel retento, vel promiſſo. C de tranſ. tranſactio. nã remittere dare eſt. extra de teſti. ueniens 1. nihil ſit ſpiritualius. de pę. diſt. 1. medicina. & non ordo vel honor eccleſiaſticus. & eſt ratio: quia cum uendente regnum cœlorum non poteſt eſſe malitia: hic ſecus ſed falſum eſt regnum Dei emi, ſed ex miſericordia meritiſque præcedentibus acquiruntur. 13. q. 2. animæ, de pœ. diſt. 1. medicina.

l ¶Vel precibus.] Hoc de precibus pro indigno, & carnali amore impenſis, vel à ſe porrectis: aliàs non, vt infra eadem laborem.

l ¶Vel precibus] Hic habes ꝙ preces inducunt ſimoniam, ut inf. c. ſunt nonnulli. 8. q. 1 Moyſes. & hoc uerũ eſt ſi aliquis pro ſeipſo petat talis autẽ ſe ingerit: quod non licet, ut 8 q. 1. in ſcripturis. & extra de iure patron. per noſtras. Alij dicunt, quod aliquis pro ſe, ſi eſt dignus,

Preces quãq; ſimoniam inducunt.

Digitized by Google

dignus, poteſt petere. nam Petrus dixit. Quid ergo fiet nobis, qui ſecuti ſumus te? & ita pro ſeipſo petijt. Sed ſi preces porriguntur ab alio, diſtinguitur, vt 8. q. 2. in ſumma & q. 1. c. Moyſes. Io.

a ¶ Intentione.] Ergo ſine ea intẽtione non eſt ſimonia alias

vult probare in quibus, & quibus modis committatur ſimonia directe, & dicit, ꝙ tribus. ſ. in munere a manu. munere a lingua. munere ab obſequio, & hoc vſque ad §. [Quolibet.] Io.

S Vnt nonnulli.] CASVS. Oſtenditur hic, ꝙ non ſolum ſi pecunia accipiatur ꝓ ordinatione, committitur ſimonia. ſed ſi obſequiũ, vel fauor, ſiue humana gratia ꝓpter hoc accipiatur, & hoc ꝓbatur auctoritate Eſaiæ.

tione [a] impenſo, vel quæ non communi conſenſu cleri, & populi ſecundum canonicas ſanctiones fiunt, & ab ijs, ad quos conſecratio pertinet, non comprobantur, falſas teſ- († *ireitas*] orig. & Polyc.) ſe dijudicamus: quoniam, qui taliter ordinantur, non per oſtium, ideſt per Chriſtum intrant, ſed, vt ipſa veritas teſtatur, fures [b] ſunt, & latrones. (Io. 10.)

14 *Quia ergo ſimonia tripliciter in capitulo notatur, videndum eſt quot modis pretium in hac hæreſi detur.*

Hoc B. Gregorius in Euangeliorum tractatu hom. 4. in fine exponit dicens.

¶ De multiplici genere ſimoniacorum. Cap. CXIV.

(Anſ. l. 6. c. 83. Burc. l. 1. c. 113. Iuo p 5. c. 86. Pann. l. 3. c. 121)

SVnt nonnulli, qui quidem nummorum præmia ex ordinatione non accipiunt [c], & tamen ſacros ordines ꝓ humana gratia largiuntur, atque de largitate eadem, laudis ſolummodo retributionem quærunt. ¶ Hi nimirum, quod gratis acceptum eſt, gratis non tribuunt: quia de impenſo officio ſanctitatis, nummum expetunt fauoris. Vnde bene, cum iuſtum virum deſcriberet [d] propheta, ait: (Eſ. 33.) [Qui excutit manus ſuas ab omni munere.] Neque. n. dicit, qui excutit manus ſuas a munere, ſed adiunxit, [ab omni:] quia aliud eſt munus ab obſequio [e], aliud munus a manu aliud munus a lingua †. Munus quippe ab obſequio eſt ſubiectio † indebite impenſa. Munus a manu, pecunia eſt. Munus a lingua, fauor. Qui ergo ſacros ordines tribuit tunc ab omni [f] munere manus excutit; quando in diuinis rebus, non ſolum nullam pecuniam, ſed etiam humanam gratiam [g] non requirit.

† Concord. text. in l. qđ ſi Mæuius ff. de hęr. inſti. & in l. a ꝓcuratore, & ibi bona glo. C. manda.

† *al. ſeruitus*

Idem in regeſto.

¶ Æternam damnationem inueniet, qui quolibet munere ad ſacros ordines accedit. Cap. CXV.

SI quis neque ſanctis pollens moribus, vel neque a clero, populoq; vocatus [h], vel pulſatione coactus, impu-

c ¶ Accipiunt.] Extra de ſim. & ſi quæſtiones.

d ¶ Deſcriberet.] Non eſt in Eſaia id qđ ſequitur, ſed in pſalmo: Iudica me Domine; ibi, in quorum manibus.

e ¶ Ab obſequio.] Et ſic vr, ꝙ non poſſim ſeruire pro beneficio, vt hic, & ſu. ꝓx. ar. contra 12. q. 2. quicunque ſuffragio, & c. charitatẽ, & de cle. nõ re ſ. de cætero. licite etiã poteſt quis ſperare, vel appetere dignitates, vt 74. diſ. conſuluit. 61. d. quid proderit, & extra de pac. cũ pridem. Sol. H dicit ſi directe habeat animũ ad hoc, cum ſeruit, eſt ſimoniacus, vt 8. q. 1. ſunt quidam. Sed tu dic ꝙ ſi dignus eſt, & dignum exhibet ſeruitiu, nõ ẽ ſimoniacus vt hic, & ext. de cle. nõ reſi. de cætero. aliàs ſi indignus eſt, vel dignus, & idigne ſeruit, ſimoniacus ẽ, & hoc notauit cũ dixit. Seruitus indebite, &c. & licet dignus ſeruire poſſit, non tñ

aliàs ſecus, vt nõ. extra de ſimon. nemo. H.

b ¶ Fures] Videtur ergo cum ſimoniacus furi comparetur, ꝙ cum ſimoniaco nemo poſſit diſpenſare, niſi renũciet ordini male ſuſcepto, vt inf ea ſi quis neq;. & ſup. ea erga. & extra ea. nobis. in ſi quia nec vitium furti purgatur, niſi res furtiua redeat in poteſtatem Domini, vt 14 q 6. ſi res aliena. Iſtud ſatis concedi poſſet, & ſecundum hoc poſſet dici, quòd ſimoniacus nec ẽt characterem reciperet, quia ſimoniacus debet renunciare rei, q̃ vitioſe eſt adeptus. Conſtat, ꝙ executioni non renunciaret, quia executionem nunquam habuit, characteri etiã non poteſt renunciare. Vnde ſatis videtur, ꝙ non receperit characterem: niſi velles dicere, ꝙ recepiſſet poſſeſſionem characteris: ſicut fur dr̃ habere rem furtiuam. i. poſſeſſionem rei, tamen credibilius eſt vt dicatur, ꝙ habeat characterem, & quod Papa poſſit cum eo diſpenſare, licet ille non renunciet, nam etiam vitiũ furti poteſt purgari re apud furem manente, ff. de vſuca ſi fur in prin. idem videtur in violento detentore, vt ff. de preca. cette: §. Iulianus. 1.

Simoniacus furi cõparatˀ Papa diſpenſare põt cũ ſimoniace ordinato, licet ordini male ſuſcepto non renunciet.

1 Sub. vnde nõ eſt opus ceſſione. ar. de pac. l. peculiũ. §. pe. in fi. ſed ſufficit factũ cõfirmari ff. đ ſucceſ. l. cum vir.

QVIA ERGO. Hæc eſt 14. pars quæſtionis, in qua

poteſt duci in pactionem, nam illud ſimoniacum eſt. extra de pa. pactiones. nullum ergo munus dabit niſi illud quod aliàs fuiſſet daturus propter aliquas neceſſitates, vt ext. ea. & ſi quæſtiones, vel niſi det xenium aliquod, vt ff. de off. procon. l. ſolent. §. vlt. vel niſi recipiat illud ad ſtipes templi, vt ſup. ea. iudices.

f ¶ Ab omni.] Vt omnia particularia, & ſingularia comprehenderet. ſup. 19. d. ſit Romanorum ſi inf. 14 q. 3. putant. inf. e. q 3. ſaluator. cõtra 31. q. 1 ꝙ ſi dormierit 2. No. ꝙ dicit indebite, nam ſi debite impendatur, non ita ſit, vt inf. ea q. 3 ſaluator. Et exponit Bazianus indebite. cũ indebite dignus, vel debite indignus ſeruit pro beneficio aliàs non ar. inſti. de ſocietate, §. de illa.

2 Per iſta iura vr̃, ꝙ idẽ eſſet ſi ſimpliciter dixiſſet.

g ¶ Gratiam.] Sup 24. d. quando.

SI quis.] CASVS. Si quis per ſimoniacam prauitatem ordinem, vel dignitatem eccleſiaſticam acceperit niſi in vita reliquerit, & finaliter pœnituerit, in æternum peribit. Planum eſt ſequens capitulum, & per ſe patet.

h ¶ Vocatus] Et etiam licet valde dignus ſit, non tñ effrænata temeritate, ſed trepida deliberatione onus ſacerdot.

Digitized by Google

cerdotij debet ſubire, vt ſu.ead.non eſt putanda, & d.13. neruı 61.d.miramur.

Beneficium ɔferens in digno pp̄ amorē ſimoniacus.

a ¶Amore.] Ex hoc collige omnem illum eſſe ſimoniacum, qui ductus amore alicui indigno beneficium confert, arg. extra de ſimon.nemo. nam ex quo fauor tertij nimium fauoris inducit: multo magis ipſius q ordinatur. Vel expone hoc ita ꝙ ceſſet iſte intellectus, iniuſto cordis amore .i. cupiditate & ambitione.

b ¶Comitatu.] Id eſt, ſeruitio.

Munus fraudulentum,

c. ¶Fraudulento.] Fraudulentum eſt munus cum dicit ſe alias voluiſſe hoc ei dare, vt ext.ead.& ſi quæſtiones. Vel qñ a tera pars dicit expēſas feciſſe, & illas petit, vt cedat bene i cio vt ext de pact. cum pridem.

ibi, [Scimus quippe.] Tertia ibi. [Qui videlicet.] [Quarta ibi, [Et cum primo.] Pater c. ſeq per ſe.

g ¶Quibuſdam.] Primo dicit Greg. ſe dolere, ꝙ in illis partibus nemo promouetᷣ ad ſacrū ordinē ſine cōmodi datione. Scđo ꝓbatur auctoritate Dñi ſimoniacos, ipſo iure

denter Chriſti ſacerdotium iam quolibet facinore pollutus, iniuſto cordis amore [a], vel ſordidis precibus oris, ſiue comitatu [b] ſiue manuali ſeruitio, ſiue fraudulēto [c] munuſculo epiſcopalem, ſeu ſacerdotalem, non lucro animarum, ſed inanis gloriæ auaritia fultus dignitatem acceperit, & in vita ſua non ſpontè [d] reliquerit, cumque inſperata α mors [e] pœnitentem non inuenerit; proculdubio in æternum peribit.

α ¶Inſperata.] *In aliquot vetuſtis Gratiani codicibus legitur*, in aſpera mors pœnitentia.

Hinc idem Gregorius Ioanni Corinthiorum epiſcopo lib.4.epiſt.55 ſeu c.99.ſcribit.

¶Pro ordinationibus nihil omnino accipiatur.

Cap. CXVI.

ſu.d.116.c.nouit. Anſ.l.6.c.90. Poly.l.2.tit 1. † *al.donum.*

DE ordinationibus aliquid accipere ſub diſtricta interdictione vetuimus. Oportet ergo, vt neque per commodum †, neque per gratiam, aut quorundam ſupplicationem [f] aliquos ad ſacros ordines conſentiatis, vel permittatis adduci.

Item vniuerſis epiſcopis per Elladem † prouinciam conſtitutis, eod.lib.epiſt.56.ſeu c.100.

† *al.Helledam.* Et eo.l.epi 51.& 55 & l.5.epi.7. Burc.l.1.c.21. Iuo p 5.c.108.

¶Nec pretio, nec prece, nec gratia, nec ſupplicatione aliqui ad ſacros ordines accedant. Cap. CXVII.

QVibuſdam [g] narrantibus agnoui, quòd in illis partibus nullum ad ſacrum ordinem ſine cōmodi datione perueniat. Quod ſi ita eſt, flens dico, gemens denuncio, quia cum ſacerdotalis ordo intus cecidit, foris quoq; diu ſtare [h] non poterit. ¶Scimus quippe ex Euangelio, quid redemptor noſter per ſemetipſum fecerit: quia ingreſſus in templum cathedras vendētium columbas euertit. Columbas quippe vendere eſt, de ſancto ſpiritu (quem ſibi conſubſtantialem Deus omnipotens per impoſitionē manuum hominibus tribuit) commodum temporale percipere; Ex quo, vt prædixi, innuitur, quid ſequatur: quia, qui in templo Dei columbas vendere pręſumpſerunt, eorum [i], Deo iudice, cathedræ ceciderunt. ¶Qui videlicet error in ſubditis cum augmento propagatur. Nam ipſe quoque, qui ad ſacrum ordinem perducitur, iam in ipſa prouectus ſuis radice vitiatus, paratior [k] eſt alijs vēdere, quod emit. Et vbi eſt, quod ſcriptum eſt?) Gratis acce-

Matth.21.

d ¶Nō ſponte] Hoc idē de quolibet crimine, ſed hoc dr̄ ad terrorem. Et not.ꝙ dicit ſponte: quia ſi cogeretur iuris ordinem dimittere: niſi ſponte non valeret ei ad ſalutem.

Pœnitentia non valet ad ſalutem niſi perſeueret vſque in finē.

e ¶Mors.] Ex hoc (vt dixi) in quolibet crimine non valet pœnitentia ad ſalutem, niſi perſeueret animo vſque in fin. de pœn.diſtinct.1.§. his autem verſ. item illud. Ioannes, Et licet de omnibus alijs criminib. poſſit quis pœnitere ordine retento, vt 82.diſt.preſbyter.50.diſt.de his hic non, niſi renunciet ordini. extra de ſimo.tanta, vnde nō videtur, ꝙ hic locū habeat admonitio, vel denunciatio. Ar. contra.inf.q.vlt c pater.dic vt ext. de accuſat ſuper his.

f DE ordinationib.] ¶Supplicationē.] inf. c.latorem, cōtra, vbi Papa ad ſupplicationem quorundā ordinat q̄dam. Sed diſtingue: aut aliquis petit pro ſe: aut alius pro ipſo, vt ſup.ead.ordinationes.8 q.1.§.his, vel dic, ibi de carnali, hic de ſpirituali.

QVibuſdam narrantibus.] CASVS Dicitur hic ſacros ordines, vel eccleſiaſticos gradus non gratis, ſed commodi datione acceptos diu ſtare non poſſe: cum intus orti per conſecrationem iam decidant. Secundo, quia Dominus cathedras vendentium columbas de templo euertit. Tertio, quia paratiores ſunt alijs vendere quod emerunt. Quarto, quia ipſorum hæreſis in primitiua eccleſia fuit damnata. Secunda ratio eſt

iure eſſe ſuſpenſos. Tertio prohibet hoc de cætero fieri: & ſtatuit pœnam in committentes.

h ¶Stare.] Quo ad id in quo nunquā ſtetit. ſ. quo ad executionē. ar. ſi ue cōlt pec id qđ. ar. cōtra. 32. q. 2. Moyſes.

i ¶Eorum.] Et ita ſimoniaci ēt occulti ipſo iure ſunt ſuſpenſi: non tamen vitandi ſunt ſm quoſdam, cum probari non poteſt in eis ſimonia 6 q.2 ſi tantum. ſic exaudi. extra de ſimo tanta, & ſup ea reperiuntur.

K ¶Parator.] Quod noua teſta capit, inueterata ſapit, [Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem, Teſta diu.] & eſt ſi in auth. vt iud. ſine quoque ſuf. §.1.coll.2. vbi

Aeſopus Horatius in epiſtolis.

Digitized by Google

Preces carnales pro digno porrectę ſimoniā nō faciunt. Bona quęſt,

vbi dicitur: dato enim uno illicito principio, neceſſe eſt eum, qui dationem facit, plures manus circuire, &c.
a ¶Et actionis.] Hic argue carnales preces pro digno porrectas non facere ſimoniā. ſecus in pecunia, vel obſequio: quæ loco pretii intercedere ſolent. quod preces non

non faciũt, vt in f. eadem. q. 5. c. vlt. & licet pro indigno porrectæ facerent ſimoniam, tamen propter merita digni ab hac excuſantur, vt inf. 32. q 2. quidquid. Ioan. Sed quare minus committitur ſimonia in precibus oblatis pro digno quam in pecunia? Reſpondeo: ideo quia in precibus nihil dat de ſuo: & ideo ibi nullum intelligitur eſſe commercium. nam perdere verba leue eſt: & ita nihil peruenit ad accipientem arg. C. de do. inter vi. & uxor. maritus. ff. de dona. Ariſto. ſed in alio caſu dat,

Perdere verba leue eſt.

ſed & pro indigno magis deteſtatur eccleſia munerum dationem. quam precum effuſionem. Vel dic, quod hæc dictio, niſi, non excipit a ſupplicatione, ſed a verbo promouere. ſic ponitur ſu. 38. d ſedulo, ver. nouerit.
b Nullius.] ¶Culpetur.] Et puniatur pęna centum aureorum: & irrogatur infamia, qui petierit aliquam dignitatem. ff. ad leg. Iul. de ambitu. l. 1. & inf. q. 7. sācimus. Arg. cōtra. ff. de off. pręt. Barbarius ſed ſoluetur inf. q 6. ſicutis.
c ¶Religioſis] i. clericis, & per hoc expone illud c. 20 q. 3. præſens, in fi. argum. gradum altiorem grauius facere commiſſum, vt inf. 11. q. 3. pręcipue arg. inf. 25. q. 1 nulli, & 8. q 2. illud quidem.

Infamia irrogatur dignitatem petenti,

Gradus altior aggrauat delictū.

piſtis, gratis date.] Et cum primo contra ſanctam eccleſiā ſimoniaca hæreſis ſit exorta; cur non perpenditur cur nō videtur, quia eum, quem quis cum pretio ordinat, prouehendo agit, vt hæreticus fiat? Ideoq; hortamur, vt nullus veſtrum denuo hoc fieri patiatur: ſed neque gratia alicuius, neque ſupplicatione aliquos ad ſacros ordines audeat promouere, niſi eum, quem vitæ, & actionis [a] qualitas ad hoc dignum eſſe monſtrauerit. Nam ſi aliter factum denuo ſenſerimus, diſtricta, & canonica illud noue ritis vltione compeſci.

Item Symmachus ad Cæſarium, epiſt. 1. c. 5.

Anſ. l. 6. c. 76.

¶Ad epiſcopalem honorem nullus per ambitum accedat. Cap. CXVIII.

NVllus itaque per ambitum ad epiſcopalem honorem permittatur accedere. Nam cum hic exceſſus in laica conuerſatione culpetur [b], quis dubitat, qui religioſis [c], & Deo ſeruientibus incutiat opprobrium?

Item Gregorius Adeodato epiſcopo, lib. 2. indict. 11. epiſtola 47.

¶De eodem. Cap. CXIX.

EStote ergo præcipue in ordinatione ſoliciti, & ad ſacros ordines † niſi prouectiores ætate, & mundos opere nullatenus admittatis, ne forte ſemper eſſe deſinant, quod immature eſſe feſtinant. Eorum enim, qui in ſacro ſunt ordine collocandi, prius vitam moreſque diſcutite, & vt dignos huic officio adhibere poſſitis, non vobis potentia, aut ſupplicatio quorumlibet ſubrepat perſonarum. Ante omnia autem cautos vos eſſe oportet, vt nulla proueniat in ordinatione venalitas ne (quod abſit) & ordinatis, & ordinantibus periculum maius immineat. Si quando igitur de his tractare neceſſe eſt, graues [d] expertoſque viros conſilijs † ueſtris adhibete participes; & cum eis communi de hoc deliberatione penſate.

† *ordines aſpirare, niſi*] orig.

† *al. conſilij veſtri.*

¶*Caput hoc duobus locis, vbi viſum eſt expedire, locupletatum eſt ex originali.*

Item Columbo epiſcopo, lib. 2. indict. 11. epiſt. 47.

¶Neque fauore, neque uenaliter ad ſacros ordines quiſquam promoueatur. Cap. CXX.

PVeri [e] ad ſacros [f] ordines nullatenus admittantur, ne tanto perculoſius cadant, quanto citius [g] cōſcende

EStote.] CASVS. Pręcipit hic Gregor. vt epi promoueant mūdos corpore, & prouectiores ætate, & qui ſunt morib. comendati: nec potentia nec etiam ſupplicatio aliqua prævaleat, ſed merita perſonarum.
d ¶Graues.] Sup. 24. diſt. quando.
PVeri ad ſacros ordines.] CASVS. Dicitur hic, quod pueri ad ſacros ordines nō ſunt præpopere promouendi. Item dicit quod venalitate, vel potentia, vel ſupplicatione, vel fauore, nō debet indignus aliquis promoueri. Seq. §. cum ſeq. c. patet.
e ¶Pueri.] Pueri dicuntur intra 14. annū ex. de ęta & qua. ca indecorū, vel pueri i. Neophyt. 1. 48. d. ſicut Neophytus.
f ¶Ad ſacros.] Nam minores ante xiiij. annū bene poſſunt accipere, licet non oēs, & ita intelligat 77. diſt c. 3. quia non acolythatum. 77. di. in ſingulis. Tamē ſi puer ordinetur in ſacris ordinibus, bene recipit characterem.

1 Pueri qui ſunt. Hoc verbū, puer alias habet ſignificationes, vt not. 77. d. in vere ri.
Puer in ſacris ordinatus characterem recipit.
2 Idē tenet hic Ioan. de Fā. & de cle. pēr ſal. promo. c. 1. Ordo fit in honoribus gerendis.

cum poſſit recipere minores ordines, vt in d. c. in ſingulis. Sed nunquid tenetur continere? ſic, ſi eſt doli capax: alias non. 2. Nā & voto & ſacramento ſe obligare poteſt doli capax. extra de deli. pue. cap. 1. ſed religionis non, vt not. 27. q. 2 §. cum ergo. 20. q. c. 2.
f ¶Ad ſacros.] Si tamen ordinentur, ordines ſuſcipiunt ſacros, etiam ſeptennes.
g ¶Quanto citius] Sup. diſt. 48. ſicut nam. caſum appetit. &c. Gerendorum n. honorū non promiſcua facultas eſt

Digitized by Google

eſt. non enim prius gerere debet maiorem honorem, quam minorem. ff de mu. & honor. §. gerendorum. ADDITIO. Ad idem 58. d. c. 1. & 2.

a L Atorem] ¶ Per interceſſionem.] Nam ſæpe Papa ad interceſſionē laicorum ordinat, vel diſpenſat. vel tolerat, vt 28. d. de Syracuſanæ 50. d. clerico. 63. d. Salonitanę.

b ¶ Proficere.] Ext. de ma. & obed per tuas ext. de temp. or. cu in diſtribuendis. ADDITIO. Iſte con cor. probāt φ iſte ſine licentia Papæ nō poterat promoueri: & ad hoc inducuntur Arch.

f P Er principalem.] Hoc e. habes 9. q. 3. §. vlt. ¶ Poteſtatem.] Hoc idem poteſt 3. epiſcopus. 2. q. 7. cum paſtoris. ext. de cler. non reſid. de cætero. ADDITIO. Idem tenet Ioa. Fant. de hoc legitur & no. 43. diſt. c. 1. & 11. q. 3. qui reſiſtit. Arch.

3 Sed contra 16. q. 1. cum pro vtilitate ver. de hoc.

QVO-

re ulteriora feſtinatur. Nulla ſit in ordinatione venalitas: potentia, vel ſupplicatio perſonarum, nihil aduerſus hæc, quæ prohibemus, obtineat. Nam proculdubio Deus offenditur, ſi ad ſacros ordines quiſquam non ex merito, ſed ex fauore (quod abſit) aut venalitate prouehitur.

Et contra idem Gregorius quibuſdam ſupplicantibus vnum acolythum, & alterum diaconum legitur ordinaſſe ſicut ipſe ſcribit lib. 7. indict. 1. epiſt. 2. Petro a epiſcopo Corſicæ inter cætera.

a ¶ Petro.] *In codicibus impreſſis epiſtola vnde caput hoc ſumptum eſt, inſcribitur* Chryſanto epiſcopo. *Veruntamen in codice peruetuſto Vaticano earundem epiſtolarum inſcribitur* Petro epiſcopo per Corſicam, *Anſelmus autem eodem modo habet ac Gratianus. Ad Petrum epiſcopum Alexandriæ de Corſica legitur epiſtola alia quinto li. c. 122. quamuis ſit fortaſſe mendum in voce,* Alexandriæ, *& ſcribendum videatur,* Aleriæ.

¶ Epiſcopo interueniente, Papa quendam acolythum ordinauit. Cap. CXXI.

Anſel. l. 7. c. 79.

L Atorem præſentium per † interceſſionem [a] ſanctitatis veſtrę acolythum fecimus: quem ad obſequia veſtra tranſmiſimus, vt ſi in lucrandis animabus amplius ſeruierit, proficere [b] amplius poſſit.

† *al. pro interceſſione.*

Item Heliæ presbytero, & abbati, lib. 4. epiſt. 30. ſeu cap. 74.

¶ Quiſquis in Romana eccleſia ſacrum ordinem acceperit, ab ea vlterius egredi non poterit. Cap. CXXII.

Anſ. l. 7. c. 78.

F Ilium veſtrum † Epiphanium mandaſtis [c], vt ad ſacrū ordinem prouehere deberemus, vobiſque tranſmittere. Sed in uno uos audiuimus: in alio autem minime audire potuimus. Diaconus quidem factus eſt. ſed quiſquis ſemel in hac eccleſia ordinem † acceperit, egrediendi ex ea ulterius licentiam non habet [d]. Si ergo uos uidere non potui; hac ex re conſolationem habeo, quia in filio ueſtro requieſco.

† *noſtrum.*] orig.

† *al. ſacrum ordinem.*

Non itaque quorumlibet precibus ordinationes falſę, falſa adiudicantur, ſed hę demum, quæ precibus ordinandi [e], vel eius amici, non ſpirituali. ſed carnali affectu porrectis fiunt, cum alias futuræ non eſſent: quas non charitas interueniēs ſed ambitio ſupplicans extorquet. Non ſolum autem clericos cuiuslibet epiſcopi Summus Pontifex in eccleſia Romana ualet ordinare, verumetiam opportunitate exigente monachos, & quoslibet clericos conuocare poteſt, & inuitare.

Vnde Nicolaus Papa Michaeli Imperatori in epiſt. quæ incipit. [*Propoſueramus.*]

¶ De eodem. Cap. CXXIII.

infra 9. q. 3. c. p. principium.
Anſ. l. 2. c. 75. & l. 2. c. 14.

P Er principalem [f] beatorū apoſtolorum Petri & Pauli poteſtatem [g] ius habemus non ſolum monachos,

F Ilium] CASVS. Helias abbas rogauit Papā, vt quendam ſuum clericum promoueret, & eum poſtea ſibi tranſmitteret. Ad cuius p̄ces Papa eum in diaconum promouit, ſed eum ſibi non tranſmiſit: quia non eſt conſuetudo eccleſiæ Romanæ cū ſit ī ea cōſecratus, & q̄a abſentiā illius abbatis iu eius pręſentia voluit compenſare.

c ¶ Mandaſtis.] & ita mandat minor maiori ſic. 11. q. 3. rogo.

d ¶ Non hēt.] ſine licentia eius 63. diſt. literas, & quo ad hoc nihil eſt ſpeciale in eccl. Ro. vt 21. q. 2. c. 170. d. ſanctorū. Sed ordinati a Papa licet inter alios digni honore ſint, ſubſunt tñ ep̄is. ext. de. ma. & obed. per tuas. ff de albo ſcri. l. vlt. & præferent eis tm̄ qui ſunt eiuſdē ordinis ff. e. l. 1. & ab ep̄o pōt deponi 1. ordinatus a Papa.

Ordinati a Papa ſubsūt epiſcopis.

1 Cōiter no. contra in p̄ce. decre. per tuas. ſ. φ non pōt eps talē deponer̄, q̄d ibi approbatur per Vin. Inno. Ho. & 2. ſic ſentiūt & cum. Io.

NON ITAQVE. CASVS. Grat. ſoluit hic cōtrarietatē præmiſſorū, c, quam fecit de precibus & interſerit quędā verba in § ibi, nō ſolū ,p̄pter ſequens capitulum, cuius caſus cū ſeq. § patet.

e ¶ Ordinādi.] & ita aliquis pōt pro ſe dignas p̄ces offerre, q̄d H. non concedit 2: in quo nō credo eū benedicere: q̄a multos condemnat. arg. p̄ 10. 14 q. 5. nō ſane. 16. q. 1. reuertimini.

Preces dignas pro ſe pōt quis offerre.

2 In hac ſn̄ia eſt Ho. ſed La. ſentit cū Io.

Digitized by Google

QVOLIBET. Hæc eſt 15. pars q. in qua intendit probare, ꝑ ſicut ordines pretio non ſunt dandi: ita nec pretio reſtituendi: & ꝑ ſic ſimoniacus (Scilicet indirecte) & ſacrilegus qui promotionem vel electionem alicuius impedit, vel eccleſiæ conſecrationem vel fundamentum: & hoc probat per tres auctoritates ſanctorum, & per ſex leges principum Ioan. de Fan.

ptum, vel non ſcriptum, quo tales talia valeant poſſidere. Ioan. Hæc regula fallit extra de cauſa poſ cum eccleſia, & extra de præſcrip. auditis. Io. Sed certe non fallit. quia iura incorporalia quaſi poſſidentur; & interdicta pro eis poſſeſſoria conſtituta ſunt. ff. de ſerui. quoties. B.

verumetiam quoslibet clericos de quacunque diœceſi, cum neceſſe fuerit, ad nos conuocare, atque eccleſiaſticis exigentibus opportunitatibus inuitare.

15 *Quolibet ergo munere interueniente, falſa diiudicatur ordinatio. Sicut autem pretio interueniẽte ſacri ordines nõ ſunt tribuendi; ita nec reſtituẽdi. Vt enim ait beatus Ambroſius, ſacri ordines nec p̃tio ſunt emẽdi, nec redimẽdi* [a]. *Hinc etiã Gregorius VII. ait lib. 6. reg. in cõcilio habito anno Domini 1078. pontificatus ſui 6. c. 10.*

Poly. l. 4 tit 41.

¶ Pretio interueniente ſacerdote officium non reſtituatur. Cap. CXXIIII.

NVllus epiſcopus grauamen, ſeu ſeruile ſeruitiũ [b] ex vſu [c] contra eccleſiaſticam normam [d] abbatibus, ſeu clericis ſuis imponat: vel interdictum ſacerdotale officiũ pretio interueniente reſtituat [e]: Quod ſi fecerit, officij ſui periculum ſubeat.

Qui autem [f] *peccuniam accipiunt, vt ordinandis ſacros ordines non tribuãt, vel vt canonicæ electioni aſſenſum non præbeant, aut eccleſiis ædificandis, vel conſecrandis lapidem benedictum, vel conſecrationem ſubtrahant, multis argumentis acceptæ peccuniæ rei, & infames* [g] *eſſe probantur.*

Ait enim Paſchalis ſecundus.

¶ Sacrilegi ſunt iudicandi, qui eccleſiam Dei non permittunt regulariter ordinari. Cap. CXXV.

SVnt quidam, qui vel violentia, vel fauore non permittunt eccleſias regulariter ordinari. Hos etiam decreuimus vt ſacrilegios [h] iudicandos.

c ¶ Ex vſu.] Nam tẽpus nõ eſt mod⁹ &c. 10. q. 3. q. a cognouimus. ff. de act. & obl. obligationem fere. §. Placet. niſi forte cuius non extat memoria ar. ff. de aqua quoti. & æſti. & ext. d̃ verb. ſig. c. abbate.

d ¶ Eccleſiaſticã normam.] Nam iuſta d̃ cauſa bene poteſt ab eis auxiliũ petere. ext. de conſi cum Apoſtolus. Et ſic nõ eſt contra 18. q. vlti. ſeruitium, quia illud intelligitur de licitis: hoc de illicitis.

e ¶ Reſtituat.] Nec abſoluere põt ꝑ pretio, niſi ſit conſuetudo extra de ſimo. nemo Item nec reconciliare. extra de ſim. c. nemo Sed nũquid ipſi clerico licet redimere, cum iniuſte ſuſpenſus eſt? Videtur ꝑ non ſu. §. proxi. in fi. extra de ſi Matheus. Arg. contra ſcilicet, quod poſſit redimere ius ſuum & vexationem ſuã. inf. q. 3. quæſitum 3. ext de vſu. c. 1. & extra de ſim. dilectus. dic vt ibi; immo & ſi quid dederit, repetere poterit. C. de cõd. ob tur. cau. q̃d euitandi Quidam dicunt ꝑ non poteſt in aliquo caſu redimere. Alij contra, ſcilicet cum iniuſte ſuſpenditur. hoc not 16 q 7. decimas 3.

Tempus nõ eſt modus, tollẽdę obligationis.

Vexationem redimere vtrum licitũ ſit.

3 Vbi d̃ hoc: & 1. q. 1. altare. ibi. uideas. Archi.

a ¶ Redimẽdi.] Extra de ſimo. querelam &c. ſi nullus.

NVllus epiſcopus.] CASVS. Præcipitur in hoc ca. vt epiſcopus prætextu alicuius conſuetudinis clericis vel abbatibus grauamen aliquod non inferat, nec pretio interueniente officium reſtituat: quod ſi fecerit tanquam ſimoniacus punietur.

b ¶ Seruile ſeruitium.] Vocat angariam vel perangariam, quod lex vocat ſore ſordidum munus 16. q. 1. §. nouarum 1 in l. placet.

c ¶ Ex vſu] Id eſt, non aſſueſcat. vel ex vſu præter id quod hactenus eſt conſtitutum: quaſi ratione præſcriptionis, vt angarias ſacerdotibus non imponat. Cum enim de aliqua rerum præſcriptione agitur, inſpiciendum eſt vtrum communi iure talia a talib. poſſideri valeant nec ne. Primo caſu ſola longæ vſurpationis ratione currit præſcriptio, vt 16. q. 3. & 4. per totum. ſaluo eo, quod de militibus dicitur ead cauſa & q c. licet. &c. inter memoratos Secundo caſu non currit præſcriptio Præſcriptio enim ius aduocat creatum, nouum autem non creat, vt 33. q. 5. quod Deo. & diſt. 100. cõtra morem. & di. 93. illud autẽ 16. q 1. c. vlt. & q. 3. § poteſt etiam & quæſt. 7. decimas & int ead. quæſt. 3 quæſitũ. in his omnibus & in alijs infinitis caſibus præſcriptio euaneſcit. quia non eſt proditum ius commune ſcriptum, vel non ſcriptum...

1 Adde ꝑ dicantur angariæ & perangariæ. no. gl in l. 1. C. quæmad. ciui. mun ind. l. 10. in l. neminem. C. de ſacroſan. eccl.

2 Dummodo adſit bona fidès, ꝑ dicitur plane not. ext. de præſcri. ſi diligenti,

QVI AVTEM CASVS. Dictum eſt ſupra, quòd ſimoniam committit, qui pro munere eccleſiaſtico conferendo pecuniam accipit. Nunc dicit Gratia. ꝑ etiam ille ſimoniam committit, qui pecuniam accipit vt ordines non conferat, vt munus aliquod eccleſiaſticum illi cui eſſet conferendum & ad probandum utrumq; inducit leges. ſeq. cap patet.

f ¶ Qui autem.] Tractauit magiſter quæſtionem iſtam affirmatiue. Nunc autem vult tractare eam negatiue, ſcilicet vtrum ſit ſimonia dare pecuniam vt non ordinetur quis. Sed quoniam non habuit canones, induxit leges, quæ in hoc faciunt ad propoſitum, vbi in eis aliquid dicitur negatiue. Quod autem hoc ſit ſimonia cũ habetur extra de ſimonia, nemo in fine.

g ¶ Infames.] Et ſimoniaci large. argumen. extra de ſimo nemo. argumen. C. de in offi. teſt. ſi quando. Sed alij contra propter deſcriptionem ſimoniæ: ſed mortaliter peccant infra. eadem quæſt. 3 vendentes L. ſed certe ſimoniaci ſunt, vt dicit illa decre. nemo. Ioanne.

h SVnt.] Sacrilegos.] Id eſt, ſimoniacos. alias non facit ad propoſitum Gratiani. Et quod ſit ſacrilegium ſic ꝓbatur. Si enim ille, q frãgit immunitatem eccleſiæ, vel qui

Simoniaci dicuntur ſacrilegi.

Digitized by Google

vel qui inde aliquid eripit, ſactilegus iudicatur 1, multo fortius qui facit ne eccleſiæ ordinentur. vel ne ordines tribuantur, vel impediatur alicuius electio, vel promotio.

1 Vt extra de immu. ecc. inter. & c. vlt. 17. q. 4 omnes & c. ſeq. Arch.

IVbemus.] CASVS. Dicitur in hac l. ꝙ ſi quis honorē habet ſine adminiſtratione poſſeſſor alicuius de curio vel colonus reipub. ab aliquo iudice fuerit concuſſus, ideſt, grauatus in pecunia. itē ſi iudex venalē tulit ſententiā: vel pretio Pœnam impoſuerit vel remiſerit: vel aliqua ratione improbus repertus fuerit ante adminiſtrationem vel poſt, poterit accuſari: & ſi conuictus fuerit remouebitur.

a ¶ Iubemus.] Ad hoc introducit has leges vt oſtēdat pari pena mulctādos q̄ p̄tio inducti impediūt fieri quod d̄ iure fieri debet, & q̄ faciūt, quod de iure fieri nō deberet.

b ¶ Hortamur.] Forte temperat, ne videat quē iubere accuſare inuitum. C. vt nemo inuitus. in rubro & nigro.

c ¶ Adminiſtrāte.] Si is talis ſit, quem in ius vocare licet. Sed cōtra 2. q. i. prohibētur. Sol. illud de maiorib. magiſtratibus hoc d̄ minorib. ar. ff. de iniur. nec magiſtratib. & ff. de in ius uoc. l. 2. Vel hoc d̄ p̄petuo iudice. arg. ff. de re. cred. p̄ſidis. & l. præcedēti. in auth. vt differētes iudices §. ſi tamen. col. 9. & hoc ne crimē eius inultū remaneat. illud de tpali. Vel hic cum peccauit in ipſa adminiſtratione, ibi de eo qui extra adminiſtrationē cōmiſit ff. de iudi. l. 2. § legatis. in auth. vt iud. ſine quoquo ſuffr §. ſi quis autem, coll. 2.

d ¶ Reportaturus.] Reportabit enim quadruplum. infra l. prox. 12. q. 2. cum deuotiſſimam.

ſed ei ad cuius læſionem data eſt, vt ff. de calum. l. generaliter. § illud erit.

COncuſſionis] Dicitur hic & in legibus ſequentibus, ꝙ illi incurrunt crimen concuſſionis, & pœnam legis Corneliæ, quia aſpirant in accuſationem innocentum: vel quia accipiunt pecuniam pro accuſando, vel eius cōtrario teſtificando, vel eius cōtrario proiudicando, vel eius contrario, vel pro quolibet officio exercendo vel non exercendo ad qd̄ gratis tenebantur. His intellectis per te caſus ſingularum legum ſingulatim pones: in quibus quandoque eadem repetuntur.

Codicis li. 9. ad legem Iuliam repetundarum Impp. Gratia. Valentin. & Theodoſius. — Tit. 27. le. 4. In cod. Theod. lib. 9. eod. titu.

Cap. CXXVI.

IVbemus [a], & hortamur [b], vt ſi quis forte honoratorū decurionum, poſſeſſorum, poſtremo etiam colonorū, a cuiuslibet ordinis iudice fuerit aliqua ratione concuſſus, ſi quis ſcit de iure venalem fuiſſe ſententiam, ſi quis pœnam uel pretio remiſſam, uel uitio cupiditatis ingeſtam, ſi quis poſtremo quacumque de cauſa improbū iudicem potuerit approbare; is uel adminiſtrante [c] eo, uel poſt adminiſtrationem depoſitam in publicum prodeat, crimen deferat, delatum approbet, cum probauerit, & uictoriam reportaturus [d], & gloriam.

Item in digeſtis libro 3. titulo de calumniatoribus, l. 1. [Vlpianus lib. 10. ad Edictum. — Tit. 6.

¶ De eodem. Cap. CXXVII.

IN eū, qui ut calumniæ cauſa negotium faceret, uel non faceret, pecuniam dicetur † accepiſſe; intra annum utilem α [e], in quadruplum [f] eius pecuniæ, quam accepiſſe dicetur, poſt annum ſimpli † in factum actio competit [g].

† *al. detegitur.*

† *al. in ſimplum.*

¶*In hac, & ſequentibus legibus, quæ ex ff. citantur, repoſiti ſunt tituli ex vetuſtis exemplaribus Gratiani, quæ cum Pandectis Florentinis valde conueniunt.*

α¶ Vtilem.] *Hæc dictio non eſt in antiquis codicibus Gratiani, neque in Pandectis, ſed ob gloſſam non eſt ſublata.*

Ibidem lib. 47. tit. 13. le. 2. de concuſſione. [Macer lib. 1. publicorum iudic.]

Cap. CXXVIII.

COncuſsionis [h] iudicium publicum [i] non eſt. Sed ſi ideo pecuniam quis accepit, quòd crimen minatus ſit, poteſt iudicium publicū eſſe ſenatuſconſultis [k], quibus pœna legis Corneliæ [l] teneri iubentur, qui in accuſa

IN eum.] CASVS Qui pecuniam accepit vt controuerſiam alicui cauſa calumniæ faceret, vel non faceret cum iure faceret tenebantur: intra annum tenetur in quadruplum poſtea in ſimplum.

e ¶ Vtilem.] à principio: poſt continuum. ff. de calum. annus.

f ¶ In quadruplum.] In quo continetur rei perſecutio, vt tantum triplum ſit pœna, vt ff eo l. in hæredem §. fi. & hoc eſt verum cum ipſe idem dat. nam ſi alius daret pro eo, tunc totum quadruplum eſt pœna: quia ille qui dedit, repetit pecuniam quam dedit. ff de calum. ſi quis ab aliquo huius autem quadrupli medietas dabitur fiſco: medietas ſpoliato 2.

g ¶ Competit.] Non ei qui dedit, cum turpiter dederit

h ¶ Concuſſionis.] Crimen concuſſionis eſt, cum quis minatur alicui niſi ita vel ita faciat. infra 23. quæſt. 1. militare. 3. ff. de concuſ. l. 1. & 8. — Crimen cōcuſſionis.

i ¶ Publicum.] Ideſt ordinarium, & hoc ſemper: vel non eſt publicum, niſi cum quis pecuniam extorſerit, & hoc eſt, quod ſequitur: ſed ſi ideo. Publicum eſt ad cuius accuſationem quilibet de populo admittitur, niſi infamis ſit, vt inſt. tu. de publi. iudi. circa principium. — 3 De hoc leg. & no. ea. q. paratus, ī fin. ibi videas.

K ¶ Senatuſconſultis.] Voluſiano & Liboniano. ff. ad legem Corne. de fal. l. 1. ff. ad le. Iu. de vi pub. ex. ſenatuſconſulto.

l ¶ Legis Corneliæ.] Cuius pœna in libero homine eſt deporta- — Pœna legis Corneliæ.

Digitized by Google

deportatio in ſetuō vltimum ſupplicium.ff.ad leg.Cor. de fal.l.1.§, vlt.

a ¶Innocentium.]Secus ſi nocentium.16.q.7.ſane.

b EAdem lege tenetur.]Quia reddit quadruplum,& infamis efficitur,ff.eod.l.eadem.§.1.hoc crimē etiam extraordinarie punitur.ff eo.l.lex Iul.§. fin.

c ¶Legendum.] Idest,eligendum, vt eligatur,qui non debet, vel contrarium.

d ¶Mittendumve.]Vt mittatur in legationem, qui non eſt mittendus, vel non mittatur qui mittendus eſt.

tionem innocentium [a] coierint, quive ob accuſandum vel non accuſandum,denunciandum, vel non denunciandum teſtimonium pecuniam a cceperint.

[*Ibidem lib.48.tit.11. ad legem Iuliam repetundarum,leg.3.Macer.lib.1.publ.iud.*]

PALEA. Cap. CXXIX.

LEge Iulia repetundarum tenetur,qui cum aliquā poteſtatem haberet,pecuniam ob iudicandum,vel nō iudicandum α,decernendumve acceperit;[Venuleius Saturninus,l.vel quo,eo.ti.]vel quo magis,aut minus quid ex officio ſuo faceret.

α ¶Vel non iudicandum.] *Sic etiam digeſtis vulgatis: ſed a Pandectis Florentinis abſunt iſtæ voces. Eſt autem Palea iſta fere in omnibus vetuſtis exemplaribus Gratiani.& a c.*ſunt quidam.*vſque ad finem quaſtionis nulla eſt diſtinctio capitum.*

Item eodem tit.lib.6.

De eodem Cap. CXXX.

EAdem lege tenetur [b], qui ob denunciandum,vel nō denunciādum teſtimonium pecuniam acceperit β. *& poſt pauca.*¶Lege Iulia repetūdarum cauetur,ne quis ob militem legendum [c] mittendumve [d] æs accipiat,neve quis ob ſententiam in ſenatu, conſiliove publico dicendam,pecuniam accipiat,vel ob accuſandum,vel non accuſandum.¶Macer.lib.1.publ.iud.l.7. Lex Iulia de repetundis præcipit,ne quis ob iudicem,arbitrumve dandum [e], mutandum iubendumve,vt iudicet,neve ob non dandū, non mutandum, non iubendum, &c. neve ob litem æſtimandam [f] iudiciumve capitis, pecuniæve faciendum,vel non faciendum aliquid accipiat.*& infra.* ¶Hodie ex lege Iulia repetundarum extra ordinem puniuntur:& plerumque,vel exilio puniūtur,vel durius, prout admiſerint Venuleius eo.tit.lib.6.Hac lege damnatus teſtimonium publice dicere, aut iudex eſſe poſtulareve prohibetur.

β ¶Acceperit.] *In Pandectis ſequitur verſiculus.* Hac lege damnatus,*qui reponitur in fine huius capitis.*

e ¶Dandum.] Puta non ad probādos fideiuſſores, vel locò iudicis recuſari.

f ¶Aeſtimandam.] Ne ſ. æſtimet litem minoris,vel maioris pro pecunia:qđ qñque facere tenet. ff. ad leg.Aquil.proinde §.notandum.

SEquitur.] Hæc eſt ſecunda Quęſtio, quæ diuiditur in duas partes,in quarum prima quæritur, vtrū pro ingreſſu eccleſiæ ſit dādum aliquid.& primo dicitur,quod non. Secūda ibi. [Item opponitur.] Ioa de Fant.

CASVS. Hic intitulatur ſecūda quęſt. qua quæritur,an pro ingreſſu eccleſiæ pecunia ſit exigenda, vel exacta perſoluenda, & certum eſt, ꝙ nō. quia ſimoniacū eſt. Et primo ꝓbat ꝑ duas hiſtorias, de Anna ſcilicet, & Anania. ꝙ pro ingreſſu eccleſiæ pecunia ſit exigenda. Sed ſtatim reſpondet Grat. quod Annæ nō fuit exacta, ſed ſponte quędā obtulit. Ananias verò non ideo damnatus eſt, ꝙ ſua nollet conferre, ſed quia fuit mentitus.

g ¶Sequit.] Hæc qō nō hēt quęſtionem ext.de ſi cum in eccleſiæ. melius ext e. veniens, & melius. ext.eo. quoniā ſimoniaca,vnde nec ante nec poſt pōt peti aliquid, vt ſup.ead. q. 2.eos qui.& inf. eo. q.3.ſi quis præbendas,niſi forte monaſterium ita eſſet tenue, ꝙ ante poſſet ꝓuidere ei:tūc.n. bene poſſet dici ei(nec eſſet ſimonia) bñ reciperemus te ſi haberemus [1],poſſeſſiones vnde poſſes ſuſtentari:atq. in ead.ſi quis propter hoc. Hoc tamē videtur reproba re illa cōſtitutio,qm ſimo-

QVAESTIO II.

1. ps SEquitur g ſecunda quæſtio, qua quæritur, an pro ingreſſu monaſterij,pecunia ſit exigenda,vel exacta perſoluenda Hoc vtrumque licite fieri, vtriuſque teſtamenti ſerie comprobatur. Legitur enim in primo libro Regum, quòd Anna detulit ſecum Samuelem, poſtquam ablactatus fuerat, cum tribus vitulis, & tribus modijs farinæ, & amphora vini ad domum Domini in Silo. ¶In actibus verò Apoſtolorum legitur, quòd

Petendū nihil eſt ꝓ ingreſſu monaſterii.

1 Al. haberes,ſm Lau.

1.Reg.1.

Act.4.

Digitized by Google

ſimoniaca, ꝙ prætextu paupertatis poſſit peti pecunia. Ioa. Quidquid dicat Io. ſi ſic dicatur ſimoniaca eſt, vt vr expreſſe dicere decretalis, extra de ſim. qm ſimoniaca.
a ¶Multitudinis] 12. q 1. c. 2.
b ¶Aliter.] Hoc non eſt verũ: ſed allegando dicit hoc.

QVam pio.] CASVS. Cum quoddam monaſterium longo tempore caruiſſet abbate, tandem monachi ſibi abbatem de alio monaſterio pauperrimo elegerunt: ſed ille venire recuſabat. vel monachi eum non concedebant, niſi illi monachi ſuo pauperi monaſterio

multitudinis [a] credentium erat cor vnum, & anima vna: nec aliquid eorum, quæ poſſidebant, quiſque proprium eſſe dicebat: ſed erant illis omnia communia, & ſinguli vendebant prædia ſua, & ponebant pretia eorum ante pedes Apoſtolorum: quorum vnus, Ananias nomine, dum partem ſibi reſeruaret, cum vxore ſua Sapphira, ſententia maledictionis accepta, ante pedes Apoſtoli cecidit mortuus. ¶ Hinc liquido apparet quòd ingreſſuri monaſterium ſua debent offerre rectoribus: nec aliter [b] ſunt recipiendi, niſi ſua obtulerint. Sed aliud eſt ſua ſponte offerre, aliud, exacta perſoluere. Anna mater Samuelis non exacta, neque petita ſed ſponte [c] munera ſacerdotibus obtulit. Credentes ſua ſponte offerebant Apoſtolis, vt indigentium neceſſitatibus deſeruirent, quæ inſtante perſecutione infidelium, eis poſſidere non licebat. Ananias quoque non ideo damnatus eſt, quia ſua nollet offerre, ſed quia ſpiritui ſancto mentitus, pretia eorum, quæ Apoſtolis obtulerat, ex parte [d] fraudabat. Non ergo his auctoritatibus permittitur rectoribus ab ingreſſuris aliquid exigere, ſed ſponte oblata ſuſcipere, quia illud damnabile eſt, hoc verò minime.

Act. 5.

Vnde in Concilio Bracarenſi ſecundo, c. 5 legitur.

& in Vuormac. c. 3. fere idem.

¶Pro dedicandis eccleſijs nihil exigatur. Cap. I.

PLacuit, vt quoties ab aliquo fidelium ad conſecrandas eccleſias epiſcopi inuitantur, nõ quaſi ex debito [e] munus aliquod [f] a fundatore requirãt, ſed ſi ipſe quidem aliquid ex ſuo voto obtulerit, nõ reſpuatur: ſi verò aut paupertas illum, aut neceſſitas retinet, nihil exigatur ab illo. Hoc tamen vnuſquiſque epiſcoporum meminerit, vt nõ prius dedicet eccleſiam, niſi antea dotem [g] baſilicæ & obſequium ipſius per donationem chartulæ confirmatum † accipiat. Nam non leuis culpa eſt iſta temeritas, ſi ſine luminarijs, vel ſine ſubſtantiali ſuſtentatione eorum [h], qui ibidem [i] ſeruituri ſunt, tanquam domus priuata, conſecretur eccleſia.

Burc l 3 c. 37.
Iuo p. 3 c. 42.

† *al. confirmatam.*

Item Bonifacius vrbis Romæ epiſcopus ſcribit omnibus Caralitanæ eccleſiæ cœnobitis.

¶Ab iis, qui ad conuerſionem accedunt, nihil eſt exigendum, nec pretio aliquis ad conuerſionem eſt inuitandus. Cap. II.

QVàm

c ¶Sponte.] Quod licet 10. q. 3. ſi qua mulier.
d ¶Ex parte.] Ar ꝙ non dẽat quis cõicata reuocare J. de pe. d. 3. ſunt plures. 17. q. 4 ſunt qui opes.

PLacuit.] CASVS. Statuitur in hoc c. vt ꝓ conſecrandis eccleſijs epi nihil exigãt a patronis, & p̃cipue ſi pauperes fuerint: ſponte tñ oblatum ab eis poterunt epi recipere. Itẽ nullus eũs debet eccleſiam conſecrare, niſi dotem neceſſariam habuerit, quæ ſufficiat luminarib. & ſuſtentationi eorum, qui eidem eccleſiæ ſunt ſeruituri.
e ¶Ex debito.] Ar. 1. q. 1. placuit. inf. eo. q. 4. eccleſia. ſup. eo. q. 1. ſtatuimus. inf. 18. q. 2. Eleutherius. contra. Sol. ibi.
f ¶Munus aliquid] h aliud a cõuiuio, vel a ꝓcuratione i. auth. de man. princ. §. illud. in auth. vt nulli iud. §. nulli. ſed bene illã exigit i. extra de ſi. cum. ſit alia nõ dẽt exigere, ſed ſpõte oblata recipere poteſt. Vel poteſt dici, ꝙ & illa q̃ cõſueuit percipere ꝑ procurationẽ, exigere poteſt quaſi pro labore, arg. 12. q. 2. charitatẽ. vbi hoc diu obtinuit. 18. q. ſi. ſeruitium.
g ¶Dotem.] Immo nec primariũ lapidẽ ponere debuit, vt if. de conſe. d. 1. nemo. in auth. vt deter. ſit numerus cle. §. inueſtigantes igiẽ coll. 1. inf. 16. q. vlt. pie. &c. Frigentius. ſed hic omiſſum fuit, & iõ eſt reſtaurandum, vel iam dederat prius, ſed hic dẽt facere inſtrumentum. vnde ſi dotem non dediſſet prius, nũc eſt compellendus, quia ibi fecit poni primarium lapidem, ſicut in eo qui promiſit reipublicæ pecuniam dara. ff. de pollicit. l. 1.
h. ¶Eorum.] Plurib. ergo ſufficere debet eccleſia, vt 7. q. 1. illud. & de conſec. d. 1. hoc quoque.
i ¶Ibidem.] Arg. contra clericos. qui alibi quam in eccleſia ſua morantur, ſu. d 37. de quibuſdam, contra inf. 16. q. 1. generaliter, inf. 12. q. 2. conceſſo.

Recipere licet quæ non licet exigere i Et ita habes vnũ caſum, ĩ quo munus a manu põt recipi. ſ. pro operib. ſpiritualib. ad q̃ qs tenetur. Alius caſus eſt pro operibus ſpiritualib. ad quæ quis non tenetur ex officio. 12. q 2. charitatem. ſm Rayn. & Goffred.

Clerici ĩ ſua eccleſia morari debent.

ſterio aliqua conferrent. vnde præfati monachi conſuluerũt ſ Papam, ſi hoc eis liceret, quod penitus prohibet, docens exemplo Apoſtolorũ neminem ad religionem, fidem, vel eccleſiæ regimen interuentu munerũ debere accedere cum ſit ſimoniacum. quia nunquam a ſanctis patribus, talia petita fuerunt. Sed ſi electus ad eos ſponte venerit, & omni pactione ceſſante, poſtea poterũt illi pauperi monaſterio aliqua gratis offerre, & hunc caſum ponit H. quem ego Bar. Brix. approbo magis quam caſum Beneuen qui breuior fuit.

a ¶Quam

Digitized by Google

a ¶ Quàm pio.] Quidã petebãt ab alijs vt darẽt eis ab batẽ ipſorũ ſed hoc illi nolebant facere gratis, cum eſſet eis vtilis, & hæc eſt conſultatio, an eis liceret aliqd dare.
b ¶ Reſponſum. Non dubitauit Papa quid iuris eſſet in quæſtione, ironicè hoc dicit.
c ¶ An-

d ¶ Interuentu.] inf. 23. q. 4. debet, ſu. 45. diſt. qui ſyncera, contra. ſed non videtur prohiberi niſi pactio, nã & dando & honorando & loquẽdo poſſumus blandiri in fidelibus vt conuertãtur 1 H. Sed tu dic ſimoniacum eſſe, ſi pagano vel hæretico detur vt Chriſtianus fiat. extra de ſimo. querelam. Sed vr cõtra: q cum me poſſim pecunia redimere, vt de pę. d. 1. medicina. videtur q & aliũ poſſim, & Syluester promiſit omnibus munera q vellent baptizari.

Blãdiri poſſumus in fidelibus.

1 Sub. vt in preced. c. ſecundũ Ioã. de Fan. qui iſtam gl. ſequitur vtis cet.

pio [a] mentis affectu, fratres chariſſimi, veſtræ deſtitutioni Romana compatiatur eccleſia, vobis fortaſſis eſt incognitum; ſed cognitori omnium nõ incognitum habetur. Dubitationi autem veſtræ quòd idoneum demus reſpõſum[b], Deum teſtificor, ipſa quoque me dubitatio reddit anxium[c], & ineptum. Nuſquam † enim legimus Domini diſcipulos, vel eorum miniſterio conuerſos, quempiã ad Deì cultum aliquo muneris interuentu [d] prouocaſſe; niſi fortè de pauperum alimento[e] quis in commune [f] proponat; quorum[g] nulli cuiuſcunq; profeſſionis eſſet, victualia negabantur [h]. Scimus equidem, quòd omne datum optimum, & omne donum perfectũ deſurſum eſt deſcendens à patre luminum; à quo bonæ voluntatis donũ accipit, qui ſancto deliberationis arbitrio gratis Deo ſeruire diſponit. Reſtat ergo, vt qui pro aliqua eccleſiaſtica ſuſceptione munus accipit, donum Dei, quod à patre luminum deſcẽdere debuit, vendat; munus autem largiẽs importunus emat. Quid aũt de diuini doni vẽditoribus, vel emptoribus conſequatur, concludi neceſſe non eſt. ¶ Cauete ergo fratres, quàm ſit ambiguum, quod petiſtis cõſilium: quod quidem ſecundum veſtræ voluntatis propoſitum nulla inuenimus ratione confirmatum. Veruntamẽ, ſi veſtræ neceſſitati adeo eſt opportunus, quem reperiſtis †, dum tamen omnis abſit pactio[i]; omnis ceſſet conuentio[k], nullaque veſtræ eccleſiæ fiat diſtractio, accedat gratis, Deo ſeruire incipiat, ſuique regiminis deuote geſtet obſequium: & poſtmodum [l] vos quaſi ſubſidij [m] gratia, aliqua ſuæ eccleſiæ munera largiri fratrum ſolatio Romana permittit eccleſia.

† al. Nunquam

Iac. 1.

† al. capiſtis

¶ B. Thomas citat hoc caput 2. 2. q. 100. in fine articuli tertij, & rem, quam ibi tractat, ſola huius capitis auctoritate conſtituit.

[*Unde Vrbanus Papa in concilio apud Melfiã, c. 12.*]

¶ De eodem. PALEA. Cap. III.

Anſ. l. 6. c. 91.
Pann. l. 3. tit. 2. c. 7.
Iuo p. 5 c. 109.
Poly. l. 2. tit.
B. Gregorius l. 4. epiſt. 44 & l. 12. poſt epiſt.

† *Placiti*] orig.

NVllus abbas pretium ſumere, vel exigere ab eis, qui ad conuerſionem veniunt, aliqua pacti † occaſione præſumat. Regulam antiquam ſequens, nulli vnquam de ordinationibus aliquid omnino accipiendum eſſe conſtituo, neque ex datione pallij, neque ex traditione chartarum; neque ex ea, quam noua per ambitiones ſimulatio inuenit, appellatione paſtelli. Quia enim [n] in ordinando epiſcopo Pontifex manum imponit, euangelicam lectionem miniſter legit, confirmationis autem eius epiſtolam notarius ſcribit.

¶ In nonnullis vetuſtis exemplaribus, in quibus pauca ſunt paleæ habetur caput hoc vſque verſ. Regulam. *Reliqua vero ſunt B. Gregorij locis indicatis.*

e ¶ Alimẽto] Quod dabãt Apoſtoli pauperibus cõuerſis. ſupra verſus principi. quæſtionis. ver. ſed illud.
f ¶ In cõmune.] quia non competit oppoſitio.
g ¶ Quorum.] Ideſt, quia eorum.
h ¶ Negabãtur.] Ar. q anathematizato debet dari eleemoſyna. ſu. d. 42. quieſcamus. 11. q. 4. cõtra 23. q. 4. debet cõtra. Sed illud de iam catholico. 16. q. 1. ſi cupis. Sed cõtra. 5. q. 5. c. 2.
i ¶ Pactio.] Non remouetur, niſi pactio inhoneſta nã honeſta non remouetur, ar. 23. d. quanquam. & d. 100. ĩ ea ſynodo. arg. 18. q. 2. Eleutherius. extra de pięt ẽ. ſignificatum. 16. q. 7. per laicos. ſu. diſt. 59. hoc ad nos. 7. q. 1. mutationes. hoc no. 8. q. 3 in ſumma.
K ¶ Cõuentio.] Nomen cõuentionis generale eſt. ff. de pa. l. 1. §. 2.
l ¶ Poſtmodũ.] Ar. q licet poſt, qd non licet anteá, vt inf. 8. q. 3. talia & c. Artald 2. Ar. q nõ licet ante 3. nec poſt, vt ſu. ea. q. 1. eos ad fi. & licet ante qd non poſt, vt ſu. di. 4 in iſtis 2 q. 6 quoties epiſcopi & 8. q. 2. dilectiſſimi. ſupra ea q. 1. eos. cõtra Solu. ibi ex pact oñe datũ fuit qdqd datũ fuit: hic vero ex mera liberalitate, vel gratia ſubſidij cõcẽdit. ext. de ſimo & ſi quæſtiones. Ioan.
m ¶ Subſidij.] Vel honoris, vt infra ea. ex multis. & ff. mandati, ſi remunerandi & certè hoc caſu idem eſſet ante & poſt: ſed hoc fit hic ꝓpter præſumptionem vitandã, & hoc ſoluit cõtrariũ ſu. ead q. 1. eos.

Eleemoſyna dãda eſt anathematizato.

Licet poſt, quod nõ licet ante.

1 Concor. tex. in l. qd ante & l. ſequen. ff de his quæ in frau. cred. 3. Nec in ipſo actu ſup. ea. q. 1. emẽdari, & facit 8. q. 2 dilectiſſimi.

c ¶ Anxium.] Quia dubitatis, vtrum ad Dei cultũ quiſpiam interuentu muneris prouocandus ſit, ſed dubitandum non eſt: extra de ſimo. & ſi quæſtiones.

Digitized by Google

eps. Sed ex quo ambitio pœeſſit. & petitio pecuniæ nocere certe debuit etiam poſt. vel gratia ſubſidij debuerunt pcipere.ar.inf.ea.ſicut epm. in fi. à cõtrario ſenſu.

SIcut epiſcopum.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſicut epiſcopus non debet aliquid accipere pro ordinatione: ſic diaconus non debet aliquid accipere ꝓ Euangelio, quod legit, vel notarius ꝓ ſcriptura quam fecit ordinato in teſtimonium ſuæ ordinationis. Sed poſt negotiũ expeditum, ſi quid ſponte offeratur, recipi poteſt.

greſſuris, quaſi dicã indifferenter omnes debent ſuſcipi,vt paſcantur de rebus eccleſiæ,exceptis talib.de quibus loquitur in c ſeq.2.

VIduas honora.] CASVS. Præcipit hic Apoſtolus, vt eccleſia prouideat viduis:illis ſcilicet, quæ parentum

2 Quod loquitur de iã ſuſceptis, non de ſuſcipiẽdis' ſecundũ Hug.

a ¶ Miniſter.] Ideſt archidiaconus, cum examinat vocando ordinãdos. 24.d.q.ſi.

b ¶ Vocem.] Ideſt, lectionem Euangelicã. ext. de ſimo.c 1. & ar. in ſuperiori palea §.regulam,&c.

c ¶ Calamũ.] Ideſt, ſcripturam,quam ordinat' recipit ab ordinatore, ne dubitetur de eius ordinatione,vt inf.2.q 1.legum hoc olim H. Vel hoc intelligit cum habet ſalarium de publico alias deputatũ 1. hoc tamen dico ꝙ in collatione ordinis nõ eſt diſtinguẽdum an habeat ſalarium de publico vel nõ:nam dicit, ꝙ in collatione ordinis nec pro labore nec ꝓ charta dẽt aliquid recipere, ſed eps ꝓcuret ita vt ſine muneris alicuius acceptione ſcribatur nec tenetur lex in Auth. de ſanc.epiſc. § 4.coll 9.

1 Adde ad hoc not. in l.cum multis,& ibi gl. C. de prin. agen. in re. li. 12.

Notarius an pro ſcriptura poſſit ab ordinato aliquid accipere.

d ¶ Ex ambientis.] vbi enim cauſa non adeſt, vitium nõ imputatur.

ADDITIO. Ad hoc 61. diſt. Neophytus. Ar.

AVCTORITATE. CASVS. Infert. Gra. ex hoc c. quã pio. ꝙ ſicut nullus eſt ꝑtio inuitandus ad conuerſionem, ita nulli per pecuniam dandus eſt ingreſſus eccleſiæ. Idem probatur per hoc capitulum proximum. Sed ſtatim contra hoc opponit per auctoritatem Apoſtoli, & per c. ſequentia, per quæ probat, ꝙ diuites non debent recipi niſi offerãt ſua eccleſię.

e ¶ Conuerſionem.] Ideſt, fidem ꝙ cultum Dei 61. diſ. § his omnibus.

ITEM OPPONITVR. Hæc eſt ſecunda pars q. in qua probat, quod diuites non debent ſumere partes de bonis eccleſiæ, qđ intelligitur de illis qui corporaliter non ſeruiunt eccleſijs, & hoc probat per quatuor auctoritates ſanctorum patrum. Io. de Fan.

f ¶ Opponitur.] Ad id, qđ dix t nihil exigẽdum ab in-

a ¶ Qua enim.] *In pleriſque exemplaribus quæ habent hanc paleam non ſunt iſtæ duæ voces. Verum apud B. Gregorium leguntur, quoniam pendet adhuc oratio, & coniungitur cum ijs, quæ in ſequenti capite aſſeruntur, hoc modo.* Quia enim ordinando epiſcopo Pontifex manum imponit, Euangelicam lectionẽ miniſter legit, confirmationis autem eius epiſtolam notarius ſcribit; ſicut Pontificem non decet, &c.

Item Gregorius in regeſti lib. 4. epiſt. 44. ſiue cap. 88. in ſynodo Romæ habita.

¶ Ab ordinando non debet aliquid exigi, ſed nec voluntarie oblata reſpui oportet. Cap. IIII.

SIcut epiſcopum non decet manum, quam imponit, vẽdere; ita miniſter[a], vel notarius non debet in ordinatione eius vocem[b] ſuam, vel calamum[c] venundare. *Et paulo poſt.* ¶ Is autem, qui ordinatus fuerit, ſi non ex placito †, neque exactus, neque petitus, poſt acceptas chartas, & pallium, aliquid cuilibet ex clero, gratię tantummodo cauſa, dare voluerit; hoc accipi nullo modo prohibemus: quia eius oblatio nullam culpæ maculã ingerit, quæ non † ex ambientis[d] petitione proceſsit.

ext. de ſimo.c.1. Polye.] Anſel. ibidem Iuo.] † al. pallio

† ex accipientis ambitu nõ proceſſit] ori.

Auctoritate Bonifacij patenter oſtenditur, quòd ſicut nullus pretio eſt inuitandus ad conuerſionem[e]; ita nulli, pecuniæ interuentu, eccleſiæ largiri oportet ingreſſum. Auctoritate vero Gregorij datur intelligi, quòd pro ingreſſu eccleſiæ non licet pecuniam exigere; ſed ſpõtaneè oblatam licet ſuſcipere.

2 ¶ *Item opponitur[f] illud Apoſtol. 1. ad Timotheum, c. 5.*

Cap. V.

VIduas honora[g], quæ vere viduæ ſunt[h]. [*Quæ autem non ſunt vere uiduæ, ideſt, quæ ſuis, vel parentum opibus ſuſtentari poſſunt, non recipiantur[i],*] *ut eccleſia ſufficiat[k] ijs, quæ vere viduæ ſunt.*

¶ *Caput hoc in multis vetuſtis codicibus eſt coniunctũ ſuperiori.*

Item Hieronymus ad Damaſum Papam.

¶ *Infra etiam 16. q. 1. c. ſi. citatur ex Hieronym. Ac ſimilia habentur in regula Monachorum ex dictis Hieronymi, in c. de paupertate, & in gloſſa ordinaria ad cap. 5. primæ ad Timotheum ex Hieronymo.*

tum opibus ſuſtentari non poſſunt, vt circa pauperes plus abundent, diuites autem non recipiantur.

g ¶ Viduas honora.] Quæ debent ſumptibus eccleſiæ ſuſtentari 3. & vidua quandoq; dicitur quæ virum nondum habuit. ff. de verb. ſig malum. § viduam.

h ¶ Quæ vere viduæ ſunt.] Ideſt, quæ ſicut à viris, ita & à rebus, & amore mundi ſunt deſtitutæ.

i ¶ Non recipiantur.] Vt ſuſtententur ſumptibus eccleſiæ, niſi ſua dent eccleſiæ. 12. q. 1. illi ſup. 42. § 1. ſu. d. 47. ſicut.

K ¶ Sufficiat.] Argu ꝙ non teneantur canonici ſuſcipere aliquem vltra quam facultates eccleſiæ ſufficiunt, vt de conſec. diſtinct. 1. omnes. & extra de inſtit. cap 1. Clericus

Viduæ ſunt ſumptibus eccleſiæ ſuſtentandæ.

3 Vt 81. diſ. c. pe & vlt. & 31. q. 1. ſiio. vnde expone, honora. i. de ſumptibus eccleſiæ ſuſtenta. Arc.

Suſcipiendus non eſt aliquis vltra facultates eccleſię.

Digitized by Google

¶Qui ſumptibus proprijs ſuſtentari poteſt, ab eccleſia ſtipendia non accipiat. Cap. VI.

16.q.1.c.fin. CLericos autem illos conuenit eccleſiæ ſtipendijs ſuſtentari, quibus parentum, & propinquorum nulla ſuffragantur bona. Qui autem bonis parentum, & opibus ſuis ſuſtentari poſſunt; ſi quod pauperum eſt, accipiunt [a], ſacrilegium [b] profecto committunt, & per abuſionem talium, iudicium ſibi manducant & bibunt.

In conc. Aquiſgr. c.107. *Item Proſper de contemplatiua uita, lib.2.c.9 & 10.*

¶Quibus ſua ſufficiunt, eccleſiæ alimentis non ſuſtententur. Cap. VII.

PAſtor eccleſię ijs, quibus ſua ſufficiunt, non debet aliquid erogare, quando nihil aliud ſit, habentibus dare quàm perdere. Proſper ibid. c 10. Nec illi, qui ſua poſſidentes dari ſibi aliquid uolunt, ſine grãdi peccato ſuo, vnde pauper [c] victurus erat, accipiunt. De clericis quidem dicit per prophetam Spiritus ſanctus: [Peccata populi mei comedũt.] Oſeæ 4. Sed ſicut nihil habentes proprium, non peccata, ſed alimẽta, quibus indigere videntur, accipiunt; ita poſſeſſores non alimenta, quibus abundant, ſed aliena peccata ſuſcipiunt.

Verum his auctoritatibus prohibentur ab eccleſia ſuſcipi [d] non illi, qui quondam fuerunt diuites, poſtea verò omnia reliquerunt, vt Petrus [e], & Matthæus, & Paulus: aut pauperibus diſtribuerunt, vt Zachæus: aut eccleſiæ rebus adiunxerunt, ſicut illi, qui prædia ſua uendentes ponebant pretia ante pedes Apoſtolorum, ut eſſent omnia communia, ſed illi, qui in domibus parentum reſidentes uel ſua relinquere nolentes, eccleſiaſticis facultatibus paſci deſiderant.

Matth. 4. Luc. 19. Act. 4.

Et in conc. Aquiſgr. ibidem. *De quibus in eodem lib. Proſperi, c.10. ſubinfertur.*

¶Qui ſua relinquere non vult, non debet ſumptibus eccleſiæ ſuſtentari. Cap. VIII.

SI quis propter hoc non vult ſua relinquere, vt habeat vnde viuat, vt quid [f] accipit vnde rationẽ reddat? vt quid peccatis alienis [g] ſua multiplicat? *Idem ibidem paulo ſuperius*. ¶Non eſt meum dicere, quali peccato cibos pauperum præſumendo ſuſcipiunt, qui eccleſiam, quam iuuare de proprijs facultatibus debuerant, ſuis expenſis inſuper grauant; propter hoc fortaſſis in congregatione viuentes, ne aliquos pauperes paſcant, ne aduenientes excipiant aut ne ſuum expenſis quotidianis imminuant.

CLericos autem.] CASVS. Dicitur hic q̃ clerici, qui de bonis parentum ſuſtentari poſſunt, ſi aliquid accipiunt de bonis eccleſiæ, ſacrilegium committunt. Idem repetit in ſequenti capitulo. Addit tamen, q̃ pauperes accipiunt non peccata, ſed alimenta; diuites vero contra. & hoc c. pars eſt illius cap.16.q.1. quoniam quidquid.

a ¶Accipiunt.] Et in malos vſus conuertunt, & ſic intellige ſequentia capitula, cum ſcilicet male diſpenſant infra 12.q.1.illi qui.

Eccleſiæ ſtipendia non ſunt diuitibus danda. b ¶Sacrilegium.] Ar. q̃ ſtipendia eccleſiæ non ſunt danda ijs quibus propria ſufficiunt, vt 12.q.1.illi qui ar extra de ſimonia. cum ſit Romana. nec ulla eccleſiaſtica. arg. contra 12.q.2.charitatem. ff. de reg. iur. Sin naturã. Sol. quod hic dr̃, exhortatiuũ eſt, nõ præceptum. Vel de his loquitur, qui occaſione patrimonij ampli ãlij quod habẽt, ſe diuinis ſubtrahũt obſequiis, quibus ſe abſentantibus dandum non eſt [1]. Vel dic de quarta pauperibus debita, q̃ dari prohibetur abũdantibus. Panis enim egentium, &c vt i. 14.q.5.c 2.& in ſumma. Si abundãtes de bonis eccleſiæ ſuſcipiũt ſiue abſentes ſiue præſentes ſunt, licet nõ debet eis denegari portio, quia nemo cogit ſuis ſtipẽdijs militare: mortaliter tamẽ peccant [2] præſertim ſi ex cupiditate ſua reſeruãt inf. ea. §. uerum cũ cap. ſeq. [3].

PAſtor eccleſię.] c ¶Pauper.] Panis egẽtiũ vita pauperis eſt, qui fraudat illũ, homo ſanguinis eſt, vt inf 14.q 5. c 2.& 3.q 1.nulli.

VERVM. CASVS. Cõcludit Gra. ex ſupradictis quod relinquentes propria pro Deo, ſunt recipiẽdi, alij verò non: ſed H. intellexit de ſuſceptis iã in eccleſia; q non debent ali de bonis eccleſiæ, ſi aliunde habent. vnde dicit Gratianus non rectè procedere.

d ¶Suſcipi.] ideſt, ſuſcepti alimenti. non enim tantùm de ſuſcipiendis loquitur.

e ¶Petrus.] Non videtur cõpetere exẽplũ de Petro, q fuit pauper piſcator, & ita reliquit paupertatẽ tñ propter amorẽ Dei. & ſic faciunt multi tẽplarij: & hoſpitalarij hodie & quaſi omnes religioſi. ſed Petrus ſeipsũ abnegauit.

SI quis.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima reprehẽdit illos, qui propria retinentes ideo viuunt in collegijs vt ſuis ſumptibus parcant, & vt pauperes & aduenientes non recipiant. In ſcd̃a parte reprehendit illos, qui ideò alijs ſe præferunt, quia in ſuo ingreſſu monaſterio plus cæteris cõtulerũt. Scd̃a pars incipit ibi, [Quod ſi.] Seq. §. patet.

f ¶Vt quid.] 12.q.1.expedit. 23.q.7.quod autem. 12.q.1.illi autem. §.

g ¶Peccatis alienis] ideſt, de oblatis pro peccatis aliorum.

1 Arg. 16 q. 1. generaliter.

2 Iſta eſt ſententia Lau. quã ſequitur Io. de Fant. ar. op. 42. diſtin. §. 1. 48. diſt. ſicut.

3 Dic ſi ſunt tales habentes patrimoniũ amplũ q bñ diſpenſant dando pauperibus & alijs, quibus debent dare: tales pñt bñ hẽre ſtipẽdia eccleſiæ. argu. 12. q. 1. illi qui.

Petrus propter Chriſtũ abnegauit ſeipſum.

a ¶ Velut pro ipſa expenſa ſua.] Arg. aliquem poſſe dare eccleſiæ de proprijs pro ſua ſuſtentatione. Hug. hoc no eſt uerum, niſi illud fiat ſine peccato, vt extra de ſimon. tua. nec excuſat paupertas, vt ext. ea. quã ſimoniaca.
b ¶ Iactantia.] Nam nocet iactantia. 6. q. 1. imitare.

perent, & ſic in prædicatione perſiſterent. nam ex quo videbãt eũ nõ accipere, verecundabant & ipſi accipere. ADDITIO. De hoc legi. & not. 28. q. 1. iam nunc. in fi.
p ¶ Gloriam.] Quam habeo apud Deum de hoc quod non accipio, vel ſi acciperem cum ſcandalo, uel ultra. quàm

Eccleſiæ dare aliqua pro ſuſtentatione neminι licet.

¶Quòd ſi aliquid de fructibus ſuis eccleſiæ, velut pro ipſa expenſa ſua [a] contulerint, non ſe preferãt inani iactantia [b] illis, quos nihil habentes paſcit, & veſtit eccleſia: quia perfectior [c] eſt ille, qui ſe mũdi rebus expoliat [d], aut † qui cum nihil habuerit, nec habere deſiderat; quàm ille, qui ex multis, quæ poſſidet, eccleſiæ aliquid præſtat, ac ſe de eo, quod præſtiterit, forſitan iactat. † *al. &*

Ecce qui prohibentur ab eccleſia ſuſcipi. Illi vero, qui omnia ſua relinquunt, uel pauperibus diſtribuunt, uel eccleſiæ rebus adiungunt; & ab eccleſia laudabiliter ſuſcipiendi ſunt, & eius opibus ſuſtendandi.

Vnde in eodem libro, cap. 11. legitur.

¶Qui ſua relinquunt, vel pauperibus diſtribuunt, vel eccleſiæ rebus adiungunt, laudabiliter eccleſiaſtica diſpenſant. Cap. IX. Et in Aquiſgr. c. 108.

SAcerdos cui diſpenſationi [e] cura cõmiſſa eſt, non ſolum ſine cupiditate, ſed etiam cum laude pietatis accipit [f] à populo diſpẽſanda, & fideliter diſpenſat [g] accepta: quia omnia ſua aut parẽtibus aut reliquit, aut pauperibus [h] diſtribuit, aut eccleſię rebus adiũxit, & ſe in numero pauperum, paupertatis amore cõſtituit, ita ut unde pauperibus ſubminiſtrat, inde & ipſe tanquam pauper voluntarius viuat. Clerici quoque, quos pauperes aut voluntas, aut natiuitas fecit, cum perfectione [i] virtutis, vitę neceſſaria ſiue in domibus [k] ſuis, ſiue in congregatione viuentes accipiant: quia ad ea accipiẽda non eos habendi ducit cupiditas, ſed cogit viuendi neceſſitas, *& infra*. c. 14. ¶De talibus dicere vr̃ Apoſtolus: Qui in ſacrario [l] operantur, quæ de ſacrario ſunt, edunt; & qui in altario deſeruiunt cum altario participant.] Qui niſi hoc de contemptoribus facultatum ſuarum uellet intelligi, nunquã ſecutus adiungeret: [Ita & Deus ordinauit his, qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere.] De Euangelio viuunt, qui nihil proprium habere volunt: qui nec habẽt, nec habere aliquid concupiſcunt, non ſuorum, ſed communium poſſeſſores. Quid eſt aliud de Euangelio viuere niſi laborantem inde, vbi laborat, neceſſaria vitæ percipere [m]? Apoſtolus tamen, qui ſic Euangelium prædicauit, vt nec de Euangelio viueret, ſed neceſſaria ſibi ſuis manibus [n] miniſtraret, de ſe confidenter eloquitur: [Ego autem nullo horum vſus ſum [o].] Et quare hoc dixerit, ſecutus aperuit dicens: Expedit mihi mori magis, quàm vt gloriam meam quis euacuet.] Euacuari dicit gloriam [p] ſuam, ſi ab eis, quibus prædicabat voluiſſet accipere vitę temporalis † expenſam. Nolebat quippe in præſenti laboris ſui fructum, ſed in futuro recipere.

In Aquiſgr. c. 111. 1. *Cor.* 9.

† *al. corporalis.*

c ¶ Perfectior] ideſt, expedit or ad ſeruiẽdum Deo eſt.
d ¶ Expoliat.] Nam tunc dr̃ in eo manere Spiritus ſanctus, cũ uoluntariam diligit paupertatem. de pę. diſt. 2. quærendũ. diuites tamen cum bonis, &c. 30 diſt. hoc ſcripſimus.
SAcerdos.] CASVS. Dicit hic, qꝫ clerici qui bona ſua parentibus, vel pauperibus eccleſijs reliquerunt, vel qui à natiuitate ſua pauperes fuerunt, viuere debẽt de bonis eccleſiæ & probat auctoritate Apoſtoli dicentis: Qui in ſacrario, &c. licet Apoſtolus noluerit de Euãgelio viuere: ſed ſuis manibus victũ quærere, vt liberius arguere poſſet. Seq. ca. cum §. patet.
e ¶ Diſpenſationis.] inf. 12 q 1 c. expedit.
f ¶ Accipit.] ideſt, accipere debet.
g ¶ Diſpenſat.] i. diſpenſare debet tam ſibi, quàm alijs, &c.
h ¶ Pauperibus.] Quod ei licet. 12. q. 3 c 1. 2. & 3.
i ¶ Cũ perfectione] ideſt, expeditione ad ſeruiendum Deo.
K ¶ In domibus.] inf de cõſecr. d. 5 in omnibus cõtra inf. 12. q. 1. neceſſaria. cõtra. inf. 12. q. 2. nobis. Solu. hic loquitur de clericis indigẽtibus, quibus tenetur prouidere ſicut alijs pauperibus. iſti tales accipiunt ab eccleſia: non quia clerici, ſed quia pauperes ar. canonicis licere beneficia diuidere, vt priuatim ꝑcipiant, qđ in communi. ſoliti erant habere, vt diſt. 32 ſi qui vero.
l ¶ Sacrario.] inf. 13. q 1. §. quia ergo inf. 16. q 1 c. pen. & vlt.
m ¶ Percipere.] inf. 12. q 2. charitatem.
n ¶ Manibus] inf 10 q. 3 cauendũ. inf. 21 q 1. clericus.
o ¶ Vſus ſum.] Ne ea occaſione pſeudoapoſtoli acciperent r.

quàm deberem, vel ſi prædicarem eo obtentu, ut acciperem r.

Clericis indigentibus eſt prouidẽdum.

13. q. 1. ſunt in eccleſia, vel quã hẽo ex eo, quod malos ꝑ prędicationem meã ad bonũ conuerto. Hug.

Cleri-

Digitized by Google

a ¶Clerici.] ¶Deſeruiunt.] Etiam infirmi ſeruiunt extra de cle.ægro.c.1.ff.de ſta.lib.l.cum hæres.§. Stichus.

b ¶Meritum.] 12.q.2.Vult erranæ.& c.de redditibus,ſed inf.16.q.7.c.1.contra.ſed ibi ſoluitur Vel meritū, idest, vt

ingreſſu monaſterij aliquid ſit dandum: quia qui monaſterium intrat, non religionem, ſed ſtipēdia emit Et reſpondet Grat. ꝙ ſimonia eſt; quia non ſolum emere ſpiritualia, ſed ſpiritualibus annexa ſimoniacum eſt, & hoc probatur auctoritate Malachiæ prophetæ.

a ¶Aut parentibus.] *In aliquot manuſcriptis Gratiani legitur* aut pauperibus reliquit. I*n vetuſto autem Proſperi codice, & in concilio* A*quiſgranenſi, legitur*, quia omnia ſua aut reliquit, aut eccleſiæ rebus adiunxit. *Sed quoniam multa exemplaria* Gratiani, *& Proſperi habent vulgatam lectionem, nihil eſt mutatum.*

Item ex concilio Agathenſi, c.36.

¶Iuxta meritum laboris, eccleſiaſtica ſtipendia ſacerdotes diſtribuant. Cap. X.

CLerici omnes, qui eccleſiæ fideliter, vigilanterq; deſeruiunt [a], ſtipendia ſanctis laboribus debita ſecundum ſeruitij ſui meritum [b] per † ordinationem canonum a ſacerdotibus conſequantur.

† *al. vel.*

Multorum a *auctoritatibus luce clarius conſtat, ꝙ ab ingreſſuris monaſterium nō licet pecuniam exigere; ne, & ille, qui exigit, & ille qui ſoluit; ſimoniæ crimen incurrat.*

a ¶Multorum.] *In vulgatis codicibus huic* §. Multorum *prapo nabatur hic titulus*. Item ex concilio Vrbani Papæ habito Aluerniæ, *qui ſublatus eſt, quoniam abeſt ab omnibus vetuſtis exemplaribus collatis, & in pleriſque hic* §. *eſt initium ſequentis tertia quaſtionis.*

QVÆSTIO III.

SEd adhuc [c] obijcitur, quòd qui ingreſſuri monaſterium pecunias tribuunt, nō propoſitum religionis, ſed participationem ſtipendiorum eccleſiæ emunt. Temporalia ergo, non ſpiritualia ementes, nequaquam ſimoniaci habendi ſunt. ¶His itaq; reſpondetur. Non ſolum, qui ſpiritualia, ſed etiam qui temporalia annexa [d] pretio accipiunt, vel tribuunt †, ſimoniaci iudicantur. Vnde Malachias loquens ex perſona Domini: (Quis eſt, inquit, in vobis, qui claudat oſtia [e], & incendat altare meum gratuito? Non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum, & munus non ſuſcipiam de manu veſtra.) Oſtia claudere non eſt ſacri muneris officium, ſed tantum ſibi adiunctum.

† hæ voces [*vel tribuunt*] abſunt a pleriſque manuſc.

Mal.1.

Item Gregorius vniuerſis epiſcopis Hiſpanis.

c ¶Sed adhuc.] Hic depingit 3.quæſtio, an ſcilicet ingreſſū, vel præbēdas emere ſit ſimoniacum, primum membrum expeditū eſt ſu.eo .pr. quæſt. ſecundū expeditur hic. No.ꝙ pbēda 2. dicit quādoq; ius quoddam ſpirituale 3.pcipiēdi eccleſiā, vel ipſam præbendam hoc modo emere ſimoniacum eſt. Quandoq; dicuntur ipſi fructus præbendæ: quos emere nō eſt ſimoniacū, vt extra ne præla. vices ſuas.c.vltim. niſi qs forte emeret fructus ab initio ſuæ ordinationis, vel inſtitutionis ī ipſa eccleſia, vt habeat dum vixerit. argumen. infra ea ſi quis obiecerit, & c. Saluator tunc enim ita ſunt annexa, vt qui priuetur officio, priuet. & illis, vt 81. diſtinct. ſi quis ſacerdotum.

Præbenda dicitur dupliciter.

2 Præbenda per ſe prophana eſt. Inno. Pan. Fel ca, cū Martin. Ferrareuſis, de conſt.

3 Ad illud ius non poſſunt duo recipi ſimul vno iure vacā te, extra de præb. dilect. Archi.

Beneficio priuatur qui priuatur officio.

d ¶Annexa] Arg ꝙ idem iuris ſit in vno coherentium, & connexorū, quod in altero, vnde q priuat officio, & beneficio, vt ſup.d.82.decernimus ſup.d.81 ſi quis ſacerdotum, & c. cos ſup diſt.50. ſtudeat. contra ibi de gratia, hic de rigore.

e ¶Qui claudat oſtia.] idest, qui gerat officium oſtiarij. Vnde videtur, ꝙ emere huiuſmodi officium oſtiarij, vel pulſandi campanas, ſit ſimoniacum: cum illud ſpectet ad officium primicerij. 25. diſt. perlectis, quod concedo: ſed emere quācunque adminiſtrationem rerum eccleſiæ, puta, ꝙ det panem in refectorio vel vinum, vel cuiuſcunque alterius rei, dicit H. ſimoniacum eſſe, argum. contra. ſup. ead. quæſt. 1. ſi quis epiſcopus. prope fin. & inf ead quæſt. Saluator, & dicit, ꝙ licite poteſt dari pecunia alicui, vt ſuſcipiat tale officium: ſed tamen ille non poſſet dare pecuniam, vt ei daretur 4, & ſic aliquid vendi poteſt licite, quod non poteſt emi. Alii dicunt, quòd tunc eſt ſimonia emere aliquam adminiſtrationem eccleſiaſticam cum aliquod ſpirituale habeat annexum, vel talis eſt, ꝙ per clericum tantū cōſueuit exer. eri, & rōne officij: qd magis credo.

Simoniacū ē emere officiū pulſandi cāpanas.

Emptio adminiſtrationis eccleſiaſticæ eſt ſimoniaca.

4 Rō eſt qa nō præſumitur, ꝙ ita fideliter adminiſtret in recompēſatione eius, qd dedit arg ff. de probat. cū de indebito, Io. de Fan.

1 Sed cōtra. 32.d. præter hoc in fi. & hoc cōtra ēt pbat ca. hic allegatum. contuluit, vt ibi not. Arc.

vt presbyter plus quam alij percipiat 1, vt diſ.74.conſuluit, quod non eſt in alia ſocietate. ff. pro ſocio. verum. §. ſed cum tres.

SEd adhuc obiic itur] CASVS. Hic tractatur tertia quæſtio, in qua quæritur an ingreſſum eccleſiæ, vel præbendas emere ſit ſimoniacum. Sed de ingreſſu eccleſiæ eſt expeditum in prima quæſtio. Et certum eſt, ꝙ emere præbendam ſecundum, quod dicitur præbenda ius ſpirituale, ſimoniacum eſt: ſed præbenda, id eſt, fructus præbendæ emere non eſt ſimoniacum. Sed obiicit hic adhuc, ꝙ pro

Audi-

Digitized by Google

Avdiuimus] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſacrilegium, & ſimoniam committunt qui eccleſias, vel eccleſiaſtica beneficia per pecuniam acquirunt, & qui ea conceduntur pro pecunia, vnde præcipitur ne de cætero fiat: & quod factum eſt in præterito, irritetur.

Franciæ quaſdam eccleſias ab epis haberent, & in illis presbyteros ſæculares. toties eas redimere cogebantur, quoties presbyteri morte, vel alia cauſa mutabantur, ideo præcepit Papa, vt quas ſpatio xxx. anno. ſub hac tedem ptione poſſederũt, amodo ea ceſſante, quiete poſſideant;

¶De ijs, qui ſacros ordines munerum acceptione diſpenſant. Cap. I.

Avdiuimus dilectiſſimi, quod nos audiſſe oportuit, ſed audiſſe profectò nõ libuit: quoſdã ſcilicet eſſe ſacrorum ordinum profeſſores, qui ſub munerũ datione, vel acceptione, Dei eccleſias, vel earũ ſibi beneficia vſurpant. Quod quidem ſcelus, vos non iam dudum acriter correxiſſe, vehementer admiramur. Iuſte enim vterq; corripiendus eſt, & a ſanctæ liminibus eccleſiæ ſubmouendus, & qui pro eccleſię ambitu munera largitur, & qui vt eccleſiam adeat, quidquam præſumit accipere. Iſte quippe donum Dei emere, hic autem præſumit vendere. A ſacrilegio [a] quoq; hoc facinus non diſpar dixerim: cum id, quod ſponte, & ſacro deliberationis arbitrio gratis fieri debuit, ſub pecuniæ pactione cauſatur [b]. Quare fratres chariſſimi, quæ taliter facta ſunt, curioſe refellite, infecta prohibete, veſtriſque iuſſionibus reſiſtentes digno anathematis vinculo percutere non dubitate.

Item Rothomagenſi epiſcopo, & Gallicis omnibus.

¶De ijs, qui eccleſias, vel eccleſiaſtica beneficia vendunt. Cap. II.

SI quis dator, vel acceptor, Dei eccleſias, vel eccleſiaſtica beneficia (quæ quidam præbendas vocant) ſub pecuniæ interuentu ſuſceperit, ſiue dando emerit, ſiue accipiendo vendiderit, a Simonis non excluditur perditione. Sed ſi perſeuerans fuerit, perpetua mulctetur damnatione. Nam qui ſub religionis obtentu Deo famulari voluerit; ſi quid accipit, & meritum perdit, & beneficio accepto fruſtratur. Rationis ergo vigore cogitur, quod iniuſte receperit, reſtituere [c]; & quidquid turpis lucri gratia receperat, non tenere.

Item Gregorius vij. Papa lib. 6. reg. in ſynodo. c. 4.

¶Ab officio ſuſpendatur epiſcopus beneficia, vel eccleſiaſtica officia vendens. Cap. III.

Poly. l. 2. tit. 4.

SI quis epiſcopus præbendas, archidiaconatus, præpoſituras, vel aliqua eccleſiaſtica officia vendiderit, vel aliter, quàm ſtatuta ſanctorum patrum præcipiunt, ordinauerit; ab eccleſiæ officio ſuſpendatur [d]. Dignũ eſt enim vt ſicut gratis epiſcopatum accepit; ita membra [e] eiuſdẽ epiſcopatus gratis diſtribuat.

Item ex concilio Vrbani Papæ habito Aluerniæ.

¶Nec altaria, nec præbendas epiſcopis vendere licet. Cap. IV.

QVæſitum eſt [f] de epiſcopis, qui altaria monaſterijs

a ¶Sacrilegio] Et crimine læſæ maieſtatis 15 q. 3. ſane. 2. q. 1. in primis.

b ¶Cauſatur.] Ideſt, in cauſam ducatur, vel ꝓ cauſa, ſcilicet, pro acceptione, vel datione pecuniæ fit: vel cauſatur, ideſt, facit vnde, cauſari, id eſt, accuſari, debeat.

SI quis dator.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſimoniacus dator & acceptor Simonis perditione, & perpetuo anathemate ſi ꝑſeueret damnatur, & qđ iniuſte acceptũ eſt, reſtituatur.

Pecunia ſimoniaca cui eſt reſtituenda.

c ¶Reſtituere.] Sed cui dices reſtituendã talẽ pecuniam? Videtur, ꝙ ei ĩ cuius ignominiam data eſt. 17. q. 4. ſi quis in atrio. 15. q. vlt. cum multæ 27. q. 1. ſi quis rapuerit extra de ſimo. de hoc in Auth. đ ſanc. epiſ § ſed neq; coll. 9 & ext. de ſi. audiuimus. Ecõtra videtur ꝙ illi q dedit eam, vt extra. ca. veniens. Item videtur, ꝙ illa pecunia non debet remanere penes eccleſiam. cum Petrus dixerit: Pecunia tua, & c. 1. Itẽ quia fiſco competit perſecutio eorum, quæ ſcelere cõquiſita ſunt. ff. de iur. fiſc Lucius. ff. de donat. inter virũ, & vx. cũ hic ſtatus. § ſi.

1 Supra ea. q. 1. Petrus, & c. qui ſtudet. & Act. 8

SI quis epiſcopus] CASVS dr̄ hic, ꝙ ſi quis eṕs beneficiũ, vel dignitatẽ eccleſiaſticã ſimoniace contulerit. ab officio debet ſuſpendi: quia iuſtũ eſt, vt qui gratis acquiſiuit epiſcopatũ, minora ſtipẽdia gratis cõferat.

d ¶ Suſpendatur.] Ideſt, deponatur. 83. d. c. 1. Vel dic, vt ſup. e. q. 1. quidquid.

e ¶Mẽbra] inf 3. q. 9. puta. ar. ꝯ 12 q. 2. cognouimus. ĩ. d 63. in ſynodo. arg. eſt hic, ꝙ idẽ iuris eſt in toto, qđ in parte, & in maiori, qđ in minori. 23. q. 1. de forma. ext. de præben minorib. 95. d. eſto ff pro derelicto. l. 3.

Ius idem eſt in toto. q̃, & in parte.

QVæſitum eſt] CASVS. Cum quidam monachi deant, ſaluo annuo cenſu epiſcoporum, quem ex eiſdem eccleſijs habere conſueuerunt, Sequens c patet.

f ¶Quæſitum eſt.] Scđm H. caſus talis eſt. Quidã epi cõtulerant eccleſias quaſdam cũ omni iure ſuo quibuſdã locis

Digitized by Google

locis religioſis mortuis perſonis illarum eccleſiarum collatarum epiſcopi uolebant in eccleſijs inſtruere clericos pro ſua uoluntate: niſi Abbates darent eis pecuniam. dicitur, ꝙ talis datio pecuniæ ſimoniaca eſt. 1. arg ad hoc 17.q.2.c.1. Alij caſus inutiles conſueuerunt hic deſpon .impu.de illis. & plura ſimilia notaui 32. quæſt. 5 propoſito. & licet epiſcopus peccet recipiendo pecuniam: tamen monachi non peccabant dando, vt 23.q.1. quid culpatur. Contrarium huic ſignatur inf. 16. q. 4. poſſeſſiones, ſed non eſt cōtra, quia monachi licitè quæſiuerant illa altaria, vnde non habuerūt ea iure præſcriptionis, ſed ex iuſta donatione.

1 Ex parte epõrum recipientium, monaſteria tū crimen ſimoniæ non incurrebāt: qa ſuis ſuū redimebant ſm Hug.

data [a] frequenter redimi compellebāt pecunia: quia quidam ſimoniacæ prauitatis vſus in Galliarum partibus iā diutius inoleuit, vt eccleſiæ, vel decimæ (quæ vulgari vocabulo apud eos altaria nuncupantur) monaſterijs datæ, ſæpius ab epiſcopis ſub palliata auaritia vendantur: mortuis nimirum, ſeu mutatis clericis, quos perſonas † vocāt. Nos auctore Deo venalitatem omnē tam ex rebus, quàm ex miniſterijs eccleſiaſticis propellentes †, hoc vlterius fieri auctoritate Apoſtolica prohibemus; ſicut etiā præbendas omnes venundandas interdicimus. Porrò quæcunq; altaria vel decimas ab annis triginta [b], & ſupra [c], ſub huiuſcemodi redemptione [d] poſſediſſe monaſteria noſcuntur, quiete deinceps, & ſine moleſtia qualibet eis poſſidenda firmamus. ¶Saluo vtique epiſcoporum cenſu annuo, quem ex eiſdem altaribus habere ſoliti ſunt.

† *al. perſonatus.*

† Adde idē eſſe ēt pro honorib. cōſequendis, prohibitum enim eſt. no. Bal. in l. 1. & per totū tit. ff. ad le. Iul. de amb.

2 Sub hoc eſt uera aliàs: ſed hic non eſt ſicut patet in eo quod no. ſ. Io. de Fant.

¶*In ſummis capitulorum concilij Claramontenſis habiti Aluernia (de quibus ſupra ad cap. 1 diſt. 60. dictum eſt.) c. 6. hæc leguntur, quæ ad caput hoc videntur ſpectare.* Vt altaria congregationibus canonicorum, vel monachorum per perſonas data, mortuis perſonis, libera redeant in manus epiſcoporum, niſi fuerint illis per eorum ſcripta, vel priuilegia confirmata.

Snīa dictari dēt ſm petitionis formam.

Idem in concilio Placentino, c. 1. & 2.

¶*Antea legebatur,* Item Gregorius, *Sed in aliquot vetuſtis rectè eſt*, Idem, *nimirum Vrbanus ſecundus in cuius ſynodo hæc habentur.*

¶Quidquid data vel promiſſa pecunia in ſacris ordinibus acquiritur, irritum habeatur. Cap. V.

EA, quæ à ſanctis patribus de ſimoniacis ſtatuta ſunt [f]; nos quoque & iudicio ſancti ſpiritus, & Apoſtolica auctoritate firmamus. Quidquid ergo vel in ſacris ordinibus, uel in eccleſiaſticis rebus vel data †, vel promiſſa [f] pecunia acquiſitū eſt; nos irritum eſſe, & nullas unquam uires habere cenſemus.

Cap. 2.
† *al. data, vel acceptа, uel promiſſa*

Item Auguſtinus de diſciplina Chriſtiana, vel de dono diſciplinæ, cap. 1.

c ¶Et ſupra.] Hæc dictio ſupra, ad modicum tempus refertur 2. ff ex quib. cau. maio. ab hoſtib. §. ſed quod. argu. ff. de verbor. ſignific. hæc adiectio.

d ¶Redemptione.] Sed nunquid eſt licitum redimere ius ſuum? Hoc not. ſ. q. 1. nullus eps grauamen. & 16. q. vi. decimas 2. Dici enim poteſt quod vbicunq; quis ſcit aduerſariū ſuum nō credere ſe ius habere, redimat vexationem ſuam. Sed quare non deponuntur iſti epiſcopi? Dic, quia non agebatur ad hoc & ſententia debet dictari ſecundum formam petitionis extra, de accu. & qualiter & qū.

e ¶Saluo utique.] Non enim pleno iure omnino videt donaſſe eccleſias epiſcopus, nec pōt donare ſine conſenſu capituli ext. de don. paſtoralis.

f EA, quæ.] ¶Vel promiſſa] Tertium caſum habes, ſcilicet, vel retenta, vt extra de tranſact. ſuper eo. Nam remittere, eſt dare. extra de teſtam. veniens. ff. de calum l. 2. Et in ſpiritualibus non poteſt interuenire 3. tranſactio. cum his tribus modis tantum nat tranſactio C. de tranſact. l. tranſactio. ff eod. l. 1. Sed nec permutatio poteſt fieri ſuper beneficio habito, vel habendo: aliàs bene ad hoc extra de rerum permut. quæſitum nec etiam tranſactio, ut extra de tranſact. ſuper eo. argumen contra extra de offi. iudi. deleg. ſi quando. Sed ibi fuit facta tranſactio non ſuper beneficio, ſed ſuper proprietate: & ſic intellige extra de deci. ex multiplici. Io. Item ſuper ſpirituali tanquam proprietate poteſt permutatio extra de rer. permutat. ad quæſtiones non tamen vt detur temporale pro ſpirituali. ext. de rerum permut. cap. ult. illud autem dubium non eſt, quin amicabilis compoſitio interuenire poſſit. extra de tranſact. c. 2. Item ex auctoritate iudicis poteſt interuenire pecunia. ext. de præben. niſi in fine. & extra de tranſact. ſtatuimus. ff de ijs, qui notan. infra. furti. Ioan.

3 De hoc dixi ſup. ea. q. 2. quā pio, ibi uideas. Archid.

Tranſactio in ſpiritualibus interuenire non pōt, ſed bñ amicabilis compoſitio.

hic notari, quos omitto.

a ¶Data] A prædeceſſoribus ſuis pro redemptione animarum ſuarum.

b ¶Triginta.] Propter quod credebant aliquod ius acquiſitum epiſcopo; quia per xxx. annos & ultra recepit huiuſmodi redemptionem à monaſterijs: ſed nō eſt ita, quia furtiue recepit; & ideo non præſcripſit. Item licet monachi ſingulis annis emerent ius inſtituendi, nō tamen epiſcopis ex hoc fuit ius quæſitum inſtituendi. Et licet hic fuerit ſimonia ex parte Epiſcoporum: non tamen ex parte monachorum: quia illi quod eorum fuit, redimebant: quod licitè facere poterant, ut dixi ſ. ea. q. 1. nullus & ſic. ſimonia eſſe poteſt ex una parte, & non ex altera. Simile fuit in Giezi: ſicut etiam ſponſalia poſſunt eſſe ex una parte, & non ex altera. extra de

Simoniam nūquid cōmittit dans pecuniā pro ſpiritualib. ſicut accipiens.

Totum]

Digitized by Google

TOtum. CASVS. Dicitur h.c. ꝙ nomine pecuniæ intelligitur quidquid ab hominib. poſſidetur: & ideò ſi aliquid tale pro ſpiritualibus datur ſimoniacum eſt.
a ¶ Totum.] Probatur per hoc c. ꝙ ſicut in pecunia ſimonia committitur, ita & in alia re.

vt iud. ſine quoque ſuf. §. cogitatio. Nam ibi dr̄, ꝙ fiſcus abundare dicitur ſi utatur ſubiectis locupletibus, vt ſup ca. q. 1. contra ſup ea. q 1. eos. contra. Sed hoc cū ex pacto præcedenti.
h ¶ Nec anima.] ideſt, ipſum collegium, vel ad literā.
i ¶ Vi-

Fiſci intereſt ſubiectos habere locupletes.

¶ Quidquid poſſidetur, nomine pecuniæ intelligitur. Cap. VI.

TOtum [a] quidquid omnes poſſident in terra, omnia, quorum domini ſunt, pecunia [b] uocatur; ſeruus ſit, vas, ager, arbor, pecus; quidquid horum eſt, pecunia dicitur. *& infra.* ¶ Ideo autem pecunia [c] vocata eſt, quia antiqui totum, quod habebant, in pecoribus habebant.

Item Paſchalis Papa.

¶ Qui eccleſiaſtica beneficia emerit, eccleſias quoque emere probatur. Cap. VII.

SI quis obiecerit non cōſecrationes emi, ſed res [d] ipſas, quæ ex conſecratione proueniunt, penitus α deſipere probatur. Nam cū corporalis eccleſia β, aut epiſcopus [e], aut abbas [f], aut tale aliquid ſine rebus corporalibus in nullo [g] proficiat †, ſicut nec anima [h] ſine corpore corporaliter viuit [i]; quiſquis horum alterum vendidit, ſine quo uel alterum prouenit, neutrum [k] inuenditū derelinquit. Nullus igitur γ emat eccleſiam, vel præbendam, vel aliquid eccleſiaſticum: nec paſtellum, nec pallum [l] antea, vel poſtea [m] pro huiuſmodi ſoluat [n].

Magiſter. l. 4. d. 25.
Deuſdedit p. 2.
Poly. li. 7. tit. 6.
Anſel. li. 13. c. 33.
Ino p. 2. c. 84.
Pann. li. 3. c. 123.

† Idē Hoſt. in ſumma de reb. eccl. non alien. in prin. Panor. in procem. Dec. fol. 4. col. 4. Matt. Affli. de iure protomiſeos. col. 72.

α ¶ Penitus.] *Deuſdedit, & Anſelmus legunt,* videtur quidem aliquid dicere, nihil autem penitus ſapere.
β ¶ Corporalis eccleſia.] *Deuſdedit ſic habet,* cum corporalis eccleſiæ epiſcopus, vel abbas ſine rebus, &c. *Reliqui collectores & ueteſti codices Gratiani cōcordant cū vulgata lectione.*
γ ¶ Nullus igitur.] *Deuſdedit, Polycarpus & Iuo et codex manuſcriptus Decretorum* Pontificū *(in quo integra ferè Paſchalis epiſtola, unde caput hoc acceptum eſt, refertur) non habent hæc verba: ſed poſt verbum,* derelinquit: *continenter ſubiungunt,* Quam tamen obiectionē ſacer Chalcedonenſis canon penitus exterminat, &c. *Auctor uerba huius capitis, ac totius illius epiſtolæ eſt Paſchalis primus. Nam in eo decretorum codice hæc epiſtola Paſchalis eſt poſt decreta Hadriani II. cum decreta Paſchalis ſecundi ſint poſt Vrbanum ſecundum eo planè ordine, quo ſibi ſucceſſerunt, quod etiam ex ſequenti capite indicatur.*

Item Vrbanus II. epiſcopus ſeruus ſeruorū Dei dilecto filio L. † præpoſito eccleſiæ ſancti Iuuentij apud Ticinū, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

b ¶ Pecunia.] Strictius accipitur tantū pro pecunia numerata, infra 14. q. 3. c. 1. 2. & 3.
c ¶ Pecunia.] Nomē enim pecuniæ etiam iura continet quandoq; ff. de verbo. ſignifi. pecuniæ. Item quandoque etiā ſpeciem & rem quamlibet 1. vt hic. & ff. de leg. 3. quiſquis. item quandoque ea tantū, quæ conſiſtunt in pondere, numero, vel menſura. ff. de leg. 1. l. talis ſcriptura 2. Pretiū autem non cōſiſtit niſi in numero tm̄, vt inſtit. de empt. & vendi. §. itē pretiū.

1 Dicit lex ꝙ pecunia eſt, quidquid pro pecunia accipitur. ff. de caiū. l. 1. §. ult. ꝙ l. 2.
2 Adde not. per Bart. in d. l. talis ſcriptura ff. de leg. 1. & l. 2. § item mutuum. ff. ſi cer. pet.

SI quis obiecerit.] CASVS. Quidam ſimoniaci excuſabāt ſe dicentes ſe non emere præbendas, ſed fructus præbendarum, ſed dicit Paſchalis, ꝙ ſi quis pro temporali fructu pecuniam offerat ſine quo eccleſiaſticum beneficium eſſe non poteſt, neutrum inuenditum derelinquit, nec ſolū pecuniam, ſed nec pallū, vel paſtellū ante vel poſt licet offerre.
d ¶ Sed res.] Non de rebus corporalibus, ſed de iure ſpūalib' cui cohæret officiū, intelligit. Vel intellige de iure percipiēdi res, vel de rebus ipſi officio adhærētibus, vel de rebus cō ſecratis, vt in ſyndone arg. 17 q 4. ſi forte. ar 1. q 6. hæc quippe. int. 16 q. 2. c. 1. §. vlt. Vel intelligas de rerū adminiſtratione 3. Et ſit in hoc c. de duob. mentio: ſcilicet de cōſecratione & adminiſtratione ex ordine proueniente. & facit ad hoc 1. q. 6. §. 1. vel de iure 4. quo res ipſæ percipiuntur. Vel hoc intellige de rebus ipſis ſecundum Hugo. & tunc qn̄ quis promouendus eſt ad eccleſiam uel ordinem fructus prouenientes iure eccleſiæ, uel ordinis non licitè emit perceptos uel percipiendos: tunc enim præſumitur emere eccleſiam vel ordinem. alio autem tempore emere non eſt peccatum, ut extra ne prælati uices ſuas. cap. 12. q 2. alienationes.
e ¶ Aut epiſcopus.] ideſt, dignitas epiſcopalis.
f ¶ Aut abbas.] ideſt dignitas abbatialis.
g ¶ Nullo.] Bene accedit ad id quod legitur in Authen.

Res ſpirituales emi nō poſſunt.

3 Super hoc vide qd̄ de. & no. ſ. ea. §. his ita Archid.
4 Iſta expoſitio approbatur per Bart. & Vin. ext. de teſt. cōſtitutus in gl. ſi in omni. iuxta ſi.

i ¶ Viuit.] exercendo ſenſus corporeos: aliàs falſum eſt, cum, antequam ſit in corpore, uiuat. ſic exaudi 32 q. 2. Moyſes.
K ¶ Neutrum.] Argum. idem iuris eſſe in uno connexorum quod in reliquo. arg. ſup diſt 8. quo iure 3. q. 6. hæc quippe. & 16 q. 2. cap. 1. & ff de iureiur. cum qui. §. ſi libertus.
l ¶ Pallum.] Arg contra in Auth. de ſanctiſſ. epiſco. §. pro conſuetudinibus colla. 9.
m ¶ Vel poſtea.] Arg ff de pactis, iuriſgentium. §. dolo. ibi, ne quid fiat ei quod ante promiſit.
n ¶ Soluat.] Non etiam ſub obtentu conſuetudinis. int. ea. q. c. vlt. contra. Dic ut ibi.

Salua-

Digitized by Google

SAluator.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte oſtendit Vrbanus auctoritate Chriſti, mundi finem imminere ex eo, quod pſeudoapoſtoli, & pſeudoprophetæ apparent multos ſeducentes, quibus a bonis fortiter eſt reſiſtendum, vt qui probati ſunt prehendit præpoſituratum venditiones Quinto auctoritate Euangelii clamantis contra ſimoniacos. Vos feciſtis domum patris, &c. nec excuſat ſiue in eccleſia ſiue extra eccleſiam res eccleſiaſtica vendatur. Secunda pars incipit ibi, [Igitur quia.] Vel ſic.

¶De eodem. Cap. VIII.

Deuſdedit p. 2. Anſ. l. 5. c. 42. *Matth.* 24. SAluator prædicit in Euangelio circa finẽ ſæculi pſeudochriſtos, & pſeudoprophetas ſurgere, & multos ſeducere, & fideles ſuos in mundo multas habituros preſſuras; ſed tamen portas [a] inferi aduerſus eccleſiam non præualituras. Proinde (quia, vt ait Apoſtolus, oportet [b] hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant) *1. Cor.* 11. oportet nos cum propheta ex aduerſo conſurgere, & murum opponere pro domo Iſrael, & cum eodem Apoſtolo per multas *Ezech.* 13. *Act.* 14. *Rom.* 8. tribulationes intrare in regnum Dei: quoniam non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. ¶Igitur, quia innotuiſti nobis, ꝙ tibi obijcitur, vtrum vendere eccleſiaſticam [c] rem ſimoniacum ſit, hoc ſimoniacum eſſe patenter colligitur ex hoc, quòd beatus Apoſtolus Petrus ait Simoni: [Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quia exiſtimaſti donum Dei pecunia poſſideri.] *Act.* 4. Donum [d] quippe Dei eſt ſpiritus ſanctus, & donum Dei eſt res ipſi eccleſiæ oblata. Et ſi bene animaduertis, Simon magus, qui ad fidem ficte acceſſit, non ſpiritum ſanctum propter ſpiritum ſanctũ, quo ipſe erat indignus (quoniam, vt ſcriptum eſt, *Sap.* 1. ſpiritus ſanctus diſciplinæ effugiet fictum) ſed ideo, quantũ in ipſo erat, emere voluit, vt ex venditione ſignorũ, quæ per eundem fierent, multiplicatam pecuniam lucraretur. Nec Apoſtolus emptionem Spiritus ſancti (quam bene fieri non poſſe nouerat) ſed ambitionem [e] quæſtus talis, & auaritiam, quæ eſt idolorum ſeruitus, in eodem Simone exhorruit, & maledictionis iaculo percuſſit. Quiſquis [f] Inf. c. res eccleſiæ. igitur res eccleſiaſticas) quæ dona Dei ſunt, q̃m a Deo fidelibus, & a fidelibus Deo donantur, quæ ab eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis dari dẽt) propter ſua [g] lucra vendit, vel emit, cum eodem Simone donũ Dei poſſideri pecunia exiſtimat. Ideo qui eaſdem res nõ ad hoc, ad quod inſtitutæ ſunt, ſed ad ꝓpria [h] lucra munere linguę, vel indebiti obſequij, vel pecuniæ largitur, vel adipiſcit, ſimoniacus eſt, cũ principalis intentio Simonis fuerit ſola pecuniæ auaritia. i. idololatria, vt ait Apoſtolus Paulus: *Coloſſ.* 3. Alioquin, cur ſancta ſynodus Chalcedonenſis [i] DCXXX. *C.* 2. epiſcoporum, procuratorem, vel defenſorem eccleſiæ, vel quẽquã regulę ſubiectũ adeo per pecuniã ordinari prohibet, vt interuẽtores quoq; tãti ſceleris anathematizet, niſi ꝙ eoſdem ſimoniacos iudicet? Quòd ſi præfati milites † [k] eccleſię ob huiuſmodi ſcelus taliter percelluntur, nemo ſa-

† *al. militantes*

CASVS. In prima parte oſtenditur auctoritate Euangelij, hæreſes debere circa finem ſæculi imminere, vnde oportet nos ex aduerſo conſurgere cum propheta, & cũ Apoſtolo pro domo Iſrael. In ſecunda oſtenditur quinque auctoritatibus, quod vendere eccleſiaſtica beneficia ſit ſimoniacũ.

a ¶Sed tñ portas.] Ideſt, vitia, & etiam hæreſes, quib. intratur in infernũ, quæ non præualent eccleſiæ, quia ſemper aliqui boni ſunt in eccleſia 1. 24. quæſt. 1. a recta &c. pudẽda.

b ¶Oportet.] Ideſt, vtile eſt, vt nos excitent inf. 24 quęſtio. vlt. c. vlt.

c ¶Eccleſiaſticam.] id eſt, eccleſiaſticum bñficium, vel aliquã rem conſecratam in caſu non conceſſo, puta calicem 2 ſecũdum quoſdam. Nam & nomen ei generale eſt. ff de ver ſignific. rei appellatione. ſu. ea. quæſitum. Vel dic eccleſiaſticam rem, id eſt, adminiſtrationem, & ſic bene adaptatur litera Chalcedonenſis ſynodi.

d ¶Domum.] Ideſt, officium ꝑ quod datur ſpiritus ſanctus, ſcilicet poteſtas faciendi miracula.

e ¶Sed ambitionẽ.] Arg. effectũ, vel conatũ ſine effectu puniri. arg. 22. d. c. 1.

f ¶Quiſqs.] Hic collige, ꝙ corporales res eccleſiæ emere, vel vendere ſimonia eſt in tali caſu, cum quis intrat eccleſiã, vt ſu ea in prin.

ti ſunt, manifeſti fiant. In ſecunda parte oſtendit, quòd rem eccleſiaſticam vendere ſimonia eſt, quod probat quinque rationibus. Primo per damnationem Simonis donum Dei emere volentis, vt poſtea venderet, per quod res eccleſiaſtica intelligitur. Secundo per ſynodum Chalcedonen. in qua procurator, vel defenſor eccleſiæ, vel quilibet regulæ ſubiectus fieri per pecuniam prohibetur. Tertio auctoritate Paſchalis, quam ſuper habuimus. Quarto auctoritate Aug qui reprehendit præpoſituratam venditiones

g ¶Propter ſua.] Hic vacat argumen. a contrario ſenſu, vt ſup. ea. q. 1. quos conſtituit, & c. ſi quis epiſcopus inf. 29. q. 2. perlatum.

h ¶Sed ad propria.] Ideſt, precibus quas pro ſe quis offerre non poteſt, ſecundum H. vt no. ſup. ea q. 1. ſunt nõ nulli, ſed quid teneas ibi dixi.

i ¶Chalcedonenſis.] Si illi qui emunt vel vendunt res eccleſiaſticas non ſunt ſimoniaci, cur, &c.

k ¶Milites.] Clerici ſcilicet, qui tales milites ſunt, quoram

Eccleſia ſemper aliquos bonos hẽt.

1 Pro qua rogauit dñs 2 e d. § 2. de pę. d. 2 ſi n. ver. Petrus.

Res eſt nome ğñale. 2 De hoc nota 10. q. 2. hoc ius. ibi videas ad hoc inf. e q. res. Archi.

Affectus ſine effectu punitur.

Simonia eſt emere, vel vendere res corporales eccleſiæ.

¶Clericorum arma quæ ſint.

Digitized by Google

ram arma lachrimæ ſunt.13.q.vlt.conuenior,vel oratio nes 23.q.8.c reprehenſibile, vel excommunicatio 15.q. 2 c 1 & caſtra eorum ſunt eccleſiæ.54.d.c.nullus.

a ¶ Non milirantes .] Contra ſupra diſtinctio.19.nulli fas infra 3.quæſtio 1.illud, & 32.queſtio.5.qui viderit. ſup.diſtin.40.homo. inf 11 quæſt.3. præcipue inf.25.quæſt.1 nulli fas, infra ea.q. peruenit contra Sol. poteſt dici,quod dicitur laicus peccare magis, quia peccat in duobus,&quia rē eccleſiæ emit, & qa ſuo officio non debitam:argum.ff. de re. iu culpa.clericus autem in vno, qa emit tantum.

nia in empta adminiſtratione, ideſt,dignitate, ſi talis eſt quæ habeat aliquod ſpirituale annexum ſibi, alias non.

i ¶ In ſubiecto vero .] Nonne etiam œconomus,clericus debet eſſe? vtique prout concilium Hiſpaleñ.interpretatur.16.q.7.in noua.Dic ergo,quòd iſtud vero, potius

Oeconomus dēt eſſe clericus.

piens negabit non militantes [a] eccleſiæ multo damnabilius [b] ob hanc cauſam, ideſt emptionis, vel venditionis, debere percelli. Sed,& beatus prædeceſſor noſter Paſchalis β de conſecratione affirmat, quòd quiſquis eorum alterum vendiderit,ſine quo alterum non prouenit,neutrū inuenditum derelinquit: ac per hoc,eum, qui rem eccleeccleſiæ vendit, vel emit, ſimoniacum eſſe intelligitur †. Nomine verò procuratoris [c] intelligit præfata ſynodus quemlibet eccleſiaſticarum rerum adminiſtratorem, vt verbi gratia, præpoſitum [d], œconomum [e], vicedominum: defenſoris nomine aduocatum [f], ſiue caſtaldum [g], & iudicem [h]: in ſubiecto verò [i] regulæ archipresbyterum,archidiaconum [k],canonicum,monachum,vel quemlibet eccleſiaſtico mancipatum officio. Quòd verò ſpiritum ſanctum, quantum in ſe eſt, vendat, vel emat, qui præpoſituram,vel aliquid huiuſmodi vendit,vel emit;audi Auguſtinum ſuper Ioannem. [O quot γ præpoſituras fecerunt. Alterum præpoſitum habet Carthagine Primianus,alterum habet Maximianus,alterum habet in Mauritania Regatus,alterum habet in Numidia illi,& illi quos iam nec nominare ſufficimus. Circuit ergo aliquis emere columbam:vnuſquiſq; laudat [l] præpoſitum δ ſuum,ꝙ vēdit,&c.] Ecce venerabilis Auguſtinus de præpoſituræ diſtractione agens, nomine columbæ ſancti ſpiritus venditionem,vel emptionem accipit;ſicut,& omnes huius Euāgelici capituli tractatores. Penſandum verò eſt,qua pœna mulctentur, qui iam Deo, & eccleſiæ ſuæ oblata vendūt, vel emunt:ſi cū flagellis a Dei tēplo eiecti ſunt,q, q̄ Deo erant offerenda,vendebant,vel emebant. Si de offerendorū venditorib.vel emptorib.dictū eſt?[Vos feciſtis domū patris mei,domū negotiationis,& ſpeluncā latronū;]qd dicetur de eccleſiæ iam oblatorum venditoribus,vel em-

β ſu.ead.c.ſi quis.

† al.intelligit.

γ Trac.10.in c.2. Ioannis.

Ioan.2.

Matth.21.

b ¶ Damnabilius] Id eſt.damnabiliter, arg 27.q.2. cōiuges. Vel hic appellat non militantes eccleſiæ, non laicos,ſed clericos, qui eccleſiæ nō ſeruiunt, illi.n.qui emunt,& nō ſeruiūt magis peccāt; quoniam in plurib. quā qui emūt,& ſeruiūt, & ſecundū hoc non ſunt contraria, quæ hic ſignantur.

c ¶ Procuratoris.] Generaliter ſumitur hic nomen 1 procuratoris.arg.ff.de procu.l.1.

1 Sic extr.de procu. petitio. Arch.

ADDITIO. Al.quando procurator actoris vocatur reſponſalis,vt extra de reſtit. ſpol. ex conquæſtione in fin.

d ¶ Præpoſitum]Sed quam differentiā facit inter iſta noīa, pōt dici, ꝙ nomen præpoſiti generale eſt, & continet alia ſub ſe. argumen. extra de verb.ſignifi.quamuis. Vel dic,ꝙ præpoſitus,& œconomus nomina diuerſa ſunt,ſed idem ſignificant ſicut primas.& patriarcha.99.diſt.c.1. vel bene poſſunt eſſe in eadem eccleſia præpoſitus, & œconomus. De vicedomino planum eſt,quia ille eſt,& qui præeſt reb.epiſc. 89.d.c.volumus. vicedominus in rebus epiſcopi œconomus 2in rebus canonicorum:ſæpe tamen vnum ponitur pro alio.

Præpoſitus, & œco. nom. differunt.

2 Adde glo. & Bar.in l.1 §.aduocatos ff.de var. & extr.or.cog.

e ¶ Oeconomum.] Oeconomus eſt cui res eccleſiaſtica gubernanda mandatur,C.de ſacroſanct. eccleſ. iubemus.

f ¶ Aduocatum.]Scilicet qui præeſt tantum cauſis tractandis,qui alias dicitur ſyndicus.

g ¶ Caſtaldum.].ſ.qui habet curam externarum rerum, qui dicitur alias maior domus.89.d.volumus.

h ¶ Et iudicem.] Sicut in eccleſia Boñ.ſed nōne iſti tres poſſunt eſſe laici,ſic ſine dubio. Qualiter ergo in iſtis officiis,quę nihil ſpiritualitatis habent annexum,ſimonia cōmittitur? dicit H ꝙ in omni adminiſtratione rei eccleſiaſticæ committitur ſimonia,ſi ematur, ſicut no.ſup. eo in prin. & hoc eſt ſimoniacum,quia prohibitū, non ideo prohibitum, quia fuit ante ſimoniacum, ſed alij non ita late extendunt ſimoniam,inhærentes conſuetudini generali.dicunt enim,quod tunc tantum eſt ſimo-

Emere adminiſtrationē rei eccleſiaſticæ ſimoniacum eſt.

tius aduerſatur officio, quàm ordini. nam circa alia conſiſtit officium œconomi, & circa alia archipresbyteri, & aliorum ſequentium. Quidam autem intelligunt hoc totum de clericis, in quibus dicunt ſimoniacum eſſe huiuſmodi officia emere?& qđ dicit,in ſubiecto vero, &c. ideo dicit,quia illi magis ſunt ſubiecti regulæ eccleſiaſticæ,quàm iſti: licet omnes ſint clerici. nam dum illi verſantur circa exteriora,& adminiſtrationes,iſti circa diuina officia:& ideo dicit,mancipatum officio,& non dicit,ordini. vel ideo,dicit, in ſubiecto,&c. vt notetur, ꝙ iſti habent curam animarum annexam,& quod dicit de canonico,vel monacho, non referas ad adminiſtrationē ſed ad emptionem præbendæ, vel ingreſſus monaſterij. Vel ideo dicit,in ſubiecto regulæ,quia eos ligat illa conſtitutio, Nemo militantes Deo, &c. 3 Superior autem adminiſtratio circa temporalia, & eos non ligat illa cōſtitutio, Nemo militans Deo.

3 21.q.3.c.1 & 2. ad Tim.2.c.

ADDITIO. Hic adde quod not.infra ead.q.7.ſi quis omnem Arch.

K ¶ Archidiaconum.]Hoc totum intellige de dignitatibus ipſis.

l ¶ Laudat.]In eo,ꝙ laudat,non cōmittit ſimoniā,ſed in eo,qđ vendit:q̄a qđ cōmēdandi cauſa dr̄.pro non dicto hr̄.ff. de dolo,qđ venditor;ſed hoc verum eſt, dum cōmendatio conſiſtit in genere. Nā vbi deſcēdit ad ſpecialia,

Digitized by Google

ſialis, teneretur ex eo, q̃ cõmẽdãdo plus vendidit, niſi q̃ cõmẽdando, dicit, ſit in euidẽti. ff. de cõtrah. em. ea q̃. a ¶[Indefinite.] Not. ex indefinita colligi vniuerſalem, vt ſu. q. 1. eo. ff. de aleato. l. 1. §. quod autem. et quo enim a canone nil excipitur, nec nos excipere debemus, vt 12. q. 1. quod ſi dormierit. inf. 2. q. 5. conſuluiſti. ſu. d. 19. ſit Romanorũ. ar. ſu. diſt. 55. Euangelica. ſu. ea. q. 1. ſunt nonnulli. ar. contra. inf. 27. q. 1. idolatria t.

Vniuerſalis ex indefinita colligitur

ptoribus? Et ne quis inſanus obijciat merito hoc Dominum tam acerbe vindicaſſe, quia tunc illa in Dei templo vendebãtur; eccleſiaſticæ verò res modo extra templum diſtrahuntur; attende ſuperius Auguſtinum non determinantem locum vẽditionis, vel emptionis præpoſitorum; ſed tantum indefinite [a] dicentem: [Circuit aliquis emere columbam; vnuſquiſque præpoſitum ſuum laudat, quod vendit.] nõ adijciens, in templo, vel extra templum. Hæc circa [b] venditores, vel emptores rerum ſacrarum ſufficit.

t Immo eſt argu. pro de hoc not. ext. de conia. lepro. c. t.

¶*Integram epiſtolam Vrbani II. dilecto filio L. præpoſito eccleſiæ B. Iuuentij apud Licinum refert Deuſdedit in ſua collectione.*

a ¶[Propter ipſum ſanctum.] *Addita ſunt hæ duæ voces, & totus hic locus emendatus ex ipſa epiſtola, quemadmodum & alia nonnulla.*

β ¶[Paſchalis.] *Antea legebatur,* Paſchaſius libro de conſecratione: *reſtitutus autem eſt locus ex vetuſtis codicibus, & originali. Citatur enim hic, quod habetur in capite antecedente ex epiſtola Paſchalis Papæ.*

γ ¶[O quot præpoſituras.] *Apud B. Auguſtinum (cuius multi vetuſti codices hoc loco collati ſunt) legitur,* o quot præpoſita fecerunt: alterum præpoſitum, &c. *Apud Vrbanum verò vbique eſt,* propoſta, & propoſtum.

δ ¶[Præpoſitum ſuum.] *Apud B. Auguſtinum legitur,* vnuſquiſque ad propoſitum ſuum laudat, quod vendit. *In epiſtola verò Vrbani,* vnuſquiſque propoſtum ſuum laudat, quod vendit. *Nomine autem propoſiti apud B. Auguſtinum interdum ſignificari ſectam quandam conſtat ex 2. lib. contra Creſconium, cap. 56.*

Item Alexander ſecundus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Lucenſis eccleſiæ clero, & populo ſalutem perpetuam.

Deuſdedit p. 2.

¶Miniſtri, & ſeruitores eccleſiæ abſque vlla venalitate ab epiſcopis ordinentur. Cap. IX.

EX multis temporibus hoc deteſtabile malũ intra veſtram eccleſiam inoleuiſſe cognouimus, vt nulli vnquam clerico, quamuis religioſo, quamuis ſciẽtia & morib. prædito eccleſiaſticum beneficium concederetur; niſi ei [c], qui profano pecuniæ munere illud emere ſtuduiſſet: fiebatq; eccleſia, & res eius ita venalis, veluti quædã terrena, & vilis merx a negotiatorib. ad vendendum expoſita. Quod malũ, quam deteſtabile, quantũ Deo, ſanctiſque ſit contrariũ, & ſacri canones docent, & fere omnib. manifeſtum exiſtit. ¶Chalcedonenſe namq; cõcilium vnum ex principalibus [d], ſimili pœna condemnat eos, qui eccleſiæ beneficiũ interuentu pecuniæ acquirũt, & eos, qui ſacrã manus impoſitionẽ (per quam ſpiritus ſanctus cõfertur) mercari dignoſcuntur. Vtroſque. n. auctoritate inexpugnabili [e], illos [f] a beneficio, iſtos [g] a ſacro ordine iubet expelli. Vnde humani generis redemptor omnes ementes & vendentes de templo eijciens, cathedras vendentiũ columbas euertit, nũmulariorum effudit æs, præcepti ſui auctoritate denunciãs, & dicens. [Nolite facere domum

C. 8. ſu ea. q. 1. ea. ſi quis epiſcopus.

Matth. 21.

b ¶[Hæc circa.] Hæc particula de capitulo non eſt, &c.

EX multis.] In hoc capitulo Alexander reprehẽdit Lucẽſes, qui nõ niſi per pecuniã clericis quãuis dignis eccleſiaſtica beneficia cõferebant, quod Alexãder deteſtatur, & auctoritate Chalce. concilij oſtẽdit eos deponendo, & auctoritate Chriſti eos de eccleſia deijciendos, & netũ malum de manib. Alexãdri requiratur, ſtatuit & decreuit, ne de cætero aliq̃s pro eccleſiaſtico beneficio cõferendo pecuniam ſumat, nec aliq̃s ꝓ eo habẽdo cõferat: & q̃ cõtra hoc fecerit, deponatẽ, & eccleſia priuetẽ, & niſi reſipuerit, anathematizetẽ. CASVS. In 1. parte reprehendit Alexander omnes ſimoniacos, & ſpẽaliter Lucẽſes, inducendo auctoritatẽ Chalcedonẽſis concilii, & Dñi qui vendentes & ementes eiecit de templo. In 2. conſtituit, q̃ nullus committat ſimoniam. In 3. conſtituit pœnam depoſitionis contra tranſgreſſores huius conſtitutionis.

c ¶[Niſi ei.] Simile habes 32. d. interdixit.

d ¶[Ex principalib.] Papa tamẽ bene poteſt diſpenſare contra, ſi non ſit in articulis fidei. 15 diſt. ſicut ſancti. vel de vniuerſali ſtatu eccleſiæ, vt no 25. q. 1. ca. ſunt quidam. ſup. d. 16. ſancta.

Papa non diſpenſat in duob. caſib.

e ¶[Inexpugnabili.] quãtum ad ordines retinendo.

f ¶[Illos.] ſ. ementes eccleſiaſticum beneficium.

g ¶[Iſtos.] ſ. ementes ſacram manus impoſitionem.

Digitized by Google

patris mei domum negotiationis.] Illud quoque in eodẽ facto, ſolicite conſiderate, quòd per totum textum ſanctum Euangelij nuſquam reperitur Dominum tanta ſeueritate, tam diſtricta cenſura iuſtitiæ, peccantes corripuiſſe, cum non ſolum eloquio increpans, verum etiam facto flagello de funiculis verberans omnes eliminauit de templo, aperte demonſtrans, quòd tales negotiatores, non ſicut cæteri peccatores ſunt corripiendi [a], ſed a templo Dei, ideſt a ſancta eccleſia [b] longius ſunt proijciendi. Nam ſicut per columbarum venditores illi denotantur, qui ſacram manus impoſitionem uendere conantur; ſic per nũmularios eccleſiaſtici beneficii venditores deſignãtur, qui domum Dei, teſte Euangelio, ſpeluncam latronũ efficiunt. Quapropter ego Alexander ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & Apoſtolicæ ſedis Epiſcopus (immo miniſter indignus) tot & tanta mala in multis eccleſijs, & maxime in Lucenſi eccleſia, ex iniqua concupiſcentia fieri conſpiciens, ne ſanguis [c] iniquorum a diſtricto iudice de manu [d] noſtra requiratur, illa extirpare, & penitus eradicare decreuimus. Conſtituimus itaque, & præſenti decreto firmamus (ſicut olim noſtri deceſſores feciſſe noſcuntur) deinceps epiſcoporum, beneficium eccleſiæ (quod quidã canonicam †, uel præbendas, ſeu etiam ordines † uocant) pro aliquo pretio, uel munere clericis audeat unquam conferre [e]: ſed omnes miniſtros, & ſeruitores eccleſiæ gratis, & abſque ulla uenalitate in ſancta eccleſia ſtudeãt ordinare. Nec eligant in domo Domini, qui maiores ſacculos pecuniæ conferant; ſed eos, qui moribus, & diſciplina, atque ſcientia diuites pro officio ſuo ipſam ualeant ſuſtentare eccleſiam. Conſtituimus, & eodem modo firmamus, ut nullus cuiuſcumque gradus clericus pro eccleſiæ beneficio aliquid audeat conferre, aut fabricæ eccleſiarum, uel donariis eccleſiarum, ſeu etiam quod pauperibus ſit tribueneum; quia (teſte ſcriptura α [f]) qui aliquid male accipit, ut quaſi bene diſpenſet, potius grauatur, quam iuuatur. Quòd ſi aliquis diuinorum præceptorum, & animarum ſalutis immemor, præfatum beneficiũ eccleſiæ, iniqua cupiditate ductus uendere, uel emere temerario auſu præſumpſerit, ſicut in Chalcedonenſi [g] cõcilio definitum eſt, gradus ſui periculo eum ſubiacere decernimus: nec miniſtrare poſſit [k] eccleſiæ, qua pecunia uenalem fieri concupiuit, & inſuper terribili anathematis mucrone perfoſſus (niſi reſipuerit) ab eccleſia Dei, quam læſit, modis omnibus abſcindatur.

¶ *Extat integra hac epiſtola in bibliotheca Vaticana poſt librũ Anſelmi Lucenſis.*

α ¶ Teſte ſcriptura.] *Hic referuntur verba ipſa beati Gregorij ex epiſtola ad Syagrium, qua habentur ſupra ead. q. 1.* non eſt putanda.

Item Gregorius homilia 39.

Ioan. 2.

Ezech. 3.

† *al. canonicas.*
† *al. ordinationes.*

Sup. ea. q. 1. c. non eſt putanda.

a ¶ Corripiendi.] Argu. ſimoniacos ſine præcedenti admonitione eſſe puniendos, quod H non concedit: quia ſecundum eum etiam in accuſatione neceſſaria eſt admonitio propter euangelium. 2. q. 1. ſi peccauerit 1. Itẽ vt volens accuſare ſi defecerit, ſubeat pœnam, quam cõuictus aduerſarius ſubiret. Itẽ vt aduerſarius non grauet in expẽſis, & vt diſciplina eccleſiæ nõ deſeratur. 23. q. 5. excommunicatorum. argu. contra Hu. ext. de ſimon. licet Hely. Ioã. Quidquid dicit H. illi decret. licet. ſtabitur B.

b ¶ A Sancta eccleſia.] Ideſt, a conſortio fidelium per anathema. nam ipſi fideles ſunt, domus Dei, vt inf. de pœ. diſt. 4. in domo. nam alias ipſo iure ſunt ſuſpenſi, vt not. ſup. ea. q. 1. reperiuntur.

c ¶ Sanguis.] i. vindicta, vel proditio, vel, peccatum. infra, 9. q. 3. epiſcopo.

d ¶ De manu.] Nota prælatum ex negligẽtia ſua teneri. 81. diſt. dictum.

ADDITIO. Ad hoc 18 q. 2. cognonimus. 83. d. inferior. 81. d. dictum. vbi de hoc. Arch.

e ¶ Conferre.] Iſti volebant facere fraudem legi: quia nec etiam tali prætextu debet quis aliquid accipere, vel dare extra de vſu. c. ſup eo. & hoc eſt freudulentũ munus, vt ſu. ead. q. 1. ſi quis neque. Arg contra. ſup. ead. q. 1. iudices.

f ¶ Scriptura.] ſu. ea. q. 1. nõ eſt putanda. 14. q. 5. forte.

g ¶ In Chalcedonẽ.] Sup. ea. q. 1. ſi quis epiſcopus.

h ¶ Poſſit.] Arg. cum ſimoniaco nõ poſſe diſpẽſari in ordine, vel beneficio ſimoniace acquiſito. arg. 1. ea. q. 7. requiritis. ſup. ea. q. c. ſi qs neque. Ioan tamẽ cum eo qui ſcienter committit ſimoniam, ſolus Papa diſpenſat. 25. q. 1. §. his ita ver. ſic & ſũmæ. ſed ſi eo ignorãte ſimonia cõmiſſa ſit, vel ſi tantũ in animo, epiſcopus diſpenſat, vt extra de ſimon. de regularibus, & c. ex inſinuatione, & c. fin. immo cum ſolo animo committitur ſimonia, ſola pœnitentia ſufficit, extra de ſimo. c. fin. & ita dixit T. ſuper decr. de ſimo. nobis. Io. Vel ſic. in prælatione non poteſt epiſcopus diſpenſare, nec in ordine per ſimoniam acquiſito, ſed in beneficio ſic 2, vt innuit illa decre. nobis. B.

Accuſationẽ admonitio dẽt pcedere.

1 Arg ea. ca. q. 7. accuſatio in fi. vbi de hoc. & de hoc not. inf. q. 7. requiritis. Arch.

a Dicunt q̃dam, q̃ cũ ſimoniacis q̃ adepti ſunt beneficium per ſimoniã in nullo caſu põt eps diſpenſare. ar. ext. eod. nobis. Arch.

Fideles ſunt domus Dei.

Prælatus ex negligentia ſua tenetur.

Diſpenſare cum ſimoniaco quis poteſt.

Digitized by Google

VEndentes.] CASVS. Aug. tripliciter exponit euangelij verba, vbi dicitur, ꝙ Chriſtus eiecit de templo vendentes, & ementes. Et dicit primo, ꝙ ementes, & vendentes intelliguntur, qui emunt vel vendunt ſpiritualia. Secundo, qui contra iuſtitiam vendunt, quod de iure

iure facere tenentur. Tertio, qui quod debent proximo, perſoluere nolunt gratis.

a ¶ Competit.] Arg. ꝙ in tranſactione illicitè pecunia interuenit, cum remittitur alicui, quod de iure erat illi remittendum.

b ¶ Iuſtitiam.] Arg. ꝙ, ſententia etiam iuſta ſi per pecuniam data fuerit, nullius momenti ſit, ſimoniam cõmittit, vt 14. q. 5 non ſane. 11. q. 3. qui recte r. ſed q̃a præmiſit expoſitionem đ ſimoniacis, videtur, quòd in his duobus modis nõ ſit ſimonia, quod verum eſt: aliàs tamen graue peccatum committitur, & ſententia non valet 2. quæſt. 6 § diffiniri ua. ver. venales. C. de pœ. iudic. qui ma. in l. j. Dicunt tamen quidam, ꝙ ſi cauſa eſt eccleſiaſtica, ꝙ qui iuſtitiam emit, ſimoniam committit niſi in matrimonio. ſu. ca. q. 1. quidquid inuiſibilis.

c ¶ Debitam.] Videtur ergo, ꝙ theologi, & decretiſtæ non poſſint aliquid percipere ex eo, quod docent nam ad hoc tenenī vt 43. di. Epheſijs 16. q 1. reuertimini. ar. contra. 28. q. 1. iam nunc 12. q. 2 charitatem. Sed dic accipi poſſe licite 2. vt ſu. ead. q. 1. qui ſtudet. ſuper ver. ſanitatis Sed pone promiſſionem factam: quando tenetur ſibi ſoluere? Dico, ꝙ in principio anni. arg. C. de profeſ. l. medicos. lib. 10. Item aduocatus in principio debet ſalariū accipere 3. ff. loca. qui operas. argu. contra C. de ſuffra. l. vna ſalarium autem non debet excedere ſummam centum aureorum. ff. de var. & extra de cog. l. 1. §. ſi cui autem eſt.

37. diſtin. de quibuſdam. Archid.

3 Niſi ſit aduocatus fiſci, qui dēt in medio accipere. C. de aduo. di. iudic. l. per hanc. Arch.

¶ Qui dona Dei vendunt, vel emunt, pariter à Deo damnantur. Cap. X.

Iuo p. 5. c. 88. Pann. l. 2. c. 119.

VEndentes & ementes è templo eliminat Chriſtus quia vel eos, qui pro munere impoſitionē manuū tribuūt, vel eos, qui donum ſpiritus emere nituntur, damnat *Item infra.* ¶ Vendētes in templo ſunt; q̃ hoc, quòd quibuſdam iure competit [a], ad præmium largiuntur. Iuſtitiam [b] enim vendere eſt, hac pro præmij acceptatione † ſeruare. Ementes vero in templo ſunt qui dum perſoluere proximo, quod iuſtum eſt, nolunt, dumque rem iure debitam [c] facere contemnunt, dato patronis pretio emunt peccatum.

† *al. acceptione.*

al. præmio.

Item Beda ad c. Ioannis.

¶ Qui gratiam, quam à Deo accipiunt, non gratis exercent, venditores columbarum ſunt. Cap. XI.

Iuo. p. 5. c. 97. Pan. l. 3. c. 124.

NOn ſolum venditores ſunt columbarum, & domum Dei faciunt domum negotiationis, qui ſacros ordines, largiendo pretium pecuniæ, vel laudis, vel etiā honoris inquirunt; verum ij quoq; qui gradum vel gratiam [d] in eccleſia ſpiritualem, quā Domino largiente [e] perceperunt, nō ſimplici intentione, ſed cuiuslibet humanæ cauſa retributionis [f] exercent, contra illud Petri apoſtoli: [Qui loquitur, quaſi ſermones Dei [g], qui miniſtrat [h], tanquam ex virtute, quam adminiſtrat Deus, vt in omnibus honorificetur Deus per Ieſum Chriſtum.] Quicunque ergo tales ſunt, ſi nolunt veniente Domino de eccleſia auferri, auferant iſta de actibus ſuis, ne faciant domum Dei domum negotiationis,

1. *Pet. 4.*

Item ex epiſtola Vrbani Papæ.

¶ Quæ ex conſecratione proueniunt, in ſuum ius vi, vel munere non conuertat. Cap. XII.

ſup. ea. c. ſaluator.

REs eccleſiæ, quæ ex cõſecratione proueniūt in ſuū ius vel vi, vel aliquo munere aliquem [i] cõuertere non debere docens ſanctus Vrbanus [k] ait: [Quiſquis res eccleſiaſticas (quæ dona Dei ſunt, quoniam à Deo fidelibus, & à fidelibus Deo donantur; quæque ab eodem gratis accipiuntur, & ideo gratis dari debent) propter ſua

c ¶ Debitam.] Id eſt quam iure tenetur ſoluere. ſcilicet cum quis aduocato dat pecuniā, vt ipſū defendat ſic vacat illa glo. Videtur ergo.

NOn ſolum.] CASVS. Non dicūtur tantum ſimoniaci. qui ordines, vel beneficia eccleſiaſtica pretio largiuntur ſed etiam ij, qui officium ſua dignitatis ſcientię, vel alterius doni nolunt exercere, niſi cauſa retributionis humanę, quia faciūt cōtra auctoritatē Apoſtoli dicentis: Qui loqtur, &c. ſequens c. patet. in quo dr̄, ꝙ q̃ res q̄ intuitu conſecrationis eccleſię proueniunt illicite alienat, ſimoniam committit.

d ¶ Vel gratiā.] Alicuius ſcientię, vel alterius doni.

e ¶ Domino largiēte. [Infra 16. q. 1. reuertimini.

f ¶ Retributionis.] cum enim ſint literati. & alijs donis p̄diti, nolunt niſi intuitu humanæ retributionis hæc exercere in eccleſia, vt ſupra. e. q. 2. quàm pie. & extra de magiſtris. c. 12. & 3. nam dicit etiā lex, quod ciuilis iuris ſapientia non ſit pretio nummario dehoneſtāda, &c. ff. de va. & extraor. cog. l. 1. §. 1. dicit tamen lex, quod tutor pro facultate pupilli debet magiſtro dare. ff. de admi. tuto. l. cum plures. §. ſi tutor.

g Dei] Id eſt, Deo attribuit, non ſibi.

h ¶ Qui miniſtrat] Id eſt loqui & miniſtrare debet.

i REs eccleſiæ] ¶ Aliquem.] Et ita videtur ꝙ ſimoniacus ſit violentus raptor vel detentor 4. ſicut alias dicitur. committere ſacrilegium quia res eccleſiæ promiſſas non dat arg 17. q 4. c. 2.

K ¶ Vrbanus.] Hic vnus Vrbanus de alio facit mentionem: & ita fuerunt duo. 81. d. & ſi qui ſunt.

Snia per pecuniam data) eſt nulla. † Vbi de hoc de pœna iudicis corrupti, no. 2 quæſt. 6. §. hoc etiam. Theologi & Decretiſtæ, docentes, poſſunt aliquid accipere.

Laus ciuilis ſapientiæ.

4 Et ſic tanquam violētus tenetur de vi: & verū eſt quod violentiā cõmittit: quia non gratis accipit, & quodāmodo ab initio extorquet, ſm Io. de Fant.

M m 2 Per-

Digitized by Google

PEruenit. CASVS. Dr hic ꝙ inter maximos hæreticos debet computari qui laicis extraneis ſeruientibus vel conſanguineis, & non ſacerdotibus decimas & oblationes concedit: & qui dant & q recipiunt, æterno incendio puniuntur, qđ H vr intelligere, de iure ſpirituali: ſed Bene. intelligit etiam de temporali fructu. Sequens cap patet.

a ¶ Peruenit.] inf. 16. q. 9. peruenit.

b ¶ Siniſtra. Not. de epiſcopis, qui omnia agunt ſiniſtre, vt. 35. diſt. eccleſiæ.

c ¶ Oblationes.] 10. q. 1. quia ſacerdotes.

d ¶ Laicalib.] Quod fieri nō debet, vt extra de deci. prohibemus. Vnde nota, ꝙ fructus bene poſſunt dari laico ex cauſa: ſed ius decimale nequaquã: nã aliud eſt ius, aliud eſt ipſa res ſicut dicit iuriſpiritus, ꝙ cũ dicimus vitulum eſſe fructum vaccę, nō ius, ſed corpus demonſtramus. ff. de eui. l. vaccæ poſſunt ergo dari decimę, id eſt, res ipſæ in feudũ, ſed tamen nō tranſibit ad hæredes ext. de deci. ad hoc. vnde forte ſecundũ ꝙ feudum proprie accipitur, non poſſunt dari in feudum ext. de deci. quamuis 1. De hoc dixi. 16 q. 1. cap. vlt. Et no. ꝙ ſi dantur decimæ laicis, & aliqua creſcãt noualia, non accreſcunt eis decimæ nouialium, ſed eccleſijs. ext. de dec c. tua. Et dicit Innocẽtius, ꝙ in his reſtringenda eſt pōtas, non prorogãda. extra de dec. tua nobis.

Decima nunquid poteſt dari laico.

1 Vbi de hoc. & 16. q. 3 §. ſic ẽt ibi videas.

e ¶ Grauius.] Not. ꝙ minus peccatũ propter adiunctum grauius punitur. minus enim peccatũ eſt dare conſanguineo, q̃ extraneo. 86. diſtin. non ſatis. hæc eſt ordinata charitas: ſed quia prouidendo cõſanguineis enormiter lędunt eccleſias idcirco dicit, ꝙ peiꝰ eſt dare conſanguineis id eſt, inde grauiorem læſionem ſenſit eccleſia. ſi. inf. 13. q. 2. lator em. Vel dicit grauius, id eſt, communis, 12. q. 7. quid in omnibus. nam cæci ſunt epiſcopi circa nepotes. 8. q. 2. dilectiſſimi. vnde tantus impetus in eo. omnia fundendi venit reſtringendus, vt dicit l. in alio caſu, ff. ad le, Iul,

de adul: nec in ea.

f ALtare.] Id eſt, quæ in altari offeruntur: vel in ad miniſtratione altaris: vel in eccleſia.

g ¶ Et decimas.] Scilicet ſi epiſcopus ab aliquo milite redimere decimas. non eſt ſimoniacum. ſed rei eccleſiaſticæ liberatio. ſed ſi emeret à laicis, cum nollent tribuere, ſimoniacum eſſet.

ADDITIO. De hoc no 16. q. 7. decimas ibi videas. An.

---

lucra vẽdit, vel emit, cum eodem Simone donum Dei pecunia poſſideri exiſtimat.

a ¶ Quiſquis.] *Hæc ſunt ex epiſtola Vrbani II. quæ refertur ſupra c. ſaluator. Verba autem antecedentia nuſquam reperta ſunt: quamuis ſimilia quædam diſſimili tamen ſententia, legantur in epiſtola B. Vrbani primi.* Item Beda ex epiſtola Vrbani Papæ. *quod non cohæret.*

Item Gregorius ſeptimus.

¶ Simoniacus eſt epiſcopus, qui decimas, & oblationes laicis, non clericis diſtribuit. Cap. XIII.

PEruenit [a] ad nos fama ſiniſtra [b], quod quidam epiſcoporum non ſacerdotibus propriæ, diœceſis decimas, atque Chriſtianorum oblationes [c] conferant, ſed potius laicalibus [d] perſonis, militum videlicet, ſiue ſeruitorum, vel (quod grauius [e] eſt) conſanguineis. Vnde ſi quis amodo epiſcopus inuentus fuerit huius diuini præcepti tranſgreſſor, inter maximos hæreticos, & inter antichriſtos non minimus habeatur: & ſicut Nicæna ſynodus de ſimoniacis cenſuit, & qui dat epiſcopus, & qui recipiunt ab eo laici ſiue pretio, ſiue beneficio, æterni incendij ignibus deputentur. Inf 16. q. 7. c. peruenit. Poly. l. 3. tit. 11. In canonib. Nicænis ex Arabico verſis, c. 49.

¶ *Infra etiam 16. q. 7. c. peruenit. citatur caput hoc ex Gregorio. Ac ſane Lambertus Scafneburgenſis narrat epiſcopum quendam Bambergenſem. eccleſiam illam contra excommunicationem, & priuationem Gregorij ſeptimi fauore militum, quibus multa largiebatur, per aliquod tempus retinuiſſe: & in ipſius Gregorij regeſto lib 6. epiſt. 5. ſimile quidam reprehenditur in Hermanno epiſcopo Metenſi.*

Item Paſchalis ſecundus.

¶ Spiritum ſanctum vendit, qui decimas pro peccunia tribuit Cap. XIIII.

ALtare [f], & decimas [g] per peccuniam dare, & ſpiritum ſanctum vendere, ſimoniacam hæreſim eſſe nullus fidelium ignorat. Poly. l. 3 tit. 11.

¶ *Supra ead. q 1, cap. presbyter. hoc idem tribuitur Gregorio, quod hic Paſchali ſecundo. Et Fortaſſe Paſchalis, vt multa alia, accipit à Gregorio ſeptimo, quæ ipſe annotauit. In Polycarpo lib. 3. tit. xi. citatus ex concilio Toletano.*

Item Innocentius ſecundus in ſynodo Romana, c. 2.

¶ Careat honore male acquiſito, qui eccleſiaſtica beneficia pro pecunia inuenire tentauerit. Cap. XV.

SI quis præ- Pan. l. 2. c 138. ex Cabilonenſi.

SI quis præbendas.] CASVS. Dicitur hic quod qui beneficiũ vel dignitatem vel ſacramentum ab eccleſia per

ſia per pecuniā acquirit, acquiſito careat : & emptor & venditor & interuentor nota infamiæ percellantur. Vnde ſtatitur, vt nec pro paſtu, nec ſub obtentu alicuius conſuetudinis aliquid exigatur.

a ¶Prębendas] Vel benedictiones nubentium : vel ſepultu-

inf. 32. q. 4. obiiciuntur. contra ſup. diſt. 8. ſi conſuetudinem. inf. 1. q. 2. quæſta eſt. 10. Hodie prætextu conſuetudinis nihil peti pōt, nec ante, nec poſt, vt extra de ſim. Iacobus. B. niſi hoc reperiatur a iure permiſſum, vt nor. ſup q. 2. placuit.

bendas [a], vel prioratum, vel decanatum, aut honorem, vel promotionem aliquam eccleſiaſticā, ſeu quodlibet ſacramentum [b] eccleſiaſticum, vt pote chriſma, vel oleum ſanctum, & conſecrationes [c] altarium, vel eccleſiarum, interueniente [d] execrabili ardore auaritiæ per pecuniam cōparauerit; honore male acquiſito careat; & emptor, atque venditor, & interuentor nota infamiæ percellantur [e]: & nec pro paſtu, nec ſub obtentu alicuius cōſuetudinis [f] ante, vel poſt à quoquam aliquid exigatur, vel ipſe dare prę ſumat; quoniam ſimoniacum eſt: ſed libere, & abſque diminutione [g] aliqua, collata ſibi dignitate, atque beneficio α perfruatur.

α ¶Beneficio.] *Ex duobus manuſcriptis huius concilij exemplaribus in vno ſic legitur, in altero vero,* officio.

De ſecunda & tertia quæſtione quid ſacri canones diffiniant; auctoritatibus hincinde in medium deductis patefactum eſt.

QVAESTIO IIII.

1 pt *NVnc ergo de quarta [h] quæſtione eſt pertractandum, an paternum crimen huic imputetur, quod eo ignorante conſtat admiſſum. Quòd ignorantia hunc excuſet, multorum auctoritatibus probatur. Ait enim Auguſtinus, epiſt. 48. ad Vincentium.*

¶Alienum crimen, neſcientem non maculat.
Cap. I.

NVllus [i] crimen màculat [k] neſcientem.
Item eadem epiſtola.

¶De eodem. Cap. II.

QVis locus innocentiæ relinquitur, ſi alienum crimen maculat neſcientem?

¶*Verba B. Auguſtini ſunt hæc,* Quis locus innocentię reſeruatur, ſi crimen eſt proprium, neſcire crimen alienum?

g ¶Diminutione.] Niſi cū ex cauſa ordinet fructus eps: vt extra, vt eccleſiaſti. benefi. ſine dimi. vt noſtrum. Et ita ſi dignitas deferatur alicui diminuta, in ſolidum poteſt eam petere. argu. ext. de inſti. cum veniſſent.

NVnc ergo.] Hęc quæſtio diuiditur in quatuor partes. Et quæritur hic vtrum teneatur filius pro paterno crimine: & in hac prima parte quæſtionis probat per 10. auct. ꝙ non tenetur. Scđa ibi, [Sed obiicitur] Tertia ibi, [hic itaque,] Quarta ibi.] Notandum.] Ioan. Fan.

CASVS. Hic intitulatur 4. qō, qua quæritur an quis reus ſit criminis, qđ eo ignorante pr̄ admiſit: & ꝙ ignorantia eum excuſet multorū auctoritatib. probatur. Sequens. c. patet.

h ¶De quarta.] Ad intelligentiā hui⁹ q̄ſtionis no. ꝙ triplex eſt pęna, æterna, corporalis, & ſpiritualis. Aeterna pœna nunquam punitur vnus pro alio, vt ſu ead. c. 1. & c. iā itaque. Corporalis pęna duplex eſt, quædā circa corpus ipſum: & illa ſæpe punitur vnus pro alio. inf. ea. §. itē peccato quædā circa ſtatum rei, vt eſt ſeruitus, vel infamia : & illa etiam punitur filius pro patre, vt 6. q 1. §. verum. 15. q. vlt. eum multæ. Spiritualis quadruplex eſt, nam quædam eſt excommunicationis: & illa nunquā punitur vnus ꝓ alio, vt 24. q. 3. ſi habes, Alia interdicti: & illa punitur vnus pro alio, vt ext. de ſpon. non eſt vobis. Alia eſt remotio ab oblatione: & illa ſimiliter punitur vnus pro alio. 17. q. 4. miror. Alia eſt ordinis: & illa ſimiliter punitur vnus pro alio. nam ꝑꝑ delictum vxoris vir remouetur a promotione, vt 34. d. ſi cuius. Item ſi pater neſciente filio emerit ei eccleſiam ille pro peccato non remouetur a promotione: ſed tamē perdit eccleſiam, vt inf. q. 5. c. 1. Ioan.

Pœna eſt triplex.

Vnus an puniat ꝓ alio

Pęna corporalis eſt duplex.

Pœna ſpūalis eſt quadruplex.

pulturas. extra de ſimo. cum in eccleſiæ.

b ¶Sacramentum.] In quo confertur gratia : aliter ſumi poteſt pecunia. 32. q 2 honorantur M tamen cōtrarium dicit. arg. extra de off. deleg. cauſam. extra de ſponſa. du. duobus.

Conſecratio altaris eſt ſacramentum large ſumptum.

c ¶Et conſecrationes] Sed nunquid conſecratio altaris eſt ſacramentum? Sic, large ſumptum, cum ſit ſacræ rei ſignum, vt hic, & extra de ſimo. cum ſit Romana. argum 24 q. 1. §. ſed illud

d ¶Interueniente.] Militiam ſæcularem bene poteſt quis emere. 1. ff. de act. em. creditor, §. inter venditorem. §. ſed quod ante.

De hoc inf. 2. q. 6. c. vlt.

e ¶Percellantur.] Scilicet in perpetuū. ſu. ea. q. 3. ſi quis. & c. ſaluator. ſup. ea. q. 1. ſi quis epiſcopus.

Conſuetudo non excuſat ſimoniam.

f ¶Conſuetudinis] Arg. conſuetudinem longā non facere ad licentiā, vel excuſationem ſimoniæ, ext. de ſim. cum in eccleſiæ. Arg contra in Auth. de ſan. epiſ. §. pro conſuetudinibus eoil. 9 q. 3 conqueſtus ſup. 100. d. cap. nouit. ſu. ea q. 1. reperiuntur ſup. d. 4. denique. Arg. cōtra

i NVllius.] Scilicet alterius. nam ſuam quandoque commaculat, vt de pęn. diſt 2. ſciendum. 32 q. 7. quemadmodum . & ita non comprehenditur perſona, de qua ſit ſermo.

K ¶Maculat.] Inf. 15. q. 1. mulier. & q. vlt. cum multæ. inf. 17. q. 4. miror. 34. d. ſi cuius. & 6. q. 1. §. verum 24. q. 1. non turbatur. Ioan.

Digitized by Google

Item in Africano concilio, c. 14. legitur.

¶De infantibus, qui ab hæreticis baptizantur.

Cap. III.

Et Cart. 3. c. 48.

Paulo aliter iu originali.

PLacuit de infantibus, qui ab hæreticis baptizantur; ne, quod non ſuo fecerunt iudicio, cum ad eccleſiam Dei ſalubri propoſito fuerint conuerſi, parentum illos error impediat, quominus promoueantur [a] ſacri altaris miniſtri.

Item in eodem, c. 24.

¶De eodem. Cap. IIII.

Deuſdedit p. 2.

QVi apud Donatiſtas paruuli [b] baptizati ſunt, nondũ ſcire valentes erroris eorum interitum, & poſtea quàm ad ætatem rationis capacem peruenerunt, agnita veritate falſitatem eorum abhorrentes, ad eccleſiam Dei catholicam per vniuerſum mundum diffuſam, ordine [c] antiquo per manus impoſitionem recepti ſunt; tales ad ſuſcipiendum munus clericatus non debet impedire nomen erroris.

Item Leo quartus † *Ebrunio, & Adelfrido epiſcopis.*

† *al. tertius.*

¶Conſanguineorum maleficia in nullo clericis obſunt, niſi conſcij fuerint. Cap. V.

a ¶ Quia aliud.] *In originali, & apud Iuonem, & in multis manuſcriptis Gratiani legitur,* alius eſt ordo legitimus, alia vſurpatio, quam ad præſens fieri tempus impellit.

Ceſſante cā ceſſat cōſtitutio ex ea orta.

Similiter ex diſpenſatione etiam in Nicæno concilio, c. 8. de Nouatianis ſtatutum eſt, vt ad eccleſiam redeūtes ordinentur [f].

¶ Iterum ordinentur, qui ex Nouatianis ad eccleſiam redierint. Cap. VIII.

1 Quod hic le. & no. infra ea. & ſi illa. tunc intellige, vt videlicet ceſſante neceſſitate ſimili, diſpenſatio non fiat. Nam diſpenſatio ſemel facta nō eſt amplius reuocanda extra de fi. ps. by. ſicut nec in iure remiſſio. 23 q. 4 ſ illic. Ar.

SI qui voluerint [g] venire ad eccleſiam catholicam, & Apoſtolicam ex Nouatianis; placuit ſancto concilio, vt ordinentur, β & ſic maneant in clero. Ante omnia autem hanc ab eis confeſsionem per ſcripturam [k] eccleſiæ catholicæ, & Apoſtolicæ ſtatuta obſeruaturos.

β ¶ Vt ordinentur.] *Græce eſt,* ὥς τεχειροϑετουμένους αὐτοὺς μένειν οὕτως ἐν τῷ κλήρῳ. *q.* Dionyſius *vertit, vt* impoſitionē manus accipiens ſic in clero permaneant. *At Taraſius Patriarcha Conſtantinopolitanus in actione prima ſeptimæ ſynodi poſt recitationem iſtius canonis iſtam vocem, χειροθεσία, interpretatur benedictionem, non ordinationem.*

2. Ar. contra 7. q 1. ſcire. & extra de his quæ vi, n. ſ. cau. c. 1. §. vlt. & de hoc. & de ſen. exc. ex tenore. Ar.

Item Gregorius lib. 10. reg. epiſt. 31.

Quoties

QVoties.] CASVS. In hoc c. continetur qualiter iurare debeant reuertentes ab hæreſi. Dicitur .n. ꝙ epiſcopus reuertens ab hæreſi ad eccleſiam, iurat propter cautelam futurorum ſummo Pontifici pariter cum ſuis ſocijs, ꝙ ab vnitate eccleſiæ, & communione Romani

potest apud ſe aliquis obligari. ff. de fideiuſſ. ſi quis pro eo. §. 1.

d ¶ Et per te.] Arg contra inſt. de inutil. ſtip. §. ſi quis alij. quia ibi dī, ꝙ alteri ſtipulari, vel paciſci nemo poteſt, niſi ſit ſeruus eius, vt ibi, vel procurator præſentis. ff. de uerb. obli. ſi curatori præſes. Dic ergo ideo hoc fieri, qa Papa ſeruus eſt B. Petri. unde dicit de ſe in epiſtolis ſuis, ſeruus ſeruorum Dei. Vnde verſus.

Seruus erāt tibi Roma prius domini dominorum.

Seruorū ſerui nūc tibi ſunt domini.

Vel hoc fit fauore religionis: ſed credo iure canonico me teneri 1. ſi ego promitto tibi me daturum Titio x. arg. 22. q. 5. iuramenti maxime ſi interuenerit ſacramentū arg. ff de conſti. pec. l. 1. & l. cū q.

Papa dicitur ſeruus ſeruorum.

1 Hanc gl. dicit Raph. Cuma. ſingularem. ad ꝯc, ꝙ de æquitate canonica alter poſſit alteri ſtipulari.

¶Iuramentum a ſchiſmate redeuntium. Cap. IX.

Anſel. lib. 6. c. 161. Poly. li. 7. tit. 6.

QVoties cordis oculus nube erroris obductus, ſupernæ illuſtrationis lumine fit ſerenus, magna cautela [a] intendum eſt, ne latenter auctori ſchiſmatis irruat, & ab unitatis radice eos, qui ab eam reuerſi fuerunt, telo iterum erroris abſcindat. Et ideò poſtquam ego ille [α] ciuitatis illius eps, comperto diuiſionis laqueo, quo tenebar, diutina mecum cogitatione pertractans, prona, & ſpontanea voluntate ad vnitatem ſedis Apoſtolicæ diuina gratia duce reuerſus ſum; & ne non puramente, ſed ſimulata reuerſus exiſtimer; ſpondeo ſub ordinis [b] mei caſu, & anathematis [c] obligatione, atque promitto tibi, & per te [d] ſancto Petro Apoſtolorum principi, atq; eius vicario Beatiſſimo Gregorio, vel ſucceſſoribus ipſius me nunquam quorumlibet ſuaſionibus, vel quocunque alio modo ad ſchiſma, de quo redemptoris noſtri miſericordia liberante ereptus ſum, reuerſurum; ſed ſemper me in vnitate ſanctæ eccleſiæ catholicæ, & communione Romani Pontificis per omnia permanſurū. Vnde iurans per Deum omnipotētem & hæc ſancta quatuor Euangelia [e], quæ in manibus meis teneo, & ſalutem [f] dominorum [g] noſtrorum Rempublicam gubernantium, me in vnitate, ſicut dixi eccleſiæ catholicæ & cōmunione Romani Pontificis ſemper, & ſine dubio permanere. Quòd ſi (quod abſit) aliqua excuſatione, vel argumento ab hac me vnitate diuiſero, periurij reatum incurrens, æternæ pœnæ obligatus inueniar, & cum auctore ſchiſmatis habeam in futuro ſæculo portionem: Hanc autē profeſsionis, promiſsioniſque meæ chartulam notario illi cum conſenſu presbyterorum, & diaconorum, & atque clericorum, qui me in hac unitate obligantes in ſupraſcriptis omnibus prona ſimul voluntate ſecuti, atque proprijs manibus ſubſcripturi ſunt, ſcribendam dictaui, & propria manu ſubſcribens tibi tradidi. Acta in loco illo, & cōſulibus [h] ſupraſcriptis. Subſcriptio epiſcopi illius. Ego ille, epiſcopus ciuitatis illius, huic confeſsioni, promiſsionique meæ, præſtito de conſeruandis ſupraſcriptis omnibus ſacramento [i] ſubſcripſi [k].

† *al. ſalutem gentium, atque illuſtriū dominorum*] *al. gentiumq; illuſtrium*] Anſ.

α ¶ Ego ille.] *Repoſita eſt antiqua nota* ille, *ex codicibus epiſtolarum B. Gregorij impreſſis, ac manuſcriptis, quæ quidē nota in hoc capite multoties repetitur. Pro ea in vulgatis Gratiani exē-*

mani Pontificis nunquam recedet, & iuramento per manum notarij ſcripto, tam ille, quàm ſocij pro uoluntate ſub ſcribant.

a ¶ Magna cautela.] Arg. ꝙ cum abundantiori cautela faciendum eſt, in quo timetur regreſſus. ſup. diſt. 28. de his infra. 20. q. 2. c. ult. & q. 3. c. 1. ſup. d. 23. quamquam.

b ¶ Sub ordinis.] Similiter obligatur aliquis ſub pœna beneficij ſui, ut extra de elect. cum dilectus. in fi. & extra de crim. fal. c. fi.

c ¶ Anathematis.] Imprecatio eſt. non enim quiſquā poteſt ſe excommunicare. Similis eſt imprecatio de conſecra. diſt. 2. ego Berengarius. & 11. q. 3. ſi is qui. Nec

Excōicare ſeipſum nemo poteſt.

e ¶ Euangelia.] inf. 1ū. q. 3. Imperatores. arg. contra inf. 22. q. 1. §. ſic etiā. inf cau. prox. q. 5. qua de cauſa inf. 22. q. 1. clericū & c. mouet. contra. Dic, vt 22. quæſt. 1. ſi aliqua.

f ¶ Salutem.] ideſt, per eum, cuius iudicio ſalus dominorū meorum cōſiſtit, ſic enim iurādo per has creaturas reſpectum habebat ad creatorē & ideo nō peccabat. & ſic intelligitur 22. q. 1. § ſic ēt. ff. de iureiuran. qui per ſalutē. Et quod dicit in manibus. &c. eſt ar. ꝙ epiſcopus cum iurat, tāgere debet Euāgelia, & ſic eſt cōtra 1. q. 1. nec honore. Io & eſt expreſsū hodie, quod epiſcopus cum iurat, non debet tangere librū, ut extra de iur. cal. c. ult. B.

Eṗs iurans non dēt tangere librū.

ADDITIO. Huic decreta. bene ſtandum eſt niſi forte hoc in abiuratione hæreſis ſit ſpeciale in deteſtationem criminis. Ioan. de Fan.

g ¶ Dominorum.] inf. 22. q. 1. clericū. & c. mouet cōtra.

h ¶ Conſulibus.] Hoc non habet hodie locum. nam ſufficit apponere nomen Papæ, & Imperatoris, ut no. 2. q. vlt. 2. c. vlt.

i ¶ Sacramento.] Hæc ſex presbyterum faciunt iurare coactum. Vt ſit recta fides, ut obediat 3. ut bona fama. Ne verum pereat, ne res ſacra, uel data damna. 28. diſt. de Syracuſanæ.

K ¶ Subſcripſi.] Scilicet hoc quod ſtatutum eſt in concilio Nicæno, ſupra ead. q. ſi uoluerint.

2 Al. 3 q. 5. c. ſcrum. iurare cogunt presbyteri ī ſex caſibus.

3 Extra de maiorita. & obed. cū in eccleſijs. & de iureiurā. ego. Sed dic, ut no. 23. d. quamq̄, ext. de maio. & obed. legebatur. Arch.

CAETE-

QVid verò.] CASVS. Hic intitulatur ſexta quæſtio. Sed quia hæc quæſtio expedita eſt ſupra ca. quæſt. 1. ſi qui a ſimoniacis ideo ponit hic incidentem quæſtionem, quia quæritur de illis, qui dant pecuniam non pro ordinatione, ſed pro electione, vel vt decretum fiat electionis, vel vt confirmetur, vel vt non reſiſtatur electioni. Et dicit Gratianus, quod tales iudicandi ſunt ſimoniaci, ſicut illi, qui pro cõſecratione pecuniam dant.

K ¶Maximi.] De iſto agitur ſecunda q. 5. quanto. 63. d. Salonitanæ.

l ¶Exquiri.] Tunc tenetur prælatus inquirere, cum ad eum peruenit clamoſa querelatio. extra de ſimo. licèt Heli.

m ¶Inc.

QVÆSTIO VI.

QVid vero [a] de his fieri debeat, qui ignoranter a ſimoniacis ordinati ſunt (quod ſexto loco quæſitum eſt) ſupra, in capitulo videlicet Vrbani, quod ſic incipit: [Si qui a ſimoniacis, &c.] requiratur. Nunc autem [b] de illis quæritur, qui non pro ordinatione pecunias offerũt; ſed pro electione, vel vt decretum electionis fiat, vel vt ſubſcriptione firmetur, vel vt electioni non reſiſtatur, ab quibus præmia largiuntur; an eorum electio vitioſa ſit iudicanda. Non enim videntur ſpiritus ſancti donum emere, qui non pro conſecratione, ſed pro electione munera largiuntur; cum nullius ſpiritualis gratiæ aliquos faciat electio participes. Sed ſicut eccleſiaſticarum rerum [c] emptores ſimoniaci iudicantur, quia eccleſiaſticis officijs ita adiuncta ſunt, vt alterum ſine altero alieni non proueniat; ita quia per electionem [d] venitur ad conſecrationem perinde ſimoniacus habetur, qui pro electione [e] præmia largitur, ac ſi pro conſecratione munera dediſſet. ead. q. 1.

Vnde Symmachus ſcribit Cæſario epiſcopo, epiſt. 1. c. 5

¶De ijs, qui muneribus ordinationem faciunt. Cap. I. Poly. l. 2. tit. 1. Anſel. l. 6. c. 69.

SI quis autem epiſcopatum deſiderat, data pecunia [f] potentes perſonas minime ſuffragatrices [g] nec adhibeat: ad decretum ſibi faciendum clericos, vel ciues ad ſubſcribendum [h] adhibito cuiuslibet generis timore [i] compellat, vel præmijs quibuslibet exhortetur.

Item Gregorius Salonæ† conſiſtentibus, lib. 5. epiſt. 26. † al. Salomi.

¶Simoniacus eſt qui, vt eligatur, præmia largitur. Cap. II. Anſel. l. 6. c. 76. Poly l. 2. tit. 3.

EGo autẽ, & veſtræ dilectioni prouidens, & meæ animæ omnipotẽtis Dei iudicium pertimeſcens, eiuſdẽ Maximi [k] cauſam ſubtiliter exquiri [l] deſidero; ſi nullis criminibus preſſus, quæ ſacro ordini contradicunt; ſi nõ per ſimoniacam hæreſim, ideſt, præmia quibuſdam ſe eligentibus præbendo, ad ſacerdotale pertingere officium conatur. Tunc enim liber pro vobis apud Dominum interceſſor erit; ſi non obligatus de ſuis ad locum interceſſionis [m] venerit.

Item Gregorius Syagrio epiſcopo Auguſtodunenſi, & alijs epiſcopis. lib. 7. epiſt. 110.

a ¶Quid vero.] Hęc quęſtio determinata eſt per c. quod G. inducit ſup q. 1. ſi qui a ſimoniacis.

b ¶Nunc autem.] hic ponit incidentẽ quæſtionem, quę dubia non eſt.

c ¶Rerum] Supra q. 3. ſi quis obiecerit.

d ¶Per electionem] ſup. d. 40. ſicut viri.

e ¶Electione.] Si iſ. 15. q. 3. ſanè.

SI quis.] CASVS. Statuitur in hoc cap. vt nec aliquo timore, nec aliquo p̃tio, nec potẽtum ſuffragio epiſcopus cõfirmetur, aut electioni ſubſcribatur.

f ¶Pecunia.] inf. 18. q. 2. c. 1.

g ¶Suffragatrices.] ſu. c. q. 1. eſtote & 16. q. 7. ſi quis epiſcopus ſup. d. 55. nullus.

h ¶Ad ſubſcribẽdũ.] ſcilicet cum patroni ſunt: vel hoc cum ſpecialiter vocantur laici ad electionem 63. diſtinct. Hadrianus. Vel dic, quod factũ prohibet, non ideo dicit, quòd de iure ſubſcribere debeant ciues. argu. extra de elect. c. 1. ſubſcribere tamen debent ciues, nõ vt eligentes, ſed vt cõſentientes, vt inf. 7. q. 1. epiſcopus de loco.

i ¶Timore.] Sed nũquid timor inducit ſimoniam? Dico quod non, 1. peccat tamẽ mortaliter, qui per timorem obtinet beneficium. argu. contra, ſu. q. 3. res eccleſiæ, & eſt argu. quod non tantum timor mortis, vel cruciatus corporis, ſed etiam timor verborum vitiat electionem. arg 23. q. 8. conuenior. Io.

Beneficium per timorẽ obtinẽs peccat mortaliter.

1 Idem dicũt hic Lau. Ber. & Io. de Fant.

EGo autem] CASVS. Quidam nomine Maximus electus fuit in epiſcopum, de quo Papa conſultus reſpondet deſuper, quòd iuſte poterit pro vobis apud Deum intercedere, ſi non ſit ſimonia, vel alijs criminibus detentus, & obligatus, vnde de hoc inquiri deſiderat.

m ¶Interceſſionis.] inf. 3. q. 7. in grauibus. 25. diſtinct. cap. vlt

SIcut is qui.] CASVS. Dicitur, quòd ſicut is, qui inuitatus tenuit dignitatem, eſt promouendus: ſic qui ſe ambitioſe ingerit, eſt repellendus. Vnde ſtatuit Grego. vt in ſacerdotibus ordinandis, & eligendis, omnis venalitas ceſſet, & omne ſuffragium venditorum. Sequens. §. planus eſt, & multum vtilis eſt, & per te videbis.

a ¶Rerum

Digitized by Google

a ¶Renuit.] Dum tamen non eſſet perſeuerans: quia ſi ſemper eſſet inuoluntarius, non eſſet cogendus, vt 74. d. iſta. ſed faciendum eſt, vt de nolente fiat volens 1. & ſic licite ordinatur, vt 23. q. 4. diſplicit 40. d. ante omnia. 8. q. 1. in ſcripturis. & 16. q. 1. vos autem.
b ¶Re-

1 De hoc 7. q. 1. ſcias. ibi videas, & c. eps de loco.

tut. ex ſententia. arg. contra, ꝙ quis poteſt petere honorem. ff. de decur. l. eos & pecuniā pro eo dare. ff. de offi. præſi. Barbarius. arg. 8. q. 1. qui epiſcopatum. ff. de mune. & honoribus. reus. Ad has leges reſpondent quidam, ꝙ publice peti poteſt, non in occulto. Alij, vt Py. dicunt, ꝙ meritis pōt quis petere: alias non: q̃a lex Iulia de ambitu non habet locū Romæ 3. ff. ad leg. Iul. de ambi. l. 1. Vel dic, quod quōdam a populo potuerūt peti: modo verò ab imperatore, vel aliud in dignitatib. ſæcularibus, vnde & militia ſæcularis emi poteſt. ff. de act. empt. l. creditur § inter venditorem. Multū contradicit ſolutioni huic ex de ſi. nobis. vbi ſemper nocet datio pecuniæ, niſi cū data eſt ab aduerſario. Sed ideo hic excuſatur, quia nihilominus erāt eum electuri. ſic extra e. & ſi quęſt. & hoc tenet H.

Honor an peti poſſit.

3 De hoc & no. 82. d. presbyter. in gl. & ita, &c.

N Vnc autem] Hæc quæſtio diuiditur in ſeptem partes: in quarum prima probat duabus auctoritatibus, quod non eſt cum talib. diſpenſandū. Secunda ibi, [Conuenientib.] Tertia ibi, [ex hac.] Quarta ibi, [Niſi rigor.] Quinta ibi, [Ecce quib.] Sexta ibi, [Breuiter.] Septima ibi, [Sancimus.] Io. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur ſeptima quæſtio, qua quæritur, an renuncians ſuæ hæreſi ſit recipiendus in epiſcopali dignitate. Et idem intellige de quolibet ordine. & certe de rigore iuris ſunt deponendi, ſed ex diſpenſatione tolerādi, niſi in caſibus, qui conſueuerunt notari 9. q. 1. in ſumma.

¶Sicut ordinatio, ſic electio, vel conſenſus ſine venalitate debet præferri. Cap. III.

Anſ. l. 6. c. 79. Pol. l. 2. tit. 1.

SIcut is, qui inuitatus renuit [a], quæſitus refugit [b], ſacris eſt altaribus admouendus: ſic qui vltro ambit, vel importunè [c] ſe ingerit, eſt proculdubio repellendus. Nam qui ſic nititur ad altiora conſcendere: quid agit, niſi vt creſcendo decreſcat, & aſcendendo exterius, interius ad profunda deſcendat? Itaque fratres chariſſimi in ſacerdotibus ordinandis ſinceritas vigeat: ſit ſimplex ſine venalitate cōſenſus, pura præferatur electio, vt ad ſumma [α] ſacerdotij non ſuffragio venditorum prouectus, ſed Dei credatur eſſe iudicio.

Anſ. l. 6. c. 80.

α ¶Summa:] *In vulgatis codicibus legebatur*, ad ſummū ſacerdotij, vel Pontificij, *Emendatus verò eſt hic locus ex originali, Anſelmo, Polycarpo, & pleriſque vetuſtis Gratiani exemplarib.*

Si autem pecunia promiſſa fuerit, vel ſoluta, electo, vel ordinato penitus ignorante, nec eo modo ad electionem, vel ordinationem peruenerit, et nullatenus obeſſe videtur; nec ad reatum criminis pertinet, cuius conſcientiā non habuit: nec ad electionis, vel ordinationis caſſationem; ad quam alias non per prauam illorum cupiditatē perueniſſe docetur.

QVAESTIO VII.

N*Vnc autem de ſeptima quæſtione tractandum eſt; an renuncians ſuæ hæreſi ſit recipiendus* [d] *in epiſcopali dignitate.*

De his ita ſcribit Cyprianus, lib. 2. epi. 1.

¶Qui redeuntes ab hæreſi in ſuis ordinibus recipiantur. Cap. I.

Deuſdedit p. 1. & 4. Anſ. l. 8. c. 39.

SI qui presbyteri, aut diaconi, qui vel in eccleſia catholica prius ordinati fuerint, & poſtmodum perfidi, ac rebelles contra eccleſiam ſteterint; vel apud hæreticos a pſeudoepiſcopis, & antichriſtis contra Chriſti diſpoſitionem profana ordinatione [e] promoti ſint, & ecōtra altare vnū, atq; diuinū, ſacrificia forte falſa, ac ſacrilega offerre conati ſint; eos quoq; hac cōditione ſuſcipi cōuenit [α] cū reuertuntur, vt communicent laici †, & ſatis habeant, quòd admittantur ad pacem, qui hoſtes pacis extiterint;

† al. laicis.

b ¶Refugit.] Sed mirum eſt, quod hic dicitur, ꝙ fugere debet, cum alibi dicatur: Qui epiſcopatū, &c. vt 8. q. 1. qui epiſcopatum, & c. nam ſi illud gerit in animo, & aliud exterius indicat, peccat. Nam mentitur quis ſimulatis operibus, ſicut ore. 2. 22. q. 5. cauete, & ꝙ peccet patet 22. q. 2. cum humilitatis. Dicūt quidam, ꝙ iſtud mēdacium non eſt mortale, licet non ſit benignitatis, vel iocoſitatis: quia caret dolo, & ideo non eſt mortale. Dico, ꝙ iſte debet eſſe nolens, & debet fugere. id eſt timere ne forte non ſufficiens, vt 40. diſt. ante omnia. vnde mentiri debet vires ſuas, ſu. 1. non eſt putanda. Vel dic, quòd intelligitur fugere qui dignus eſt, ſi ſe nō ingerit: qui quæritur & non quæritur.
c ¶Vel importunè.] Nam eo ipſo, ꝙ ſe ingerit, eſt ſuſpectus ff. de procur. quæ omnia, idem in tutore, ff. de teſt,

2 mentitur quis operib. & ore. ca. ad hoc. de cōle. d. 2. reuera. in fine.

d ¶Recipiendus] Non de iure, ſed de diſpenſatione. ſic 23. q. 4. ipſa pietas. Sunt t n̄ quidā caſus, in quib. eccleſia non cōſueuit diſpenſare, quos no. inf. 9. q. 1. in ſumma. Et determinatur hæc q. inf. ea. §. ex hac auctoritate. Io.

Eccleſia diſpēſat in alij quib. caſib.

SI qui presbyteri.] CASVS. Dicit in hoc c. Cyprianus, ꝙ ſi clerici in eccleſia catholica ordinati, poſtea hæretici facti, eccleſiæ reſtiterunt, vel apud eos promoti fuerunt, ſi reuertuntur ad eccleſiam, ad laicam tantum communionem admittantur, vt non retineant arma, quibus contra nos rebellauerunt.
e ¶Ordinatione,] inf. 23. q. 4. ipſa pietas. contra. ſed illud pietate matris eccleſiæ, illud de rigore paternæ diſciplinæ, & ad hoc facit 50. diſt. vt conſtitueretur.

Digitized by Google

a ¶Quibus.] Nota puniri aliquem in eo in quo deliquit.ar. 12.q.2.qui & humanis.
b ¶Contra.] Arg. ꝙ ſi clericus beneficiatus eſt in duabus eccleſijs, non poteſt præſtare patrocinium vni contra aliam 1.argum.96.diſt.ſi Imperator. 3. q.1. nulli. ſi tamē habet adminiſtrationē in vna, poterit contra aliā ſtare 1, arg. ff. de in ius vocan.quæſitum. & 3.q.7.§.ſi contra. in ſi.Ioan.

Cldricus duas habens eccleſias, vnā cōtra alterā ſuſtinere nō debet.
1 Adde not. in l. qſquis. C. de poſtu.
2 Facit em hoc neceſſitas officii.ff. de his q. ut indig. tutorē. cū ſimi.

SI quis oēm]Hoc ca.ſeptem habet partes. In prima 7.ſynodus præcipit omnem traditionem eccleſiaſticam ſcriptā, vel non ſcriptam obſeruari. In ſecunda dicit, quòd clericus conuictus de ſimonia deponatur ab ordine. Tertio reſpondet tacitæ obiectioni qm̄ quāuis Deus indulgeat peccatoribus per pœnitentiā, non tamen reſtituit primā prærogatiuā, quod probat exēplo Dauid, & Manaſſe, & quorundā aliorū, quib. Deus indulſit, & tñ nō ſunt poſteā ſacerdotes facti. Quarto oſtendit lapſum in fornicationem poſt baptiſmū a promotione repelli. Quinto replicat de ordinatione, quā ſimoniacā ſu. dixit, vt addat de electione loci religioſi. Sexto prohibet ep̄m eſſe percuſſorē. Septimo ꝓhibet eccleſiā, vel ordinē ꝑ ſæcularem ꝑtātem obtineri. Secūda pars eſt ibi, [Omnis.] Tertia ibi, [Sed dicūt.] Quarta ibi. [Et ſi in fornicatione.] Quinta ibi. [Item epiſcopum.] Sexta ibi, Similiter percuſſor.] Septima in fine capituli, & prima in principio.

nec debere eos reuertentes ea apud nos ordinationis, & honoris arma retinere, quibus [a] contra [b] nos rebellauerint.

α ¶Conuenit.] *In originali non eſt verbum iſtud, ſed loco ipſius hæc huic capiti antecedunt.* Addimus plane, & adiungimus frater chariſſime, conſenſu & auctoritate communi, vt etiā ſi qui presbyteri, &c. *Multa verò in hoc capite ex ipſo B. Cypriano ſunt emendata.*

Item ex ſeptima ſynodo.

¶De ijs, qui pro muneribus ordinationem faciunt, & qui redeuntes ab hæreſi, in ſuis ordinibus recipiuntur. Cap. II.

SI quis α omnem [c] traditionem eccleſiaſticam ſcriptā, vel nō ſcriptam violat, anathema ſit. ¶Omnis β ep̄s, vel presbyter, aut diaconus conuictus, quòd pro muneribus ordinationem dederit, vel acceperit, à ſacerdotio [d] cadat. ¶Sed dicunt fortaſſe quidam, qui pœnitentiā agimus pro peccato, & Deus indulget [e] illud. Ita & ego dico, quia omnē pœnitentiam [f] recipit Deus, & indulget per pœnitētiam peccata, quæ iam facta ſunt. Noui enim quòd Dauid fornicatorem & homicidā per pœnitentiam receperit Deus, & ꝙ dixerit [g] de eo: [Inueni virum ſecūdum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas:] Noui rurſus eundem audientem a Deo: [Non ædificabis mihi domum, quia vir ſanguinū es.] Scio Manaſſem [h] per confeſſionem dimiſſam impietatem ſuam. Scio meretrices, & telonarios per pœnitentiā receptos: nullum tamen eorū, qui ante baptiſmū γ peccauit [i], ſacerdotibus connumeratū. Scio quoſdam, dum eſſent in mundo, in multa fornicatione manſiſſe: monachos verò factos quaſi luminaria mūdi reſplenduiſſe, nullum tamen ad ſacerdotiū aſcendiſſe. Quod [k] etſi raro δ [l] contigit, nulla [m] tamen lex [n] eccleſię

Ex actione 1. in 7. anathematiſ.
Deuſdedit p.2.
Iuo p 4 c.198.
Ex epiſ. Taraſij ad Ioannem.
Iuo p. 5. c 121.
Anſ.l.6.c.27.
1. Par.22. & 28.
2. Paral.33.
Actorum 13.
Matth.21.
Mar.2.
Luc.5.

CASVS. Intendit 7. ſynodus probare, ꝙ licet per pn̄iam ſubueniatur cuilibet peccatori: tñ poſt pn̄iam non poteſt de iure promoueri. imo ſi poſt peccatum promotus eſt, vel poſt promotionē peccauit, deponendus eſt, & dicit hoc regulare fuiſſe tam ante inſtitutionem baptiſmi q̄ poſt, & hoc probat exēplis tam veteris teſt. q̄ noui. & hoc ſonat litera illa: nullum tamen eorum, qui ante baptiſmum, &c. nam illi, qui ante baptiſmum peccāt, promoueri poſſunt, vt expreſſum eſt 26.d. deinde.
c ¶Omnem]Id eſt, aliquam de omnibus. ſimile 15.q.1. mulier.
d ¶A ſacerdotio] Arg. ꝙ legitime factū ſuperueniente delicto irritatur, inf.27.q 2.qui dormierit.inf. 10.q.1.de eo. & c.ad limina cōtra, ſu ea.q.5.c. 1. contra.inf. 32.q. 7.c.hi qui. & c.neq.contra ſup d. 94. ſi quis.inf.25.q.ſi qui epiſcopi.17.q.4.frater inf.12.q.2.& humanis.
d ¶A ſacerdotio.]i.eccleſiaſtica dignitate, vt ſup.ea.q. 1.q.1.per pecuniam.
e ¶Indulget.]De pœnit.d.1.verbum.
f ¶Pn̄iam.]Et adeo hoc verum eſt, ꝙ ſi quis etiam per venias ad ſummum malorum, ſubueniatur ei per pœnitentiam, vt de pœn diſt. 3 talis. nam in quacumq; hora ingemuerit peccator, & c. nec tibi dico ſepties, & c. de pœn.d.2.adhuc inſtant.
g ¶Et quod dixerit.]Et ita ſynodus inducit hanc auctoritatē, ac ſi primo peccaſſet Dauid, & poſtea Dn̄s dixiſſet ei: inueni, &c. quod tamen ſecus fuit, ſed ſynodus nō curauit de ordine, ſed de veritate; quia Dominus ſic ei dixit, & ille pœnituit, nec tamen poſt pœnitentiam permiſſus eſt ædificare, in hoc facit ad propoſitum. Vel retulit ſynodus ad diuinam præſcientiam, vbi iā præſens erat furtum Dauid.
h ¶Scio Manaſſem.]Ezechiæ filium, qui acta pn̄ia reſtitutus eſt ad regnum, arg. de pœ.d. 2. ſic enim inquit.
i ¶Peccauit.] Arg per baptiſmū nō aboleri infamiam. cum etiam poſt baptiſmum impediat promouendū, qđ non eſt verum: quia omnia crimina & etiā ſequela peccati dimittuntur in baptiſmo, vt 25.d primum. 26.d. deinde. & ſic nō eſt obiectio de Paulo, qui ante baptiſmū peccauit 3. & quod dicitur, refert ſe ad id, quod tunc accidit: quia tunc non fuit viſum, ꝙ aliquis talium promoueretur ante baptiſmum. ſic vacat hic arg. notatum ab H. non aboleri infamiam per baptiſmum.
K ¶Quod.] Scilicet fuerunt promoti.
l ¶Ratio.]Sicut in Matthæo, qui fuit telonarius, & tamen poſt fuit Euangeliſta.
m ¶Nulla.] Arg. ꝙ licet aliquid in eccleſia accidat: non tñ lex efficitur. inf.77. monachus. ſup.d 55. priſcis. ſup.d. 56. Cœnomanenſem, ſup d. 54 multos.
n ¶Lex.]i. regula, vel ius cōe, alibi dr̄ conſuetudo, vt ſu. q.1.ven.um eſt, ſimiliter dicitur, reg. 32. diſt Nicena.

Factum legitime irritat delicto ſuperueniente.

Dauid etiā poſt pn̄iam non eſt permiſſus ædificare tēplum

Baptiſmus vtrum tollat infamiam.

3 Vt teſtatur de ieipſo. 1. ad Tim.1 & hī act.9.

a ¶Tra-

Digitized by Google

fuit Nouimus peccatricem prius Mariam: poſt conuerſionem, quamuis ſanctam, & caſtam, tamen inter diaconiſſas non eſſe computatam. Sed quid hoc dico? Sequens ſanctos Apoſtolos, & venerabiles patres, cum omni fiducia clamo. Qui per ſimoniam ordinatus eſt, ſiue epiſcopus, ſiue presbyter, ſiue diaconus, alienus eſt à ſacerdotio neque enim venalis eſt gratia ſpiritus ſancti. Caiphę traditio[a], & adinuẽtio Simonis, à ſancto ſacerdotio eſt aliena. ¶ Et ſi in fornicationem [b] lapſus eſt aliquis poſt baptiſmum, in ſacerdotium non recipitur. Canones enim hoc prohibent. Si quis verò cum hoc peccato ad ſacerdotium prouectus eſt, cognitus degradetur. *Item paulo poſt* ¶ Epiſcopum, qui per pecuniam ordinatus eſt confiteor, quia per pœnitentiam recipitur. Deus enim bonus eſt in omnibus; & aperta viſcera eius omni homini pœnitenti. [c] Sed quoniam iuxta Apoſtolum, oportet epiſcopum irreprehenſibilem eſſe; quicunque per pecuniam, vel ordinauerit aliquem, vel ordinatus eſt, ab omni ſacerdotio [d] alienus ſit. ¶ Taraſius Patriarcha dixit. Quicunque per pecuniam vel ordinant, vel ordinauerunt, vel ordinati ſunt epiſcopi, vel presbyteri, vel diaconi, vel quilibet de numero ſacerdotali; repellantur omnino à ſacerdotali honore, ſicut Simon magus à Petro. Quicunque per pecuniam ζ diſpenſationem, vel curam ſortiti ſunt monaſteriorum, vel eccleſiarum, vel religioſarum [e] domorum, gerontocomiorum, xenodochiorum, orphanotrophiorum [f]; cum depoſitione expellantur à diſpenſatione illa, & cura. Qui poſt baptiſmum cadens in fornicationem ordinatus eſt, ſi poſtmodum confeſſus fuerit, ceſſet à miniſterio; ſi vero conuictus ab aliquo, deponatur omnino. Similiter percuſſor epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus per ſe, vel per aliquem alium quaſi per hoc timeri [g] volens, deponatur. *Item* ¶ Qui per ſæculares [h] poteſtates ordinatus fuerit, aut eccleſiam obtinuerit, deponatur: ſi vero religioſam κ domum, expellatur.

Can. 30. Apoſto.

Io. 11.
Act. 8.

Can. 16. Apoſto.
Cõ. Neocęſ. c. 9. 15. q. 8. c. 1.

1. Tim. 3.

In epiſ. Taraſij ad Hadrianum. & in 7. ſyn. ca. 5. ex cano. Apoſ. 30. In ea. epiſ. & c. 5. ex conc. Chal. c. 2. nouella 123. c. 24. apud Iulianum anteceſ.

Con. Neocæſ. c. 9.

Can. 15. al. 28. Apoſto.
d. 03. omnis elec.

Can. Apoſt. 29. al. 31 & i ſep. ſynodo, c. 3.

a ¶ Traditio.] Id eſt, adinuentitia machinatio, quia per ſimoniam ſacerdotiũ obtinuit à Romanis.
b ¶ Et ſi in fornicationem.] Hoc intelligit G. & M. cũ ipſo iure ĩfamis eſt, puta depręhenſus in adulterio, & in alijs, quæ tertio, & in alijs, q̃ infamãt 6. q. 1. §. porro. argu. 25. d. primũ. & hoc de rigore iuris. ſed de miſericordia ſecus, vt 34. diſt. fraternitatis, vt ibi no. Dicit tamen Ho. hoc eſſe verum, q̃d dicitur hic, licet durum ſit 25. diſt. vlt.
c ¶ Pęnitenti.] C. de ſum. triu. liquet igitur.
d ¶ Sacerdotio.] Id eſt clericatu. arg. extra de cohabi. cler. ſi quiſquam.
e ¶ Religioſarum.] Et ita in hoſpitali cõmittitur ſimonia.
f ¶ Orphanotrophiorum.] Argu ſimoniã eſſe dare pecuniam pro adminiſtratione pauperum, & hoſpitalis. inf. 23. q. 8. §. quamuis. in Auth. de ſanc. epiſco. §. ſed neque. coll. 9.
g ¶ Timeri.] ſup. 45. diſt. quid autem.
h ¶ Qui per ſæculares.] inf. 16. q. 7. ſi quis de inceps.

α ¶ Si quis.] *Caput hoc ex magna parte collectum ex varijs locis ſeptimę ſynodi, ſed non ex verſione Anaſtaſij bibliothecarij, qua alioqui ſępè uti ſolet* Gratianus, *Initiũ quidem eſt in actione prima anathematiſmo ſeptimo.*

β ¶ Omnis epiſcopus.] *Hinc vſque ad verſ* Taraſius Patriacha, *ſumpta ſunt ex epiſtola Taraſij ad* Ioannem *presbyterum, omiſſis tamen interdum nonnullis verbis: quæ quidẽ epiſtola in verſione Anaſtaſij eſt poſt actiones, & canones ſeptimę ſynodi: ſed in noua verſione impreſſa in tomis conciliorum, eſt ante ipſam ſynodum.*

γ ¶ Ante baptiſmum.] *Hoc quidem loco perſpicuũ erratur eſt, quod auctori gloſſa negotium exhibuit.* οὐδένα δὲ τούτων εἰς ἱερωσύνην ἀριθμηθέντα, εἰ μὴ τὸ πρὸ τοῦ βαπτίσματος τοῦτο πέπραχεν. *id eſt,* neminem vero horũ in ſacerdotio adnumeratum, niſi forte ante baptiſmum hoc admiſit.

δ ¶ Et ſi rarò.] *Longe plenius in noua verſione.* Quòd ſi autẽ id ſemel, atque iterũ factum eſt, non tamen confeſtim legem in eccleſia præſcribit, *Gracè eſt.* εἰ δὲ καὶ σπανίως γέγονε, οὐ νόμος ἐκκλησίας τοῦτο.

ε ¶ Taraſius.] *Hæc videntur ſumpta ex epiſtola Taraſij ad* Hadrianum *(de qua dictum eſt ſupra q. 1. ad c.* eos qui. *aut ex quinto capite ſeptimo ſynodi: quibus locis refertur canon trigeſimus Apoſtolorum.*

ζ ¶ Quicunque per pecuniam.] *Hæc habentur etiã nouella* 123. c. 24. *apud Iulianum anteceſſorem.*

κ ¶ Si vero religioſam.] *Hæc non ſunt in canone Apoſtolorum.*

Conue-] *Item*

Digitized by Google

C Onuenientibus]Hæc eſt ſecunda pars q.in qua ꝓbat ꝙ tales ſunt recipiendi de mera conſuetudine canonum. Ioan.de Fant. In prima parte huius cap. ponuntur verba notarij. In ſecunda dicitur ꝙ ſancti patres, in Nicæna ſynodo præſidentes, & de futuro ſtatu eccleſiæ inquirentes, decreuerunt ab hæreſi reuertētes ad ſtatum priſtinū eſſe reparandos, ita ꝙ per ſcripturam abnegent hæreſim, & fidem catholicam confiteantur: illi tamē nō sūt recipiendi, qui ſpōte ſunt ab hæreticis ordinati, vel qui ſtudio ſe ad ſubuerſionem noſtræ fidei elegerūt ab hereticis ordinari, & ad robur ſui ꝓpoſiti ſancti patres in ſynodo reſidentes multas auctoritates ſanctorum patrum induxerunt. Secunda pars incipit ibi, [Dignum eſt.] CASVS. Conuenerunt ſancti patres in ſeptima ſynodo, vt tractarent qualiter epiſcopi ab hæreticis venientes recipi debeant. In prima parte ponuntur verba notarij. In ſecunda dicitur ſic eos eſſe recipiēdos ſicut vj. vniuerſales ſynodi receperunt. poſtea auctoritatib. ſanctorum patrum probatur, ꝙ recipiendi sūt, niſi vbi ad fidei ſubuerſionē ſunt ab hæreticis ordinati.

a ¶ Conuenientib.] verba notarij, quib. credendum eſt. Arg. ff. quod metus cauſa metū. §. ſed quod prætor. nam ibi interlocutoria ſententia ius facit.

ADDITIO. Ad huius declarationē videas qđ no. Inn. extra de offi.dele. cum in iure. in glo. hic videtur. & de ꝓb. quoniam in glo. propter

a ¶ Et Ioanne.] Qui dixit eſſe melius iurantem peierare, quam ſacramentū in fractione ſacrarum imaginum ſeruare, vt 22.q.4 actione.

c ¶ Apocriſarijs.] apos nuncius, & criſis aurum, quaſi deaurati nūcij: tales hodie nō sūt Papæ, ſed applūbarij.

d ¶ Orientaliū.] Alexādriæ, Antiochiæ, & Hieroſolymis.

e ¶ Item Baſilius.] Non videtur ꝙ ille Baſilius debebat loqui [1], quia erat hæreticus, vt inf. per 12. lineas. ibi, iuſſi ſunt, &c. Sed dic ꝙ loquebatur vt excuſaret ſe. vel forte adhuc de hæreſi non conſtabat. 2.q.1. multi.

[1] Immo, & videtur ꝙ non debuit intereſſe cōcilio nec ad aliud ad-

f ¶ Vniuerſalibus.] Vniuerſales ſynodi dicuntur quibus intereſt Ro. Pontif. vel eius legatus Locales quas cōgregāt primates, vel metropolitani abſque præſētia domini Papæ, vel eius legati. Hic ergo colligitur iſta diſtinctio: ſynodorum alias vniuerſales, alia locales: & eſt arg. ꝙ authenticæ ſunt locales ſicut vniuerſales.

g ¶ Scripto.] Hic colligitur. ꝙ illi qui ab hæreſi reuertuntur ad fidem catholicam, ſcripto debent negare hæreſim ſuam, vt inf. ea.q. quoties. &c. ſi quis. inf. de conſ. diſt. 2 ego Berengarius. in 26.q.6. his qui tempore.

h ¶ Monachi.] Et ita monachi intereſſe debent ſynodo: quod verum eſt in abbatibus, vt 18. diſt. epiſcopus non debet.

ADDITIO. Nota ſub nomine monachorum ſiue fratrum, abbates contineri, vt patet extra de ſi.c.vlt. & de priui. cap. ex ore. Archid.

i ¶ Baſilius, &c.] Iſti tres reuertebantur ab hæreſi.

K ¶ Oportet.] Sed ad quid reſpondet iſte ſic? Dic ꝙ reprehendit Taraſium, qui dixerat, videtur vobis. &c. & ideo ſtatim reſpondet iſte Taraſius reprehendendo Conſtantinum.

mitti. 24. q. 3 cum quibus. vbi dicitur, ꝙ cum hæreticis non eſt ſynodus ineunda: ſed illud intelligitur de manentib. in hæreſi, hic autē de reuertentib. ab hæreſi. Arch.

[Item ex concilio Meldenſi. c. 43.]

¶ De eodem. PALEA. Cap. III.

C Auendum eſt, & ſummopere ſtudendum †, ac per virtutem Chriſti ſanguinis interdicendum & epiſcopis, & regibus, & omnibus ſublimioribus poteſtatibus, atque cunctis fautoribus, & electoribus quorumcumque, atque conſenſoribus, ſeu ordinatoribus in gradu eccleſiaſtico, vt nemo per ſimoniacam hæreſim, regiminis locum obtineat, quacumque factione, calliditate, promiſſione, ſeu commoditate, aut datione per ſe, aut per ſubmiſſam † perſonam.

Et copioſius in ſchedis, capitu. de quib. 12.q.2. præcariæ. Burch. l. 1. c. 21. Ivo p. 5. c. 75.

† al. precauendum.

† al. emiſſam.

Item in eadem ſynodo ſeptima, actione prima.

¶ Qui redeuntes ab hæreticis recipi poſſint, vel non. Cap. IIII.

ij C Onuenientibus [a] apud Nicæā Bithyniæ, & conſidētibus Petro archipresbytero, & Petro presbytero, & abbate monaſterij ſancti Sabæ, locū tenētibus Hadriani Papæ, & Taraſio archiepiſcopo Conſtantinopolis, & Ioanne [b], & Thoma apochriſarijs [c] Apoſtolicarum ſediū orientalium [d], & ceteris epiſcopis; epiſcopi Siciliæ dixerunt: Dignum eſt, vt de futuris inquiramus. ¶ Item Baſilius [e] epiſcopus Ancyræ dixit: Conſtitutio eccleſiaſtica habet canonice tradita ab antiquo à ſanctis Apoſtolis, & ſucceſſoribus eorum, ſanctis patribus noſtris, & magiſtris & ſanctis vniuerſalibus [f] ſex ſynodis, & localibus ſynodis orthodoxis, vt q. ab aliquā hæreſi reuertuntur, ad orthodoxam fidem, & traditionem catholicæ eccleſiæ, ſcripto [g] negare debeant hæreſim ſuam, & confiteri catholicam fidem. ¶ Item Taraſius patriarcha dicit: videtur vobis, vt ſedes ſuas recipiant, qui ab hæreſi reuertuntur? ¶ Religioſiſſimi monachi [h] dixerunt: ſicut receperunt vniuerſales ſex ſynodi ab hæreſi reuertētes, ita & nos recipimus. ¶ Sancta ſynodus dixit: placet omnibus nobis. Et iuſſi ſunt Baſilius [i] epiſcopus Ancyræ, & Theodorius epiſcopus Myrorum † ciuitatis, & Theodoſius epiſcopus Amorij ſedere in gradibus, & in ſedibus ſuis. ¶ Item Conſtantinus epiſcopus Cypri dixit. nō oportet [k] nos qui epiſcopi

† al. Myron.

a ¶ Sed

Digitized by Google

† Concor. I. cũ clericus. §. ipſe verò. C. de epiſc. & cler. & in auth. conſti. quę de dig. §. cum nam qu

ſumus, indigere doctrina, ſed aliorum [a] eſſe doctores †. ¶Item Taraſius epiſcopus dixit: malorum ♪ doctorum mala eſt doctrina. Eccleſia de malis doctoribus ſacerdotes non recipit. ¶Item Ioannes ε Apochriſarius orientalium ſedium dixit hæreſis ſeparat omnem hominem ab eccleſia. ¶Item Taraſius epiſcopus dixit: Ecce multi canonici libri, & ſynodici, & paterni lecti ſunt; & ab hæreſi reuertentes docuerunt nos recipere, ſi aliqua ζ alia [b] cauſa non eſt in eis. ¶Item Petrus η Apochriſarius Papæ dixit: Romæ exulatus [c] eſt Macharius [d] hæreticus a ſancta ſexta ſynodo, & quadraginta dierum inducias dedit illi pater noſter Benedictus Papa, & quotidie [e] mittebat [f] ad eum Bonifacium conſiliarium ſuum, & inſtruebat eum commonitorijs verbis ex diuina ſcriptura, & nullatenus voluit emendari. Hoc autem faciebat, vt eum reciperet in ordine ſuo. ¶Item Taraſius epiſcopus † dixit: quid dicitis de Anatolio? nonne etiam in quarta ſynodo factus eſt princeps [h]? & ecce ab ipſo Dioſcoro ordinatus eſt? Et nos igitur ita recipiamus eos, qui ab hæreticis ordinati ſunt, ſicut & Anatolius receptus eſt. ¶Item. Vere [h] vox Dei eſt, quoniam non moriuntur filij pro patribus; ſed vnuſquiſque in peccato ſuo morietur [i]. addatur, quoniã ex Deo eſt ordinatio [k]. ¶Item Taraſius patriarcha dixit: audiuimus paterna mandata. Quid igitur? Oportet recipere ab hæreticis ordinatos [l]? ¶Sancta ſynodus dixit: audiuimus domine, & oportet nos recipere. ¶Taraſius patriarcha dixit; Plures eorum, qui in ſexta ſynodo conuenerunt, a Sergio, Pyrrho, Paulo, & Petro ordinati ſunt, qui fuerunt principes hæreſeos Monothelitarum quoniam iſti continuatim † in Conſtantinopolitana ſede ſederunt: & vltimo eorum, Petro ſcilicet, vſque ad ſextam ꝓ ſynodum non fuerũt plures quam duodecim anni. Thomas verò, & Ioannes, & Cõſtantinus ab hæreticis illis archiepiſcopi facti ſunt, & tamen propter hoc non ſunt reprobati. ¶Sancta ſynodus dixit, hoc manifeſtum eſt. ¶Conſtantinus epiſcopus Cypri dixit: ſufficienter oſtenſum eſt, quòd ab hęreticis veniẽtes recipiendi ſunt. Si uerò quis ſpõte ad hæreticum vadit, & accipit ordinationem, non recipiatur [m]. ¶Item Taraſius Patriarcha dixit: Et ego refuto eos, qui ob huiuſmodi cauſam ad fidei ſubuerſionem ordinati ſunt: & maxime cum præſentes eſſent orthodoxi epiſcopi, a quibus poterant ordinari. Sic eſt enim paternus intellectus. Si uerò ſynodalis conſonantia fuerit, & vnitas eccleſiarum de orthodoxis, qui præſumpſerint ab immundis hæreticis ordinari, depoſitioni ſubiaceant. Sancta ſynodus dixit: hoc eſt iuſtum iudicium.

† *al. patriarcha.*

Ezech. 18.
4. Reg. 14.

† *ἀμοιβαδόν.*

¶Hoc etiam caput collectum eſt ex varijs locis primæ actionis eiuſdem ſeptimæ ſynodi, omninoque operæ pretium eſt integram illam actionem perlegere; nonnulla tamen notabuntur.

α ¶Dignum, eſt] *Locus eſt poſt recitationem nominum epiſcoporum qui conuenerant: ſed valde conciſe refertur: quod in alijs etiam locis huius capitis euenit.*

β ¶Conſtitutio.] *Verba quæ proxime huic parti antecedunt, ſunt hæc, ἀπὸ λιβέλλου αὐτῶν οὕτως, ideſt, vt interpretatur*

a ¶Sed aliorum.] vt ſu. ea. q. 1. viliſſimus, & eſt argu. cont ma los doctores. nam q. alios docere debent, &c. ff de edẽ. ſi quis ex argẽtarijs §. ꝑtor.
b ¶Si aliqua alia.] quę impediat diſpẽſationem. ſup. q. 5. c. 1. in fi.
c ¶Romę exulatus.] Ideſt, per excõmunicationem exilio cõdemnatus. ſup. d. 16. ſexta.
d ¶Macharius.] Pronunciatus.
e ¶Quotidie.] inf. 24. q. 3. dixit Apoſtolus. ADDITIO Nam ibi dicitur poſt ſecundã & tertiã admonitionem hæreticum eſſe vitandum. Sed illud intellige quãtum ad ſecreta fidei noſtræ. nõ quantũ ad admonitionem. 42. diſt. in mandatis. Archid.
f ¶Mittebat] ſup. d. 19. Anaſtaſius cõr.
g ¶Princeps.] Ideſt, promulgator vel auctor canonum, vt d. ſ. 16. ſexta. uer. quarta Ioan.
h ¶Item vere.] Quaſi dicat, licet parentes, ſ. epiſcopi hæretici fuerunt, non tamẽ filij in hæreſi ſuſcepti & ordinati cũ ad eccleſiam redierunt minus recipiendi ſunt in ordinib', vt ſu. d. 19. Anaſtaſi'.
i ¶Morietur.] Quaſi dicat, tandiu morietur, quamdiu pęnitẽtiam non agit, & ſic facit ad propoſitũ.
K ¶Ordinatio.] Facta per hæreticos in forma eccleſiæ: & iõ non eſt reiteranda, vt ſup. ea. q. 4 Iudæi. inf. 24. q. 3. §. his ita.
l Ordinatos.] Arg. pro opinione dicentium, ꝙ ille, qui recipit vltimam manus impoſitionem extra eccleſiã, ordines cõfert, ꝙ eſt cõt. Ioan. de Fant. vt dixi 9. q. 1. in sũma nã recipiũtur hic in ordinibus ordinati ab illis, qui receperunt in hæreſi epalem vnctionem, vt a Sergio, Petro, Paulo, Pyrrho.
m ¶Nõ recipiat.] In caſu ſeq. vel de iure.

Digitized by Google

· EX HAC. Hæc eſt. tertia pars quæſt. in qua dicitur, quòd ſi moniacus in ordine in perpetuum eſt ſuſpenſus, & hoc probat per c. Leonis. Io. de Fan.

CASVS. Infert Gratianus ex ſupradictis capitulis 7. ſynodi, & ex 1. c. huius qōnis, quòd qui ſpōte ſunt ab hæreticis ordinati, vel in ſubuerſionē fidei noſtræ, ab eis ordinem receperunt, vel q in eccleſia ordinati poſtea eccleſiæ rebelles fuerunt nō ſunt in ſuis ordinib. recipiendi: ſed cū ſimoniaci p̄dicta non faciāt, videtur aliud eſſe de eis dicendum. infert tñ per multa capitula, ꝙ ſimoniaci reparati non debent Sed dicit Gratianus verū eſſe hoc, niſi fiat ex diſpenſatione, quæ diſpenſatio propter multas cauſas hic enumeratas fieri poteſt, ſicut quandoq; diſpēſatū fuit, vt de monachis, vel laicis clerici aſſumantur.

a ¶ Auctoritate verò Cypriani.] Sup. eo. ſi qui presbyteri.

a ¶ Si

Anaſtaſius, ex libello legit ita. *Nō enim ſententiam dicit nunc Baſilius, ſed abiurat hæreſim, in quam cum alijs lapſus fuerat: quam abiurationem, vna cum profeſſione catholicæ fidei oportuit ipſum ex libello, quod nunc etiam in more poſitum eſt, recitare. Libellus verò hic incipit*, Conſtitutio, &c.

γ ¶ Conſtantinus.] *Poſt receptionem Baſilij, Theodori, & Theodoſii acceſſerunt alij epiſcopi, qui in eandem hæreſim lapſi, admitti ſe a ſancta ſynodo eodem modo poſtulabant, & cum vnus ipſorum excuſationis gratia, dixiſſet, a malis magiſtris ſeductum fuiſſe*, Conſtantinus *epiſcopus Conſtantiæ, quæ in Cypro eſt, hoc ei exprobrauit. Exprobratio græcè ſic hēt* ἢ δεῖ ὑμᾶς ἐπισκόπους ὄντας μὴ διδασκαλίας δεῖσθαι, ἀλλὰ διδασκάλους εἶναι ἑτέρων, *quæ ſic Anaſtaſius vertit*, Oportebat vos, cùm eſſetis epiſcopi, diſcendi nullam neceſsitatem habere: ſed magiſtros eſſe potius aliorum.

δ ¶ Malorum.] *Cum Hypatius, & alij epiſcopi, qui a ſancta ſynodo admitti petebant, dixiſſent, a malis magiſtris malas ſe doctrinas accepiſſe, reſpondens ei Taraſius Patriarcha inquit:* ἐπειδήπερ εἴπατε, κακῶν διδασκάλων κακὰ τὰ μαθήματα, ἡ ἐκκλησία ἐκ κακῶν διδασκάλων ἱερεῖς δέχεσθαι οὐ προσίεται, *idest*. Quandoquidem dixiſtis, malorum doctorū malæ diſciplinæ; eccleſia, vt ex malis doctoribus ſacerdotes admittat, non facile adducitur. *Ex quo apparet Taraſium non contradicere Conſtantino, vt auctor gloſſæ putauit.*

ε ¶ Item Ioannes.] *Poſt recitata verba Taraſii cum ſynodus dubitaretur, an etiam hi, ſicuti tres priores recepti erant, ſtatim, eſſent recipiendi*, Ioannes Apocriſarius *Patriarchæ Antiochiæ, & Conſtantinus epiſcopus Conſtantiæ Cypri, petierunt, vt canones & ſanctorum Patrum libri eo ſpectante legerentur, vt maturius poſſet conſtitui, quomodo redeuntes ab hæreſi ad eccleſiam catholicam eſſent recipiendi & cum de octauo canone primæ Nicænæ ſynodi (in quo de Chataris recipiendis agitur) differeretur. Ioannes hæc eſt interlocutus.*

ζ ¶ Si aliqua alia cauſa.] *Græce eſt*, καὶ ἐάν τις αἰτία πονηρὰ οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς, *quæ Anaſtaſius vertit*, niſi forte in eis maligna fuerit noxa reperta, & *paulo poſt*, ſi non eſt in illis aliqua cauſa nefaria.

η ¶ Petrus.] *Poſt multos canones lectos, & multas ſanctorum Patrum auctoritates recitatas, cum Taraſius ex illis collegiſſet, ab hæreſi reuertentes eſſe recipiēdos in catholica eccleſia, Petrus legatus Hadriani Papæ, exemplo Benedicti Papæ id confirmat.*

θ ¶ Vſque ad ſextam.] *Græce eſt*, ἕως τῆς ἕκτης συνόδου ἔτη πλέον οὐ διῆλθον, ἢ δεκαπέντε *ideſt*, vſque ad ſextam ſynodum non interceſſerunt anni plures, quam quindecim.

ι ¶ Si verò ſynodalis.] *Græce legitur*, ἐὰν δὲ συνοδικὴ ἐκφώνησις γένηται καὶ ὁμόνοια τῶν ἐκκλησιῶν ἐπ᾽ ὀρθοδοξίᾳ, τολμῶν ἀπὸ τῶν βεβήλων αἱρετικῶν χειροτονεῖσθαι, τῇ καθαιρέσει ὑποπεσεῖται *Quæ Anaſtaſius vertit*. Si autem ſynodica promulgatio, & concordia eccleſiarum, cauſa orthodoxiæ, facta fuerit, qui præſumpſerit a profanis hæreticis, ordinari, depoſitioni ſuccumbet.

3 *Ex hac auctoritate datur intelligi, quòd qui ab vnitate catholicæ fidei in hæreticorum ſocietatem tranſierit, vel de manibus eorum, eccleſiaſticæ dignitatis ſacramenta percipiat; vel qui contemptis orthodoxis ab hæreticis ordinari deſiderauerit, & ſi poſtea ſua abrenuntians hæreſi ad eccleſiam redierit, officio tamen accepto fungi non poterit. Auctoritate verò Cypriani* ᵃ 1 *prohibentur adminiſtratione eccleſiaſtica, qui intra catholicam eccleſiam ordinati ad fidei impugnationem dilabuntur. Porro ſimoniaci nec ab hæreticis ordinantur ad fidei ſubuerſionem: nec intra eccleſiam catholicam ordinati aduerſus fidem armantur. Quamuis enim nonnullos per pecuniam ordinent; non tamen fi-*

1 ſup. ea. ſi qui preſbyteri.

Digitized by Google

1 Et ca. preſbyter ſi per pecuniam. &c. qui ſtudet. & q. 3. ſi qs dator. & ca. ſi quis ep̄us H.

a ¶ Si ſuis.] Sup. ead. q. 7. ſi quis 1.
b ¶ Et Innocentij.] Supra ead. q. 1. cap. vlt. ſupra ead. q. 1. Arrianos.
c ¶ Et aliorum.] Sup. ea. q. 1. ſi quis confugerit, cap. qui Pudet. &c. ſi quis epiſcopus per pecuniam. Requi-

bus, vt dixi 32. d. presbyter de ſimonia vero pœnitere nō pōt, niſi prius dimittat ordines, vt ſu. e. q. 1. ſi qs neq;.
g ¶ Subuenire.] Niſi gradibus ſuis, vel dignitatibus taliter adeptis prius amiſſis, vt ſu. ea. q. 1. ſi quis omnem, & ſup. ea. q. 1. ſi quis neq;. inf. 27. q. 1. quæ Chriſto, &c. nec aliqua inf. 32. q. 7. fidelis.
h ¶ Obuiare] inf. 25. q. 1. ſunt quidā. &c. contra ſtatuta.
i ¶ Sed in illorum.] vt ſ. de iure deponātur, vt ſup. ea. ſi quis omnem.

dem impugnant, nec gratiam ſpiritusſancti venalẽ prædicant. Vnde veraci pœnitentia, cum hæreſim ſuam deteſtati fuerint, præmiſſis auctoritatibus non prohibentur recipi in ſuis gradibus. Verumtamen capitulo illo Nicænæ ſynodi 1, ſi quis per pecuniam, &c. & illo alio ſeptimæ ſynodi 2, ſi quis [a] omnem traditionem, &c. & Innocentij [b], & aliorum [c] 3 multorum auctoritatibus irreparabiliter damnari iubentur.

1 forte ſu. ea. q. 1. q per pecunias. aut q. 7. c. ſi quis omnē. §. quicumque per pecuniam.
2 ſup. ead. q. 7. ſi qs q. 1. ca. vlt. q. 1. c. Arrianos 3. eo. q. 1. c. ſi qs confugerit & c. qui ſtudet. & c. ſi qs epiſcopus per pecuniam.

Hinc etiam Leo 4. epiſcopis Britanniæ.

NISI RIGOR. Hæc eſt quarta pars quæſt in qua probatur per 17. auctor. ꝙ diſpenſationes fiunt ſex modis Io. de Fā.
K ¶ Vtilitatis.] Sicut etiā ius ciuile quędā admittit propter vtilitatem. ff. de pign. ſed an viæ.

¶ In ordine malè accepto ſimoniaci pœnitentiam agere non poſſunt. Cap. V.

Ino p. 5. ca. 115.

REquiritis de ijs, qui turpiſsimo lucro columbas in tēplo Domini vendere [d] non pertimeſcūt, & ſua facta, improba temeritate Simonis hæreſi coniungunt, vtrum poſsint [e] in ordine [f] pœnitentiam agere, an tantummodo extra ordinē, & ſacerdotalem facere gradum. Quod nos quidem conuictis & ijs, qui tam deteſtabile nefas (quod tam multis eſt damnatum cōcilijs) peregiſſe noſcuntur, nulla poſſumus pęnitentia ſubuenire [g], & tot ſpiritualibus patribus obuiare [h]; ſed in illorum [i] patrum me ſententia conuenire omnibus certum ſit.

¶ *Epiſtola huius Leonis quarti ad epiſcopos Britanniæ magna pars (in qua etiam eſt hoc caput) habetur in codice peruetuſto.*

l ¶ Vt pleriſque.] Hic incipit tractare de diſpenſatione, vnde videndū eſt quid ſit diſpenſatio, quid diſpēſare, & quod ius ſit diſpenſabile, & quis poſſit diſpēſare. Diſpenſatio eſt iuris cōis relaxatio facta cū cauſę cognitione ab eo, qui ius hēt diſpenſandi. arg. 12. q. 1. ex his. Diſpēſare eſt diuerſa penſare. Nam omnia hæc de quibus fit mētio in hoc §. pēſare debet qui diſpenſare vult Scias ergo, ꝙ vbicūq; decoloratur ſtatus eccleſię, nō poteſt diſpenſari, vt iſ. e. & ſi illa Dicūt quidā indiſtincte, ꝙ cōtra quatuor concilia non poſſit diſpēſari. vt ſup. 15. diſt ſicut. nec cōtra Euāgeliū,

4 *Niſi rigor diſciplinæ quandoque relaxetur ex diſpēſatione miſericordiæ. Multorum enim crimina ſunt damnabilia quæ tamen eccleſia tolerat pro tempore, pro perſona, intuitu pietatis, vel neceſſitatis, ſiue vtilitatis [k], & pro euentu rei. Pro tempore: ſicut Gelaſius, qui cū neceſſitate temporis videret Italicam eccleſiam propter belli famiſq; incurſionem fere omnium clericorū officio deſtitutam, adeo vt pleriſq; [l] populis ſubſidia regendarū*

Diſpenſari quandoque non poteſt.

Ordinū emptores, & vēditores qualiter pęnitere debent.
2 Arg. inſti. de vſuc. §. furtiuę. ī fi. & nota ſup. ea. q. 1. ordinatiōes Ar.
3 Sub vt ſic per dignam pęnitentiā poſſint vel mereantur in ordinib. miniſtrare, an oino deijci. Arch.

d REquiritis] ¶ Vendere.] Ideſt, emere nam veteres indifferenter vtebātur his verbis, ff. de actio. emp. veteres. Nam de venditore non videtur dubium quin remanere poſſit. vnde loquitur de emptoribus, quia agere pœnitentiam non poſſunt in ordine empto, niſi purgetur vitium rei furtiuæ, ideſt, niſi dimiſſo quod ſimoniace acquiſierunt 2, ſed vendentes poſſunt, ſi uitium occultum eſt. Vel indifferenter de emptoribus & venditoribus intelligitur, ꝙ non poſſunt agere pœnitentiam remanendo in ordinibus ſuis, niſi ex diſpenſatione, ſi crimen ſimoniæ ſit notum. Loquitur enim de conuictis, & quorum crimina ſunt publica. de talibus quidem interrogatus eſt Papa, & de talibus reſpondet.
e ¶ Vtrum poſſint] Ideſt, utrum poſſint retinere ordines poſt pœnitentiam 3 & hoc notat ſequens litera, an tantummodo, &c. & exaudi de conuictis, ut inf. ſequitur, nam cum ſponte confeſſo mitius eſt agendum.
f ¶ In ordine.] Hinc collige ſubditum poſſe accuſare prælatum de ſimonia non præmiſſa priuata admonitione arg. cōtra. inf. ea. d. ult patet. & hæc eſt ratio. quia de alijs criminibus poteſt quis pœnitere, & eſſe in ordinibus, vel præceptum Apoſtoli, vt 25. q. 1. ſunt quidam, vt ibi notaui De diſpenſatione epiſcoporum dico, ꝙ vbicūq; non eſt eis prohibita diſpenſatio, ibi poſſunt diſpenſare 4. vt extra de cler pug. in duel. ca. 1. & de ſen. exc. nuper. In quibuſdam tamen caſibus inuenio eis permiſſam diſpenſationem, in quibuſdam prohibitam, quandoque enim diſpenſant cū ſacrilego, vt 50. diſt. ſi quis presbyter. Item cum hæretico. 50. diſt. presbyteros, qui. Item cum adultero, vt extra de iud. ac ſi clerici. Item cum ſimoniaco diſpenſant, quandoque in beneficio, q̄nque in ordine, vt ſup ea. q. 5. c. 1. & cap vlt. Item cum ſchiſmatico, vt 50. d. vt conſtitueretur. In maioribus autem criminibus etiam diſpenſant in beneficijs, ſi ſunt occulta 5. vt 50 diſt. de his uero. Item cum homicida diſpenſant in beneficio, vt extra de cle pug. in duel. Henricus. & de homi. interfeciſti. 50. diſtin. ſtudeat, ſed non in officio, vt 50. diſtin. miror. Item quandoque cum aliquo diſpenſant in matrimonio contrahendo, vt 3. q. 2. antiqui. Item in ordinibus, & dignitatibus, niſi tantū in epiſcopatu, vt extra de elec. innotuit. Item diſpenſant cum excommunicato miniſtrante, vt 2. quæſt 5.

4 Et idē no. 50. d in ſumma &c. miror. ext. de temp. ord. dilectus. Arc.

Epi cū multis diſpēſāt.

5 Sic ēt notat Vin. ext. de iud ac ſi. & hoc p illud c hic al leg. de hisve to. Archid.

Digitized by Google

quanto. licet ſit contrarium 11. q. 3. ſi quis epiſcopus. Fit autem diſpenſatio cum hoc requirit neceſſitas, vel vtilitas, infr. ea tali. Itē fit quandoque diſpenſatio, quia timetur magis malum, ſicut cum Anglicis fuit diſpenſatum. vt 35. q. 3. quod ſcripſit. &c. quædam lex. Item quandoque propter futurum bonum, vt quando diſpenſatur cum hæreticis, vt alij facilius reuertantur ad eccleſiam, vt 23. q. 4. ipſa pietas. Item quandoque propter multitudinē, & propter ſcandalum vitā dum 50. diſt. conſtitueretur.

epiſcopus. ſup. ead. q. conuenientibus. arg. contra inf. de pœn diſt 1. quem pœnitet. nam ibi dicitur, quod viua voce debet confiteri. Sed illud verum eſt. ſed nihilo minus poſtea per ſcripturam debet confiteri.

i ¶ Vt fateantur.] Inf. 23. q. vlt. peſſimam.

deeſſent animarum; conceſſit de monachis [a] *vel de laicis clericos aſſumi, ita dicens epiſcopis per Lucaniam, epiſt. 1. c. 1.*

¶ Pro tempore neceſſitate Apoſtolicę ſedis decreta temperantur. Cap. VI.

ſortiendis [a] neque dediſſe quidpiam, neque daturos vmquam poſtmodum [b] fore, ſiue per ſe [c], ſiue per interpoſitã perſonam in fraudem legis, ſacramentique, aut donationis, venditionisve titulo, aut alio velamento cuiuſque [d] contractus: & ob hoc (exceptis ſalarijs) [e] nihil penitus tã in adminiſtratione poſitos, quam poſt depoſitum officiũ, pro aliquo præſtito beneficio tempore adminiſtrationis, quam gratuito meruerint accepturos. Et licet neminem diuini timoris, contemnendo iuſiurandum, arbitremur [f] immemorem, vt ſaluti proprie vllum commodum anteponat; tamen vt ad ſalutis timorem etiam neceſſitas periculi ſubiungatur, ſi quis auſus fuerit præbita ſacramenta negligere, nõ modo aduerſus accipientem, ſed etiam aduerſus dantem, accuſandi cunctis, tanquam publicum crimen [g], concedimus facultatem; quadrupli pœna eo, qui conuictus [h] fuerit, modis omnibus feriendo.

Item Paſchalis Papa.

¶De eodem. Cap. XXVII.

PAtet ſimoniacos, veluti primos, & præcipuos hæreticos ab omnibus fidelibus reſpuendos, & ſi commoniti non reſipuerint, ab exteris [i] poteſtatibus opprimẽdos. Omnia enim crimina ad comparationem ſimoniacæ hæreſis; quaſi pro nihilo [k] reputantur [l].

¶*In tribus vetuſtis exemplaribus poſt caput*, Sancimus. *emiſſa inſcriptione Paſchalis, & capite iſto*, Patet. *ſequuntur continenter ſubiecta* Gratiani *verba*, His breuiter, &c.

His breuiter præmiſſis ad ea veniamus, quæ eccleſia, ſeueritate diſciplinæ parata eſt vlciſci, oſtendentes, quibus accuſantibus, vel teſtificantibus, quilibet ſint conuincendi; quo iudice quiſque debeat condemnari, vel abſolui; ſi cauſa vitiata fuit, quo remedio poſſit ſubleuari; ſi accuſatores defecerint, an reus ſit cogendus ad purgationem. Et vt facilius pateat quod dicturi ſumus, exemplum ponatur ſub oculis, in quo auctoritates hincinde controuerſantes diſtinguantur, & quid ſanctorum Patrum ſentiat auctoritas, liquido intimetur.

Dignitates & matrimonia non debent eſſe venalia.

1 Conc. tex. in l. 1. ff. ad leg. Iul. & ibi glo.

a ¶Sortiendis.] Dignitates enim nõn debent venales eſſe: ſicut nec matrimoniũ. ff. de don. inter vi. & vx l. 2.

b ¶Poſtmodum.] Sup. 2. q. 1. eos qui ſup. 46. ſicut non ſuo.

c ¶Per ſe.] Extra de pecu. cler. inquirendum, extra de ſententia excom. mulieres.

d ¶Cuiuſque.] Sed vĩ cõtra. ff. de pol. l. 1. §. 1. Sed aliud eſt publice promittere aliud Reipublicæ: aliud occulte alicui, vt eius ſuffragio promoueatur.

ADDITIO. Et ſi ſoluitur aliud, quod vĩ contra ff. de do. hoc iure, in prin. de hoc no. ſup. ea q. 6. c. vlt. Io. de Fan.

e ¶Salariis.] inf. 23. q. 1. militare ſup di. 86 non ſatis. Ioã. de Fant.

Teſtis pręſumitur nolle peierare.

f ¶Arbitremur.] Argum. pro teſte præſumendum eſſe, quod nolit pierare, ext. de teſt. cum tu fili. & dicit canon, quos ſcimus nolle peierare, & c. 2. q. 5. ſi mala fama. Sed licet præſumatur, eſt tamen nota dignũ, quòd lex nõ ſtat huic præſumptioni: immo ſubijcit pęnam in peieratione. inf. ea. ibi, quadrupli, &c.

g ¶Publicũ crimẽ.] inf. 6. q. 1. §. vlt.

h ¶Conuictus.] Nã poſt depoſitã adminiſtrationem debet eſſe præſens per 50. dies. C. vt omnes iudi. tam ciuil. quam mil. l. 1. & conuenitur ſub epiſcopo loci. in auth. vt iu. ſine quoquo ſuff. § neceſſitatem. collat. 2. Sed ex contractu nõ poteſt iudex conueniri poſt depoſitam adminiſtrationẽ, ſi cõtractum aliquem fecit nomine ciuitatis, vt ff. de admi. rerũ ad ciui. perti. curatores §. in eũ. & ff. de euic. illud. §. 1. ſed procurator negotiorum bene conuenitur poſt 2. depoſitum officium, vt de procu. procurator. Bar.

ADDITIO. De hoc not. extra de immun. eccleſ. aduerſus. §. vlt. Et eſt ratio quare aliud in iudicio, aliud in contractu, quia qui contrahit. ſolam intuetur perſonam venditoris: cum rem alienam vendere poſſumus. ff. de contrahen. emp. l. rem alienam. In iudicio autem potius perſona domini inſpicitur, ſecundum Io. de Fant.

2 Poſt. falsũ eſt niſi ſe nomine ſuo obligauerit, vel niſi vt doceat de mandato, quod negatur.

PAtet.] CASVS. Cum omnia crimina ad comparationem ſimoniæ pro nihilo reputentur, patet ꝙ ſimoniaci ſunt ab omnibus reſpuendi, & extraneis poteſtatibus opprimendi, ſi non reſipuerint.

i ¶Ab exteris.] id eſt, laicis, qui extra eccleſiam habent hanc poteſtatem, vt ſup. d. 17. nec licuit. inf. 22. quæſt. 5. princeps.

K ¶Pro nihilo.] Hoc in deteſtationẽ huius ſceleris dicitur. ſup. d. 90. neque. & ſup. ea. q. 1. cito, infra. 32. q. 7. quod in omnibus. &c. non ſolum. & ext. de ſim. tanta.

l ¶Reputantur.] Hoc dicitur in deteſtationẽ criminis, & ad terrorem: ſicut illud, Omnis peccator, &c. extra de ſimo. tanta. Vel eſt grauius, quia facilius dicitur hoc crimen committi in Deum. 3. quam aliud: quia donũ Dei volunt emere pecunia. ſu. 1. q. 1. eos, & ideo grauius dicitur argum. 17. q. 4. ſicut. 22. q. mouet. Vel ideo hoc dicitur, quia nulla certa pœnitentia pro hoc crimine inducitur, niſi ꝙ vſque ad mortem aſpere pœniteat. ſup. ea. q. 1. ſi quis neque. Ioan.

3 Sub. ſpãliter. i. his quę ſpecialiter ei ſunt deputata & dedicata. ſ. res & dignitates & ſacra & officia eccleſiaſtica. arg. 17. q. 4. ſicut q. qõ. 1. nuptiarum Arch.

Simonię peccatũ dr̃ cæteris grauius.

HIS BREVITER. CASVS. Tranſitu vtitur, ſcilicet colore rhetorico, quo dicta dicendis continuat, & dicẽda dictis, ſummatim dicenda perſtringens.

Quidam.]

Digitized by Google

CAVSA SECVNDA.

Q Vidam epiſcopus de lapſu carnis à laico impeditur. Duo monachi. vnus ſubdiaconus, & duo leuitæ aduerſus ipſum teſtimonium ferunt. A metropolitano ſuo ſentit ſe prægrauari. In ipſa ventilatione cauſæ tres ex teſtibus deficiunt, ſiue promiſſione decepti, ſiue canonica examinatione reprobati. Expoliatur tamen epiſcopus, quia crimen eius notorium erat.

†al. illecti.

q.1. *Hic primum quæritur, an in manifeſtis iudiciarius ordo ſit requirendus.*

2. *Secundo an expoliatus ab aliquo ſit iudicandus.*

3. *Tertio, qua pœna ſint feriendi, qui in accuſatione, vel teſtificatione defecerint.*

4. *Quarto, an duorum teſtimonio ſit condemnandus.*

5. *Quinto, ſi deficientibus accuſatoribus, ſit cogendus ad purgationem.*

6. *Sexto, ſi remedium ſit dandum ei, qui cauſa dilationis vocem appellationis exhibuerit.*

7. *Septimo, ſi laici, monachi, vel quilibet inferiorũ ordinum in accuſatione maiorum ſint audiendi.*

8. *Octauo, quomodo debeat fieri accuſatio, an in ſcriptis, an ſine ſcriptis.*

QVAESTIO PRIMA.

1 Gs *Q Vòd autem [a] nullus ſine iudiciario ordine damnari valeat, auctoritatibus multis probatur.*

De eo namque ait Auguſtinus homilia quinquageſima, de vtilitate pœnitentia.

Q Vidam.] CASVS. In ſuperiori cauſa actum eſt de crimine ſimoniæ: & prius de eo, quod grauiſſimum eſt: ſed quia crimina ſine ordine iudiciario puniri non debent, ideo congruè hanc cauſam adnectit, in qua de ordine iudiciario tractat, oſtendens quòd nemo condemnandus eſt niſi conuictus vel confeſſus, & quod ſpoliatus præter iuris ordinem ſit reſtituendus, & qualiter puniantur qui in accuſatione deficiunt, qualiter obiecta crimina non probata purgentur, & qualiter ſententia releuetur per appellationem, & vtrum laici admittantur ad accuſationem clericorum, & qualiter ſit accuſatio facienda. Vt autem competentius agat, proponit thema, de quo octo elicit quæſtiones.

Q Vòd autem.] Hæc quæſtio diuiditur in quinque partes, in quarum prima probat per 13. auctoritates, ꝙ nullus ſine iudice debet damnari i. niſi canonicè ſit damnatus Secunda ibi.] His omnibus] Tertia ibi.] Sed ſciendum.] Quarta ibi:[Quando vero.] Quinta ibi,[Quando autem.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic ponitur prima quæſtio, in qua probatur, ꝙ præter iuris ordinem non eſt aliquis condemnandus præter quam in notorio crimine.

a ¶ Quod autem.] Tu dicas, quod in manifeſtis requiritur ordo iuris. 11. quæſtio. 3. eorum ſed non in notorijs, vel dicam infra ead manifeſta & habes extra de iureiurand. ad noſtram 3. Et notandum, ꝙ quædam ſentẽtia eſt diffinitiua, quædam interlocutoria, quædam præcepti. Quælibet iſtarum requirit ordinem iuris, & ſi difinitiua ſententia fuerit lata, omiſſo ordine iuris, ipſo iure nulla eſt, vt infra ead. quæſtio. ſexta, §. diffinitiua. Hoc tamen ſcias, quod duplex eſt ordo iuris. Vnus qui eſt de natura, ſiue de ſubſtantia iudiciorum, ſcilicet, vt quis poſt citationem habeat inducias, vt fiat litis conteſtatio, & teſtes recipiantur, & quod ſententia feratur in ſcriptis, ſi contra hunc ordinem feratur ſententia. non tenet, dicto §. diffinitiua. Eſt alius ordo, qui non eſt de ſubſtantia iudiciorum, ſcilicet vt ſententia non feratur ſub conditione, & non prius pronuncietur de poſſeſſione, quàm de proprietate ſi tamen hoc non ſeruatur, nihilominus tenet ſententia, infra ea quæſtio. 6. biduum & C. de appel. l. 1. Item ſententia interlocutoria ſiue ſit excommunicationis, vel ſuſpenſionis, vel miſſionis in poſſeſſionem, requirit ordinem iuris. De ordine excommunicationis ſententiæ, habes infra ead nemo. & 34. quæſt. 3. de illicita. & melius extra de ſenten excommun. ſacro. De ordine ſuſpenſionis habes infra ea. nomen. Si tamen iſte ordo non fuerit ſeruatus, tenet excommunicatio vel ſuſpenſio, vt 11. quæſtio. 3. ſi epiſcopus. Item in ſententia miſſionis in poſſeſſionem requiritur ſemiplena cauſæ cognitio, vt extra, vt lit. non conteſt. quoniam frequenter. in fi. Et ſiue talis ordo fuerit ſeruatus, ſiue non, ſi abſens poteſt probare ſe non fuiſſe contumacem, ſententia talis retractatur, vt extra de ſen. & re iud. cũ Bertholdus. & ff. quib. ex cau. in poſ. ea. Fulcinius. § quid ſit autem latitare, & ff. de priui. cred. Imperatores. Sententia præcepti eſt, cum iudex ſine cauſæ cognitione præcipit alicui, vt ſoluat alij decem, quę petit. ſi ille ſoluat, & pecunia illa indebita eſt, licet iudex præceperit iniuſtè, tamen non poteſt repeti pecunia, vt ff quod met.

Sententia eſt triplex.

Ordo iuris eſt triplex.

Sñia miſſionis ĩ poſſeſſionem requirit ſemiplenã cauſæ cognitionẽ.

1 De iſta ſñia etiã hr̃ ext. de verb. ſig. ex parte 1. in gl. vlti. ibi videas & de elec. dudũ 2 in glo. ſed pone & [illegible] 3. in sũma. Archi.

Digitized by Google

met cau.l.vlt. A prædicta regula plerique doctores excipiunt infamatos, circa quos non requiritur ordo iuris, vt infra ead.q.5 presbyter, & extra de ſimon. quoties. quod non admitto, vt dicemus in loco ſuo in illo cap. presbyter, & in illa decret. quoties. habita fuit cauſæ cognitio. Item excipiũt dilapidatores, vt 3.q.2.quia ea. quod nõ eſt verum, quia hodie propter ſolã ſuſpicionẽ non remouetur quis ab adminiſtratione, vt extra de ſimo. licet Hely. Ioan. de Fan.

interrog. actio.de ætate. Ius ſit, extra de iud. at ſi clerici. Hoſtis, ff.de interrog. act.l. vlt. Nec natura neget.ff. de interrog.act.confeſſionib. Fauor.C.de libe. cã interrogatum. Et lis.ff.ad leg. Aquil. inde Neratius, §.vlt. Ius ve repugnet, ff.de pact. ſi vnus, § pacta. Melius, ff.de interro,

¶ Damnari non valet, niſi aut conuictus aut ſponte confeſſus. Cap. I.

NOs in quemquam ſententiam ferre nõ poſſumus, niſi aut conuictum [a] aut ſponte confeſſum [b].

Item Conſtantinus Imperator.

¶ De eodem. Cap. II.

In capitulis per Hadrianum collectis, c.57. Capit. 5.c.156. Burch.l.16.c.6. Pann.l.4 c.111.

IVdex crimimoſum [c] diſcutiens, non ante ſententiam proferat capitalem, quàm, aut reum ſe ipſe confiteatur, aut per innocentes [d] teſtes conuincatur.

¶ *Habetur caput hoc Cod Theodoſ.l.9.tit.40.in legis prima interpretatione, itemque in capitis Hadriani, cap.57.& capitul. 5.cap.156.*

Hoc α idem teſtatur Auguſtinus, & eiſdem verbis.

α ¶ Hoc.] *Abſunt iſta ab vno ex peruetuſtis exemplaribus.*

Item Gregorius libro octauo, epiſtola 50.

¶ De eodem. Cap. III.

Anſ.l.3.c.30.

SIcut ſine iudicio quemquam nolumus condemnari, quæ iuſte β [e] diffinita fuerint, nulla patimur excuſatione [f] differri.

β ¶ Iuſte.] *Abeſt vox iſta ab originali. In vno autem manuſcripto Gratiani eſt,* Iuſta ſunt diffinitiua ſententia.

Item Eleuterius epiſcopus ad epiſcopos Galliæ.

¶ De eodem. Cap. IIII.

Anſ.l.3.cap.54. Polyc.l.5.tit.1. Pann.l.4.c.125. † abſunt iſta ab originali.

NIhil [contra † quemlibet accuſatum] abſque legitimo, & idoneo accuſatore fiat; Nam & Dominus noſter Ieſus Chriſtus Iudam furem eſſe ſciebat: ſed quia non eſt accuſatus, ideo non eſt eiectus.

Item Fælix Papa 1. ad Paternum epiſcopum.

NOs in quenq̃.] CASVS. huius ca. eſt, quod non debemus aliquem condemnare, vel in aliquem ferre ſententiam, niſi probationibus vel confeſſione ſua conuincatur. Idẽ eſt caſus ſequentis cap.

Conuincitur quis quadrupliciter.

a ¶ Conuictũ.] Quatuor ſunt modi conuincendi, aut iure, ſcilicet inſtrumentis vel teſtibus; aut facti euidentia, vt extra de coha cle. tua. & infra eadẽ quęſt. quæ Lotharius, aut iuris interpretatione, vt ſæpius citatum eſſe reum, vt 3. q.9 decreuimus, aut violenta ſuſpicione ſeu præſumptione. 32 q.1.dixit.& C de adulter. authentica, ſi quis.

Sententia in confeſſum ferenda eſt.

b ¶ Confeſſum.] Habes ergo hic, ꝙ ſentẽtia ferenda eſt in cõfeſſum. hoc verũ eſt etiam ſi aduocatus alicuius confiteatur, nec reuocet cõfeſſionem ſuã, vt extra de ſen.c olim, & eſt ferenda ſententia in confeſſum in cauſa ciuili, vt ff.de confeſ.l.Iulianus. & etiam in criminali, vt ff. de cuſto. & exhi. reo. ſi confeſſus. Niſi aliquis metu tormentorum aliquid confiteatur, dum eſt in carcere. tali enim confeſſioni non ſtatur, vt ff.de quæſtio.l.1.§ diuus. & §.ſi quis. vltro. niſi poſt tormenta in confeſſione perſeueret, vt ff de quæſtioni.l.1.§.quęſtioni. Mentitur ergo lex: quæ dicit quod nullæ ſunt partes iudicis in confitentem. vt ff. ad leg. Aquil. proinde. §. vlti. Sed dic quod nullæ ſunt, quantum ad examinationem cauſæ, ſunt tamen aliquæ quantum ad prolationem ſententiæ. Vel dic, quod ſi poſt receptionem libelli & inducias datas, reus confitetur, tunc iudex fert ſententiam, ſed ſine omni correctione libelli. Si ex abrupto confiteatur, tunc non eſt ferenda ſententia: ſed iudex ſimpliciter præcipiat ei vt ſoluat. ff de iud. ſi debitori. Quæ autem confeſſio præiudicet, his verſibus collige.

Cõfeſſioni metu tormẽtorum factę non ſtatur.

Maior, ſponte, ſciens, contra ſe, Ius ſit & hoſtis.
Nec natura neget, fauor & lis, ius ve repugnet.

Confeſio confitenti non nocet, niſi multa interueniant.

Maior. ff.de confeſ.certum.in fi. Sponte.31.q.2. Lotharius. Sciens, C.de iur.& facti igno. error, Cõtra ſe, ff.de interro act.l.ſi is cuius.32.q.2.ſolet quæri.

c IVdex criminoſum.] Id eſt, cauſam criminalem.

d ¶ Per innocentes.] Id eſt, bonos.

SIcut] Caſum ſic pone. Sicut non debemus aliquem ſine ordine iudicario, & cauſa cognita condemnare; ita & ſententia iuſte lata contra eum, ſtatim debet executioni mandari.

e ¶ Quæ iuſte.] Id eſt, ſecundum ordinem iuris. licet enim ſciat eam executionem iniuſtam quantum ad ius litigatoris, tamen eam exequitur. 1. vt extra de offi. dele paſtoralis. niſi ſit lata per falſa inſtrumenta. C.ſi ex fal.inſtru vel teſti l.iudicati.extra de re iudic. de cętero. & de cri. fal ſuper. eo.

1 Nam quãtũ ad ipſos litigantes ius ex ſñia factum fuit poſt quã in rem tranſijt iudicatam. extra de re iud cũ inter in fi. Arch.

f ¶ Excuſatione.] Niſi incontinenti obijcitur exceptio, vt extra de teſti. veniẽs 2 & ext.de teſt.ſpo. litteras. Dic vt notaui 11.q 3.cũ apud extra de of.de leg.quęrenti. ADDITIO. Et not. extra de in inte.reſt. ſciſcitata. Archid.

NIhil.] CASVS. Dicitur hic in c. iſto, ꝙ nullus debet abſque accuſatore damnari & hoc probatur exẽplo Domini, qui licet ſciret Iudam eſſe furem, tamen eum non eiecit, cum accuſatus non fuiſſet.

Primates.]

Digitized by Google

PRimates. CASVS. Dicitur hic, ꝙ ſi cauſa coram primatibus agitatur de crimine, ꝙ non dẽt accuſatus condemnari niſi conuictus, vel confeſſus. Quod ſi aliter factum fuerit, ſnia irritabitur & retractabit à ſynodo.
a ¶Primates.] Ideſt, epiſcopi. 5. q. 2. ſi primates.
b ¶Sen-

ri debet, alioquin eſt tolerandus: & loquitur hoc c. de Iuda, & c. ſuperius ſcilicet, [Nihil, &c.] Secunda pars incipit ibi, [Bene dixit.
d ¶Vnus ex vobis.] Arg. qđ de vno dr̃, de alijs negatur vt 45. diſt. diſciplina. ſic. ff. de iud. cum prætor. ſup. 26. di. qualis. C. de procur. maritus.

ſup. eo. in ſi ver. hoc tamen. Arch.

¶De eodem. Cap. V.

Et Zepherinus epiſ. 1. ad epos Siciliæ, vſque ad verſ. Aliter Anſ. l. 3. c. 68. Burc. l. 1. c. 157. Iuo p. 5. c. 245. & 247. Pan. l. 4. c. 15. 11. q. 3. irritam.

PRimates [a] accuſatum diſcutientes epiſcopum, non ante ſententiam [b] proferant damnationis: quam Apoſtolica freti auctoritate, α aut reum ſe ipſe confiteatur, aut per innocentes, & [canonice † examinatos regulariter teſtes conuincatur. Aliter irritam eſſe cenſemus; & iniuſtam epiſcoporum damnationem; & idcirco a ſynodo retractandam [c], ita vt oppreſſis ab omnibus in cunctis ſubueniatur.

† Abeſt ab epiſ. Zepherini.

α ¶Apoſtolica freti auctoritate.] *Hæc addita ſunt ex epiſtola Fælicis, & Zepherini. Nam damnari epiſcopi ſine conſenſu, & auctoritate Romani Pontificis nec tunc poterant, nec nunc poſſunt. 3. q. 6. c. diſcutere. & alibi.*

Zepherinus loco proxime indicato.

Idem decreuit Zepherinus Papa.

Item Auguſtinus β.

β ¶Auguſtinus] *Sic in multis vetuſtis exemplaribus, quamuis verba huius capitis apud ſanctum Auguſtinum non ſint inuẽta.*

¶Multi per tolerantiam ſuſtinendi ſunt, quamuis ſententia diuini iudicij ſint condemnati. Cap. VI.

Matth. 26.

VNus ex vobis [d] me traditurus eſt. ¶Bene dixit, ex vobis, & non ex nobis. Ex vobis enim eſt, a quibus per iudiciariam poteſtatem confeſſus, aut conuictus, excluſus non eſt: A me verò, qui nullis indigeo argumentis, & omnia certiſſime noui, ſeparatus & diuiſus eſt: Tale enim eſt, ac ſi diceret; etſi ego eum per occulti iudicij ſententiam damnatum habeo; vos tamen adhuc illum per tolerantiam ſuſtinete [e].

Item Gregorius Ioanni defenſori eunti in Hiſpaniã, lib. 11. epiſt. 50.

¶Nullum ſeruetur iudicium, niſi rationabiliter habitum. Cap. VII.

Anſ. l. 3. c. 93.

IN pri-

e ¶Suſtinete.] Etiã in publica cõione, vt ext. de off. ordi. ſi ſacerdos & 6. q. 2. ſi tantam epiſcopus.

IN primis.] CASVS. Presbyter q̃dam, & duo epiſcopi. ſ. Ianuarius & Stephanus dicebantur iniuſte cõdemnati: quare Dominus Papa committit negotiũ illud Ioanni defenſori eunti in Hiſpaniam. Diuiditur ergò c. iſtud in quatuor partes. in 1. parte mãdat inquiri de perſona presbyteri hoc modo, vt ſi inuenerit eum iniuſte damnatum, reſtituatur. Si autem aliquid obijciatur cõtra eũ, cognoſcatur de hoc eo pſente, & pro ſe rõnem reddente, & quæritur diligenter, vtrũ in exilio dẽat demorari, vel an debeat ad ſuã eccleſiã reuocari. In 2. parte mandat Papa inquiri de perſona Ianuarij epi, vtrũ cõmiſerit crimen dãnatione dignum: & ſi nõ cõmiſerit, eccleſiæ, ſuæ & honori ſuo teſtituat. Eps aũt, qui in locũ eius ſubſtitutus fuerit, ab omni honore eccleſiaſtico deponatur, & tradatur eidẽ Ianuario cuſtodiendus, vel ad ſedẽ Apoſtolicã tranſmittat. Si verò mor-

b ¶Sententiam.] Excommunicationis, quam ferre poſſunt in epm: ſed non damnare, vt ſup. diſt. 12. de his 1, in ſi inf. q. 3. ſi quis eps. inf. 3. q. 6. quamuis, & c. ſeq. niſi ſit ſynodus congregata auctoritate Papæ, vt 5. q. 4. c. 1.
c ¶Retractandam.] Sed qualiter retractatur ſententia, quæ nulla eſt ipſo iure? nam nec in ſentẽtia excõicationis neceſſaria eſt abſolutio, ſi ſnia nulla eſt, vt ex. de off. deleg. c. cum contingat. & extra de ſent. excom. per tuas. & id quod nullũ eſt, rumpi nõ poteſt. ff. de iniu. & rup. teſtam. nam & ſub cõditione. & vbi nulla eſt obligatio, ibi nulla eſt liberatio. ff. de ver. oblig. decem ſtipulatus. ſed hic retractatur de facto: ſicut aliquis abſoluitur de facto. extra de appel. ad præſentiam, ſicut de poſitus de facto reſtituitur, vt 16. q. 1. frater noſter.

Epm damnare quis põt s. al. pceptis. Snia nulla an poſſit retractari. Nam ſnĩa lata contra iuris ordinẽ iudiciarium ipſo iure nulla & irritã, nec indiget retractatione maiore, q̃a nou eſt ſm Hug. & adde q̃d no.

VNus ex vobis.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte ponuntur verba Dñi ad diſcipulos, ſcilicet. Vnus ex vobis me traditurus eſt in ſecunda parte ponũtur verba Auguſtini exponẽtis verba Dñi quibus probat, ꝙ conuictus, vel confeſſus cõdena-

tuus eſt, & illius loco eius ſubſtitutus, remoueatur ab eccleſia, ita tamen, ꝙ in alia eccleſia poſſit eligi, nunquã ad illam reuerſurus, de qua remotus eſt. Ipſi verò q. ſubſtitutũ ordinauerunt, per ſex mẽſes in monaſterio detrudantur a communione ſuſpenſi, niſi in mortis articulo. Sed ſi metu ipſius principis, ſe dixerint feciſſe, tempus pœnitentiæ abbreuietur. Inſuper compellatur Comitiolus reſtituere omne damnum eidem epiſcopo, qđ ſcilicet per illius violentiam eſt paſſus, præſtito prius iuramento ab eodem Ianuario. In tertia parte mandat Papa inquiri de Stephano, vtrum crimina, quæ ei obijciebantur, eſſent vera, vel nõ vera, & ſi ordo iudiciarius fuerit in eo ſeruatus, & quales accuſatores, & quales teſtes fuerunt, & qualiter ſententia lata fuerit. Si verò crimina falſa fuerunt, eccleſiæ ſuæ reſtituatur. & illi qui iniuſte damnauerunt eum, ſex menſibus in monaſterio detrudantur excõmunicati. De pœna ſubſtituti, & ordinantium eum, & de pœna Comitioli idem dicitur, qđ dictum eſt in perſona Ianuarij. In quarta parte probat,

Digitized by Google

bat, ꝙ circa ea non fuit ordo iudiciarius obſeruatus. Nam ſacerdos tantum coram ſuo epiſcopo erat conueniendus, vt probatur cauſa 11. Similiter de Ianuario actum eſt contra leges, cum fuerit de eccleſia ſua violenter abſtractus. Nam qui hoc faciunt, capite puniuntur, vt probatur lege ſeq. ſi quis in hoc. Deinde multipliciter probat, quod circa perſonam Stephani nõ fuit ordo iudiciarius obſeruatus: q̃a fuit à non ſuo iudice cõdemnatus, & ſi metropolitanũ non habuit, erat ad ſedẽ Apoſtolicam remittẽdus. Item quia fuit a ſeruis accuſatus, qđ fieri non debuit etiã in crim. læſæ maieſtatis, cũ.ſ. fuerit bonæ opinionis, & q̃a eo abſente viliſſimi teſtes contra eum recepti ſunt, nec etiam ſñia lata fuit in ſcriptis: quod fieri non debuit. Et hoc ꝓbatur duab. legibus. & ſeq. c. Secunda pars incipit ibi, [De epi perſona.] Tertia ibi. [Quia igitur Stephanus.] Quarta ibi. [De perſona presbyteri. querelam. Sed dic modus probationis, idest, an excipiẽdo, vel denunciando, vel alio modo probatũ ſit crimẽ: quia ſi excipiendo, vel denunciando, nõ eſt remouẽdus, vt ex. de acc. ſu ꝑ his Si aũt directo agatur de crimine, licet ciuiliter, bene remouetur ab adminiſtratione: ſed non

nis [a] requirendum eſt de perſona presbyteri dilectiſſimi † [b] fratris, & coepiſcopi noſtri Ianuarij, & ſi ita ſe veritas habet, ſicut eiuſdem epiſcopi petitio continet, in eccleſia, atque in loco ſuo, modis omnibus idem presbyter reuocetur. Si autem dictum fuerit; quia contra ipſum cauſa aliqua mota, ſiue probata [c] eſt, ſubtiliter ipſo præſente [d], & pro ſe rationem reddente, quærendum eſt & genus cauſæ [e], & modus ꝓbationis [f], vt ex hoc colligere vaieas, vtrum adhuc in exilio ☙ demorari, an certe in eccleſia ſua, & officio ſuo debeat reuocari. ¶ De epiſcopi ſupradicti perſona hoc ſtatuendum eſt, vt ſi nulla, contra eum criminalis cauſa, quæ exilio, vel depoſitione digna eſt, mota ſiue probata eſt, is qui eo ſuperſtite epiſcopus peruerſe [g], ac contra canones in eccleſia eius ordinari præſumpſit, ſacerdotio priuatus, ab omni eccleſiaſtico miniſterio repellatur [h]. Qui etiam eidem dilectiſſimo Ianuario fratri, & coepiſcopo noſtro tradendus eſt, vt ab ipſo [i] in cuſtodia habeatur, aut certe ab eo ad nos per omnia tranſmittatur. Epiſcopi verò, qui eum ordinauerunt, vel ordinationi eius conſentientes interfuerunt; ſex menſibus [k] Dominici corporis & ſanguinis communione priuati, agere pœnitentiam decernantur in monaſterio, & ſupradictus Ianuarius loco, & ordini ſuo modis omnibus reformetur. Si verò communione priuatis, mortis contigerit imminere periculum, benedictio eis viatici non negetur. Si autem epiſcopi in præiudicium condemnationis, vel depoſitionis memorati Epiſcopi, ſe metu iudicis conſenſiſſe, ac talia feciſſe non ſua ſponte [m], faſſi fuerunt; & tempus eis abbreuiandum eſt, & modus pœnitentiæ temperandus. Si verò ille, qui locum eius inuaſit, de hac fortaſſe luce migrauit, & alter eſt ordinatus, quia leuioris † [n] culpæ videtur (cũ non quaſi iſti ſuperſtiti, ſed ſuc-

† forte legendũ.] & dilectiſſimi.

† al. lenior culpa.

Cauſa pauperis eſt tractanda prius quã diuitis.

a ¶ In primis.] Arg. ꝙ prius eſt cã pauperis tractanda quã diuitis, vt 16. q. 6. de la pſis. & C. de epiſc. & cler. ſi quis ad declinandã. Sed dic, ꝙ hic vltimo iubet tractari cauſa epiſcopi, vt eo melius memoriæ commẽdetur, vt inf. de conſ. di. 2. liquido. 1. Sed quare iubet inquiri. ſ. an ordo iuris fuerit ſeruatus, cum ipſi depoſiti eſſent a non ſuo iudice, vnde ſtatim deberẽt reſtitui? Dic quod hoc fuit propter ſcandalum Comitioli, & eſt ſi. 3. q. 6 hic quippe.

1 Vel dic, ꝙ aliquis dẽt eſſe ordo poſtulantium, ne ſi honori poſtulantiũ locus detur mediocres deſideria ſua non proferãt. ff. de off. proc. nec q l. quam §. obſeruare ſm. Laur.

b ¶ Presbyteri dilectiſſimi.] Tranſitiue ponitur.

c ¶ Mota ſiue probata.] Siue, pro &: & tũc planum eſt. non enim eo ſolo, ꝙ quis eſt accuſatus, reus eſt, vt 15. q. vlt. c. vlt. Vel dic, mota, ita ꝙ ſit infamatus, & in purgatione deficiat. hoc enim ſolum ſufficiat ad depoſitionẽ, vt ext. de ſim. de hoc &c. inſinuatum. hoc verum eſt, q̃ crimen, in quo deficit, inducit depoſitionem.

d ¶ Præſente.] Et intelligẽte. alias nõ diceret pñs. ff. de ver. ſig. corã lo. Quid iuris ſit de hoc habes. 3. q. 9 in ſu.

e ¶ Et genus cauſæ.] Scilicet an ſit ciuilis, an criminalis, quia alij teſtes admittuntur tam in vna quam in alia, vt 14 q. 2. ſuper prudẽtia Vel dic, genus cauſæ. i. an tale ſit crimen quod inducat depoſitionem, vel non: quia non omne crimen inducit depoſitionẽ. d. 81. Apoſtolus. & 5 q 4 in loco. 15. q 8. in ſum.

Criminis ꝑ barlo an ſẽ ꝑ remoueat promotum.

f ¶ Modus probationis] Nam intelligas, vt inquiratur, an ciuiliter an criminaliter agatur. nam propter crimen ciuiliter probatum remouetur quis a beneficio, vt ext. de off. cuſt. c. 1. extra de fideiuſſ. peruenit. de iureiurand. non a dignitate, vt extra de ſimo. per tuas. in fi.

g ¶ Peruerſe.] Quid iuris de hoc ſit, habes 3. quæſt. 9. in ſumma.

ADDITIO. De hoc etiam no. extra de do. & contu. veritatis. Et no. ꝙ preſentia & abſentia dicitur multis modis, prout not. ff. de procu. præſens.

h ¶ Repellatur.] Niſi feciſſet ignoranter, vt inf. 7. q. 1. præſentium. & c. qui.

i ¶ Ab ipſo.] Non vt ab ipſo iudicetur, vt inf. q. 5. quia ſuſpecti.

K ¶ Sex menſibus.] Poſt hoc tempus forte ipſo iure reſtituuntur, arg. ff de poſtu. l. Imperator. ſup. d. 50. ſi ille. contra; ſed ibi erant detruſi in monaſterium, vt perpetuo eſſent.

l ¶ Metu.] Metus hic attenuat peccatum, vt ext. quod met. cau. ſacris, quandoque penitus excuſat, vt 50. d. preſbyteros, quandoque in nullo excuſat, vt inf. de conſec. d. 4. cos, & 11. q 3 quiſquis.

Metus qñq; attenuat peccatũ. Fides mala defuncti, an noceat ſucceſſori.

m ¶ Sua ſponte.] Arg. ꝙ mitius agit cũ ſpõte confeſſo, q̃ cum conuicto, vt 50 d. c. 1. arg ext de elect. innotuit.

n ¶ Quia leuioris.] Cum enim ſit ſingularis ſucceſſor, mala fides defuncti non nocet ſucceſſori. Secus ſi eſſet vni-

Digitized by Google

vniuerſalis ſucceſſor. C. de acquir. poſ. l. vitia. & ff de di. & tem. præſcr. l. an vitium. & l. cum hæres. purgatur ergo hoc vitium per ſucceſſorem. ſic extra de fil. preſbyter. ex tranſmiſſa. vnde dicit lex, ꝙ non videor vi poſſidere, ſi recipiam poſſeſſionem ab eo, qui poſſidet, licet ille

ceſſiſſe defuncto videatur) epiſcopatus illi officiũ in illa eccleſia tãtummodo interdicatur, vt in alia eccleſia, quæ ſacerdote vacauerit, ſi electus fuerit, poſſit eſſe eps; ad Malachitanam tamẽ eccleſiam nunquã aliquo modo reuerſurus[a]. ¶Glorioſus aũt Comitiolus; quidquid prædictus eps per violentiã, atq; inſecutionem ipſius expendiſſe[b], vel damnũ pertuliſſe dato ſacraméto[c] firmauerit, eidẽ epiſcopo reſtituere compellatur †. Si aũt aliter, quàm anteſati epiſcopi petitio continet, actum eſſe forſitã perhibetur, ſubtiliter quærendũ eſt, & veritate cognita, cũ Dei timore, quod iuſtitiæ ordo ſuaſerit, iudicãdũ. ¶Quia ergo Stephanus epiſcopus odio † ſui quædam ficta, & de falſis ſe capitulis accuſatum neque aliquid ordinabiliter factum, ſed iniuſtè ſe aſſerit condemnatum, diligenter quærendum eſt primo, ſi iudicium ordinabiliter eſt habitum, ideſt †, ſi alij accuſatores[d], atque alij teſtes fuerunt. Deinde cauſarum qualitas eſt examinanda; ſi digna exilio, vel depoſitione fuit; ſi eo † prẽſẽte[e], qui accuſatus eſt iureiurando contra eum teſtimonium dictum eſt, ſi ſcriptis actum eſt, vel ſi ipſe licentiam reſpondendi, & defendendi ſe habuit. Sed & de perſonis accuſantium, ac teſtificantium ſubtiliter quærendum[f] eſt, cuius conditionis, cuiuſve opinionis, aut ne inopes ſint, aut ne fortè aliquas contra prædictum epiſcopum inimicitias[g] habuiſſent: & vtrum teſtimonium ex auditu[h] dixe-

† al. condemnatur.

Iuo p. 6. c. 145. Pann. l. 4. c. 82.

† al. in odiſuo

† al. aut ſi alij accuſatores, alij teſtes fuerunt.

† al. aut ſi

ille vitioſè poſſideat, vt ff. vti po. l. ſi duo, etſi extra de reſt. ſpol. cum ad ſedem. in fi. Ioan. Hodie tamen ſpoliatus poteſt conuenire quemlibet poſſeſſorem condictione ex canone, vt extra de reſt. ſpo. ſæpè contingit Ba.

ADDITIO. Ad huius glo. declarationem vide quod le. & not extra de iud. quia. V.

a ¶ Reuerſurus.] Arg. ꝙ dignitas non conualeſcit in inuaſore, ſi eiectus moritur. arg. infra 21 q. 1. relatio.

b ¶ Expendiſſe.] De expenſis conſueuit notari extra de pœ. calumniam. immo melius de do. & contu. cum dilecti. ſed hic aliqua adijciam. Dico ergo, ꝙ omnes expenſæ ſoluuntur, quæ factę ſunt in eũdo, & redeundo extra de elec. vt pteritæ, & circa aduocatum, vt C. de iud. l ſancimus. & hoc obtinet cum victus ſuccumbit victori: ſecus eſt ſi quis condẽatur ꝓ contumacia r tunc. n. tm̃ ſoluit expenſas factas à tempore contumaciæ, vt extra de do. & contu. cum dilecti. illas tñ expenſas dico deducendas, quas domi conſueuit facere, vt ff. ad exhi. ſed & ſi. §. 1. & ff de pe. hę. l. ſed & ſi. §. qđ aũt ff. de rei vendi. ſi res. nec illas petit, quæ caſu fortuito factæ ſunt, vt ff mand. l. inter cauſas, §. non omnia. Item iſtæ expenſæ erunt mediocres, & non delicatæ, vt ff. de pig. ac l. ſi ſeruos in fi. & ff. de dam infec. inter quos t. § 2. & l. ſeq. ſolas enim illas præſtabit, quæ ꝑꝑ ipſam cauſam factæ ſunt, vt extra de ſeq. & po. & fructu ad hoc. in fi. & ſolas neceſſarias non vtiles præſtabit, vt extra de eo qui mit. in poſſ. cum veniſſent. in fi. Illud aũt non obſtat ei, ꝙ minores facere potuiſſet. vt ff. man. l. ſi quis. §. impendia. Item iudex prius taxabit expenſas, quam pro eis iuretur vt 3. q. 3. § ſpatium. ver. quod fieri & eſt iſtud ſpeciale, quod probatur aliquid proprio iuramento, & hoc ideo eſt: quia res talis aliter nequit probari, ſic per ſacramentũ ſnũ probat ſe aliquis perdidiſſe inſtrumentũ

Expẽſarum materia.

1 Cõe eſt in quolibet cõtumace, vt in expenſis condemnetur: ſiue vincat in cauſa principali, ſiue ſuccumbat. C. de iu. properandũ. §. ſin aũt ex geſtis. & ſic no. Inn ex i. lib. 6. de ap. cordi. in fi. Archid.

Iuſm de calũnia pſ̃tuata condẽnatione expenſarum.

ſuum, vt C. de fi. inſtr. l. vlt. eodem modo probat ſibi aliquas mobiles eſſe ablatas. C. vnde vi. ſi qñ. extra quod me. cau. c. vlt. Hoc tñ teneas pro certo, ꝙ nullus in principali cauſa condemnatur in expenſis poſtquam iurauit de calumnia, cum poſtea præſumatur bona fide litigare 2. vt ff. de leg. 2. qui ſolidum. & ĩ hac opi. fuit Ioã. Cremonẽſ. & alij doctores legũ. vnde dixit Bulgarus, exceptionem facit contumacia abſentis actoris, & iuſta ignorantia. Ioan. Et ita ſeruatur de facto in hac ciuitate Bononienſi. Sed in cã appellationis indiſtinctè quilibet cõdemnatur, vt 2. q. 6. omnimodo. Bart.

c ¶ Dato ſacramento.] Si aliter nequit probare. C. vnde vi, l. ſi quando. Io.

d ¶ Accuſatores.] id eſt, accuſator non. n. plures accuſatores admittuntur 3. quia poſſet eſſe, ꝙ vnus probaret, & alter deficeret in probatione: ſed ſi plures ſũt, iudex eliget magis dignum, vt ff de acc. l. ſi plures tamen intantum prædicabit eis, quòd qui ſemel apparuerit inter accuſatores, non poteſt poſtea in illa cauſa teſtificari, vt extra de accuſa. c cum P.

e ¶ Si eo præſente.] Teſtes iurare debent præſente vtraque parte, vel altera ꝑ contumaciã abſente. extra de teſti. in nomine Domini. ſed teſtimonium debent d cere coram partibus, exẽplo Danielis, qui ſolus ſecretè quærebat a teſtibus 2. q. 7. § his ita ver. item Daniel Ego credo, ꝙ quæcunque pars velit intereſſe interrogationib. 4. ꝙ poteſt, quia partes melius nouerunt quærere omnes circunſtantias. & hoc probatur ff. de adul. l. ſi poſtulauerit. §. quæſtioni. ſed hoc ſciant partes, ꝙ quæcunque pars ſemel interfuit, amodo non poteſt alios teſtes producere ſuper illo articulo, vt extra de teſti. fraternitatis. in auth. eo, §. quia vero coll. 7. Ioan. Sed certe ſicut teſtimonium dicitur in ſecreto, ita & interrogationes fiũt in ſecreto, & dantur in ſcriptis: & ita ſeruatur de facto, Barth. Brix.

f ¶ Quærendum.] Sed non vr̃ hoc modo eſſe quærendum: cum exceptio, quæ teſti eſt obijcienda, ante publicationem debeat opponi, vt extra de teſtib. præſentium, & quia non refert cuius opinionis teſtis ſit, dummodo eo tempore quo tulit teſtimonium, nihil fuit obiectum teſti, ut C. de teſti. l. 1. Reſpond. reus bene obijcit, ꝙ teſtes tales non eſſent admittendi, ſed iudex ſpretis iſtis exceptionibus admiſit eos 5. vnde in hoc caſu poſt ſententiam debet inquiri de opinione teſtiũ. 6. vt extra de teſtib. ex parte Adæ. vel leo abſente fuerunt ibi teſtes inducti: & cum iudex de ſuo officio deberet inquirere de opinione teſtium non quæſiuit.

g ¶ Inimicitias.] Capitales, vt extra de ſimo per tuas. & in auth. de teſti. §. ſi quis vero odioſus. inſtit. de excuſ tuto. §. inimicitię, infra 3. q. 5. c. 2.

h ¶ Ex auditu.] Inf. q. 9 teſtes. tamen de auditu & de credulitate quæritur a teſte, extra de teſti. cum cauſam.

2 Contrariũ tñ tenet Pe. đ Bel. & Cy. & Bar. in au. gñaliter. C. đ epiſ. & cl. & Bartol. & Imol. in l. q ſolidũ. §. ẽt. ff. de le. 1. & Bart. in l. eũ quẽ temere. ff. de iudi. & in l. r. ver. venio, & c. ad Tur. & Ioã. A. in c. calũniã de pœ. Idem tenet Gul. de Cu. ĩ l 3. ff de iureiu. & Bal. in dicta. auth. gñaliter. poſt Oldra.

3 Idẽ tenet gloſſ. & ibi Pet. de Belperti. & Cy. in l. ſi accuſatorib. C. đ accuſ Bar. in l. 3. §. ſi plures ff. de ſepul. viola. licet ſit cõtra ext. de col. detegen c. r. vbi de hoc & extra de pur. cano. quoties vbi de hoc. Arc.

4 Iſtã gl. ſequtur Alex. de Imo. in l. is apud. col. 2. C. de edẽ. & adde Io. in c. ꝑ ſuas, de teſti. & Spe. in tit. de teſtib. § iã de interrogatorijs.

Exceptio in teſtẽ qñ eſt obijcienda.

5 Adde Bal. in l. crimĩnis. C. đ ac. & Alex. de Im. in l. ita demũ. col. 2. de procur.

6 Vt ff. ea. q. 7. quærẽdũ.

Digitized by Google

rint, aut certe ſe ſcire ſpecialiter [a] teſtati ſint, ſi ſcriptis [b] iudicatum ſit, & partibus præſentibus ſententia recitata eſt. Quòd ſi forte hęc ſolenniter acta non ſunt, nec cauſa probata eſt, quę exilio, vel depoſitione digna ſit; in eccleſiam ſuam modis omnibus reuocetur. Hi vero, qui eum contra Dei timorem, & canonũ ſtatuta condemnauerũt, excommunicati in monaſterium ad agendam pęnitentiã ſex menſibus mittendi ſunt: ita ſane, vt ſi cuiquam eorũ mortis contigerit imminere periculũ, viatici benedictiõ non negetur. Ipſe autem, qui eo viuente locũ eius temerarie ambiuit, priuatus ſacerdotio, ab omni miniſterio eccleſiaſtico repellatur, atque eidem dilectiſſimo fratri, & coepiſcopo noſtro tradatur, vt eum aut ipſe ad nos trãſmittat, aut apud ſe in cuſtodia habeat. epiſcopi vero, quí eum ordinare præſumpſerunt, vel peruerſæ ipſius ordinationi præbuere conſenſum, iidem communione priuati, ſex menſibus ad agendam pęnitentiam in monaſterio deputentur. Si autẽ epiſcopi ꝗ in præiudicium cõdemnationis, vel depoſitionis memorati Stephani ſe metu iudicis cõſenſiſſe, ac talia feciſſe non ſua ſponte profeſſi fuerint, tempus eis abbreuiandum eſt, & modus pænitentiæ temperandus. Si igitur is, qui prædicti Stephani locũ inuaſit, fortaſſe defunctus eſt, atque alius in eccleſia eius epiſcopus ordinatus eſt, illud de eo ſtatuẽdum eſt, quod ſuperius de cauſa fratris, & coepiſcopi noſtri Ianuarij diximus. ¶ Quòd ſi forte aliqua de obiectis contra memoratũm Stephanum epiſcopũ probata ſunt, aliqua vero doceri minime potuerunt, cauta omnino conſideratione penſandum eſt, vtrum leuiora [c] capitula, an certe grauiora probata ſint, vt ex eis, qualiter definitionem tuam formare debeas, poſſis ſcire. ¶ Glorioſus vero Comitiolus, ſi ſupraſcriptus epiſcopus innocẽs eſſe claruerit, quidquid de rebus eius, vel eccleſiæ ipſius tulerit, ei ſine aliqua reſtituat dilatione. Sed & quæque ſe in perſecutionem, ac violentiam eius expendiſſe, vel damnum idem epiſcopus pertuliſſe iurauerit, idem memoratus Glorioſus Comitiolus reddat, ac ſatisfaciat. Si autem epiſcopum antedictum talẽ culpam commiſiſſe cõſtiterit (quod abſit,) &c. *vt infra in cauſa monachorum*. De perſona presbyteri, &c. *vt inf. in cauſa* Clericus aduerſus clericum. *Et infra eadem epiſ. 54. vndecimi libri*. De perſona Ianuarij epiſcopi ſciendum eſt grauiter omnino, & contra leges eſſe actum vt violenter de eccleſia traheretur; dum ſi quamlibet iniuriam [d] à quocumque epiſcopus paſſus fuerit in eccleſia, iniuriantem lex capitali [e] pęna percutiat; & ſicut maieſtatis reum omnibus det accuſandi illum licentiã, vt huius legis ſeries loquitur Codicis lib. 1. tit. vi. cõſtitutione decima: Si qs in hoc [f] genus ſacrilegij ꝓruperit, vt in eccleſias catholicas irruens, ſacerdotib. & miniſtris [g], vel ipſi cultui, locoque aliquid importet iniuriæ, &c. *& infra in eadem epiſtola*. De perſona Stephani epiſcopi hoc attendendum eſt; quia nec inuitus ad iudicium [h] trahi, nec ab epiſcopis alieni concilij debuit iudicari [i] *& infra*. ¶ Contra hæc ſi dictum fuerit, quia nec metropolitanum habuit, nec patriarcham; dicendum eſt, quia à ſede Apoſtolica (quæ omnium eccleſiarũ caput eſt) hæc cauſa audiẽda, ac dirimen-

16. q. 6. ca. ſi epiſcopum.

11. q. 1. de perſona ex Gre. l. 11. epiſ. 56.

l. ſi qs Cod. de epiſ. & cleri. Cod. Theodoſ. li. 16. tit. 2 c. 31. 17. q. 4. ſi quis ſuadente.

Excõicatio pro modica iniuria non eſt ferenda.

1 Et hanc ſententiã teneas ſm L. ſed ſequens verior eſt, vt vĩ Arch. Crimen ſacrilegij & læſæ maieſtatis qñq; cõparãtur.

a ¶ Specialiter.] Id eſt, aſſignata cã ſciẽ, vt no 4. q. 3. §. ſola.

b ¶ Scriptis] inf 9. q. 1. ſi quis cũ clerico. cõtra. ſed illud in cã ciuili, iſtud in criminali. Vel illud ſpeciale in epiſcopo.

c ¶ Leuiora] An grauiora inf. 3. q. 10. placuit. contra. Sed hic non dicitur ꝙ ſecundo ſint admittendi ad accuſandum.

d ¶ Quamlibet iniuriam,] Ergo pro modica vt ꝓ magna iniuria poteſt quis taliter puniri. arg 14. q. 6. c. vlt. tñ ꝓ modica iniuria non excõicatũr quis. 11. q. 3. nullus extra de ſen. exc. peruenit. Io. Et male dicit Io. quia excõicatus eſt ſed non debet mitti ad ſedem Apoſtolicã, niſi velit epiſcopus, vt dicit illa decre. peruenit B.

e ¶ Capitali] Hæc eſt lex Cornel. ſed contra C. de epi. & cle. authen. ſed nouo iur. dicitur, ꝙ talis verberatur, & in monaſterium mittitur. Io. Sol poteſt dici, quod nouo iuri ſtabitur 1. vel ſtabitur huic legi, cum ſit canonizata 11. diſt. c. 1.

f ¶ Si quis in hoc.] inf. 17. q 4. §. qui autem de eccleſia.

g ¶ Et miniſtris.] No. diligenter, quod in hoc caſu crimẽ ſacrilegij comparatur crimini læſæ maieſtatis, vt 17. q. 4. ſi quis ſuadente. §. qui aũt. Immo ſi laicus extrahatur de eccleſia, tale crimen cõparatur crimini læſę maieſtatis, vt C. de iis qui ad eccl. confu. l. 2.

h ¶ Ad iudiciũ.] Alienum hoc patet ꝑ verba ſequẽtia, ſ. ab epiſcopis alienis, &c.

i ¶ Iudicari.] Ergo cõprouinciales epiſcopi iudices epiſcopi, vt 3. q. 6 c. 2.

a ¶ A ſuo

Digitized by Google

a ¶A ſuo iudice.] infra 11.q.1.c.pen. C. ſi a non compe. iud. l.ult.
b ¶Crimine.] No. ꝙ etiam in iſtis exceptis criminibus non omnis admittitur ad accuſationem, uel teſtimonium, niſi malæ famæ fuerit accuſatus, ut hic, & inf. ea. q.7.§. accu. & extra de teſt. ueniens. Si uero malæ famæ fuerit accuſatus, omnes admittuntur, ut extra de ſi. tanta. & extra de teſti. & quoniam, niſi odio uenerit ad accuſationem, ut extra de ſim. licet Hely. & c. per tuas. Alij dicunt ſpeciale eſſe in epiſcopo. decre. tamen uidetur dicere, ꝙ contra eum et qui fuit malæ famæ, non admittuntur criminoſi in exceptis criminibus cũ criminaliter agit, ſed vbi ciuiliter agitur, tũc admittuntur criminoſi contra regulares prælatos, ſed non[1] contra ſæculares: ſed ſi ſunt emendati de crimine, tũc admittuntur contra eos de æquitate, non de rigore, ut ext. de ſimo. per tuas. 10.

da fuerat: ſicut & prædictus epiſcopus petijſſe dignoſcit, qui epiſcopos alieni concilij iudices habuit omnino ſuſpectos. Quia ergo ſententia non à ſuo iudice [a] dicta nihil firmitatis obtineat, lectionis huius tenor oſtendit libro Cod. vij. & c. *& infra.* ¶Quòd autem dicitur à ſeruis accuſatus, ſciendum eſt, quia audiri minimè debuerunt. *& infra.* ¶Si vero de crimine [b] † maieſtatis dicitur accuſatus, nec ipſum de eo credendum fuit, ſi vita, vel opinio eius talis ante non extitit [c]. *& infra.* ¶ Quòd autem dicit idem epiſcopus, quia ſe abſente, aliqui ſint viliſſimi teſtes exhibiti, hoc ſi verum eſt, nullius eſſe momenti lege noſcendum eſt. *& infra.* ¶Teſtes autem quales, vel cuius opinionis ad teſtimonium admittendi ſunt, plurimæ leges oſtendunt, quæ penè nulli habẽtur incognitæ; quæ etiam ſanciunt, ut uiliſſimis teſtibus ſine corporali [d] diſcuſſione credi non debeat. ¶Quod autem dicitur, quia nihil ſcriptis iudicatum eſt, legendus eſt titulus xliiij. libri vij. Codicis, quia ſcriptis debuit iudicari. Nam ibi inter alia dicitur, atque præcipitur, ut ſententia, quæ ſine ſcripto dicta fuerit, ne nomen quidem ſententiæ habere mereatur.

† Si verò dictum fuerit, quòd de hoc accuſatus eſt, quod ad maieſtatis crimen attinet] ori.

α ¶Exilio.] *In vulgatis ſequebatur*, vel deportatione: *quæ voces ſublatæ ſunt, quia neque in uetuſtis Gratiani, neque apud B. Gregorium leguntur.*
β ¶Si autem epiſcopi in præiu.] *Hæc vſque ad uerſ.* Quòd ſi ortè. *addita ſunt ex epiſtola: quemadmodum & paulò inferius à verbo*, dilatione, *vſq; ad uerſ.* Si autem epiſcopum, *vt orationis curſus ſit expeditior. Nam Gratianus referebat ſe ad ſuperiora, in quibus habentur ſimilia, hoc modo*, & c. ut ſupra de cauſa Ianuarij epiſcopi. *Quorum autem capitum initia citantur ex inferioribus cauſis: ea ſic relicta ſunt quemadmodum antea ſe habebãt, ut modus citandi* Gratiano *uſitatus agnoſcatur.*

Item Codicis libro ſeptimo, titulo de ſententijs ex breuiculo recitandis. Imppp. Valentinianus, Valens, & Gratianus AAA.

¶Vltima ſententia debet de ſcripto proferri. Cap. VIII.

STatutis generalibus iuſsimus, ut uniuerſi iudices, quibus reddẽdi iuris in prouincijs permiſimus facultatẽ, cognitis cauſis, vltimas definitiones de ſcripti recitatione proferãt. Huic adijcimus ſanctioni, ut ſententia [e], quæ dicta fuerit, cum ſcripta non eſſet, nec nomen quidem ſententię habere mereatur, nec ad reſciſsionem perperam decretorum, appellationis ſolennitas requiratur [f].

¶*In duobus uetuſtis codicibus hoc, & ſequens caput non habentur, & hanc legem Codicis B. Gregorius in præcedenti capite manifeſtè indicauerat.*

Item ex concilio apud S. Medardum. Hincmarus Rhemorum Archiepiſcopus dixit.

c ¶Nõ extitit]Ext. de præſump. mandata & eo tit cũ in iuuentute. ff. de ſuſpe. tut. l. 3. ff. ad leg. Iul. maie. famoſi. 28. diſ. quia ſunt culpæ. ff. de re. mili. l. nõ oẽs 1.
d ¶Corporali.] inf. 5.q.5. illi qui.
e STatutis] ¶Vt ſẽtentia.] Per hãc legẽ non poteſt Gre. probare, ꝙ in criminalib. cauſis debeat interuenire ſcriptura: quia lex illa tantum de ciuilibus cauſis loquitur: nã epiſcopus inter ſubditos ſuos ſine ſcriptura iudicat, ut 11. q. 1. ſi quis cum clerico. & C. de ſent. ex bre. tec. Auth. niſi. ſimiliter ſæcularis iudex in modicis cauſis, vt ibi dicitur. & in authen de man. prin. §. ſit tibi colla. 3. & ꝙ partes illud mutuo conſenſu poſſunt remittere, ut C. de epiſcop. & cle. Auth. & gñaliter ĩ ñ. & C. de priu corũ, qui in ſacro palatio cõſiſtũt. l. quoties. in fi. lib. 12. Dicas cum Grego ꝙ in criminalibus cauſis requiritur ſcriptura, & ẽt in ciuili. extra de probat. quoniam cont. niſi in caſib ſu. exceptis, & in cã dilapidationis, vt in auth. vt iudi. ſine quoquo ſuffrag neceſſitatem. coll 2. 10.
f ¶Requiratur.] Tñ ſi appellauerit, vr ꝙ debeat proſequi appellationem, vt ext. de sẽ. & re iud. ſñia. qa appellatio confirmat ſñiam, ff. rẽ ra. ha. l. 3. §. falſus. ex. de offi. dele. corã.

1 Et ſic no. ꝙ pſumitur ex vita pterita circa pſens, ſiue de pſenti. extr. de pręſump. ſcribam. vbi de hoc. & 44. diſt. multis. Archid.

Legum

Digitized by Google

LEgum.] CASVS. Probat hic Hincmarus, ꝙ in cauſis geſtorũ interuenire debet ſcriptura, nam Baptizandus nomen ſuum debet in ſcriptis dare, & electio, & ordinatio debet fieri cum ſcriptura, & ſimiliter excommunicatio & reconciliatio, & alia ſimilia, debent fieri cum ſcriptura.

tribus modis, ſ. vt qui ad hoc cooperatur. ut in ſimonia. 1. q. 1. ſi quis epiſcopus. Et in inceſtu. 3. q. 4. cõſanguineorũ. Itẽ & in raptu virginis. 36. q. 3. de puellis. In rapina. 17. q. 4. omnes eccleſiæ. Itẽ in iniuſta inĩa, vt ſupra eo. in primis. Secundo modo dicitur conſentire, cum nõ corrigit

a ¶Fontẽ.] Infra de conſecr. diſt. 4. baptizandi. 2.

b ¶Prouehitur.] Supra di. 61. epiſcopus dum fuerit.

c ¶Societate.] Vt hæreticus, vt ſupra 1. q. 7. quoties.

d ¶Excommunicatur.] 11. q. 3. debent. & c. curæ.

NOtũ.] CASVS. Quidã presbyter nomine Chriſtophorus nõ cõuictus, vel confeſſus de aliquo crimine iniuſtè fuit ab eccleſia ſua expulſus, & alius loco eius ſubſtitutus: quia non potuit, uel noluit dare, quod ſubſtitutus eius ęmulus dedit, cum trina facta fuerit contra eum inquiſitio, nec culpabilis eſt inuentus. unde conqueſtus eſt Chriſtophorus Papæ: quare mandat epiſcopo, qui eũ expoliauit, vt eũ reſtituat, nec excuſatur, ſi dicat ſe nõ facere: cũ fieri permittat. Nam faciens & cõſentiẽs pari pęna puniunť.

e ¶Per tres.] Not. ſæpius poſſe inquiri de eodem crimine.

f ¶Niſi.] Iſtud, niſi, non ponitur hic exceptiuè.

g ¶Monemus.] Per hoc uerbum nõ pręcipitur 1. ut inf. 28. q. 1. ſic enim. & ff. de leg. 3. fideicommiſſa. §. hęc uerba. & 11. q. 3. ſi rogo, & 3. q. 9. reuera. & 2. q. 7. ſicut inquit. in gl. 2.

† Tũ iuriſdictio dat. ext. de teſt. c. 1. de hoc ẽt ſ. ea. q. 7. ſicut. ſed hic tenetur præcepti uè. Arch.

h ¶Tuę.] Remittitur hæc cauſa ad eum à quo appellatũ ẽ, nõ vt ipſum iudicet, ſed vt ipſum reſtituat, & ſic non obſtat, extra de appell. accepta.

i ¶Reſtituẽdo.] Cauſa prius cognita, ne obſtet. inf. 7. q. 1. præ ſentium.

¶De eodem. Cap. IX.

LEgum eccleſiaſticarũ conſuetudo, & auctoritas talis eſt, vt in cauſis geſtorũ ſemper ſcripturã requirant, adeò, vt qui ad ſacrũ fontem [a] accedit, ſuum dare nomen præcipiatur. Qui ad ſummum ſacerdotium prouehitur [b], decreto manibus omnium roborato eligitur. Ordinatus autem à ſuis ordinatoribus literas accipere iubetur. Qui etiam ab eccleſiaſtica ſocietate [c] quolibet exceſſu diſcinditur; libelli † inſcriptione aut recipitur, aut eijcitur. Sed & qui [a] accuſatur, aut excommunicatur [d], ſeu reconciliatur, per ſcripturam accuſari, vel reconciliari iubetur. Et ſic in cæteris huiuſmodi, in tantum ſcriptura depoſcitur, vt ſicut B. Gregorius in commonitorio ad Ioannem defenſorem ex Romanis legibus ſumẽs ſcribit: [Sententia, quæ ſine ſcripto profertur, nec nomen ſententiæ habere mereatur †].

extra de libelli oblat. c. 1.
Burc. l. 2. c. 197.
Iuo p. 6. c. 269.
† *libellari ſcriptione*] orig.
ſup. c. in primis.
Cod. lib. 7. tit. 44.
† *meretur*] orig.

α ¶Sed & qui.] *In originali eſt*, ſed qui accuſatur, vel qui excommunicatur, reconciliatus per ſcripturam accuſari, uel reconciliatus commendari iubetur. Et ſic, &c.

Item Nicolaus Papa Girardo † Turonenſi Archiepiſcopo.

† *al. Airardo.*

¶Reſtituendus eſt, quem neque conuictum, neque confeſſum conſtat eſſe eiectum. Cap. X.

NOtum ſit tuæ fraternæ charitati, ꝙ iſte presbyter pauper, nomine Chriſtophorus de ſua anguſtia ad noſtram clementiam lacrymabiliter ſit cõqueſtus: dicens ſe falſis criminibus impetitum, & ab eccleſia ſua non conuictum, neque confeſſum, irrationabiliter fuiſſe eiectum. Nam, vt ipſe refert, tua diligentia per tres [e] vices inquiſitione facta, nulla in ſe neque de fornicationis crimine, neq; de homicidij conſenſione β (de quibus impetebaĩ) reperiri potuit culpa: niſi [f] quia ſuæ paupertatis cauſa, q̃ petebantur, aut conſentire noluit, aut implere nõ potuit. Quæ ſuus tamen æmulus vltroneus egit, qui iniuſtè illi eccleſiam præripuit. Idcirco magnopere [g] monemus reuerentiam tuam, ut etiam quæ, te fortè ignorante, gieziaca cupiditate peracta eſſe videtur, tuę [h] fraternitatis cenſura celeri emendatione corrigãtur; ſcilicet reſtituendo [i] eccleſiæ propriæ iam dictum ſacerdotem, atq; ei reddendo tua pietate priſtinum, quem perdidit, honorem; & nullatenus canonica inſtituta alicuius temeritate contemni permittas: quia facientem & conſentientem [k] par pœna conſtringit.

Iuo p. 6. c. 429.

β ¶Conſenſione.] *Sic eſt emendatũ ex pleriſque uetuſtis exemplaribus. Nam antea legebatur*, confeſsione. *Iuo autem habet*, conſenſu.

Spoliationis tone quis cõ ueniatur.
Cõſentit qs triplicitez.

K ¶Et conſentientem.] Hoc ideo dicit, quia ipſe eum nõ priuauerat, ſed alij de conſenſu ſuõ. Et hoc eſt notabile, ꝙ poteſt conueniri, non ſolum qui defecit, vel mãdauit, uel ratum habuit, ſed etiã qui conſenſit, extra de reſtit. ſpol, cum ad ſedem. in fi. Conſentire dicitur quis rigit quos teneť ex officio corrigere, vt 83. diſt. cap. 1. & 2. & 86. diſt. inferiorum. Tertio modo dr conſentire cũ defendit peccantẽ, uel qũ ſua auctoritate delinquitur. 11. q. 3. qui conſentit. 24. q. 3. qui aliorum. & talis magis eſt puniendus, quàm ipſe faciens, ut ibi dicitur glo.

Nemo

Digitized by Google

SI quis.] CASVS. Si quis presbyter cum laico controuerſiam habuerit, laicus iuramento ſe expurget, presbyter p ſuā cōſecrationem adiuretur: quia ſacerdotes, qui conficiunt corpus Chriſti, ex leui cauſa iurare non dēnt, cum gerant vicē Chriſti diſcipulorū, quibus fuit præceptum ne iurarent.

2 Quando presbyteri iudices negotiorum eſſe mādati sūt 95.d.ecce. ſecundū Baz.

d ¶Præcipiente.] Sed quare hic actor non ſequit forum rei, contra id 11.q.1 experientiæ, & C de iuriſd.om.iu. l.iuris ordinem. Sed dic, q loquitur ſecundum ea tempora 2 quando omnes cauſæ determinabantur ab eccleſia, vt 11.q 1.relatum, & q.3 cum apud. Vel loquitur ſub pœna ordinis ſui, vt 1.q.7.quoties, & etiam ſub pœna anathematis, vt ibi dicitur. Sed nūquid ille, qui obligat ſe ſub pęna ordinis: vel beneficij, eſt priuandus ordine vel beneficio, ſi nō ſit verum illud ad quod ſe obliga? Sic extra de elect. cum dilectus in fi.

Obligare ſe poteſt aliqs ſub pęna beneficij.

VE-

Digitized by Google

Matth.5.

Dominus in Euangelio diſcipulis ſuis(quorum vicem nõ indigni in ſancta gerimus eccleſia)dicat:[Nolite omnino iurare,Sit autem ſermo veſter,eſt,eſt;non, non. Quod autem his abundantius eſt,à malo eſt.]

2 *Verum his auctoritatibus non omnimoda iuramenta prohibentur fieri a ſacerdotibus; ſed tantum incauta, & ea,quæ pro qualibet cauſa temporali iudicio offeruntur. Cum autem populari infamia ſacerdotes opprimuntur; tunc ad innocentiæ ſuæ aſſertionem iuramenta debent offerri.*

& l.7.capit.c.281. *Vnde Gregorius Papa tertius ad Bonifacium epiſt.1.*

¶Sacerdos à populo accuſatus, iuramento innocentiam ſuam aſſerat. Cap. V.

Anſel.li.3.c.79.
Burc. li.2. c 186.
Iuo p.6. c.231.
Pann.li.3.c 9.

PResbyter, vel quilibet ſacerdos, ſi à populo accuſatus fuerit,&certi nõ fuerint teſtes,qui criminis illati approbent ueritatem; iuſiurandum [a] in medio [b] erit, & illum teſtem proferat de innocentiæ ſuæ puritate, cui nuda & aperta ſunt omnia.

Item ex regeſto Gregorij lib. 2. indict.x. epiſt. 23. ad Iuſtinum prætorem a.

a ¶Prætorem.] *In codicibus Gratiani eſt*, Imperatorem, *in epiſtola excuſſa legitur*,Iuſtino presbytero, *emendatum uero eſt ex duobus uetuſtis codicibus epiſtolarum,& Polycarpo, eſtq; idem Iuſtinus, ad quem ſcripta eſt ſecunda epiſtola primi libri, in libris etiam impreſſis incorrupta inſcriptione.*

¶De Leone epiſcopo,quem Beatus Gregorius purgationem præbere fecit. Cap. VI.

Poly.li.6.tit.11.
Anſel.li.6. c.162.
Burc.lib.1.c.194.
Iuo p.5 c.309.
Pann. li.3.c.5.

HAbet hoc propriũ [c] antiqui hoſtis inuidia, vt quos in prauorũ actuũ perpetratione(Deo ſibi reſiſtẽte) deijcere nõ valet, opinionẽ eorũ falſa ad præſens ſimulandi,dilaceret. Quoniam igitur quædam cõtra ſacerdotale propoſitum de Leone fratre, & coepiſcopo noſtro ſiniſter rumor aſperſit,vtrũ vera eſſent,directa diutius fecimus inquiſitione perquiri: & nullam in eo de his, quæ dicta fuerant,culpam inuenimus. Sed ne quid videretur omiſſum,quod noſtro potuiſſet dubium cordi remanere, ad Beati Petri ſacratiſſimum corpus diſtricta eũ ex abundanti fecimus ſacramenta præbere. Quibus præſtitis magna ſumus exultatione gauiſi,quòd huiuſcemodi experimento innocentia eius euidenter enituit. Pro qua re gloria veſtra prędictũ virum, cum omni charitate ſuſcipiat & reuerentiam ei, qualem ſacerdoti decet, exhibeat;

VERVM. Hæc eſt ſecunda pars quæſtionis,in qua probatur contrariũ eius quod præmiſſum eſt, ſcilicet,ꝙ ex cauſa iuſta ſacerdotes poſſunt iurare. Io. de Fan & hoc probat per xiij.auctoritates ſanctorum patrum. Ioan.
CASVS. Dicitur hic, quod per ſupradicta prohibentur à ſacerdotibus fieri incauta iuramenta. ſed ſi eſſent infamati a populo, iurare debent. Et hoc probat per ſequentia cap.

PResbyter.] CASVS. Si presbyter fuerit infamatus,& teſtes non inueniantur, ſuo iuramento expurget ſuam innocentiam.

a ¶Iuſiurandum.] inf.q.vlt.c.vlt.contra. Sed hic quando infamatur.ibi quando non infamatur.

b ¶In medio]inf.15 q 5.c 1.contra.Sed illud verũ eſt, cum non eſt publicè infamatus. ſic 23. d.illud.

HAbet] CASVS. Leo epiſcopus erat infamatus, quare Papa de hoc q̃ſiuit diligenter,& in eo crimen aliquod non inuenit, veruntamen ne ſibi aliqua ambiguitas remaneret,eũ ſup corpus B. Petri fecit iurare eo ſic expurgato mandat Imperatori vt habeat eum pro epiſcopo, & ei tãquam epiſcopo reuerentiã præbeat.

c Proprium.] Ex abundanti fiũt aliqua ad ſuperandam hominum malitiam,vt C de iud. Authẽ.iubemus.11. q.3 inter verba.ext.de ele, bonæ.extra de dolo.& contu cum olim. Et quæ abundant, non ſolent viriare contractum. ff. de reg iur. non ſolent. & ff. de verb.obl.quę extrinſecus. Sed quare dicit ex abundanti. Dicunt quidã 1. ꝙ ita exilis,ideſt, leuis vel modica fuit infamia quod nec erat neceſſaria expurgatio. Certe ſm hoc debuiſſet facta fuiſſe inquiſitio,q̃a inquiſitio nõ eſt facienda niſi ita publica ſit infamia, ꝙ vlterius ſine ſcãdalo nõ poſſit tolerari, vt ext.de accuſ.qualiter. Melius dicas,ꝙ iſte nõ tenebatur expurgare ſe.Nã cũ inquiſitio præcedit expurgationẽ, ſi teſtes per ques ſit inquiſitio, dicũt ipſum reũ ſtatim punitur, nec auditur expurgatio ſua. ſed ſi ſemiplene probant,tunc indicitur expurgatio,vt extra de pur.cano.Iter. Sed ſi ꝑ dicta teſtiũ nulla eſt ſuſpicio cõtra ipſũ, tũc non eſt onerãdus expurgatione vt hic. Sed qd ſi infamatus vult expurgare ſe.iudex aũt vult inquirere de fama eius? Vr ꝙ iudex potius inquirere poſſit, ut hic & ext.ea.inter. Sed cõtra illud eſt ordinariũ, ꝙ infamatus ſe expurget: ergo beneficiũ illud nõ eſt ei auferendũ 2. ſu.ea.q.1.multi.circa ſi.Sed dic,ꝙ ep̃s ſi vult põt inquirere:quia crimen q̃nque per inquiſitionẽ reuelatur, qd̃ ꝑ purgationẽ occultatur. Sol in infamia orta eſt cõtra eu iudex

1 Vt Lau.

Inquiſitio qũ fieri dẽt.

Inquiſitio an poſſit fieri cõtra uolentẽ ſe purgare.

a 28.diſt.de his in auth. de nup. §. ſi autem.

Digitized by Google

iudex inquirere poteſt.extra.de accuſ.qualiter.
a ¶Dubietas.] Ergo poſt expurgationem non poteſt accuſari ab aliquo ſuper illo crimine, vt extra de accu. de his criminibus & 23.q.4.ſi illic. Nec enim ſæpius q̃rendum eſt de delicto eiuſdem hominis, vt ff nau. cau. ſtab. licet arg. cõtra. 33.q.2.admonere. 25.diſt. primum. extra de accuſ.veniẽs. vbi etiã poſt abſolutionem cogitur ad expurgationẽ. Tu dicas, quod illum, qui ſemel eſt abſolutus, amplius nullus põt accuſare ſuper illo crimine, niſi ĩ duobus caſib. 1. ſcilicet ſi ſuã iniuriam proſequatur & probat ſe ignoraſſe accuſationẽ fuiſſe ab alio inſtitutã, vt ff de acc. ſi cui. §.1. & cũ vult probare de præuaricatione prioris accuſatoris, vt ff. de p̃ua.l.3. Ioã. Decreta. tñ videtur dicere, q̃ ſolum iſti prohibentur accuſare, q̃ prius ſtabant contra ipſum, vt extra de accuſ cum P. Manconella.

Ab ſolutus ſemel, i duobus caſibus accuſari poteſt.

1 Adde gl. & Docto. in l.3.C. de acc. gl. magiſtralis in ca. cũ dilectus, de elect.

ſic 3.32 diſt. §. verũm. Fuit tamẽ hic nimiũ papaliter diſpenſatum, quod epiſcopus expurgatur coram Papa cogitur adhuc coram muliercula ſe purgare: cum tamen pleniſſimas debeat habere vires, quod auctoritate Papæ fit, licet per ſe ſit inualidum 4. extra de transla. c.1.

Papa q̃nque nimium papaliter diſpenſat.

4 Poteſt dici ſm Ioan. q̃ hoc totum iõ fuit, vt fama eius clarior appareret. arg.5.q.1. quidam.

nè qua in cordibus remaneat, de his quæ ſunt iam purgata, dubietas [a]. Sed ita ſupraſcripto vos epiſcopo deuotiſſimè oportet in omnibus adhærere, vt congruè, decenterque Deum in eius perſona, cuius miniſter eſt, videamini honorare.

Item ex eodem ad Brunichildam Reginam Francorum lib.11.epiſt.8.

¶Quomodo Beatus Gregorius Mennam epiſcopum iuramento purgari fecit. Cap. VII.

Mennam vero reuerendiſſimũ † fratrẽ, & coepiſcopum noſtrũ, poſtquam ea, quæ de eo dicta fuerãt, requirentes, in nullo inuenimus culpabilẽ eſſe, qui inſuper ad ſacratiſſimũ corpus B. Petri Apoſtoli ſub iure iurando ſatisfaciens, ab his, quæ obiecta eius opinioni fuerant, ſe demonſtrauit alienũ; reuerti illuc purgatum, abſolutumque permiſimus: quia ſicut dignum erat, ut ſi in aliquo reus exiſteret, culpã in eo canonice puniremus; ita dignũ non fuit, ut eum adiuuante innocentia diutius retinere, vel affligere in aliquo deberemus. ¶ Purgationẽ [a] tñ ante te, duobus ſibi ſacerdotibus iunctis, ubi accuſator ceſſauerit [b], eũdẽ ex ſe præbere tuo cõmittimus arbitrio [c]. Vulgarẽ deniq;, ac nulla canonica ſanctione fultam legem, feruentis ſcilicet, ſiue frigidę aquæ, ignitique ferri contactũ, aut cuiuſlibet popularis inuentionis (quia fabricante hæc ſunt omnino facta inuidia) nec ipſum exhibere, nec aliquo modo te uolumus poſtulare, immo Apoſtolica auctoritate prohibemus firmiſſimè.

Poly. ibidem. Burc. li.1. c.196. Iuo p.5.c.311. Pann. li.5.c.6.

† *al. reuerentiſſimũ.*

Alex. 2. Raynaldo epiſcopo. Iuo p.10. c.15. Pann. li.5. c.8.

Mennam.] CASVS. Beatus Gregor de crimine Mẽnnæ epi, qui fuerat infamatus, diligenter inquiſiuit, & cũ in eo crimẽ non inueniſſet, eũ ſupra corpus B. Petri iurare fecit, & ſic eum demum ad reginam Francorum tranſmiſit & hoc in prima parte. In ſecũda parte, quæ incipit ibi, [Purgationem] &c. mandat Greg. eidẽ reginæ vt ſi accuſatores non appareant indicat eidem epiſcopo purgationem cũ duobus ſacerdotibus: purgationem tamen vulgarẽ non imponat.
b ¶Ceſſauerit.] Si dicas, quod verbũ hoc ceſſauerit, ſit p̃teriti 2 tpis, non procedit obiectio, vel ſecundum H cum quis ex

a ¶Purgationem.] *Hic erat grauiſſimus error. Coniunctè enim*
b *ac legebantur cum ſuperioribus, quæ Brunichildæ ſunt ſcripta:*
quaſi purgatio presbyteri a B. Gregorio mulieri committeretur. Sed nil tale legitur in epiſtola B. Gregorij, ex qua prior pars huius capitis eſt accepta. Verum Iuo p.12.c.15. & Pann. li.5.c.8. citant hoc ex epiſtola Alexandri ſecundi Raynaldo Cumano epiſcopo, cuius epiſtola initium eſt infra eadem c. ſuper cauſa. *Et hic verſiculus,* Purgationem *cõtinenter legendus eſt poſt extrema verba illius capitis. Ac propter citationes doctorũ hinc quidem mutatus non eſt: ſed additum eſt in margine nomen Alexandri ſecundi. Ita nihil loci relinquitur admirationi auctoris gloſſæ. Nuſquam enim Romani Pontifices, huiuſmodi cauſas mulieribus leguntur commiſiſſe.*

Item Gregorius Caſtorio Notario Rauennæ, lib.7. indic.2.epiſt.80.

2 Hoc dicebat L. & eſt ſenſus, quia deſtitit accuſator.

purgatur non præcedente accuſatione, tunc poſt purgationem bene admittitur accuſator: ſecus ſi præceſſerit accuſatio. Vel dic, quod ſi accuſatore abſente & nõ citato audita eſt expurgatio, idem accuſator poteſt cũ denuo accuſare, vt C. de acc. l.4. ſecus ſi eo præſente. Vel loquitur 3. cum ſuam iniuriam vult proſequi. Vel ignorabat accuſationem ab alio inſtitutam. ff de præua. l.3. & ff de accuſ ſi cui.
c ¶Arbitrio.] Delegatur hic laico ſpirituale negocium, c.1. in fi. C. de teſt. omnium. Item cum iuſiurandum ſit maioris auctoritatis quàm res iudicata. ff de iureiuran. l.2. & illud obſtat omnibus accuſare uolentibus, etiam in publicis criminibus. ff. de iureiur. cum qui. §. in popularibus multo fortius res iudicata obſtabit omnib. Quare ergo poſtea admittitur accuſator 5. poteſt dici, quod fuit abſolutus ſub conditione, niſi accuſator appareret, uel fuit abſolutus ab inſtantia iudicij; nec ideo lis perijt. ff. de iudic. & poſt dictum.

3 Scilicet lex p̃ximè allegata.

5 Adde ad hoc gl & ibi Bar. in l aut priuatim, & in l. mulier. ff. ad Turpi. no. in l.1.C. ſi reus vel. accuſ. mor. fuer.

Quan-

QVanto.] CASVS. Maximus eps̃ Salonitanus dicebatur acquiſiuiſſe per ſimoniam epiſcopatum. Imponebatur ei, quòd fornicationem commiſiſſet, & ideo a Papa fuit excommunicatus. nihilominus tamen excommunicatus celebrauit. Dominus Papa volẽs eidẽ epiſcopo

hoc videtur, ꝙ ſic, quia in nullius vergit præiudicium ſic. inf de conſec.d.4 placuit.

d ¶Epiſtolam.] Ergo quis poteſt abſolui per literas, & excommunicari 2 vt extra de ſimo accuſatum, & ſu.q.1.de manifeſta. Quid ſi moreretur prius, quàm literæ peruenerint ad ipsũ. Tũc dicam eum abſoluendum poſt mortem, vt extr.de ſent. excõ. a nobis, & eſt arg. ꝙ tunc demũ ſit quis excommunicatus vel abſolutus literis receptis. arg.4. q.5.quiſquis, & ext. de app. ſuper e. in fi. & ſu d.4. leges. argu. cõt. ff. ſi cer. pet. eius qui in prouincia. ibi, ſtatus ſui ignarus Sꝫ diſtĩguit, vt ff đ acq. poſſ. qui abſenti, vbi dicitur, ꝙ ſi quis manumittit abſentẽ, refert an velit eũ eſſe liberum quando ſcribit literas manumiſſionis, vel quando literæ ad eum peruenerint. Probabilius eſt dici, ꝙ excõicatio non ligat niſi a tempore ſcientiæ, ſicut nec lex. vt d 4. leges. & 82 d propoſuiſti. nec ſententia, vt inf. ead. q. 6. biduum. Io. Sed certe ſi quis abſens excõmunicatur ſtatim eſt excõicatus antequam ſciat: quia ſententia excommunicationis ſtatim trahit ſecũ ſuam executionem. ext. de appe. paſtoralis. dummodo ſit pura, & non cõditionalis: verum tamen non punitur cum ingerit ſe communioni hominum anteq̃ ſciat. extra de cler exc mi. illud. Error enim facti nemini nocet, vt ff de iur. & fa. ign. error B.

2 Adde ad hoc not. in l ſeruum. §. publice, ff. de procur. & in l. abſentẽ, C. de acc.

d ¶Epiſtolam.] De grauibus expurgat 3 ſe iuramento, de minorib. nuda promiſſione. Io.

3 Sol. 8 q. 3 cap. vlt. vbi de hoc.

¶De Maximo Salonitano epiſcopo, qui ſacramento ſe ipſum purgauit. Cap. VIII.

QVanto a nobis [a] credi tibi, & neceſſarias vides cauſas iniungi; tanto te ſtrenuum debes, & ſolicitum exhibere. Proinde, ſi Maximus Salonitanus præſtito ſacramento firmauerit ſe ſimoniaca hæreſi non teneri, atque de alijs ante corpus ſancti Apollinaris tantummodo requiſitus innoxium ſe eſſe reſponderit [b], & de inobedientia ſua pœnitentiam [c] (ſicut reputauimus) egerit; volumus, vt ad conſolandum illum, epiſtolam [d], quam ad eum ſcripſimus (qua ei & gratiam noſtram, & communionem nos reddidiſſe ſignauimus) experientia tua dare debeat, quia ſicut in contumacia perſiſtentibus ſeueros nos eſſe conuenit, ſic iterum humiliatis, & pœnitentibus [e] negare locum veniæ non debemus [f].

Idem Mariano epiſcopo Rauennæ, lib.7.epiſt.79.

¶De eodem. Cap. IX.

Poly. l.2. tit.37.

QVæ de cauſa [g] Maximi ſint agenda, ex epiſtolis, quas ad vos ante tranſmiſimus, agnouiſtis. Sed quia, qualis de hac re fraternitatis veſtræ voluntas ſit, magis a præſentium latore Caſtorio chartulario noſtro renunciante cognouimus; ideo, ſi idem Maximus coram vobis, & prædicto chartulario noſtro, de ſimoniaca hæreſi præſtito ſe ſacramento purgauerit, atque de alijs ante corpus ſancti Apollinaris (vt ſcripſimus) tantummodo requiſitus liberum ſe eſſe reſponderit, cauſam ipſius, fraternitatis veſtræ, de eo, quod excommunicatus Miſſarũ ſolemnia agere præſumpſerit, iudicio committimus, qua dẽat pęnitẽtia, talis culpa purgari. Et ideo quidquid [h] vobis ſecundum Deum placet, ſecuri diſponite: nec aliquod de nobis dubium habeatis. Nam quicquid a vobis de hac cauſa fuerit ordinatum, nos & grate ſuſcipimus, & libenter admittimus.

Item Sixtus Papa III. epiſt. ad Orientales epiſcopos, cap.1.

epiſcopo gratiam facere, præcepit notario ſuo Rauennæ moranti, vt ſi per iuramentum ſuum de ſimonia ſe purgauerit, & de fornicatione, & alijs quæ ſibi obijciebantur, ſe reſponderit innocentem, & de eo, ꝙ excommunicatus celebrauerit, pœnitentiam egerit, reddat ei epiſtolam, in qua ei gratiam ſuam reddit, & abſolutum oſtendit. De eodem loquitur c.63. diſt. Salonitanæ.

a ¶A nobis,] Maximus Salonitanus epiſcopus ſine licentia Papæ fuit conſecratus 1 propter quod a Papa fuit excommunicatus, & poſtea miſſam celebrauit, ſimiliter imponebatur ei ſimonia, & fornicatio.

1 propter q̃ non indicit purgatio, vt patet in eo, qđ legitur & not. 33. diſt. habuiſſe.

b ¶Reſponderit.] Ex illis enim hæc fuit infamia 1 & ideo vnius iuramentum admittitur.

c ¶Pœnitentiã.] Sed quæro an ei ſoli ſit credendum? De

e ¶Pœnitentibus.] Simile extra de poſtul. prælat. ad hęc circa fin.

f ¶Non debemus.] Qui tñ de rigore eſſet deponendus. ſup. d. 50 accedens contra. 1 1.q. 3. ſi quis eps̃, &c. penul.

QVæ de cauſa.] CASVS. De eodem Maximo ſcribit Rauennati archi epiſcopo: & mandat ei, vt ſi expurgauerit ſe, vt ſup dictum eſt, coram archiepiſcopo, & notario ſupradicto, imponat ei pœnitentiam de eo, ꝙ excommunicatus celebrauit, & quidquid de eo diſpoſuerit, ratum habet.

g ¶Quæ de cauſa.] De eodem Maximo loquitur hoc capitulum.

h ¶Quidquid.] Argu Papam ſeruaturum quod legatus ſtatuit: & idem honor ei exhibendus eſt ſicut Papæ 93. diſt.

Legatus an virtute generalis mandati diſpenſare poſſit.

Digitized by Google

diſt.c.vlt.& ff.de offi præfec.præto.l.vnica.in fi.ibi, cre didit enim princeps eos, qui ob ſingularem induſtriam explorata eorum fide, & gratia ad huius officij magnitudinem,&c.Item eſt hic argu ꝙ generali mandato diſpenſatio delegatur.arg.cõtra extra de offi. del. ꝙ tranſlationem.cum.n.diſpenſatio hẽat ſe inſtar reſtitutionis in integrũ, & reſtitutio in integrũ nõ delegatur per generale mãdatum,vt ff.de mi.il lud.ergo nec diſpẽſatio. Io. Ego dico,ꝙ legatus Dñi Papæ generalis oĩa põt, niſi ea ſola quę Romano Põtifici ſũt reſeruata.extra de ſent.exe. nuper de offic.leg. ꝙ tranſlationem.B.

f ¶Beneficia.] Iſte bñficio,& officio fuit priuatus: qui grauiter erat infamatus . extra de purga. cano. inter. Et fructus medij tpis recuperat.ff. de re mil.l. pen. Si vero iſte iuſte eſſet depoſitus,nõ recipiet fructus 2 medii tẽporis reſtitutus,niſi hoc exprimeret in ſententia, vt C. de

Spoliatus reſtitutus : an recipiat fructus medijtẽporis.
2 Io. Gar. In l. Gallus. §. & qd ſi tantum.de li.& poſth.

¶Qualiter Sixtus ſemetipſum purgauit. Cap. X.

Nic.epiſt. 7. ad Michaelem.

MAndaſtis [a], vt ſcriberem vobis, qualiter inſtans iurgium contra me ſuſcitatum ſit,vel a quo,vt veſtro adminiculo pelleretur , & cauſa mea firmaretur . Scitote me criminari a quodam Baſſo, & iniuſte perſequi. Quod audiens Valentinianus Auguſtus noſtra auctoritate [b] ſynodum congregari iuſſit . |Et facto concilio cum magna examinatione ſatisfaciens omnibus, (licet euadere ſatis aliter potuiſſem [c]) ſuſpicionem tamen fugiens,corã omnibus me purgaui;me.ſ.a ſuſpicione,& æmulatione liberans;ſed non alijs,qui noluerint, aut ſponte hoc non elegerint,faciendo † formam [d], exemplumque dans.

† al. faciendi.

Item Alexander Raynaldo Cumano epiſcopo.

¶De cauſa Guillandi præsbyteri. Cap. XI.

Pann.l.5.c.7.

SVper cauſa [e] Guillandi presbyteri tui de morte epiſcopi ſui,prædeceſſoris tui infamati,in medium conſuluimus;itaq; circunſtantium fratrum vnanimi aſſenſu ſuę dilectioni reſcribimus , præfatum Guillandum presbyterũ ante te præſentandum;vbi ſi certi accuſatores defuerint, tunc dictante iuſtitia ſine omni controuerſia presbyter, quæcunque ob hoc iniuſte amiſit , ac ſacerdotium accipiat,& integra beneficia [f].

Iuo p.10.c.15.& in epi. ad Vildebertũ Cœnomanenſem.

α ¶Beneficia.] *In epiſtola hoc loco ſequitur verſ.* Purgationẽ, *ſupra ea d.c.* Mennam, *vt ibi notatum eſt.*

Item ex concilio Agathenſi.

¶De purgatione clericorum,ſi conuinci non potuerint. Cap. XII.

ext.de pur can.ca.ſi quis presbyter.
Burc.l.2.c.181.
Iuo p.6.c.226.
Pann.l 5.c.1.

SI legitimi accuſatores crimina β ſacerdotis probare non potuerint [g], & ipſe negauerit ; tunc ipſe cum ſeptem ſocijs ſui † ordinis(ſi valet [h])a crimine ſemetipſum expurget.Diaconus vero,ſi eodem crimine accuſatus fuerit,cum tribus ſemetipſum excuſet.

† al. ſuis eiuſdem ordinis.

β ¶Crimina.] *Apud cæteros collectores legitur:*ſi autem accuſatores legitimi non fuerint, qui eius crimina manifeſtis iudicijs probare contenderint,& ipſe,&c.

Item ex concilio Ilerdenſi.

Burc.l.2.c.184.
Iuo p.6.c.229.
Pann.l.5.c.2.

¶De eodem. Cap. XIII.

PResbyter

MAndaſtis.] CASVS. Papa accuſabatur a quodam Baſſo: cuius auctoritate Valentinianus Imp. ſynodum congregauit, in qua ſpõte ſe purgauit , non dãs formam cęteris ſucceſſorib. ſuis ſic ſe purgandi,ſi noluerint,& quia quidam epi quærebant qualiter hoc negotiũ proceſſiſſet,Papa reſcribit eis narrando factum.

a ¶Mandaſtis.] Mandat hic minor minori. nam precatiũ verbũ eſt, mando. vt C. cõ.deleg.l 2.in ptin. ſic 1.q. 1.filium.

b ¶Auctoritate.] 96. d. vbi nam.

c ¶Potuiſſem.] Quia Papa a nullo põt iudicari,vt 9.q.3. alio rũ. nec etiam ab vniuerſali cõcilio,vt 17. diſt.§. hoc etiam,ff. de leg.princeps. præterquam in hæreſi. 40.d.ſi Papa.

d ¶Formam.] 14.q. 5.dixit.Ioan.

SVper cauſa.] CASVS. Guillandus presbyter infamatus fuit de morte epiſcopi ſui,& propter hoc fuit officio , & beneficio ſpoliatus : committit negotium Dominus Papa hoc modo , vt ſi accuſatores defuerint,reſtituantur ei omnia ablata, præſtita tamen purgatione.

1 Sub.& reſtitutio non datur,niſi petenti.

e ¶Cauſa] Forte hic non intentabatur poſſeſſorium 1, aliàs non obſtat crimen petenti reſtitutionem, vt extra de reſti. ſpol.in literis, &c. item cum quis. nam alij dicunt,cum ſpoliator obijcit exceptionem, quam vult ſtatim probare, prius eſt audiendus, quam ille reſtituatur. arg.31.q.2.Lotharius.in Auth.de teſt.§ ſi vero qs. coll. 7.& arg.extra de teſti. veniens 2. ſed hoc non concedo, vt extra de reſti.ſpol.literas,in fi.

de re mili.cum allegatis.lib 12.Io.de Fant.

SI legitimi.] CASVS.Si accuſatores crimen ſacerdotes non probauerint, ſi remanſerit infamatus,cum ſeptẽ ſacerdotibus ſe expurget.

g ¶Potuerint.] C.de re.cre.l.in bonæ fidei.

h ¶Si valet.] Quia ſi non valet, deponitur 3 extra de ſimon.de hoc. Vel forte ſunt inimici ſui:extra de purg. cano.cum in iuuentute. immo cum fœmina poteſt ſe purgare 18.q.2.in decima. Io.

3 De hoc ſu. ea q.1 in primis.in gl 2.

PResbyter.] CASVS . Si ſacerdos fuerit coram ſuo epo de crimine infamatus , quod probare nõ poteſt per teſtes,

Digitized by Google

teſtes, ſuſpendi debet donec cum ſeptima manu ſui ordinis ſe expurget, & poſtea ſuum officium exequatur.
a ¶Plebe.] Idem eſt ſi ab epiſcopo, vel a ſacerdotibus, vt inf. ea omnib. in ſi. ſup. d. 28. conſulendum contra.
b ¶Suſpendatur.] Forte ſecundum diſtinctionem, ext. de d. 74. Honoratus. Sed contra vſ, quia hæc duo ſunt connexa. 81. d. ſi quis ſacerdotum. & 32. d. præter hoc. Sed dic, ꝙ non eſt priuandus beneficio: niſi ſm ordinem iuris. extra de iud. c. t. niſi forte pp ſcandalū. ſup. ea. ſup cauſa. & cum magna laborat infamia, vt ext. de purg. ea non. inter.

Beneficioq; priuari non dēt niſi ſm ordinē iuris

† al. ſuſpendatur ab officio presbyter vſque

ſi a plebe [a] ſibi commiſſa, mala opinione infamatus fuerit, & epiſcopus legitimis teſtibus approbare non potuerit; ſuſpendatur † [b] vſque ad dignam ſatisfactionem; ne populus fidelium in eo ſcandalum patiatur. Digna verò ſatisfact.o eſt (ſicut a maiorib. cōſtitutum α eſſe docetur) quando ſiue ſecundum canones, ſiue ad arbitrium [c] epiſcopi ſeptem ſibi collegas adiungit, & iurat in ſacroſancto β Euangelio coram poſito, quòd crimen ſibi illatum non perpetrauit. Et hac ſatisfactione purgatus, ſecure deinceps ſuum exequatur officium.

2 al. notum.

α ¶Sicut a maioribus conſtitutum.] *Hoc loco ſicut & paulo inferius, plura ſunt verba apud cæteros collectores.*
β ¶Sacroſancto.] *Apud eoſdem legitur*, in ſacro coram poſito Euangelio, *quo facit c. teſtimonium in verſ. nemo clericum, infra 11. q. 1.*

b ¶Suſpendat.] Hic colligitur, ꝙ infamatus ſtatim debet ſuſpendi vſq. ad dignā ſatisfactionē. ar. inf. 3 q. 2. quia ea. ext. de pur. ca. inter. & ext. ead. ex tuarum. Sed contra ſu. ea q. t nomē 2. & ext. de acc. qualiter, & qñ. ext. de pur. can c. 2. & vl. In his habes, quòd prius inquirendum eſt de crimine, quā priuetur officio ille qui eſt infamat', & ar. 3. q. 2 audiuimus. Notandū ergo, ꝙ cū clericus aliquis corā iudice ſuo eſt infamatus, præfiget 3. eps certū tps volētib. accuſare ext. de cland. deſpon. c. vlt. & ſi accuſatores apparuerint, canonice audiētur. inf. c. oīb. nobis. 15 q. 5. c. 1. extra de pur. can. c. ex tuarū. Si vero accuſator nō apparet, & mala fama crebreſcit, tūc eps vocatis eccleſiæ ſeniorib. pcedat ad inquiſitionem. ext. de acc. qualiter. 86. d. ſi qd vero. & ipſe niſi eps inducet cōtra eū teſtes, ſi alios non apparet. 11. q. 3. præcipue. in ſi. extra de acc. cū oporteat. ſu ea. presbyter. & li te non cont. hoc facere pōt, vt ext. ut li. nō cont. qm̄ frequēter. & ſi fuerit cōuictus, canonice puniatur Si autē non conuincitur, & adhuc mala fama pdurat admoneat ipſū primo ſeorſum, poſtea coram teſtib. vt ſe corrigat: ꝙ ſi non

Infamatus ſuper crimine nō eſt ſtatim ſuſpendendus

3 Præfiget, Bart. Cæpol. cap. 49.

[*Item Silueſter Papa.*

¶De eodem. PALEA. Cap. XIIII.

ACcuſatum ſimoniacum neceſſe habuimus ſummopere per ſcripturam prohibere, ne Miſſarum ſolennia celebrare debuiſſet, donec quid eſſet verius, potuiſſemus cognoſcere.

¶*Citatur hic ex Silueſtro; fere idem eſt in decretal. tit. de ſimon. cap. accuſatum. & ibi tribuitur Deodato Pontifici. Sed in nullis horum duorum Pontificum ſcriptis, quæ extant, tale aliquid eſt inuentum. In regeſto B. Gregorij lib. 5. epiſt. 3. Maximo præſumptori Eccleſiæ Salonitanæ hæc leguntur*. Peruenit i aque ad nos, quòd per ſimoniacam hæreſim fuerit ordinatus. Sed & alia de te multa hic dicta ſunt, de quibus vnum quam maxime fuerit, propter quod neceſſe habuimus te ſummopere per ſcripta noſtra prohibere, ne Miſſarum ſolennia celebrare debuiſſes, donec quid eſſet vere potuiſſemus addiſcere. *Et ex hac epiſtola uideri poteſt accepta hæc palea; & c. accuſatum, & c. quoties extra de ſimo. Nam initium ipſius epiſtolæ eſt*, Quoties contra, &c.

[*Item in concilio Triburienſi*]

PALEA. Cap. XV.

NObilis homo, vel ingenuus, ſi in ſynodo accuſat, & negauerit; ſi eum conſtiterit fidelē eſſe, cum duodecim ingenuis ſe expurget, ſi antea deprehenſus fuerit in

ext. de pur. can. c. 1. Burc. l. 6. c. 19.

de pur. ca no. c 2 ſup. 33. d. c vlt. contra dic, quòd ibi fuit exilis infamia.
b ¶Suſpendatur.] 1. hoc eſt verum ſecundum diſtinctionem ſi fuerit notorium, vel manifeſtum, vel famoſum. extra de cohab. cler. veſtra, & c. ſi. & tunc refert ſi fuerit famoſum ſine ſcandalo, vel cum ſcandalo ext. de coha. cler. tua contra 28. d. conſulendum. Sol ibi non imminebat ſcandalum, hic ſic, puta ex eius celebratione. ext. de coha. cle. tua. 1. 28 q. 1. iā tūc. & 3. q. 2. audiuimus. aliter obtinet ſu ea. q. 1 c. 2 Sed nunquid a beneficio ſuſpenditur? Videtur ꝙ non: quia pœnæ ſunt emolliendæ, & quia creſcente contumacia creſcere debet & pœna, vt fecerit, tunc demum ſuſpendat eum vſque ad dignā ſatisfactionem, extra de pur. can. c 2. in quo caſu intelligo quod hic dicitur nunquam enim a principio ſuſpendat eū niſi enormitas delicti, vel ſcandali hoc expoſcat. extra ea inter. & hęc eſt digna ſatiſfactio, vt purget ſe adiuncto ſibi legitimo numero, vel ad arbitrium ſui epi, vt hic, eo inf. ea. omnibus, & extra ea. ex tuarum, & eo. deficiente in purgatione puniatur: & puniat eum tanquam conuictum, vel confeſſum. ext. de acc cum P. ext. de ſim. inſinuatum. & de pur. can cum P. & ibi de hoc.
c ¶Arbitrium.] Hic not compurgatores arbitrio epiſcopi ſumendos.

1 Hoc obtinet qñ ſcandalu imminet ex eius celebratione, vt hic dicitur.

Digitized by Google

SI mala.] CASVS. Idem dicitur in hoc c. quod in præcedentibus, eo addito ꝙ cõpurgatores debent eſſe tales, de quibus non ſit ſuſpicio. a ¶Se nolle.] Bonæ opinionis, & qui vitã eius nouerint & mores, vt extra ead. ca. cum dilectus. ſed non fiet rigide examinatio teſtium. extra ead. cap. conſtitutus. immo frater poteſt purgare fratrẽ. extra de præſumpt. c. literas. lo.

IN

furto, aut periurio, aut falſo teſtimonio ad iuramentum non admittatur, ſed (ſicut qui ingenuus non eſt) feruenti aqua, vel candenti ferro ſe expurget.

¶Burchardus etiam citat ex concilio Triburienſi, c. 10. & in Triburienſi illo, quod extat impreſſum, habentur nonnulla ad hanc rem facientia.

Hinc Hincmarus Rhemorum epiſcopus.

¶De eodem. Cap. XVI.

SI mala fama de presbytero exierit, & accuſatores, ac teſtes legales defuerint †, ne, contra Apoſtolum, infirmorum corda de mala fama presbyteri percutiantur, & ne vituperetur miniſterium noſtrum, ne ve ſecuriores presbyteri exiſtentes licentius in peccatum prolabãtur, ſecundum decreta ª maiorum cum denominatis ſibi vicinis presbyteris, quos ſcimus ſe nolle ª peierare, ſacramento famam ſuam purget. Iuo p. 6. c. 420. † al. defecerint. 2. Cor. 6.

¶In concilio Rhemenſi Trosleiano 9. c. refertur ſynodus ab Hincmaro Rhemorum archiepiſcopo habita, in qua habetur hoc caput.

a ¶Secundum decreta.] *In ſynodo legitur.* ſecundum decretum Gregorij iunioris ſit iuſiurandum in medio, & habeat malæ famæ presbyter in ſacramento purgationis ſuæ eum teſtem, quem habebit iudicem.

Item Innocentius Aquileienſi Patriarchę, & Mantuano epiſcopo.

¶De eodem. Cap. XVII.

QVoties frater noſter Tridentinus eṗs in noſtra præſentia de ſimonia ſit impetitus, prudentiam veſtram latere non credimus: cuius cauſa tandem in noſtra præſentia ventilata producti ſunt aduerſus eum accuſatores viua † voce, & ſcripto aſſerentes, ꝙ eccleſiã S. Petri de Pado †, presbytero Paulo dederit pro quatuor modijs frumenti † quos ab eiuſdẽ eccleſiæ laicis acceperit. Verum qm̃ nec accuſatores, nec teſtes ẽm formam canonum, & ſanctorum Patrum ſtatuta, in cauſa ipſa procedere potuerunt, cõi fratrum noſtrorum concilio iudicamus, vt tertia manu ſui ordinis, & quatuor † abbatum, & religioſorum ſacerdotum de ſupradicta ſimonia in veſtra præſentia ſe debeat expurgare. Porro purgationis tenor erit huiuſmodi. Idem eṗs ſuper ſancta Euangelia primum iurabit, ꝙ pro eccleſia S. Petri de Pado presbytero Pado danda, neq; ipſe per ſe, neque per ſubmiſſam perſonam, neque alius pro eo, ſe ſciente, pretium receperit. Deinde vero purgatores ſuper ſancta Dei Euangelia iurabunt, ꝙ ſicut ipſi credunt, verum iurauit. Nos itaque cauſæ huius ſeriem committentes prudentiæ veſtræ, mandamus vobis, vt congruo loco in vnum conuenire curetis, & ita cauſam ipſam iuxta præſentium tenorem præſtante Domino reſtauretis: quatenus & omnis de cætero huius quæſtionis ſcrupulus auferatur, & vtrique parti ſua iuſtitia conſeruetur. Si quis verò de vobis, certa præpediente cauſa, intereſſe non poterit, vos, qui adeſſe poteritis, idem iudicium terminate. Quòd ſi prædictus frater noſter A. prædictam purgationem fecerit, vos ei auctoritate noſtra prædictum officium & Tridentinam eccleſiam reſtituite. Hanc autem purgationem ante proximam purificationem B. Mariæ Virginis adimplere iubemus.

† al. vna. † al. Palo. † al. farina. † al. quarta manu.

¶Caput hoc extat in decret. tit. de purg. canon. & tribuitur Innocentio tertio. Sed viſum eſt ibi eſſe mendum, vt III. *ſit poſitum pro* II. *Nam collector decretalium ſolet in Pontificibus hunc ordinem obſeruare, vt eos qui anteceſſerunt prius citet. Ita, cum ibi hoc caput habeatur ante aliquot canones Alexandri, ac Lucij tertij, qui præceſſerunt Innocentium iij. non videtur huic poſſe tribui; quanquam habeatur etiam eidẽ adſcriptum inter opera ipſius poſt ſermones, & in concilijs quæ in quatuor tomos ſunt diuiſa, tomo 3. A pleriſque autem manuſcriptis Gratiani codicibus, etiam ijs, in quibus paleæ eſſe ſolent, totum iſtud caput abeſt. A verſiculo autem.* Nos itaque. *vſque ad finem abeſt ab omnibus.*

Digitized by Google

IN PRÆMISSIS. Hoc allegando dicit Gratianus propter duo cap. ſcilicet Sixti & Leonis.
a ¶ Se purgare] Falſum dicit allegando.
ADDITIO. Dic vt inf. ea. c. vlt.
b ¶ Sixti Papæ.] Sup. ea. mandaſtis. Io.
c ¶ Et

minibus infamatus ſe coram multis purgauit, non ſtatuendo ius vt ſucceſſores ſui ad hoc cogantur.
d ¶ Iuſſi.] Nec conſilium dedi, nec defenſionem præſtiti, nec ſciente me factum eſt, vt extra de purg. cano. quoties. 50. diſtin. ſi quis viduam, addunt quidam, nec volui 1, vſu t. q. 4. quia prætulatus, qđ valæ dutū videtur Sed nunquid hic iurabo, quia cum ſciui prohibere potui, & nō prohibui, & hoc ꝙ non habeam ratū quod factum eſt, cū etiam in maleficijs ratihabitio mandato æquiparetur. ff. de vi, & vi arm. l. 1 §. cū procur. & extra de reſtit. ſpol. cum ad ſedem in ſi ſup. ea. q. 1. notum in ſi.

In præmiſſis auctoritatibus ſubintelligitur, ſi reus ſe purgare [a] *voluerit, vt ſacri canones modum non neceſſitatem purgandi accuſato imponant: ſicut apparet ex fine capituli Sixti Papæ* [b], *& auctoritate Leonis* [c], *qui data purgatione ait de ſe ipſo.*

¶ De Leone qualiter ſe purgauit. Cap. XVIII.

Burc. l. 1. c. 198. Iuo p. 5. c. 313. Pann. l. 5. c. 4.

AVditum eſt, fratres chariſſimi, qualiter mali homines in me grauia crimina confinxerunt. Quamobrem ego Leo Pontifex ſanctæ Romanæ eccleſiæ purifico me in conſpectu veſtro coram Deo, & angelis eius: quia iſtas criminoſas, & ſceleratas res, quas illi mihi obijciunt, nec perpetraui, nec perpetrari iuſſi. [d] Hoc autem faciens non legem præſcribo cæteris, qua id facere cogantur [e].

¶ *Caput hoc eſt Leonis tertij. Tota vero hiſtoria falſæ accuſationis & purgationis ipſius refertur in vetuſtis Pontificalibus, ex quibus magnam partem accepit S. Antoninus p. 2. hiſt. tit. 14. c. 1. §. de qua etiam re meminit Marianus Scotus, & Aymonius lib. 4. 90. Apud Burchardum & Iuonem plenius eſt hoc caput, atque hæc viſa ſunt notatu digna.* Quamobrem ego Leo Pontifex S. R. E. à nemine iudicatus, neque coactus, ſed ſpontanea mea voluntate, purifico me in conſpectu veſtro coram Deo, & Angelis eius, qui conſcientiam meam nouit, & beato Petro principe Apoſtolorum, in cuius conſpectu conſiſtimus, quia iſtas criminoſas, ſceleratas res, quas illi mihi obijciunt nec perpetraui, nec perpetrari iuſſi. Teſtis eſt mihi Deus, in cuius iudicium venturi ſumus, & in cuius conſpectu conſiſtimus. Et hoc propter ſuſpiciones malas tollendas mea ſpontanea voluntate facio, non quaſi in canonibus inuentum ſit, aut quaſi ego hanc conſuetudinem, aut decretum in ſancta eccleſia ſucceſſoribus meis, nec non & fratribus, & coepiſcopis noſtris imponam: ſed vt melius à vobis abſcindatis rebelles cogitationes.

Ecce qualiter ſummus Pontifex ſemetipſum purgat, nec tamen cæteris neceſſitatem purgandi præſcribit. [f] *Vnde datur* [g] *intelligi, quòd ſatisfactio purgationis in voluntate conſiſtit accuſati, non in arbitrio iudicis. Sed cum in Ilerdenſi concilio presbyter iubeatur ſuſpendi vſque ad dignam ſatisfactionem, cum etiam decreto* [h] *Leonis in arbitrio ponatur epiſcopi, quota manu ſacerdos purgare ſe debeat, patet quòd ad purgationem cogendus eſt, nec in ſua voluntate, ſed in arbitrio iudicis conſiſtit.*

ſup. ead presbyter ſi à plebe c. ſequenti.

Vnde Leo Papa ſcribens ad Carolum Regem ait.

¶ Qualiter ſacerdotes ſe purgare debeant. Cap. XIX.

Capit. l. 5 c. 34. Iuo p. 6. c. 419. Pan n. l. 5. c. 3.

OMnibus vobis viſu

Purgans ſe, quid debet aſſerere.

1 Dicit Io. de Fan hoc non credo cum conſciētiam ſuam non teneatur qs purgare, niſi vbi inuenitur expꝛ̄ſſum, vt in caſu illius legis. C. de his qui ad eccle confu. p̄ſenti. cum ſi. Arc.

e ¶ Cogantur] Quia ab æmulis hæc infamia proceſſerat. Vel dic, cæteris Apoſtolicis.
ECCE CASVS. Infert ex ſupradictis duob ca ꝙ purgatio voluntaria eſt, & nō neceſſaria. Sed ſtatim dicit cōtrarium per alia c. & ad hoc inducit ſeq. cap.
f ¶ Neceſſitatem.] extra de elec. innotuit.
g ¶ Datur,] Allegando dicit.
h ¶ In decreto.] Leonis inf. cap. prox. & ſeq. Ioan.
OMnibus vobis] CASVS Leo tertius interrogatus fuit à Carolo Rege, & ſuis ſubditis, qualiter ſit procedēdum, ſi crimen ſacerdoti obijciatur. Et rñdet Leo, & dicit, quod iſta quæſtio fuit ſæpius ventilata à temporibus multis nondū tamen fuit ad plenum definita. verum tamen poſt reclamationes multas habito cōſilio multorum epiſcoporum, & aliorum prælatorum, & ſacerdotum, & aliorum multorum ſtatuit & definiuit, ꝙ ſi legitimus apparauerit accuſator, & probauerit crimen, puniatur accuſatus: & ſi nō probauerit, puniatur accuſator de calumnia, tamen ſi ſacerdos accuſatus remanſerit infamatus, indicatur ei purgatio cum iij v. vel vij. manu ſacerdotum, vel cum pluribus ſe expurget,

A c ¶ Et Leonis] Hoc eſt in ſeq. c. 10.
AVditum.] CASVS. Leo Papa de quibuſdam cri-

Digitized by Google

aut auditu [a] notum eſſe non dubitamus, quòd ſæpiſſime, ſuadente antiquo hoſte, ſacerdotibus crimina diuerſa obijciantur. Sed qualiter † ex his ab his rationabilis examinatio, & ſatisfactio fiat, licet tempore bonæ memoriæ Domini genitoris veſtri † Pipini, ſiue priſcis temporibus à ſanctis patribus, & reliquis bonæ deuotionis hominibus ſæpiſſime ventilatum fuerit; nos tamen pleniter, & ad liquidum definitum reperire minime quiuimus. Noſtris quippe temporibus id ipſum, à ſanctis epiſcopis, & reliquis ſacerdotibus, & cæteris eccleſiaſticæ dignitatis miniſtris veſtris † in regnis, ſeu in alijs Deo degentibus, nobiſq; vnà cum eis agentibus ſæpiſſimè propter multas, & nimias reclamationes, quæ ex hoc ad nos ex diuerſis partibus venerunt, ventilatum eſt. Sed qualiter conſultu Domini & patris noſtri Leonis Apoſtolici, cæterorumque Romanæ eccleſiæ epiſcoporum, & reliquorum ſacerdotum, ſiue orientalium, & græcorũ patriarcharum, & multorum ſanctorum epiſcoporum, & ſacerdotum, nec non & noſtrorum epiſcoporum, omniumque cęterorum ſacerdotum, ac leuitarum auctoritate, & conſenſu, atque reliquorum fidelium, & cunctorum conſiliariorum noſtrorum conſultu definitum eſt, vos † omnes vtriuſque ordinis miniſtros ſcire volumus. Statutum eſt namque ratione, & neceſſitate, ac authoritate prædicta conſultu omnium, vt quotieſcumque cuiquam ſacerdoti crimen imponitur, ſi ipſe accuſator talis fuerit, vt recipi debeat (quia quales ad accuſationem ſacerdotum admitti debeant in canonibus [b] pleniter expreſſum eſt) ſi autem, vt dictum eſt, ille accuſator, qui canonice eſt recipiendus, eum cum legitimo numero verorum & bonorum teſtium approbare in conſpectu epiſcoporum poterit; tunc canonice dijudicetur: & ſi culpabilis inuentus fuerit, canonice damnetur. Si vero eũ ſupraſcripto prætextu approbare ipſe accuſator minime poterit, & hoc canonice definiatur. Ipſe ergo ſacerdos, ſi ſuſpicioſus, aut [c] incredibilis ſuo epiſcopo †, aut reliquis ſuis conſacerdotibus [d], ſiue bonis [e] & iuſtis de ſuo populo, vel de ſua plebe hominibus fuerit; ne in crimine, aut in prædicta ſuſpicione remaneat, cum tribus, aut quinque, vel ſeptem bonis, ac vicinis ſacerdotibus, exẽplo Leonis Papæ, (qui duodecim β epiſcopos in ſua purgatione habuit) vel eo amplius, ſi ſuo epiſcopo viſum fuerit, aut neceſſe propter tumultum populi ineſſe proſpexerit, & cum alijs bonis & iuſtis hominibus ſe ſacramento coram populo ſuper quatuor Euangelia dato purgatum eccleſiæ reddat. Si quis autem ſcire deſiderat, quales teſtes ad accuſationem ſacerdotum recipi debeant, & quidquid † de accuſatione faciendum ſit, pleniter in canonibus reperire poterit.

† al. quoniam] qualiter.
† al. noſtri.] c.
† al. noſtri.] c.
† vobis omnibus] cap.
† Concor. text in l. ſa- cri legii. ſ. de ordin. & extraord. co. & in l. Cicero. ſ. de pœ.
† ab quid.

¶ *Apud collectores caput hoc ita refertur, quaſi accepium ſit ex aliqua decretali epiſtola* Leonis *ad* Carolum. *Verum ex lib. quinto capitularium, (ubi hoc ipſum eſt caput* 34.*) atque ex ipſa etiam orationis forma ſatis conſtat editum fuiſſe hoc capitulare nomine* Caroli Magni, *ipſo Leone tertio conſulto, & cum conſilic multorum epiſcoporum. Quod tamen pius princeps, quia ſibi iuriſdictionem in presbyteros arrogaſſe uidebatur, libro ſeptimo capitularium, cap.* 28 1. *emendauit, ita ſcribens,* Omnib. vobis, tam præſentibus, quàm futuris ſcire cupimus, quia de conſultu ſedis Apoſto-

---

get, ſi epiſcopo videbitur: quales aũt teſtes in accuſationib. recipiantur, eſt in canonibus diffinitum.

a ¶ Auditu] Aliquid ergo ſcitur auditu. 22 quæſt. 5. hoc videtur.

b ¶ In canonibus.] Inf. eo. q. 7. teſtes. & c. ipſi.

c ¶ Aut.] Pro & 1. Non enim ſufficit, ꝙ ſoli ep̃o ſit ſuſpectus. arg. contra, extra de offi. iud. or. ex parte. & 30 diſt. cap. vlt. & ſic 2 non obſt. 6. q. 2. placuit. credo tamen ꝙ ſi eſt accuſatus, & epiſcopo eſt ſuſpectus. quod poteſt eũ cogere ad purgationem, ſecus ſi non eſt accuſatus, ſecundum Lau. 3 per illud 6. quæſt. 2 placuit. immo inuenio ꝙ propter calumnioſam accuſationem cogitur quis ſe purgare, vt extra de accuſ. veniens. & argum. ff. ne quis eum qui in ius voc. eſt. l. penult. §. 1.

d ¶ Conſacerdotib.] vel etiam abbatib. extra eod. cum in iuuentute.

e ¶ Bonis] 11. q. 3. in cũctis hic patet quomodo intelligatur illud verbum, a plebe. ſup. ea. presbyter. qa erant boni & iuſti, immo non admittũtur; licet ſint boni: ſi tamen leues fuerint. Nam leues ſunt qui ex facili credũt quæ probari non poſſunt. 11. q. 3. in cunctis. & eſt expreſſum extra eo. cum in iuuentute. aliàs ſolus, qui eſſet bonus, ſufficeret. ext. de adult. ſignificaſti. Ioan.

1 Gloſſ. eſt ſimi. in auth. ſed nouo iure C. de epi. & cle. in l. 3. C. de obſe. pat. p̃ſtan.

2 Illud ſic reſpicit prin. gl. non contra præcedentia.

3 Aliàs, ſim leges.

Accuſator calũnioſus cogitur ſe purgare.

Leues qui dicuntur.

IVRA-

Digitized by Google

IVRAMENTO. Hæc eſt tertia pars quæſtio. in qua quæritur an parentes debent ſe purgare igne, vel aqua filios non oppreſſiſſe? Reſp. quód non: & hoc probat per c. ſeq lo. de Fant.

CASVS. In §. iſto dicitur, ꝙ vulgaris probatio induci nõ debet. Et hoc probatur per ſequens c.

Onſuluiſti.] CASVS. Quidam paruulos filios ſuos ſecum collocabant in lecto: quibus dormientib filij eorum inuenti ſunt mortui. Quærebatur vtrum iudicio candentis ferri, vel aquæ feruentis ſe expurgare deberent filios nõ oppreſſiſſe? rñdet Stephan[1], & dicit, ꝙ talis examinatio non approbatur in canone, ſed monẽdi sũt parentes, vt filios ſuos ſecum non habeant in lecto: ſed cũ occultum ſit eos filios oppreſſiſſe, puniri non debent niſi de hoc conuincantur, vel fuerint ſponte confeſſi. & tũc puniãtur, qua ſunt homicidę, cum homicida dicatur etiam qui conceptum in vtero deleuerit per abortum.

licæ, & omnium noſtrorum epiſcoporum, ac reliquorum ſacerdotum, atque maxime cunctorum fidelium noſtrorum de criminatorum purgatione ſacerdotum cauſam tractauimus, eamque cum teſtibus (ſicut in anteriori capitulari noſtro continetur) fieri decreuimus: quoniam neſciebamus eandem cauſam, a beato Gregorio Papa eſſe definitã. Nam cum Vvormaciæ generalem conuentum habuiſſemus allata eſt nobis a Riculfo Mogontiacenſi metropolitano epiſtola beati Gregorij Papæ, in qua inter cætera continebantur hæc: [De presbytero verò, vel quolibet ſacerdote a populo accuſato, ſi certi non fuerint teſtes, qui crimini illato approbent veritatem, iuſiurandum erit in medio, & illum teſtem proferat de innocentiæ ſuæ puritate, cui nuda & aperta ſunt omnia: ſicque maneat in proprio gradu.] Iſta verò omnia, quia vires noſtras excedunt, in iudicio epiſcoporũ iuxta canonicam ſanctionem definienda relinquimus, vt hæc, quando orta fuerint, ita definire ſatagant, vt nec ſecundum ſæculum iuſtam reprehenſionem, nec penes Dominum (quod abſit) damnationem, ſed æternæ beatitudinis, ipſo auxiliante, qui omnia infucata præſtat, præmia conſequantur.

α ¶Noſtrorum epiſcoporum.] *In vulgatis legebatur*, noſtrorum Romanorum epiſcoporum, *ſed vox*, Romanorum, *abeſt non modo a capitulari, ſed etiam a vetuſtioribus Gratiani codicibus, & ab Iuone. Pannormia autem habet*, noſtrorum epiſcoporum, omniumque Romanorum ſacerdotum.

β ¶Qui duodecim.] *Hæc vſque ad verſ.* hubuit, *ſunt etiam apud cæteros collectores, ſed non in capitulari.*

3 *Iuramento vero, candentis ferri, vel feruentis aquæ purgatio non eſt adijcienda.*

Vnde Stephanus quintus Humberto † epiſcopo Moguntio. († *al. Lamberto.*)

¶Candentis ferri, & feruentis aquæ iudicium in eccleſia fieri prohibetur. Cap. XX.

Iuo p. 10. c. 27.

Onſuluiſti de infantibus, qui in vno lecto dormientes cum parentib. mortui reperiũtur, vtrum ferro candente, aut aqua feruẽte, ſeu alio quolibet examine parentes ſe purificare debeant, eos non oppreſſiſſe. Monendi ſunt namque, & proteſtandi parentes, ne tam tenellos ſecũ in vno lecto collocent: ne negligentia qualibet prouenient ſuffocentur, vel opprimantur: vnde ipſi homicidij [a] rei inueniantur. Nam ferri candentis, vel aquæ feruentis examinatione cõfeſſionem extorqueri a quolibet ſacri non cenſent canones, & quod ſanctorum Patrũ documento ſancitum non eſt, ſuperſtitioſa [b] adinuentione non eſt præſumendum. Spontanea enim confeſſione, vel teſtium approbatione publicata delicta, habito præ oculis Dei timore, commiſſa ſunt regimini noſtro iudicare. Occulta verò, & incognita illi ſunt relinquẽda, qui ſolus nouit corda filiorũ hominum. Hi autem qui probantur,

3. Reg. 8.

a ¶Homicidij.] Qui hominem occidit, ſi aĩum occidendi nõ habuit, nõ tenetur l. Cornelia de ſicar. vt ff. ad legẽ Corne de ſicar. l. 1. § diuus. tenet tñ lege Aquilia. licet etiã nocere noluerit, dum tñ fuerit in culpa, licet leuiſſima ff ad le. Aqui. ſed & ſi quẽcunq; § 2. & l. in lege. q̃ non eſt in lege Cor. de ſica ff de ſic in l. culpa autem eſt, ꝙ a diligente potuerit præuideri, & nõ eſt puiſum. ff. ad le. Aq. l. ſi putator, tenetur ẽt quãtum ad Deũ, vt hic, & 50 d clerico, & 34 quæſt. 2. in lectum. non tamen punitur ratione homicidij, ſed ratione negligẽtiæ, vt 15. q. 1. inebriauerunt. minor etiam iniũgitur pœna ſiue pœnitentia ab eccleſia pro negligẽtia, vt 50 d. eos, &c. ſi quis volũtate & 15. q. 1. ſi q̃s non iratus.

b ¶ Superſtitioſa.] Vtilis n & neceſſaria 1, licet, vt 33. q. 2. quos Deus, de cõſe. d. 2 liquido. 28. q. 1. ſic enim. in prin. tit. Et eſt. ar. aliquid inhibitũ, eo q̃d nõ eſt cõceſſum, 40. d. ſi Papa. & ff de colle. illi. l. 3. §. 1 arg. extra de uo. & vo. redemp ex multa. Cõtra. ext de ſent.

1 Magiſtri tñ aliq̃ñ exponunt, q̃d nõ eſt expoſitũ. 32. d. relatũ. De quo hĩ. 11. q. 1. §. ex his. ex. de poſtul. c. 1.

Digitized by Google

vel confitentur talis reatus ſe noxios, tua eos caſtiget moderatio; quia, ſi ille, quia conceptum in vtero per abortum [a] deleuerit, homicida eſt; quãto magis, qui vnius ſaltem diei puerulum peremerit, homicidam ſe eſſe excuſare nequibit?

Hæc autem [b] *vtrum ad omnia genera purgationis, an ad hæc duo tantum, quæ hęc prohibita eſſe videntur, pertineat, non immerito dubitatur propter ſacrificium zelotypię; & illud Gregorij: [Si vir* [c]*, qui frigidæ naturę eſſe dicitur, per verum iudicium probare potueri] vxorem ſuam nunquam ſe cognouiſſe, ſeparetur ab ea.* 33.q.4.c.1.& 2.

Cap. XXI.

IN libro namque Numerorum † legitur Dominum præcepiſſe Moyſi, vt loqueretur filijs Iſrael, & diceret eis: [Vir, cuius vxor errauerit, maritumque contemnens dormierit cum altero viro, & id maritus deprehendere nequiuerit, ſed latet adulterium, & teſtibus argui non poteſt, quia non eſt inuenta in ſtupro; ſi ſpiritus zelotypiæ cõcitauerit virum contra vxorem ſuam, quæ vel polluta eſt, vel falſa ſuſpitione appetitur, adducet eam ad ſacerdotem, & offeret oblationem pro illa decimam partem ſati farinæ hordeaceę: non fundet ſuper eam oleum, nec imponet thus; quia ſacrificium zelotypię eſt, & oblatio inueſtigans adulterium; offeret igitur eam ſacerdos, & ſtatuet coram Domino. aſſumetque aquam ſanctam in vaſe fictili, & pauxillum terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam. Cumq; ſteterit mulier in conſpectu Domini, diſcooperiet caput eius, & ponet ſuper manus illius ſacrificium recordationis, & oblationem zelotypiæ: Ipſe autem tenebit aquas amariſſimas, in quibus cum execratione maledicta congeſſit, adiurabitque eam, & dicet: ſi non dormiuit vir alienus tecum, & ſi non polluta es deſerto mariti thoro: nõ nocebunt tibi aquę iſtę amariſſimę, in quas maledicta congeſſi. Si autem declinaſti à viro tuo, atque polluta es, & concubuiſti cum altero viro: his maledictionibus ſubiacebis: det te Dominus in maledictionem, & exemplum cunctorum in populo ſuo: putreſcere faciat tuum femur, & tumens vterus tuus dirumpatur: ingrediãtur aquę maledictę in ventrẽ tuum, & vterò tumeſcẽte putreſcat femur tuum. Et reſpõdebit mulier, amen, amen. Scribetque ſacerdos iſta maledicta in libello, & delebit ea aquis amariſſimis, in quas maledicta congeſſit, & dabit ei bibere: quas cum exhauſerit, tollet ſacerdos de manu eius ſacrificium zelotypię, & eleuabit illum coram Domino, imponetque illud ſuper altare: ita duntaxat, vt prius purgilum ſacrificij tollat de eo quod offertur, & incendat ſuper altare, & ſic potum det mulieri aquas amariſſimas, Quas cum biberit, ſi polluta eſt, & contempto viro adulterij rea, pertranſibunt eam aquæ maledictionis, & inflato ventre computreſcet femur, erit mulier in maledictionem, & in exemplum omni populo. Maritus a vero abſque culpa erit, & illa recipiet iniquitatem ſuam. Quòd ſi polluta non fuerit, innoxia erit, & faciet liberos.] †al. Numeri. Num.5.

ſent ex cõ. nuper. inf. ea c. monomachiã. & vbi canon. non excipit, nec nos, vt ſu. di. 12, omnia. 55. diſt. ſi euangelica. & 31. q. j. ꝙ ſi dormierit. C. de hæred. vel act. ven. l. vlt. ff. de publ. act. de pretio. ff. de aleato. l. 1. §. quod autẽ. ff. de ritu nup. palam. in ſi. ext. deci. ad deci. ad audientiam. 22. q. 5. hoc videtur arg. contra, 27. q. 2. lex diuinæ. 1o Sol. omnia cõceſſa intelligũtur de iure communi, niſi prohibita in certis caſibus inueniantur, vt innuit c. lex diuinę, & ext. de ſenten. excom. nuper. B & ff. de teſtib. l. quęſitum. C. de teſtib. l. ſancimus.

Conceſſa intelliguntur quę prohibita non ſunt.

a ¶ Per abortum.] Et hoc ſi puerperiũ eſt formatũ, vt 32. q. 2. Moyſes. &c. id vero. Sed licet ſecũdum legem Moſaicam non ſit homicidium tñ punitur lege Cornelia de ſicar. ff. ad le. Cor. de ſicar. ſi mulierem & etiam leg. Aquil. ff. ad leg. Aquil. ſi ſeruus. §. ſi mulierem. tñ qui opprimunt infantes, puniuntur pœnitentia trium annorum, ex. de his qui fil. occ. de infantibus 1. item qui procurat venena ſterilitatis, dr̃ homicida vt ext. de homicid. ſi aliquis. vbi de hoc.

1 Adde ad hoc, & ad fi. gl. Ba. & in l. 1. in l. necare. ff. de lib. agno. & in l. ſi qs. §. abortiuus. ff. de pœn.

HOC AVTEM. Dicitur in hoc. §. ꝙ dubitari poteſt, vtrũ purgatio ferri candẽtis, & aquæ feruẽtis ſint tantum interdicta, & in aliis conceſſa. & merito dubitatur, qa aliqua mulier probat ſe virginem per verum iudicium, id eſt, per aſpectum corporis. Similiter in veteri teſtamento probatur vtrũ mulier commiſerit adulterium per quaſdam aquas amariſſimas, & ſtatim reſpõdet Gratianus in ſequenti §.

b ¶ Hoc autem.] Hic §. legitur.

c ¶ Si vir.] 33. q. 1. c. quod autem. 1o.

SED

Digitized by Google

SED QVÆLIBET. Hæc eſt quarta pars quæſtionis, in qua quæritur vtrum monomachia, vel alia vulgaris purga- purgatio ſit conceſſa? & rñdet ꝙ non, & hoc probat per duas auctoritates ſanctorum patrum. Io. de Fant

4 *Sed quælibet huiuſmodi purgatio videtur eſſe inhibita, cum in præmiſſa auctoritate Stephani Papæ dicitur [ſpontanea confeſſione, &c.]*

¶ *Capiti huic in vulgatis erat præpoſitum nomen Palea: ſed in omnibus, quæ collata ſunt manuſcriptis habetur ſine vllo nomine paleæ, & quidem coniunctum cum præcedenti capite. Ac certe verſiculus,* Sed quælibet, *videtur indicare locum hunc Numerorum ab ipſo* Gratiano *recitatum fuiſſe.*

α ¶ Maritus vero.] *Hæc vſque ad verſ.* quod ſi, *ſunt huc tranſpoſita ex extremo eiuſdem quinti capitis Numerorum.*

Item ex decretis Nicolai Papæ.

¶In nouo teſtamento monomachia non recipitur. Cap. XXII.

† *in legem aſſumi nuſquam præceptum reperimus*] orig. — Burc. l. 9. c. 53. Iuo p. 8. c. 187. — 1. Reg. 17.

MOnomachiam [a] vero in lege nõ aſſumimus †, quã præceptam fuiſſe non reperimus: qa licet quoſdã iniiſſe legerimus, ſicut ſanctum Dauid, & Goliam ſacra prodit hiſtoria; nuſquam tamen, vt pro lege teneatur, alicubi diuina ſanxit auctoritas: cum hoc, & huiuſmodi ſectantes, Deum ſolummodo tentare [b] videantur.

¶ *Epiſtola ſcripta Carolo Regi patruo Lotharij (ex qua caput hoc eſt acceptum) extat Romæ in codice ſæpè citato monaſterij Dominicanorum. In qua inter alia refertur, Lotharium, cum ſcire vellet an Theuperga, ſiue Thie berga (vt vocat Rhegino) ipſius vxor adulterium patraſſet, voluiſſe duos homines monomachiam committere: ita vt, ſi ille, qui partes Theupergæ tueretur, caderet: ipſa planè adulterij conuicta cenſeretur. Hocque valde reprehendit Nicolaus, docens hanc non eſſe legitimam rationem probandi crimina (quamuis in Longobardicis conſtitutionibus & in capitularibus habeatur) ſed potius nihil aliud eſſe, quam Deũ tentare. Addit vero denegatam fuiſſe à Lothario Theupergę iuſtam purgationem, his verbis:* ſed de adulterio illa coram miſſi noſtri præſentia purgare ſe voluit; ſed ipſe non annuit. *Totam hanc hiſtoriam deſcribit Rhegino lib. 2.* Chronicorum. *Ex his vero oſtenditur rubricam huius capitis apud Gratianũ nimis eſſe generalem, quippe cum Nicolaus hoc tantum velit demonſtrare, non eſſe vtendum monomachia ad purgationem.*

5 *Contra in concilio Vuormacienſi, 15.*

¶Si furta in monaſterio fiunt, iudicio monachi ſe expurgent. Cap. XXIII.

Burc. l. 11. c. 66. — † *al. debeant.*

SAepe [c] contingit, vt in monaſterijs furta perpetrẽtur, & qui hæc committãt, ignorentur. Idcirco ſtatuimus, vt quãdo ipſi fratres de talibus ſe expurgare debuerint †, Miſſa ab abbate celebretur, vel ab aliquo, cui ipſe abbas præceperit, præſentibus fratribus: & ſic expleta β Miſſa, omnes communicent in hæc verba: Corpus Domini ſit mihi ad probationem hodie.

β ¶Sic expleta] *In hoc capite addita ſunt nonnulla, verba ex concilio, quæ à collectoribus uidebantur omiſſa. Sed hoc loco ſatis uiſum eſt, uarietatem indicare. Nam in concilio ipſo eſſe legitur,* & hæc in ultima Miſſæ celebratione, pro expurgatione

CASVS. Dicit ꝙ quęlibet talis purgatio prohibetur, cum Stephanus dicat, Confeſſione &c.

MOnomchiam.] CASVS. Singulare certamen inter duos prohibetur: qa tales vñr Deũ tentare. nec eſt trahẽdum ad conſequentiã qđ fecit Dauid cum Goliath. cum inſtinctu ſpiritus ſancti fuerit factum.

a ¶ Monomachiam.] Illos etiã lex Romana condemnat, vt C. de gladiato. l. vna. li. 11. Eucharistia ergo non eſt danda talib. cum peccent mortaliter. de conſ. diſtin. 2. § ſed ſi non. Dicũt quidam, ꝙ * defendens poteſt ſumere; quia cuilibet licitum eſt defendere ſe. Sed nonne Dauid peccauit? Non: quia inſtinctu ſpiritus ſancti fecit, vt Sãſon, & alij. 23. q. 5. ſi nõ licet. & ext. de diuor. gaudemus. Et eſt hic arg. ꝙ non eſt arguendũ ab exemplis. 26. q. 2. nõ ſtatim & c. non exẽplo 14. q. 5. dixit. 22. q. 2. ſi quis per vetus. it. de cõſec. diſ. 2. liqdo. ext. de elec. licet. C. de ſenten. & interlocu. om. iud. nemo.

Euchariſtia gladiatorib. nõ eſt dãda.

* *Imme. & iſte peccat, quoniam omiſſa legitima ſe defendẽdi rõne ad prohibitam ſe cõfert. Cõc. Tri. ſeſ. 25. c. 19.*

b ¶ Tentare.] 23. q. 8. ſi nulla vrget. & 22. q. 2. quæritur cur.

CONTRA IN CONCILIO. Hic allegat in contrarium eius quod pmittitur, & intendit probare per quatuor ca. ſe ꝙ vulgaris purgatio poſſit fieri, & poteſt dici, quòd hic icipit quinta pars. Archid.

SÆpe contingit.] CASVS. Per iſta quatuor cap. probat Gratianus poſſe adhuc fieri purgationẽ vulgarem. Dicit hic, ꝙ ſi furtũ fit ĩ monaſterio, abbas dẽt Miſſam celebrare: & i fine corpus Chriſti ſingulis dare, dicẽs: Corpus Domini Ieſu Chriſti ſit tibi hodie ad probationem.

c ¶ Sæpè.] Huic c. eſt

 dero-

Digitized by Google

derogatum 1; quia ſuſpectis non eſt danda Euchariſtia, vt inf. de conſec. diſt. 2. tribus. extra de purg. can. cum dilectis.

1 Ad hoc concor. Ioã. de Fant. dicens, ꝙ ibi c. non tenet.

INterrogatum.] CASVS. Si duo adulterium commiſerunt, ſcilicet maſculus & fœmina, & vnus confitetur, & alter negat; confitenti pœnitentia imponatur: negãs vero probabili iudicio ſe expurget, id eſt, candenti ferro, vel aqua feruenti. Et ita facit ad propoſitum Gra.

a ¶ Inculpati.] Id eſt, infamati. Non enim poſſunt duo accuſari ſimul de crimine C. de adulte. reos, ſimile ff. de inof. teſta nã & ſi. § filius.

2 Item tenent Cy. Alexan. de Im. & moder in l. ſi duo. col. 2. ff de iureiur.

Confeſſio vnius an alteri noceat.

b ¶ Profitetur.] Notãdum 2. ꝙ victoria vnius prodeſt alteri: ſed condemnatio nõ nocet ff. de adul. denunciaſſe. extra de adul. ſignificaſti. ff. de inoff. teſt. poſthumus. § ſi qs ex his. ff. ſi ſerui vẽdi. loci. § cõpetit Item arg. quod cõfeſſio unius non nocet alteri. 15. quæſt. 3 nemini. Argu contra. 59. diſtin. ordinatos. & 81 diſt. tantis Et eſt verum, quod non nocet alijs quantum ad cõdemnationem: nocet tamen quantũ ad præſumptionem, vt ext. de adult. ſignificaſti, &c. 3.

3 De hoc no. 3 q. 6. ca. hęc quippe. extr. de præben. dilecto. in fi & de ſi mo. dilect°. 2. Archid.

4 Iſtam glo. dicit Bart. ſingu. in l. reos. C. de adult. ad hoc ꝙ adulter, & adultera poſſint I eodem libello accuſari, qñ agitur ad thori ſeparationem.

STatuit] CASVS. ſi duo ꝑ adulterio accuſantur, & negauerint ambo: ſi vnus de volũtate alterius alterum purgat, ſi in probatione vulgari ceciderit, ambo puniantur.

c ¶ Duo.] Argu. contra C. de adult. reos. Sed dic ꝙ nõ agitur hic criminaliter. ſed ad pœnitentiam, vel ad thori ſeparationem 4.

5 Idem no. hic H. qui dicit, ꝙ hoc poteſt eſſe in purgatione, pſertim vulgari: ſed ſi directe, &c. vt ſequitur in glo.

d ¶ Alter illorum.] vel vt procurator 5. 63. di. tibi Domino. Sed ſi directe ageretur, cũ ſit cã criminalis, non poſſet vnus alterũ conſtituere procuratorem, vt 3. q. 9. abſens. Niſi velis dicere, quod in cauſa criminali vnus ſocius auditur & pro ſe, & pro alijs, vt eſt arg 3. q. 6. hæc quippe. & extra de dolo & contum. cum dilecti. in princ. 6.

6 Vbi de hoc. & infr. q. 6. ſi quando in gl regulare eſt. in ſi.

debeat cum volens purgare ſe, nequit.

ILLVD VERO. Dictum eſt ſupra in c. omnibus. cap presbyter quod clerici compellantur ad purgationem. ſed illa duo c. mandaſtis. & auditum. contradicunt et ideo magiſter hoc determinat.

Quod

ſua corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti percipiant, quatenus ita inde innocentes ſe oſtendant.

Item in Saleguſtadienſi concilio, c. 7.

¶ Quicunque de adulterio accuſatur, probabili iudicio ſe expurget. Cap. XXIIII.

INterrogatum eſt, ſi duo de adulterio inculpati [a] fuerint, & vnus profitetur, [b], & alter negat; quid inde agẽdum ſit. Decretum eſt à ſancto concilio, vt ille, qui negauerit, probabili ſe iudicio expurget, & qui profeſſus fuerit, dignam pœnitentiam agat. Burc. in fine operis. Iuo. p. 15. c. 173.

Item in eodem, c. 14.

¶ Cum plures de adulterio accuſantur, & vnus cæteros purgare voluerit, omnes rei habeantur, ſi ipſe in iudicio ceciderit. Cap. XXV. Burch. ibidem. Iuo. p. 15. c. 180.

STatuit quoque ſancta ſynodus; vt ſi duo [c] de adulterio accuſati fuerint, & ambo negauerint, & orant ſibi concedi, vt alter illorum [d] vtroſque diuino purget iudicio; ſi unus in hoc ceciderit †, ambo rei habeantur. † al. deciderit.

Item in concilio Vuormacienſi, c. 10.

¶ Pro ſingulis Miſſa celebretur, qui de aliquo crimine accuſantur. Cap. XXVI.

SI epiſcopo, aut presbytero cauſa criminalis, hoc eſt homicidium, adulterium, furtum, & maleficium imputatum fuerit; pro ſingulis Miſſam celebrare [α] debet, & communicare, & de ſingulis ſibi imputatis innocentem ſe oſtendere †. Quod ſi non fecerit, quinquennio [e] à liminibus eccleſiæ extraneus habeatur. Burc. l. 2 c 199. Iuo. p. 6. c. 272. † al. reddere.

α ¶ Celebrare.] In *concilio, & apud Burchardum, & Iuonem ſequitur:* & ſecretam publice dicere.

Illud vero, quod Sixtus & Leo in fine ſuæ purgationis addiderunt: ex eorum exemplo intelligendum eſt: exemplo enim ſuæ ſatisfactionis noluerunt cæteris præſcribere legem purgandi.

QVAESTIO IIII.

QVod vero quarto loco quærebatur, an duorum teſtimonio epiſcopus ſit condemnandus, multorum auctoritate probatur. Sicut enim in Euangelio Ioannis legitur, ait Io. 8.

SI epiſcopo.] CASVS. Si epiſcopo vel presbytero crimina imponatur, pro ſingulis Miſſam celebret, & pro ſingulis ſe innocentem reddat. ſed iſta capitula ſunt abrogata: prout. faciunt ad propoſitum Gratiani.

e ¶ Quinquennio.] Hodie deponitur q in purgatione deficit, ut ex tra de ſi mon. de hoc, vbi habes quid fieri

QVod uero.] Hæc quæſtio diuiditur in duas partes: in quarum prima quæritur, an ad condemnationem alicuius ſuficiant duo legitimi teſtes, & reſpondetur ꝙ ſic. Secunda ibi, [Ex præmiſſis.] Ioan. de Fant.

CASVS. In hac quarta quæſtione quæritur, an duo teſtes ſufficiant ad condemnationem epiſcopi. Et probat Gratianus ꝙ ſic autoritate Domini, & duabus auctoritatibus Pauli.

f ¶ Duorum] Sẽper duo ſufficiunt. 4. q. 3. §. item in criminali, verſic. vbi numerus, niſi in caſibus ſpiritualib.

Sed in

Digitized by Google

Teſtis q̄n q; vnus ſufficit: q̄ñque plures duobus requiruntur.

Sed in iſto caſu unus ſufficit, vt extra de teſtib. cog peruenit. & ubi nulli fit præiudicium de conſec. diſt. 4 placuit de infantibus, & in cauſa denunciationis, extra de teſtib. in omni. & in alio caſu: extra de procur ex inſinuatione, & vbi agitur ad impediendum matrimoniū. extra

a ¶Et patris.] Pater poteſt eſſe teſtis in cauſa filij in teſtamento, vt ff de teſta. l. qui teſtamento. alias non, vt 4. q. 3. dicto & ſi teſte. §. teſtes quos. hic autem iſti mentiri non poterant. Vel dic teſtimonium meum, & patris mei, ideſt, de patre meo & me dictum: ſcilicet teſtimonium prophetarum.

Deuteron. 7.

Chriſtus ad Iudæos: [In lege veſtra ſcriptum eſt, quoniā duorum hominum teſtimonium uerum eſt.] Hinc conſequenter contra eos argumentatur dicens. [Si duorum hominum teſtimonium uerum eſt, quare teſtimonium meū & patris [a] *nonaccipitis?* [*Item Paulus in epiſtola ad Corinthios: [In ore duorum, uel trium* [b] *ſtabit omne verbum.] Item in epiſtola ad Hebræos: [Qui præuaricans legem Moyſi duobus, vel tribus teſtibus conuictus, ſine miſeratione lapidabitur* †.] *Item ex concilio Bracharenſi 2. c. 8.* †

2. Cor. 13.
Heb 10.

† Et cap. l. 5. c. 240.
† al. lapidabatur.
Burc. li. 2. c. 202.
Iuo p. 6. c. 276.
Pann lib. 4. c. 97.
† al. macula fornicationis.

b ¶Vel triū.] Vt comprehendant actorē pro uno teſte. extra de teſtib. in omni. Illa tamen loquitur in cauſa denūciationis. Vel ideo dicit, triū, quia quādoq; ſecundum canones plures quàm duo requiruntur: ſed nunquā pauciores, vt ext. de teſt. licet. Vnde in teſtamentis bene requiruntur t. vt ext de teſta. cum eſſes & c. relatum. Io Quod dicit Io. de teſt. meus, non credo verū. vnde dico cum T. decr. illas, cum eſſes. & relatū. in quolibet teſtamento loqui. B.

¶Quot teſtibus quiſque clericorum conuinci debeat. Cap. I.

PLacuit, vt ſi quis aliquem clericorū in accuſatione † fornicationis impetit, ſecundum præceptum Pauli Apoſtoli duo, vel tria [c] teſtimonia requirantur ab illo. Quòd ſi non potuerit datis teſtimonijs approbare quod dixit, excommunicationem [d] accuſati accuſator accipiat.

1 In iis que pietatis [illegible] relinquuntur, minus [illegible] nis uolunt [illegible] ſufficit ſicut inter liberos. C. de teſt. hac conſultiſſima. §. ex imperfecta. Aich.

2 *Ex præmiſſis itaque colligitur, quòd duorum, vel trium teſtimonio epiſcopus conuinci, & damnari poteſt. Porro Sylueſter Papa in generali ſynodo reſidens contradixit.*

PLacuit] CASVS. Dicitur quod ſi aliquis accuſat aliquē de fornicatione, poteſt probare crimen duobus uel tribus teſtibus: & ſi non probauerit, punietur pœna talionis. Patet ſequens §.

In epilogo concilij Romani, c. 3.

¶Quot teſtibus epiſcopus, vel presbyter, vel reliqui clerici ſunt conuincendi. Cap. II.

al. in Matth. 10 & Luc. 7
† abeſt ab orig.
† al. lxiiij.

† al. xxxvj. teſtib.
In c. Hadri ni. c. 72.
In concil. Mog int. 2. c. 12.
Cap. l. t. c. 139.
Pan. lib. 4. c. 91.
Poly. li. 5. tit. t.
Deuſdedit p 3.

PRæſul [e] non damnabitur niſi cum † lxxij. teſtibus: nec præſul ſummus a à quoquam iudicabitur, quoniam ſcriptum eſt: [Nō eſt diſcipulus ſuper magiſtrum.] Preſbyter autem [Cardinalis † niſi cum xliiij. † teſtibus non damnabitur: diaconus vero Cardinalis vrbis Romæ, niſi cum xxvij. teſtibus † non condemnabitur. Subdiaconus, acolythus, exorciſta, lector, oſtiarius, non niſi ſeptem teſtibus non condemnabitur. Teſtes [f] autem, & accuſatores ſine aliqua ſint infamia.

c ¶Tria.] ſup. diſ. 48. quoniam multa.

d ¶Excommunicationem.] ideſt damnationem.

EX PRÆMISSIS. Hæc eſt ſecūda pars quæſtionis, in qua probat contrarium eius quod p̄miſſum eſt: & hoc probat duabus auctoritatibus: ſed nō ſunt contra: quia loquuntur ſpecialiter de clericis Romanæ eccleſiæ. Io de Fant.

a ¶Nec præſul ſummus.] *Ex concilio Romano ſub Sylueſtro, & cæteris locis indicatis (excepta* Pannormia*) addita ſunt hæc vſq; ad ver.* presbyter. *Ac mirandum eſt de auctore gloſſa, qui putauit* Pontificem *Maximum minore numero teſtium poſſe cōdemnari, quam diaconum Cardinalem, atque oſtiarium: cum tamen ipſe* Pontifex *a generali ſaltem præſulis nomine minimè eſſet excludendus.*

PRæſul.] CASVS. Dicitur hic quot teſtes ſufficiant ad condemnationē epiſcopi, Cardinalis, presbyteri, & aliorū clericorum Romanę eccleſiæ. In fine dicitur, quod teſtes ſine infamia debent eſſe.

Item Leo quartus in epiſtola epiſcopis Britanniæ.

¶Epiſcopi non niſi lxxij. teſtibus condemnandi ſunt. Cap. III.

Iuo p. 5. c. 116.

NVllam damnatio-

extra de ſpon. præterea. Item quantum ad præſumptionem faciendam. 8. q. 3. talia. ff. de dote prælega. Theopompus. Item plures duobus requiruntur. inf. ea. nullā. & c. præſul. Tres requiruntur in depoſitione pecuniæ. in auth. de fide inſtr. §. ſi quis igitur. coll. 6. Item quinque requiruntur dum contractus excedit libram auri in ciuitate. C. ſi cer. pet. auth. ſed nouo. & in codicillis, & in donatione cauſa mortis ſimiliter quinque, ut C. de dona. cauſa mor. l. ult. quandoque xv. ut C. de prox. ſac. ſcri. unicuique. lib. 12.

e ¶Præſul.] ideſt Cardinalis epiſcopus. Sed nunquid contra Papam duplicabuntur teſtes? * non, immo duo ſufficiunt. & in hoc eſt deterioris conditionis: quia ipſe ſine cōparatione aliorum creatus eſt maior: & ideo ſine ſpe ueniæ condemnandus eſt, ut diabolus, de pœ. diſt 2. principium.

* *Vide, quæ dicuntur in notatiōe ad hoc caput.*

f ¶Teſtes.] Extra de teſti. perſonas. & cap. ſuper eo.

NVllam.] CASVS. Si epiſcopus Cardinalis de crimine accuſatur, duodecim epiſcopi debent de cauſa cogno-

Digitized by Google

cognoſcere: nec poteſt conuinci niſi lxxij. teſtibus. In ſecunda parte dicitur qualiter teſtes iurare dẽnt, & quid. In tertia parte dicitur, ꝙ ſi appellauerit ad Papam, audiri debet: nec alius debet de cauſa cognoſcere. Secunda pars incipit ibi, [Et prius.] Tertia pars ibi, [Et ſi inter.]

CASVS. Hic intitulatur ſexta quæſtio, in qua quæritur quo remedio cauſa uitiata ſubleuetur: de quo non fecit in themate mentionem: &, ſi remediũ dandũ ſit ei, qui cauſa dilationis appellat: de quo fecit in themate mentionẽ. Cauſa autem uitiata remedio appellationis ſuble-

nem [a] epiſcoporum unquam eſſe cenſemus, niſi aut ante legitimum numerum epiſcoporum [b] (qui fit per duodecim epiſcopos) aut certè probata ſententia per lxxij. teſtes idoneos, qui tales ſint, qui & accuſare poſſent. ¶Et prius ad ſacra Chriſti quatuor Euangelia ſacramenta præſtẽt, ꝙ nihil falſum [c] depromãt: ſicut nobis [a] B. Sylueſter tradidit, & Romana ſancta videtur tenere eccleſia. ¶Et, ſi inter eos, quos damnandos eſſe dixerint homines, fuerit epiſcopus, qui ſuam cauſam in præſentia Romanæ ſedis epiſcopi petierit audiri, nullus ſuper illum definitiuam præſumat dare ſententiam: ſed omnino eum audiri decernimus.

Zepherinus epiſt. 1.

Epi epm deponere non poſſunt.

a ¶Nullã damnationẽ.] Epoꝛũ. Sed hoc nõ vr poſſe ſtare: qa nullus põt iudicare clericos Romanę eccleſię, niſi ſol' Papa. Itẽ qa epi epm deponere non põt, ut 3. q. 6. quamuis. Reſpondeo quod loqtur in eo caſu, qñ Papa cõmittit alijs cauſam ſuorum clericorũ, ne ipſe ſuſpectus habeatur, uel ne fauore ꝓ eis, vel odio cotra eos iudicaret. ff. de iuriſd. om. iud. l. prætor.

a ¶Nullam damnationem.] inf. 3 q 6. accuſatus. & c quãuis.

b ¶Epiſcoporum.] inf. 5 q 4. duodecim.

Teſtes quinque capitula iurare debent.

c ¶Falſum.] Quinq; capitula iurabunt teſtes: ſcilicet vt dicãt veritatem, vt 3 q. 9 hortamur. & ꝙ teneãt pro utraq; parte ueritatem, ut 14. quæſt. 5. non ſanè, ꝙ non admiſceant falſitatem, ut hic ꝙ nec amore, nec odio, nec proprio commodo teſtentur, ut extra de teſtit. quoties. Item quinto requiritur, quod dicant quidquid de re ipſa nouerint, ſiue fuerint interrogati, ſiue nõ, ut extra de acc. cum dilectus 1. quod nõ credo, niſi hoc liqueat ex forma iuramenti, ut infra.

a ¶Sicut nobis.] Hinc uſq; ad dictionem, eccleſia non leguntur in epiſtola Leonis manuſcripta: habentur tamen apud Iuonem.

Sed hoc vel ſpeciali priuilegio de clericis Romanæ eccleſiæ intelligitur, vel propter improbitatem quorundã; qui cum non ſint ſpectatæ vitæ, & ſcientiæ; in accuſationem miniſtrorum Dei repente proſiliunt. Quorum uero vita adeo laudabilis eſt, ut omnibus imitanda appareat, de quorum aſſertione, nulla dubitatio naſci poterit, eorũ teſtimonio duorum, vel trium teſtium quilibet iure conuinci, & damnari poterit.

QVÆSTIO VI.

Sequitur ſexta quæſtio, qua quæritur, quo remedio cauſa vitiata ſubleuetur: &, ſi remedium illud ſit dandum ei, qui cauſa dilationis uocem appellationis exhibuerit. Cauſa uero vitiata remedio appellationis ſubleuari poterit.

Unde Fabianus Papa ait ad Hilarium epiſcopum epiſtola 3. cap. 3.

Et in decretis Sixti tertij. c 3. C Theod. l. 1. tit. de appell in inter le. 15. Anſel. lib. 2. c. 11. & li. 3. c. 68 lib. 7. c. 33. Burc. lib. 1. c. 148. Pann. li. 4. c. 121.

¶Cauſæ vitiatæ remedium appellationis ſubueniat. Cap. I.

LIceat appellatori vitiatam cauſam remedio appellationis [d] ſubleuare.

[Idem paulo ante.]

c De hoc eſt no ext. de re ſti. fraternitatis in glo. vl. vbi addit Ho. aliũ caſũ. ſ. ꝙ neutri parti nũa manifeſtabunt dicta ſua antequam ſint publicata. argu. 4 q 3. item qui falſo Arch.

SED HOC Modo dicit quare de tot teſtibus fuit ſtatutum: propter ſcilicet priuilegiũ clericorũ Romanæ eccleſiæ & hæc ſolutio eſt uera, vel propter malitiam hæreticorum fuit ſtatutum de omnibus clericis, qua ceſſante ceſſabit conſtitutio. Sed uerius eſt, ꝙ propter malitiam hæreticorum, uel malorum hominum ſtatutum fuit de clericis Romanæ eccleſiæ, quibus hoc priuilegium datum fuit, quod non ceſſat cauſa ceſſante: & hoc innuit B.

SEquitur.] Hæc quæſtio diuiditur in octo partes: in quarum prima probat per nouem auctoritates ſanctorum patrum, quod quandocunque quis grauatus fuerit, poterit appellare: & eius appellatio tenebit. Secunda ibi, [Cum ergo.] Tertia ibi, [Qui uero.] Quarta ibi, [Poſt datam.] Quinta ibi, [Non ſolent.] Sexta ibi, [Notandũ.] Septima ibi: [Si vero.] Octaua ibi, [Diffinitiua] Ioan.

ſubleuatur: & hoc probat per ſequens cap.

d LIceat.] ¶Appellationis.] Appellatio eſt prouocatio iniquæ ſententiæ querelam cõtinens à de minori ꝓfecti tũ & in ijs quæ extra iudiciũ agunt appellat, ut in electione, ut extra de app. conſtitutus. Quis appellet, dicetur ſ ea nõ ſolent, & hoc in ciuili cã. In criminali aũt quilibet ẽt inuito reo appellat. ff. de appel. non tantum. & in cauſa liberali, ut ff de libe. cauſa l. 1. & 2.

AD QVEM SIT APPELLANDVM. Appellatur autem a minori ad maiorem, & gradatim, ut inf. ea. anteriorum C. de appella. præcipimus, excepto Papa, ad quẽ oĩbus prętermiſſis appellatur, vt inf. e. c. 3. 4. & 5. Et hoc uerum eſt in iudicibus ordinarijs. In delegatis aũt diſtinguitur, ſi ipſi alijs cauſam cõmiſerint, ſi tota iuriſdictio eſt delegata, appellatur ad primum delegantem,

Appellans à delegato ad quem appellare dẽt.

Digitized by Google

tem.extra de off.dele.ſuper quæſtionum.§.porro.ff.quis & a quo appell.l.1. ſed ſi non tota cauſa eſt delegata, tunc appellatur ad delegantem ſecundum,vt C.qui pro ſua iuriſd.l.1.ff.quis,& a quo app l.fin.& ext.de off.deleg.ſuper quæſtionum.
QVO-

vt infra ea.§.diffinitiua i . ſi.poteſt tamen nouas allegationes audire,C de app. eos.q.1.ff. de appel. ſcio quæſitum. In fi.extra de fide inſtrum.cum Ioannes . Quando autem non eſt neceſſe appellare,habes infra ead.§ diffinitiua. Inhibetur autem appellatio,quia a principe non appellatur 9.quæſ 3. cuncta. nec a præfecto prætorio , C. de off.præf.præt.l.1.nec a ſenatu, vt ff quibus app. non licet.l. prima , nec ab arbitro, C de ar.l 1 nec appellat officiatus.inf ea. §.diffinitiua.ver.nulli Item propter ſceleris magnitudinem nõ appellatur C quorum.ap. nõ reci.l.2. extra de appell. cum ſit Romana.Item in momentanea poſſeſſione,vt inf eadem, ff diffinitiua 2 ver. de poſſeſſione.ſecundum leges,ſed per canones ſic. extra de teſtib ſignificauerunt, & de reſt ſpol. cum ad ſedem Item in re quæ non capit dilationem ff de app re. l.vlt. & ext de rapt. in literis. Argu contra extra de appella. qua fronte.in fi ibi appellatio non retardat ſententiam, niſi ad tempus . Item ſententia maioris partis capituli,extra de his,quæ fiunt a ma. parte,cap. 1.Item contumax non appellat, vt 24.q 3.de illicita infra ea § ſunt eadem quorum.C.de iud.pr. perandum.§ ſin autem.Item ab executore non appellatur.inf.ead.§ diffinitiua.ver.ab executore.

Appellatio in multis caſibus non admittitur.

Sixtus ibidem. Poly l.1.tit.7. Anſ.l.2.c.11.

¶De eodem: PALEA. Cap. II.

APpellantem non debet afflictio vlla, aut detentionis iniuriare cuſtodia.

Item Anacletus Papa,epiſt.1.in fi.

¶De eodem. Cap. III.

OMnis [a] oppreſſus libere [b] ſacerdotum [c] (ſi voluerit) appellet iudicium,& a nullo prohibeatur;ſed ab his fulciatur,& liberetur.Si autem difficiles cauſæ,aut maiora negotia orta fuerint,ad maiorem [d] ſedem referantur. Et ſi illic facile diſcerni † non poterunt,aut iuſte terminari,vbi fuerit ſummorum congregata congregatio α,(quæ per ſingulos annos bis fieri ſolet,& dēt)iuſte & Deo placite coram Patriarcha [e], aut primate eccleſiaſtica β negotia, & coram patricio ſæcularia [f] iudicentur negotia in commune [g] †.

† *al decerni.*

† *al.communi.*

2 Melius diceret §. ſunt et quorum. ver. de poſſ. vbi de hoc.

α ¶Congregatio.] I*n uulgatis ſequebatur*, ſub metropolitano:*quæ ſublata ſunt,quia in nullo manuſcripto neque in originali habentur,& in ſequentibus uerbis exponitur,coram quibus ſit habendum concilium.*

β ¶Eccleſiaſticæ negotia.] I*n epiſtola legitur,* primate eccleſiaſtico,& coram patritio ſæcularia,&c.

QVOMODO SIT APPELLANDVM.Iudice ſedente pro tribunali poteſt viua voce appellari : ſed ext. iudicium in libello tantum appellabitur 1 vt inf. ea §.iudicibus ver.litigatoribus.ff de app.a ſententia.§.vlt.

QVANDO APPELLANDVM SIT. Secundum leges appellatur tantum poſt diffinitiuam ſententiam;niſi in caſibus nota.inf ea.non ita,extra de ap.ſuper eo.2.Secũdum canones , & ante litem conteſt. & poſt , vt ext.de app.cum ſit Romana inf.ea.non ita. licet hoc ſit correctum per conſtitutionem nouam,ext eod.vt debitus vbi dicitur,ꝙ cauſa appellationis debet aſſignari.item ſecũdum canones appellatur quoties ſuperior iudex inuenitur,vt infra eadem omnes ſecundum leges bis tantum, vt inf ead. poſt ſecundum Ioan. hoc pro certo teneas,ꝙ ante ſententiam poteſt appellari quoties pars grauatur, & allegatur cauſa,vt ext.eod vt debitus. Sed poſt diffinitiuam ſententiam tantum bis, vt dicut leges prællegatæ,nec aſſignatur tunc cauſa:ſed dicit,appello ab iniqua ſententia.Sententia tamen in cauſa matrimonii non tñ ſit in rem iudicatam,vt ext.de ſent.& re iud. lator,& c. conſanguinei. B.

1 Dicas ꝙ ſiue appelleē in iudicio , ſiue ext. dēt obſeruari ꝙ dr extra lib. 6.de ap cordi quæ eſt In no 4. & hoc cum a iudice appellaē ad Papam , & hoc ibi intelligit Ho.

INTRA QVOD TEMPVS SIT APPELLANDVM. Item appellatur vſque ad decem dies continuos, vt inf. ead.anteriorum.

Appellationis tps pōt iudex moderari.

INTRA QVOD TEMPVS DEBET APPELLATIO PROSEQVI . Appellanti datur annus vel biennium,vt inf.eadem ſi quis appellat Tamen iudex poteſt moderari tempus preciſius extra eod cum ſit Romana,& c.reprehenſibilis Item appellatione pendente nihil innouandum eſt, vt inf.ead.§ appellatione. niſi appellans ſuſpectus ſit,vel depopulator, vt inf.ead. quoties 2.in cauſa criminali reus cuſtoditur : vel dabit fideiuſſorem,ſi eſt ſuſpectus,C.de ap.eos ver.ſuper his. Iudicis officium eſt libellos dimiſſorios dare.infra eadem poſt appellationem. Iudex autem ad quem appellatur:ſi appellatur a ſententia , ſecundum priores allegationes , vel infirmabit , vel confirmabit ſententiam,

OMnis.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod ſi aliquis grauetur,a minori prælato ad ſacerdotem,id eſt, epiſcopum,debet appellare,& ſi ibi propter aliquam difficultatem negotium non poterit terminari metropolitanum appellet,& ſi ibi negotium non fuerit terminatum, vel grauabitur: ad concilium recurrat, in quo patriarcha, vel primas præſidet , & in quo cauſæ maiores eccleſiaſticæ tractari debent, coram patricio ſæculari iudices ſæculares.

a ¶Omnis.] Pone caſum quod appellatur a ſubdito epiſcopi 3 ad epiſcopum: deinde ad metropolitanum,deinde ad concilium metropolitani.

b ¶Libere.] id eſt, ſiue ante ſententiam,ſiue poſt.

c ¶Sacerdotum] Ergo a ſæculari iudice ad Papam poteſt appellari,quod verum eſt vacante imperio,vt extra de foro comp.licet.alias non, vt ext.de app.ſi duobus.

d ¶Ad maiorem.] ſup.17.d multis.§.1.

e ¶Coram patriarcha.] Quæ vna dignitas eſt,99.d.prouinciæ.

f ¶Sæcularia.] Scilicet cum ambo ſint laici,quia prælati non debent tractare ſæcularia iudicia.11.q.1. te quidem.Vel dic quod cum laicus iudex non vult facere iuſtitiam,tunc appellatur ad eccleſiaſticum,vt ipſum corrigat,& ſi noluerit facere iuſtitiam,poteſt ipſum excõmunicare,vt 23.q.5.adminiſtratores.Vel dic quod cum iudex ſæcularis eſt, poteſt adiri iudex eccleſiaſticus 4 vt in auth.vt diffe.iud.§ ſi vero,coll.9. vel etiam ſi deceſſerit,vt ibi dicitur. Vel ſi habeatur querela contra ipſum, vt in ead.coll.§.vlt.ſic ext.de foro compet ex tranſmiſſa,& extra eod licet.

g ¶In commune.] id eſt,publice.

3 Id eſt,a minori prælato:non tñ officiali epi : quo caſu, & conſuetudo contra hoc nõ valet.ex. lib.6.de conſue. non putamus. Arc.

Appellatur a iudice ſæculari ad eccleſiaſticum

4 Sub.qui cũ eo cognoſceret,& hoc et qñ ... cū litera in ... a lo.de ...

Digitized by Google

SI mala.] CASVS. Idem dicitur in hoc c. quod in præcedentibus, eo addito ꝙ cõpurgatores debent eſſe tales, de quibus non ſit ſuſpicio. a ¶Se nolle.] Bonæ opinionis, & qui vitã eius nouerint & mores, vt extra ead. ca. cum dilectus. ſed non fiet rigide examinatio teſtium. extra ead. cap conſtitutus. immo frater poteſt purgare fratẽ. extra de præſumpt. c. literas. lo.

furto, aut periurio, aut falſo teſtimonio ad iuramentum non admittatur, ſed (ſicut qui ingenuus non eſt) feruenti aqua, vel candenti ferro ſe expurget.

¶Burchardus etiam citat ex concilio Triburienſi, c 10. & in Triburienſi illo, quod extat impreſſum, habentur nonnulla ad hanc rem facientia.

Hinc Hincmarus Rhemorum epiſcopus.

¶De eodem. Cap. XVI.

SI mala fama de presbytero exierit, & accuſatores, ac teſtes legales defuerint †, ne, contra Apoſtolum, infirmorum corda de mala fama presbyteri percutiantur, & ne vituperetur miniſterium noſtrum, ne vt ſecuriores Presbyteri exiſtentes licentius in peccatum prolabãtur, ſecundum decreta α maiorum cum denominatis ſibi vicinis presbyteris, quos ſcimus ſe nolle a peierare, ſacramento famam ſuam purget. Iuo p. 6. c. 420. † al. defecerint. 2. Cor. 6.

¶In concilio Rhemenſi Trosleiano 9. c. refertur ſynodus ab Hincmaro Rhemorum archiepiſcopo habita, in qua habetur hoc caput.

α ¶Secundum decreta.] *In ſynodo legitur.* ſecundum decretum Gregorij iunioris ſit iuſiurandum in medio, & habeat malæ famæ presbyter in ſacramento purgationis ſuæ eum teſtem, quem habebit iudicem.

Item Innocentius Aquileienſi Patriarchę, & Mantuano epiſcopo.

¶De eodem. Cap. XVII.

QVoties frater noſter Tridentinus eps in noſtra præſentia de ſimonia ſit impetitus, prudentiam veſtram latere non credimus: cuius cauſa tandem in noſtra præſentia ventilata producti ſunt aduerſus eum accuſatores viua † voce, & ſcripto aſſerentes, ꝙ eccleſiã S. Petri de Pado †, presbytero Paulo dederit pro quatuor modijs frumenti † quos ab eiuſdẽ eccleſiæ laicis acceperit. Verum qm̃ nec accuſatores, nec teſtes ſ̃m formam canonum, & ſanctorum Patrum ſtatuta, in cauſa ipſa procedere potuerunt, cõi fratrum noſtrorum concilio iudicamus, vt tertia manu ſui ordinis, & quatuor † abbatum, & religioſorum ſacerdotum de ſupradicta ſimonia in veſtra præſentia ſe debeat expurgare. Porro purgationis tenor erit huiuſmodi. Idem eps ſuper ſancta Euangelia primum iurabit, ꝙ pro eccleſia S. Petri de Pado presbytero Pado danda, neq; ipſe per ſe, neque per ſubmiſſam perſonam, neque alius pro eo, ſe ſciente, pretium receperit. Deinde vero purgatores ſuper ſancta Dei Euangelia iurabunt, ꝙ ſicut ipſi credunt, verum iurauit. Nos itaque cauſæ huius ſeriem committentes prudentiæ veſtræ, mandamus vobis, vt congruo loco in vnum conuenire curetis, & ita cauſam ipſam iuxta præſentium tenorem præſtante Domino reſtauretis: quatenus & omnis de cætero huius quæſtionis ſcrupulus auferatur, & vtrique parti ſua iuſtitia conſeruetur. Si quis verò de vobis, certa præpediente cauſa, intereſſe non poterit, vos, qui adeſſe poteritis, idem iudicium terminate. Quòd ſi prædictus frater noſter A. prædictam purgationem fecerit, vos ei auctoritate noſtra prædictum officium & Tridentinam eccleſiam reſtituite. Hanc autem purgationem ante proximam purificationem B. Mariæ Virginis adimplere iubemus.

† al. vna. † al. Palo. † al. farina. † al. quarta manu.

¶Caput hoc extat in decret. tit. de purg. canon. & tribuitur Innocentio tertio. Sed viſum eſt ibi eſſe mendum, vt III. ſit poſitum pro II. Nam collector decretalium ſolet in Pontificibus hunc ordinem obſeruare, vt eos qui anteceſſerunt prius citet. Ita, cum ibi hoc caput habeatur ante aliquot canones Alexandri, ac Lucij tertij, qui præceſſerunt Innocentium iij. non videtur huic poſſe tribui; quanquam habeatur etiam eidẽ adſcriptum inter opera ipſius poſt ſermones, & in concilijs quæ in quatuor tomos ſunt diuiſa, tomo 3. A pleriſque autem manuſcriptis Gratiani codicibus, etiam ijs, in quibus palea eſſe ſolent, totum iſtud caput abeſt. A verſiculo autem . Nos itaque. *vſque ad finem abeſt ab omnibus.*

Digitized by Google

IN PRÆMISSIS. Hoc allegando dicit Gratianus propter duo cap. ſcilicet Sixti & Leonis.
a ¶ Se purgare] Falſum dicit allegando.
ADDITIO. Dic vt inf. ea. c. vlt.
b ¶ Sixti Papæ.]Sup. ea. mandaſtis. Io.
c ¶ Et Leonis]Hoc eſt in ſeq. c. Io.
Auditum.]CASVS. Leo Papa de quibuſdam criminibus infamatus ſe coram multis purgauit, non ſtatuendo ius vt ſucceſſores ſui ad hoc cogantur.
d ¶ Iuſſi.]Nec conſilium dedi, nec defenſionem præſtiti, nec ſciente me factum eſt, vt extra de purg. cano. quoties. ſo. diſtin. ſi quis viduam, addunt quidam, nec volui 1, vſu 1. q. 4. quia prælulatus, qđ valde durũ videtur. Sed nunquid hic iurabo, quia cum ſciui prohibere potui, & nõ prohibui, & hoc quod non habeam ratũ quod factum eſt, cũ etiam in maleficijs ratihabitio mandato æquiparetur. ff. de vi, & vi arm. l. 3 §. cũ procur. & extra de reſtit. ſpol. cum ad ſedem in fi. ſup. ea. q. 1. notum in fi.

In præmiſſis auctoritatibus ſubintelligitur, ſi reus ſe purgare[a] *voluerit, vt ſacri canones modum non neceſſitatem purgandi accuſato imponant: ſicut apparet ex fine capituli Sixti Papę*[b]*, & auctorit te Leonis*[c]*, qui data purgatione ait de ſe ipſo.*

¶ De Leone qualiter ſe purgauit. Cap. XVIII.

Burc. l. 1. c. 101. Iuo p. 5. c. 311. Pann. l. 5. c. 4.

AVditum eſt, fratres chariſſimi, qualiter mali homines in me grauia crimina confinxerunt. Quamobrem ego Leo Pontifex ſanctæ Romanę eccleſiæ purifico me in conſpectu veſtro coram Deo, & angelis eius: quia iſtas criminoſas, & ſceleratas res, quas illi mihi obijciunt, nec perpetraui, nec perpetrari iuſſi.[d] Hoc autem faciens non legem præſcribo cæteris, qua id facere cogantur[e].

¶ Caput hoc eſt Leonis tertij. Tota vero hiſtoria falſæ accuſationis & purgationis ipſius refertur in vetuſtis Pontificalibus, ex quibus magnam partem accepit S. Antoninus p. 2. hiſt. tit. 14. c. 1. §. de qua etiam re meminit Marianus Scotus, & Aymonius lib. 4. 90. Apud Burchardum & Iuonem plenius eſt hoc caput, atque hæc viſa ſunt notatu digna. Quamobrem ego Leo Pontifex S. R. E. à nemine iudicatus, neque coactus, ſed ſpontanea mea voluntate, purifico me in conſpectu veſtro coram Deo, & Angelis eius, qui conſcientiam meam nouit, & beato Petro principe Apoſtolorum, in conſpectu conſiſtimus, quia iſtas criminoſas, ſceleratas res, quas illi mihi obijciunt nec perpetraui, neć perpetrari iuſſi. Teſtis eſt mihi Deus, in cuius iudicium venturi ſumus, & in cuius conſpectu conſiſtimus. Et hoc propter ſuſpiciones malas tollendas mea ſpontanea voluntate facio, non quaſi in canonibus inuentum ſit, aut quaſi ego hanc conſuetudinem, aut decretum in ſancta eccleſia ſucceſſoribus meis, nec non & fratribus, & coepiſcopis noſtris imponam: ſed vt melius à vobis abſcindatis rebelles cogitationes.

Ecce qualiter ſummus Pontifex ſemetipſum purgat, nec tamen cęteris neceſſitatem[f] *purgandi præſcribit. Vnde datur*[g] *intelligi, quòd ſatisfactio purgationis in voluntate conſiſtit accuſati, non in arbitrio iudicis. Sed cum in Ilerdenſi concilio presbyter iubeatur ſuſpendi vſque ad dignam ſatisfactionem, cum etiam decreto*[h] *Leonis in arbitrio ponatur epiſcopi, quota manu ſacerdos purgare ſe debeat, patet quòd ad purgationem cogendus eſt, nec in ſua voluntate, ſed in arbitrio iudicis conſiſtit.*

ſup. ead. presbyter ſi à plebe c. ſequenti.

Vnde Leo Papa ſcribens ad Carolum Regem ait.

¶ Qualiter ſacerdotes ſe purgare debeant. Cap. XIX.

Capit. l. 5 c. 34. Iuo p. 6. c. 419. Pann. l. 5. c. 3.

OMnibus vobis viſu

e ¶ Cogantur] Quia ab æmulis hæc infamia proceſſerat. Vel dic, cæteris Apoſtolicis.
ECCE CASVS. Infert ex ſupradictis duob. ca. quod purgatio voluntaria eſt, & nõ neceſſaria. Sed ſtatim dicit cõtrarium per alia c. & ad hoc inducit ſeq. cap.
f ¶ Neceſſitatem.] extra de elec. innotuit.
g ¶ Datur.] Allegando dicit.
h ¶ In decreto.] Leonis inf. cap. prox. & ſeq. Ioan.
OMnibus vobis.] CASVS Leo tertius interrogatus fuit à Carolo Rege, & ſuis ſubditis, qualiter ſit procedẽdum, ſi crimen ſacerdoti obijciatur. Et rñdet Leo, & dicit, quod iſta quæſtio fuit ſæpius ventilata à temporibus multis nondũ tamen fuit ad plenum definita. verum tamen poſt reclamationes multas habito cõſilio multorum epiſcoporum, & aliorum pręlatorum, & ſacerdotum, & aliorum multorum ſtatuit & definiuit, quod ſi legitimus apparauerit accuſator, & probauerit crimen, puniatur accuſatus: & ſi nõ probauerit, puniatur accuſator de calumnia, tamen ſi ſacerdos accuſatus remanſerit infamatus, indicatur ei purgatio cum iij. v. vel vij. manu ſacerdotum, vel cum pluribus ſe expurget,

Purgans ſe, quid debet aſſerere.

1 Dicit Io. de Fan. hoc non credo cum conſciẽtiam ſuam non teneatur quis purgare, niſi vbi inuenitur exemplum, vt in caſu illius legis. C. de his qui ad eccle. confu. preſenti. cum ſi. Arc.

Digitized by Google

aut auditu [a] notum eſſe non dubitamus, quòd ſæpiſſime, ſuadente antiquo hoſte, ſacerdotibus crimina diuerſa obijciantur. Sed qualiter † ex his ab his rationabilis examinatio, & ſatisfactio fiat, licet tempore bonæ memoriæ Domini genitoris veſtri † Pipini, ſiue priſcis temporibus à ſanctis patribus, & reliquis bonæ deuotionis hominibus ſæpiſſime ventilatum fuerit; nos tamen pleniter, & ad liquidum definitum reperire minime quiuimus. Noſtris quippe temporibus id ipſum, à ſanctis epiſcopis, & reliquis ſacerdotibus, & cæteris eccleſiaſticæ dignitatis miniſtris veſtris † in regnis, ſeu in alijs Deo degentibus, nobiſq; vnà cum eis agentibus ſæpiſſimè propter multas, & nimias reclamationes, quæ ex hoc ad nos ex diuerſis partibus venerunt, ventilatum eſt. Sed qualiter conſultu Domini & patris noſtri Leonis Apoſtolici, cæterorumque Romanæ eccleſiæ epiſcoporum, & reliquorum ſacerdotum, ſiue orientalium, & græcorũ patriarcharum, & multorum ſanctorum epiſcoporum, & ſacerdotum, nec non & noſtrorum a epiſcoporum, omniumque ceterorum ſacerdotum, ac leuitarum auctoritate, & conſenſu, atque reliquorum fidelium, & cunctorum conſiliariorum noſtrorum conſultu definitum eſt, vos † omnes vtriuſque ordinis miniſtros ſcire volumus. Statutum eſt namque ratione, & neceſſitate, ac authoritate prædicta conſultu omnium, vt quotieſcumque cuiquam ſacerdoti crimen imponitur, ſi ipſe accuſator talis fuerit, vt recipi debeat (quia quales ad accuſationem ſacerdotum admitti debeant in canonibus [b] pleniter expreſſum eſt) ſi autem, vt dictum eſt, ille accuſator, qui canonice eſt recipiendus, eum cum legitimo numero verorum & bonorum teſtium approbare in conſpectu epiſcoporum poterit; tunc canonice dijudicetur: & ſi culpabilis inuentus fuerit, canonice damnetur. Si vero eũ ſupraſcripto prætextu approbare ipſe accuſator minime poterit, & hoc canonice definiatur. Ipſe ergo ſacerdos, ſi ſuſpicioſus, aut [c] incredibilis ſuo epiſcopo †, aut reliquis ſuis conſacerdotibus [d], ſiue bonis [e] & iuſtis de ſuo populo, vel de ſua plebe hominibus fuerit; ne in crimine, aut in prædicta ſuſpicione remaneat, cum tribus, aut quinque, vel ſeptem bonis, ac vicinis ſacerdotibus, exẽplo Leonis Papæ, (qui duodecim β epiſcopos in ſua purgatione habuit) vel eo amplius, ſi ſuo epiſcopo viſum fuerit, aut neceſſe propter tumultum populi ineſſe proſpexerit, & cum alijs bonis & iuſtis hominibus ſe ſacramento coram populo ſuper quatuor Euangelia dato purgatum eccleſiæ reddat. Si quis autem ſcire deſiderat, quales teſtes ad accuſationem ſacerdotum recipi debeant, & quidquid † de accuſatione faciendum ſit, pleniter in canonibus reperire poterit.

¶ Apud collectores caput hoc ita refertur, quaſi acceptum ſit ex aliqua decretali epiſtola Leonis *ad* Carolum. *Verum ex lib. quinto capitularium, (ubi hoc ipſum eſt caput 34.) atque ex ipſa etiam orationis forma ſatis conſtat editum fuiſſe hoc capitulare nomine* Caroli Magni, *ipſo Leone tertio conſulto, & cum conſilio multorum epiſcoporum. Quod tamen pius princeps, quia ſibi iuriſdictionem in presbyteros arrogaſſe uidebatur, libro ſeptimo capitularium, cap. 281. emendauit, ita ſcribens,* Omnib. vobis, tam præſentibus, quàm futuris ſcire cupimus, quia de conſultu ſedis Apoſto-

ger, ſi epiſcopo videbitur: quales aũt teſtes in accuſationib. recipiantur, eſt in canonibus diffinitum.

a ¶ Auditu.] Aliquid ergo ſcitur auditu. 2. quæſt. 5. hoc videtur.

b ¶ In canonibus.] Inf. eo. q. 7. teſtes. & c. ipſi.

c ¶ Aut.] Pro & 1. Non enim ſufficit, ꝙ ſoli epõ ſit ſuſpectus. arg. contra, extra de offi. iud. or. ex parte. & 30 diſt. cap. vlt. & ſic 2 non obſt. 6. q. 2. placuit. credo tamen ꝙ ſi eſt accuſatus, & epiſcopo eſt ſuſpectus. quod poteſt eũ cogere ad purgationem, ſecus ſi non eſt accuſatus, ſecundum Lau. 3. per illud 6. quæſt. 2 placuit. immo inuenio ꝙ propter calumnioſam accuſationem cogitur quis ſe purgare, vt extra de accuſ. veniens. & argum. ff. ne quis eum qui in ius voc. eſt. l. penult. §. 1.

d ¶ Conſacerdotib.] vel etiam abbatib. extra eod. cum in iuuentute.

e ¶ Bonis.] 11. q. 3. in cũctis hic patet quo modo intelligatur illud verbum, à plebe. ſup. ea. presbyter. q. erant boni & iuſti, immo non admittũtur; licet ſint boni: ſi tamen leues fuerint. Nam leues ſunt qui ex facili credũt quæ probari non poſſunt. 11. q. 3. in cunctis. & eſt expreſſum extra eo. cum in iuuentute. aliàs ſolus, qui eſſet bonus, ſufficeret. ext. de adult. ſignificaſti. Ioan.

IVRA-

1 Gloſſ. eſt ſimi. in auth. ſed nouo iure C. de epi. & cle. in l. 3. C. de obſe. pat. pſtan.

2 Illud ſic reſpicit prim. gl. non contra præcedentia.

3 Aliàs, ſm leges.

Accuſator calũnioſus cogitur ſe purgare.

Leues qui dicuntur.

† al. quoniam] qualiter.

† al. noſtri.] c.

† al. noſtri.] c.

† vobis omnibus] cap.

† Concor. text. in l. ſacri legii. ff. de ordin. & extraor d. co. & in l. Cicero. ff. de pœ.

† ab quid.

Digitized by Google

IVRAMENTO. Hæc eſt tertia pars quæſtio. in qua quæritur an parentes debent ſe purgare igne, vel aqua filios non oppreſſiſſe? Reſp. quòd non: & hoc probat per c. ſeq. Io. de Fant.

CASVS. In §. iſto dicitur, quod vulgaris probatio induci nõ debet debet. Et hoc probatur per ſequens c.

Onſuluiſti.] CASVS. Quidam paruulos filios ſuos ſecum collocabant in lecto: quibus dormientib. filij eorum inuenti ſunt mortui. Quærebatur vtrum iudicio candentis ferri, vel aquæ feruentis ſe expurgare deberent filios nõ oppreſſiſſe? rñdet Stephan⁹, & dicit, quod talis examinatio non approbatur in canone, ſed monẽdi sũt parentes, vt filios ſuos ſecum non habeant in lecto: ſed cũ occultum ſit eos filios oppreſſiſſe, puniri non debent niſi de hoc conuincantur, vel fuerint ſponte confeſſi: & tũc puniãtur, qua ſunt homicidę, cum homicida dicatur etiam qui conceptum in vtero deleuerit per abortum.

a ¶ Homicidij.] Qui hominem occidit, ſi aĩum occidendi nõ habuit, nõ tenetur l. Cornelia de ſicar. vt ff. ad legẽ Corne de ſicar. l. 1 § diuus. tenet tñ lege Aquilia, licet etiã nocere noluerit, dum tñ fuerit in culpa, licet leuiſſima ff ad le. Aqui. ſed & ſi quẽcunq; § 2. & l. in lege. quod non eſt in lege Cor. de ſica ff de ſic in l. culpa autem eſt, quod a diligente potuerit præuideri, & nõ eſt puiſum. ff. ad le. Aq. l. ſi putator, tenetur ẽt quãtum ad Deũ, vt hic, & 50 d clerico, & 34 quæſt. 2. in lectum. non tamen punitur ratione homicidij, ſed ratione negligẽtiæ, vt 15. q. 1. inebriauerunt. minor etiam iniũgitur pœna ſiue pœnitentia ab eccleſia pro negligẽtia, vt 50 d. eos, &c. ſi quis volũtate. & 15. q. 1. ſi quis non iratus.

b ¶ Superſtitioſa.] Vtili. n & neceſſaria 1, licet, vt 32. q. 2. quos Deus, de cõſe. d. 2 liquido. 28. q. 1. ſic enim. in prin. tit. Et eſt. ar. aliquid inhibitũ, eo quod nõ eſt cõceſſum, 40. d. ſi Papa. & ff de colle. illi. l. 3. §. 1. arg. extra de uo. & vo. redemp. ex multa. Cõtra. ext de ſent.

1 Magiſtri tñ aliqñ exponunt, quod nõ eſt expoſitũ. 32. d. relatũ. De quo hr. 11. q. 1. §. ex his. ex. de poſtul. c. 1.

licæ, & omnium noſtrorum epiſcoporum, ac reliquorum ſacerdotum, atque maxime cunctorum fidelium noſtrorum de criminatorum purgatione ſacerdotum cauſam tractauimus, eamque cum teſtibus (ſicut in anteriori capitulari noſtro continetur) fieri decreuimus: quoniam neſciebamus eandem cauſam, a beato Gregorio Papa eſſe definitã. Nam cum Vvormaciæ generalem conuentum habuiſſemus allata eſt nobis a Riculfo Mogontiacenſi metropolitano epiſtola beati Gregorij Papæ, in qua inter cætera continebantur hæc: [De presbytero verò, vel quolibet ſacerdote a populo accuſato, ſi certi non fuerint teſtes, qui crimini illato approbent veritatem, iuſiurandum erit in medio, & illum teſtem proferat de innocentiæ ſuæ puritate, cui nuda & aperta ſunt omnia: ſicque maneat in proprio gradu.] Iſta verò omnia, quia vires noſtras excedunt, in iudicio epiſcoporũ iuxta canonicam ſanctionem definienda relinquimus, vt hæc, quando orta fuerint, ita definire ſatagant, vt nec ſecundum ſæculum iuſtam reprehenſionem, nec penes Dominum (quod abſit) damnationem, ſed æternæ beatitudinis, ipſo auxiliante, qui omnia infucata præſtat, præmia conſequantur.

α ¶ Noſtrorum epiſcoporum.] *In vulgatis legebatur*, noſtrorum Romanorum epiſcoporum, *ſed vox*, Romanorum, *abeſt non modo a capitulari, ſed etiam a vetuſtioribus Gratiani codicibus, & ab Iuone. Pannormia autem habet*, noſtrorum epiſcoporum, omniumque Romanorum ſacerdotum.

β ¶ Qui duodecim.] *Hac vſque ad verſ.* hubuit, *ſunt etiam apud cæteros collectores, ſed non in capitulari.*

3 *Iuramento vero, candentis ferri, vel feruentis aquæ purgatio non eſt adijcienda.*

† al. Lamberto.

Vnde Stephanus quintus Humberto † epiſcopo Moguntio.

Iuo p. 10. c. 27.

¶ Candentis ferri, & feruentis aquæ iudicium in eccleſia fieri prohibetur. Cap. XX.

Onſuluiſti de infantibus, qui in vno lecto dormientes cum parentib. mortui reperiũtur, vtrum ferro candente, aut aqua feruẽte, ſeu alio quolibet examine parentes ſe purificare debeant, eos non oppreſſiſſe. Monendi ſunt namque, & proteſtandi parentes, ne tam tenellos ſe cũ in vno lecto collocent: ne negligentia qualibet prouenientes ſuffocentur, vel opprimantur: vnde ipſi homicidij [a] rei inueniantur. Nam ferri candentis, vel aquæ feruentis examinatione cõfeſſionem extorqueri a quolibet ſacri non cenſent canones, & quod ſanctorum Patrũ documento ſancitum non eſt, ſuperſtitioſa [b] adinuentione non eſt præſumendum. Spontanea enim confeſſione, vel teſtium approbatione publicata delicta, habito præ oculis Dei timore, commiſſa ſunt regimini noſtro iudicare.

3. Reg. 8.

Occulta verò, & incognita illi ſunt relinquẽda, qui ſolus nouit corda filiorũ hominum. Hi autem qui probantur,

Digitized by Google

vel confitentur talis reatus ſe noxios, tua eos caſtiget moderatio; quia, ſi ille, quia conceptum in vtero per abortum [a] deleuerit, homicida eſt; quāto magis, qui vnius ſaltem diei puerulum peremerit, homicidam ſe eſſe excuſare nequibit?

Hæc autem [b] vtrum ad omnia genera purgationis, an ad hæc duo tantum, quæ hęc prohibita eſſe videntur, pertineat, non immerito dubitatur propter ſacrificium zelotypię; & illud Gregorij: [Si vir [c], qui frigidæ naturę eſſe dicitur, per verum iudicium probare potuerit] vxorem ſuam nunquam ſe cognouiſſe, ſeparetur ab ea. 33.q.4.c.1.& 2.

Cap. XXI.

IN *libro namque Numerorum † legitur Dominum præcepiſſe Moyſi, vt loqueretur filijs Iſrael, & diceret eis: [Vir, cuius vxor errauerit, maritumque contemnens dormierit cum altero viro, & id maritus deprehendere nequiuerit, ſed latet adulterium, & teſtibus argui non poteſt, quia non eſt inuenta in ſtupro; ſi ſpiritus zelotypiæ cōcitauerit virum contra vxorem ſuam, quæ vel polluta eſt, vel falſa ſuſpitione appetitur, adducet eam ad ſacerdotem, & offeret oblationem pro illa decimam partem ſati farinæ hordeaceę: non fundet ſuper eam oleum, nec imponet thus; quia ſacrificium zelotypię eſt, & oblatio inueſtigans adulterium; offeret igitur eam ſacerdos, & ſtatuet coram Domino. aſſumetque aquam ſanctam in vaſe fictili, & pauxillum terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam. Cumq; ſteterit mulier in conſpectu Domini, diſcooperiet caput eius, & ponet ſuper manus illius ſacrificium recordationis, & oblationem zelotypiæ: Ipſe autem tenebit aquas amariſſimas, in quibus cum execratione maledicta congeſſit, adiurabitque eam, & dicet: ſi non dormiuit vir alienus tecum, & ſi non polluta es deſerto mariti thoro: nō nocebunt tibi aquę iſtę amariſſimę, in quas maledicta congeſſi. Si autem declinaſti à viro tuo, atque polluta es, & concubuiſti cum altero viro: his maledictionibus ſubiacebis: det te Dominus in maledictionem, & exemplum cunctorum in populo ſuo: putreſcere faciat tuum femur, & tumens vterus tuus dirumpatur: ingrediātur aquę maledictę in ventrē tuum, & vterō tumeſcēte putreſcat femur tuum. Et reſpōdebit mulier, amen, amen. Scribetque ſacerdos iſta maledicta in libello, & delebit ea aquis amariſſimis, in quas maledicta congeſſit, & dabit ei bibere: quas cum exhauſerit, tollet ſacerdos de manu eius ſacrificium zelotypię, & eleuabit illum coram Domino, imponetque illud ſuper altare: ita duntaxat, vt prius pugillum ſacrificij tollat de eo quod offertur, & incendat ſuper altare, & ſic potum det mulieri aquas amariſſimas. Quas cum biberit, ſi polluta eſt, & contempto viro adulterij rea, pertranſibunt eam aquæ maledictionis, & inflato ventre computreſcet femur, erit mulier in maledictionem, & in exemplum omni populo. Maritus a vero abſque culpa erit, & illa recipiet iniquitatem ſuam. Quòd ſi polluta non fuerit, innoxia erit, & faciet liberos.]* † al. Numeri. Num. 5.

ſent excō. nuper. inf. ea c. monomachiā. & vbi canon. non excipit, nec nos, vt ſu. di. 12, omnia. 53. diſt. ſi euangelica. & 31. q. 1. ꝙ ſi dormierit. C. de hæred. vel act. ven. l. vlt. ff. de publ. act. de pretio. ff. de aleato. l. 1. §. quod autē. ff. de ritu nup. palam in ſi. ext. deci. ad deci. ad audientiam. 22. q. 5. hoc videtur arg. contra, 27. q. 2. lex diuinæ. io Sol omnia cōceſſa intelligūtur de iure communi, niſi prohibita in certis caſibus inueniantur, vt innuit c. lex diuinę, & ext. de ſenten. excom. nuper. B ... ff. de teſtib. l. quęſitum. C. de teſtib. l. ſancimus.

Conceſſa intelliguntur quę prohibita non ſunt.

a ¶ Per abortum.] Et hoc ſi puerperiu eſt formatu, vt 32. q. 2. Moyſes. &c. id vero. Sed licet ſm legem Moiſaicam non ſit homicidium tñ punitur lege Cornelia de ſicar. ff. ad le. Cor. de ſicar. ſi mulierem & etiam leg. Aqui. ff. ad leg. Aquil. ſi ſeruus. §. ſi mulierem tñ qui opprimunt infantes, puniuntur pœnitentia trium annorum, ex. de his qui fil. occ. de infantibus 1. Item qui procurat venena ſterilitatis, dr̄ homicida vt ext. de homicid. ſi aliquis. vbi de hoc.

1 Adde ad hoc. & ad ſi. gl. Ba. & in l. 1. in l. necare. ff. de lib. agno. & in l. ſi qs. §. abortiuus. ff. de pœn.

HOC AVTEM. Dicitur in hoc. §. ꝙ dubitari poteſt, vtrū purgatio ferri candētis, & aquæ feruētis ſint tantum interdicta, & in aliis conceſſa. & merito dubitatur, q̄a aliqua mulier probat ſe virginem per verum iudicium, id eſt, per aſpectum corporis. Similiter in veteri teſtamento probatur vtrū mulier commiſerit adulterium per quaſdam aquas amariſſimas. & ſtatim reſpōdet Gratianus in ſequenti §.

b ¶ Hoc autem.] Hic §. legitur.

c ¶ Si vir.] 33. q. 1. c. quod autem lo.

SED

SED QVÆLIBET. Hæc eſt quarta pars quæſtionis, in qua quæritur vtrum monomachia, vel alia vulgaris purgatio ſit conceſſa? & rñdet ꝙ non, & hoc probat per duas auctoritates ſanctorum patrum. Io. de Fant

4 *Sed quælibet huiuſmodi purgatio videtur eſſe inhibita, cum in præmiſſa auctoritate Stephani Papæ dicitu* [*ſpontanea confeſſione, &c.*]

¶ *Capiti huic in vulgatis erat propoſitum nomen Palea: ſed in omnibus, quæ collata ſunt manuſcriptis habetur ſine vllo nomine paleæ, & quidem coniunctum cum præcedenti capite. Ac certe verſiculus,* Sed quælibet, *videtur indicare locum hunc Numerorum ab ipſo Gratiano recitatum fuiſſe.*

a ¶ Maritus vero.] *Hæc vſque ad verſ.* quod ſi, *ſunt huc tranſpoſita ex extremo eiuſdem quinti capitis Numerorum.*

Item ex decretis Nicolai Papæ.

¶ In nouo teſtamento monomachia non recipitur. Cap. XXII.

† *in legem aſſumi nuſquam præceptum reperimus*] orig. — Burc. l. 9. c. 53. Iuo p. 8. c. 187. — 1. Reg. 17.

MOnomachiam [a] vero in lege nõ aſſumimus †, quã præceptam fuiſſe non reperimus: qa licet quoſdã iniuſſe legerimus, ſicut ſanctum Dauid, & Goliam ſacra prodit hiſtoria; nuſquam tamen, vt pro lege teneatur, alicubi diuina ſanxit auctoritas: cum hoc, & huiuſmodi ſectantes, Deum ſolummodo tentare [b] videantur.

¶ *Epiſtola ſcripta Carolo Regi patruo Lotharij (ex qua caput hoc eſt acceptum) extat Romæ in codice ſæpè citato monaſterij Dominicanorum. In qua inter alia refertur, Lotharium, cum ſcire vellet an Theuperga, ſiue Thie berga (vt vocat Rhegino) ipſius vxor adulterium patraſſet, voluiſſe duos homines monomachiam committere: ita vt, ſi ille, qui partes Theupergæ tueretur, caderet: ipſa planè adulterij conuicta cenſeretur. Hocque valde reprehendit Nicolaus, docens hanc non eſſe legitimam rationem probandi crimina (quamuis in Longobardicis conſtitutionibus & in capitularibus habeatur) ſed potius nihil aliud eſſe, quam Deũ tentare. Addit vero denegatam fuiſſe à Lothario Theupergæ iuſtam purgationem, his verbis:* ſed de adulterio illa coram miſſi noſtri præſentia purgare ſe voluit; ſed ipſe non annuit. *Totam hanc hiſtoriam deſcribit Rhegino lib. 2.* Chronicorum. *Ex his vero oſtenditur rubricam huius capitis apud Gratianũ nimis eſſe generalem, quippe cum Nicolaus hoc tantum velit demonſtrare, non eſſe vtendum monomachia ad purgationem.*

5 *Contra in concilio Vuormacienſi, 15.*

¶ Si furta in monaſterio fiunt, iudicio monachi ſe expurgent. Cap. XXIII.

Burc. l. 11. c. 66. — † *al. debeant.*

SAepe [c] contingit, vt in monaſterijs furta perpetrẽtur, & qui hæc committãt, ignorentur. Idcirco ſtatuimus, vt quãdo ipſi fratres de talibus ſe expurgare debuerint †, Miſſa ab abbate celebretur, vel ab aliquo, cui ipſe abbas præceperit, præſentibus fratribus: & ſic expleta β Miſſa, omnes communicent in hæc verba: Corpus Domini ſit mihi ad probationem hodie.

β ¶ Sic expleta] *In hoc capite addita ſunt nonnulla verba ex concilio, quæ à collectoribus videbantur omiſſa. Sed hoc loco ſatis viſum eſt, ea ſtatim indicare. Nam in concilio ipſo eſſe legitur, &* hæc in vltima Miſſæ celebratione, pro expurgatione

CASVS Dicit ꝙ quælibet talis purgatio prohibetur, cum Stephanus dicat, Confeſſione &c.

MOnomachiam.] CASVS. Singulare certamen inter duos prohibetur: qa tales vñr Deũ tentare. nec eſt trahẽdum ad conſequentiã qd fecit Dauid cum Goliath. cum inſtinctu ſpiritus ſancti fuerit factum.

a ¶ Monomachiam.] Illos etiã lex Romana condemnat, vt C. de gladiato. l. vna. li. 11. Euchariſtia ergo non eſt danda talib. cum peccent mortaliter. de conſ. diſtin. 2. § ſed ſi non. Dicũt quidam, ꝙ * defendens poteſt ſumere; quia cuilibet licitum eſt defendere ſe. Sed nonne Dauid peccauit? Non: quia inſtinctu ſpiritus ſancti fecit, vt Sãſon, & alij. 23 q. 5. ſi nõ licet. & ext. de diuor gaudemus. Et eſt hic arg. ꝙ non eſt arguendũ ab exemplis. 26. q. 2. nõ ſtatim & c. non exẽpl. 14 q. 5. dixit. 22. q. 2 ſi ꝗs p verus. it. de cõſec. diſ 2. liqdo. ext. de elec. licet C. de ſenten & interlocu. om. iud. nemo.

Euchariſtia gladiatorib. nõ eſt dãda.

* *Immo. & iſte peccat, quoniam omiſſa legitima ſe defendẽdi rõne ad prohibitam ſe cõfert. Cõc. Tri. ſeſ. 25. c. 19.*

b ¶ Tentare.] 23. q. 8. ſi nulla vrget. & 22. q. 2 quætuor cuſ.

CONTRA IN CONCILIO Hic allegat in contrarium eius quod pmittitur, & intendit probare per quatuor ca. ſe ꝙ vulgaris purgatio poſſit fieri, & poteſt dici, quòd hic icipit quinta pars. Archid.

SÆpe contingit.] CASVS. Per iſta quatuor cap. probat Gratianus poſſe adhuc fieri purgationẽ vulgarem. Dicit hic, ꝙ ſi furtũ fit ĩ monaſterio, abbas dẽt Miſſam celebrare: & i fine corpus Chriſti ſingulis dare, dicẽs: Corpus Domini Ieſu Chriſti ſit tibi hodie ad probationem.

c ¶ Sæpè.] Huic c. eſt

Digitized by Google

derogatum 1; quia ſuſpectis non eſt danda Euchariſtia, vt inf. de conſec. diſt. 2. tribus. extra de purg. can. cum dilectis.

INterrogatum.] CASVS. Si duo adulterium commiſerunt, ſcilicet maſculus & fœmina, & vnus confitetur, & alter negat; confitenti pœnitentia imponatur: negãs vero probabili iudicio ſe expurget, id eſt, candenti ferro, vel aqua feruenti. Et ita facit ad propoſitum Gra.

debeat cum uolens purgare ſe, nequit.

ILLVD VERO Dictum eſt ſupra in c. omnibus. & c. presbyter quod clerici compellantur ad purgationem: ſed illa duo c. mandaſtis. & auditum. contradicunt ei: ideo magiſter hoc determinat.

Quod

ſua corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti percipiant, quatenus ita inde innocentes ſe oſtendant.

Item in Saleguſtadienſi concilio, c. 7.

¶ Quicunque de adulterio accuſatur, probabili iudicio ſe expurget. Cap. XXIIII.

INterrogatum eſt, ſi duo de adulterio inculpati [a] fuerint, & vnus profitetur, [b], & alter negat; quid inde agẽdum ſit. Decretum eſt à ſancto concilio, vt ille, qui negauerit, probabili ſe iudicio expurget, & qui profeſſus fuerit, dignam pœnitentiam agat. Burc. in fine operis. Iuo. p. 15. c. 171.

Item in eodem, c. 14.

¶ Cum plures de adulterio accuſantur, & vnus cæteros purgare voluerit, omnes rei habeantur, ſi ipſe in iudicio ceciderit. Cap. XXV.

STatuit quoque ſancta ſynodus; vt ſi duo [c] de adulterio accuſati fuerint, & ambo negauerint, & orant ſibi concedi, vt alter illorum [d] vtroſque diuino purget iudicio; ſi unus in hoc ceciderit †, ambo rei habeantur. Burch. ibidem. Iuo. p. 15. c. 180. †al. deciderit.

Item in concilio Vuormacienſi, c. 10.

¶ Pro ſingulis Miſſa celebretur, qui de aliquo crimine accuſantur. Cap. XXVI.

SI epiſcopo, aut presbytero cauſa criminalis, hoc eſt homicidium, adulterium, furtum, & maleficium imputatum fuerit; pro ſingulis Miſſam celebrare [a] debet, & communicare, & de ſingulis ſibi imputatis innocentem ſe oſtendere †. Quod ſi non fecerit, quinquennio [e] à liminibus eccleſiæ extraneus habeatur. Burc. l. 2. c. 199. Iuo. p. 6. c. 272. †al. reddere.

a ¶ Celebrare.] *In concilio, & apud Burchardum, & Iuonem ſequitur:* & ſecretam publice dicere.

Illud vero, quod Sixtus & Leo in fine ſuæ purgationis addiderunt: ex eorum exemplo intelligendum eſt: exemplo enim ſuæ ſatisfactionis noluerunt cæteris præſcribere legem purgandi.

QVAESTIO IIII.

QVod vero quarto loco quærebatur, an duorum teſtimonio epiſcopus ſit condemnandus, multorum auctoritate probatur. Sicut enim in Euangelio Ioannis legitur, ait Io. 8.

a¶ Inculpati.] Ideſt, infamati. Non enim poſſunt duo accuſati ſimul de crimine C. de adulte. reos, ſimile ff. de inof. teſta nã & ſi. § filius.

b ¶ Profitetur.] Notãdum 2. ꝙ victoria vnius prodeſt alteri: ſed condemnatio nõ nocet ff. de adul. denunciaſſe. extra de adul. ſignificaſti. ff. de inoff. teſt. poſthumus. §. ſi qs ex his. ff. ſi ſerui vẽdi. loci. § cõperit Item arg. quod cõfeſſio unius non nocet alteri. 15. quæſt. 3 nemini. Argu contra. 59. diſtin. ordinatos. & 81 diſt. tantis Et eſt verum, quod non nocet alij quantum ad cõdemnationem: nocet tamen quantũ ad præſumptionem, vt ext. de adult. ſignificaſti, &c. 3.

STatuit] CASVS. ſi duo p adulterio accuſantur, & negauerint ambo: ſi vnus de volũtate alterius alterum purgat, ſi in probatione vulgari ceciderit, ambo puniantur.

c ¶ Duo.] Argu. contra. C. de adult reos. Sed dic ꝙ nõ agitur hic criminaliter. ſed ad pœnitentiam, vel ad thori ſeparationem 4.

d ¶ Alter illorum.] vel vt procurator 5. 63. di. tibi Domino. Sed ſi directe ageretur, cũ ſit cã criminalis, non poſſet vnus alterũ conſtituere procuratorem, vt 3. q. 9. abſens. Niſi velis dicere, quod in cauſa criminali vnus ſocius auditur & pro ſe, & pro alijs, vt eſt arg 3. q. 6. hæc quippe. & extra de dolo & contum. cum dilecti. in princ. 6.

SI epiſcopo.] CASVS. Si epiſcopo vel presbytero crimina imponatur, pro ſingulis Miſſam celebret, & pro ſingulis ſe innocentem reddat. ſed iſta capitula ſunt abrogata: prout. faciunt ad propoſitum Gratiani.

e ¶ Quinquennio.] Hodie deponitur q in purgatione deficit, ut ex tra de ſi mon. de hoc, vbi habes quid fieri

QVod uero.] Hæc quæſtio diuiditur in duas partes: in quarum prima quæritur, an ad condemnationem alicuius ſuficiant duo legitimi teſtes, & reſpondetur ꝙ ſic. Secunda ibi, [Ex præmiſſis.] Ioan. de Fant.

CASVS. In hac quarta quæſtione quæritur, an duo teſtes ſufficiant ad condemnationem epiſcopi. Et probat Gratianus ꝙ ſic autoritate Domini, & duabus auctoritatibus Pauli.

f ¶ Duorum.] Sẽper duo ſufficiunt. 4. q. 3. §. item in criminali, verſic. vbi numerus, niſi in caſibus ſpiritualib.

Sed in

1 Ad hoc concor. Ioã. de Fant. dicens, ꝙ ibi c. non tenet.

2 I[illegible] tenent Cy. Alexan. de Im. & moder. in l. ſi duo. col. 2. ff. de iureiur.

Confeſſio vnius an alteri noceat.

3 De hoc no. 3 q. 6. ca. hæc quippe. extr. de præben. dilecto. in fi. & de ſimo. dilect°. 2. Archid.

4 Iſtam glo. dicit Bart. ſingu. in l. reos. C. de adult. ad hoc ꝙ adulter, & adultera poſſint in eodem libello accuſari, qñ agitur ad thori ſeparationem.

5 Idem no. hic H. qui dicit, ꝙ hoc poteſt eſſe in purgatione, pſertim vulgari: ſed ſi directe, &c. vt ſequitur in glo.

6 Vbi de hoc. & infr. q. 6. ſi quando in gl. regulare eſt. in [illegible]

Digitized by Google

Teſtis qñq; vnus ſufficit: qñque plures duobus requiruntur.

Sed in iſto caſu unus ſufficit, vt extra de teſtib. cog peruenit. & ubi nulli fit præiudicium de conſec. diſt. 4 placuit de infantibus, & in cauſa denunciationis, extra de teſtib. in omni. & in alio caſu: extra de procur. ex inſinuatione, & vbi agitur ad impediendum matrimoniū. extra

a ¶ Et patris.] Pater poteſt eſſe teſtis in cauſa filij in teſtamento, vt ff. de teſta. l. qui teſtamento. alias non, vt 4. q. 3. dicto c ſi teſte. §. reſtes quos. hic autem iſti mentiri non poterant. Vel dic teſtimonium meum, & patris mei, id eſt, de patre meo & me dictum: ſcilicet teſtimonium prophetarum.

Deuteron. 7.

Chriſtus ad Iudæos: [In lege ueſtra ſcriptum eſt, quoniā duorum hominum teſtimonium uerum eſt.] Hinc conſequenter contra eos argumentatur dicens. [Si duorum hominum teſtimonium uerum eſt, quare teſtimonium meū & patris [a] *nonaccipitis? [Item Paulus in epiſtola ad Corinthios: [In ore duorum, uel trium* [b] *ſtabit omne verbum.] Item in epiſtola ad Hebræis: [Qui præuaricans legem Moyſi duobus, vel tribus teſtibus conuictus, ſine miſeratione lapidabitur* †. *] Item ex concilio Bracharenſi 2. c. 8.* †

2. Cor. 13. Heb 10.

† Et cap. l. 5. c. 240. † *al. lapidabatur.* Burc. li. 2. c. 202. Iuo p. 6. c. 276. Pann lib. 4. c. 97. † *al. macula fornicationis.*

¶ Quot teſtibus quiſque clericorum conuinci debeat. Cap. I.

PLacuit, vt ſi quis aliquem clericorū in accuſatione † fornicationis impetit, ſecundum præceptum Pauli Apoſtoli duo, vel tria [b] teſtimonia requirantur ab illo. Quòd ſi non potuerit datis teſtimonijs approbare quod dixit, excommunicationem [d] accuſati accuſator accipiat.

2 *Ex præmiſſis itaque colligitur, quòd duorum, vel trium teſtimonio epiſcopus conuinci, & damnari poteſt. Porro Sylueſter Papa in generali ſynodo reſidens contradixit.*

In epilogo concilij Romani, c. 3.

¶ Quot teſtibus epiſcopus, vel presbyter, vel reliqui clerici ſunt conuincendi. Cap. II.

al. in Matth. 10 & Luc. 7 † abeſt ab orig. † *al. lxiiij.*

† *al. xxxvj. teſtib.* In c. Hadri ni. c. 72. In concil. Mog int. 2. c. 12. Cap. l. 1. c. 139. Pan. lib. 4. c. 91. Poly. li. 5. tit. 1. Deuſdedit p 3.

PRæſul [c] non damnabitur niſi cum † lxxij. teſtibus: nec præſul ſummus *a* à quoquam iudicabitur, quoniam ſcriptum eſt: [Nō eſt diſcipulus ſuper magiſtrum.] Presbyter autem [Cardinalis † niſi cum xliiij. † teſtibus non damnabitur: diaconus vero Cardinalis vrbis Romæ, niſi cum xxvij. teſtibus † non condemnabitur. Subdiaconus, acolythus, exorciſta, lector, oſtiarius, non niſi ſeptem teſtibus non condemnabitur. Teſtes [f] autem, & accuſatores ſine aliqua ſint infamia.

a ¶ Nec præſul ſummus.] *Ex concilio Romano ſub Sylueſtro, & cæteris locis indicatis (excepta Pannormia) addita ſunt hæc vſq; ad ver.* presbyter. *Ac mirandum eſt de auctore gloſſa, qui putauit* Pontificem *Maximum minore numero teſtium poſſe cōdemnari, quam diaconum Cardinalem, atque oſtiarium: cum tamen ipſe* Pontifex *a generali ſaltem præſulis nomine minimè eſſet excludendus.*

Item Leo quartus in epiſtola epiſcopis Britanniæ.

¶ Epiſcopi non niſi lxxij. teſtibus condemnandi ſunt. Cap. III.

Iuo p. 5. c. 116.

NVllam damnatio-

b ¶ Vel triū.] Vt comprehendant actorē pro uno teſte. extra de teſtib. in omni. Illa tamen loquitur in cauſa denūciationis. Vel ideo dicit, triū, quia quādoq; ſecundum canones plures quàm duo requiruntur: ſed nunquā pauciores, vt ext. de teſt. licet. Vnde in teſtamentis bene requiruntur 1. vt ext de teſta. cum eſſes & c. relatum lo Quod dicit lo. de teſt. ni... non credo verū. vnde dico cum T. decr. illas, cum eſſes. & relatū. in quolibet teſtamento loqui. B.

1 In ijs quę pietatis [illegible] relinquu[illegible], minus ſo[illegible] nis uolu[illegible] ſufficit ſicut inter liberos. C. de teſt. hac con ſultiſſima. §. ex imperfecta. Arch.

PLacuit] CASVS. Dicitur quod ſi aliquis accuſat aliquē de fornicatione, poteſt probare crimen duobus uel tribus teſtibus: & ſi non probauerit, punietur pęna talionis. Patet ſequens §.

c ¶ Tria.] ſup. diſt. 48. quoniam multa.

d ¶ Excommunicationem.] id eſt damnationem.

EX PRÆMISSIS. Hæc eſt ſecūda pars quæſtionis, in qua probat contrarium eius quod pmiſſum eſt: & hoc probat duabus auctoritatibus: ſed no ſunt contra: quia loquuntur ſpecialiter de clericis Romanæ eccleſiæ. Io de Fant.

PRæſul.] CASVS. Dicitur hic quot teſtes ſufficiant ad condemnationē epiſcopi, Cardinalis, presbyteri, & aliorū clericorum Romanę eccleſiæ In fine dicitur, quòd teſtes ſine infamia debent eſſe.

extra de ſpon. præterea. Item quantum ad præſumptionem faciendam. 8. q. 3. talia. ff. de dote prælega. Theopompus. Item plures duobus requiruntur. inf. ea. nullā. & c. præſul. Tres requiruntur in depoſitione pecuniæ. in auth. de fide inſtr. §. ſi quis igitur. coll. 6. Item quinque requiruntur dum contractus excedit libram auri in ciuitate. C. ſi cer. per. auth. ſed nouo. & in codicillis, & in donatione cauſa mortis ſimiliter quinque, ut C. de dona. cauſa mor. l. ult. quandoque xv. ut C. de prox. ſac. ſcri. unicuique. lib. 12.

e ¶ Præſul.] id eſt Cardinalis epiſcopus. Sed nunquid contra Papam duplicabuntur teſtes? * non, immo duo ſufficiunt. & in hoc eſt deterioris conditionis: quia ipſe ſine cōparatione aliorum creatus eſt maior: & ideo ſine ſpe ueniæ condemnandus eſt, ut diabolus, de pœ. diſt 2. principium.

* *Vide, quæ dicuntur in notatiōe ad hoc caput.*

f ¶ Teſtes.] Extra de teſti. perſonas. & cap. ſuper eo.

NVllam.] CASVS. Si epiſcopus Cardinalis de crimine accuſatur, duodecim epiſcopi debent de cauſa cogno-

Digitized by Google

cognoſcere: nec poteſt conuinci niſi lxxij. teſtibus. In ſecūda parte dicitur qualiter teſtes iurare dēnt, & quid. In tertia parte dicitur, q̄ ſi appellauerit ad Papam, audiri debet: nec alius debet de cauſa cognoſcere. Secunda pars incipit ibi, [Et prius.] Tertia pars ibi, [Et ſi inter.]

CASVS. Hic intitulatur ſexta quæſtio, in qua quæritur quo remedio cauſa vitiata ſubleuetur: de quo non fecit in themate mentionem: &, ſi remediū dandū ſit ei, qui cauſa dilationis appellat: de quo fecit in themate mentionē. Cauſa autem uitiata remedio appellationis ſubleuatur: & hoc probat per ſequens cap.

nem [a] epiſcoporum unquam eſſe cenſemus, niſi aut ante legitimum numerum epiſcoporum [b] (qui fit per duodecim epiſcopos) aut certè probata ſententia per lxxij. teſtes idoneos, qui tales ſint, qui & accuſare poſſent. ¶Et prius ad ſacra Chriſti quatuor Euangelia ſacramenta pręſtēt, q̄ nihil falſum [c] depromāt: ſicut nobis [α] B. Syluester tradidit, & Romana ſancta videtur tenere eccleſia. ¶Et, ſi inter eos, quos damnandos eſſe dixerint homines, fuerit epiſcopus, qui ſuam cauſam in præſentia Romanæ ſedis epiſcopi petierit audiri, nullus ſuper illum definitiuam præſumat dare ſententiam: ſed omnino eum audiri decernimus.

Zepherinus epiſt. 1.

Epi epm̄ deponere non poſſunt.

a ¶Nullā damnationē.] Epoꝝ. Sed hoc nō vr̄ poſſe ſtare: q̄a nullus pōt iudicare clericos Romanę eccleſię, niſi ſol9 Papa. Itē q̄a epi epm̄ deponere non pn̄t, ut 3. q. 6. quamuis. Reſpondeo quod loquitur in eo caſu, qn̄ Papa cōmittit alijs cauſam ſuorum clericorū, ne ipſe ſuſpectus habeatur, uel ne fauore ꝓ eis, vel odio cōtra eos iudicaret. ff. de iuriſd. om. iud. l. prætor.

a ¶Nullam damnationem.] inf. 3 q. 6. accuſatus. & c quāuis.

b ¶Epiſcoporum.] inf. 5 q 4. duodecim.

Teſtes quinque capitula iurare debent.

c ¶Falſum.] Quinq; capitula iurabunt teſtes: ſcilicet vt dicāt veritatem, vt 3 q. 9 hortamur. & q̄ teſtenē pro utraq; parte ueritatem, ut 14. quæſt. 5 non ſanè, q̄ non admiſceant falſitatem, ut hic q̄ nec amore, nec odio, nec proprio commodo teſtentur, ut extra de teſtib. quoties. Item quinto requiritur, quod dicant quidquid de re ipſa nouerint, ſiue fuerint interrogati, ſiue nō, ut extra de acc. cum dilectus 1. quod nō credo, niſi hoc liqueat ex forma iuramenti, ut infra.

1 De hoc ēt no ext. de teſti. fraternitatis in glo. vl. vbi addit Ho. aliū caſū. ſ. q̄ neutri parti manifeſtabunt dicta ſua antequam ſint publicata. argu. 4 q 3. item qui falſo. Arch.

α ¶Sicut nobis.] *Hinc uſq; ad dictionem, eccleſia non leguntur in epiſtola Leonis manuſcripta: habentur tamen apud Iuonem.*

Sed hoc vel ſpeciali priuilegio de clericis Romanæ eccleſiæ intelligitur, vel propter improbitatem quorundā; qui cum non ſint ſpectatæ vitæ, & ſcientiæ, in accuſationem miniſtrorum Dei repente proſiliunt. Quorum uero vita adeo laudabilis eſt, ut omnibus imitanda appareat, de quorum aſſertione, nulla dubitatio naſci poterit, eorū teſtimonio duorum, vel trium teſtium quilibet iure conuinci, & damnari poterit.

QVÆSTIO VI.

S Equitur ſexta quæſtio, qua quæritur, quo remedio cauſa vitiata ſubleuetur: &, ſi remedium illud ſit dandum ei, qui cauſa dilationis uocem appellationis exhibuerit. Cauſa uero vitiata remedio appellationis ſubleuari poterit.

Unde Fabianus Papa ait ad Hilarium epiſcopum epiſtola 3. cap. 3.

Et in decretis Sixti tertij. c 3. C Theod. l. 2. tit. de appell. in inter le. 15. Anſel. lib. 2. c. 11. & li. 3. c. 88. lib. 7. c. 33. Burc. lib. 1. c. 148. Iuon. li. 4. c. 121.

¶Cauſæ vitiatæ remedium appellationis ſubueniat. Cap. I.

LIceat appellatori vitiatam cauſam remedio appellationis [d] ſubleuare.

[Idem paulo ante.]

SED HOC Modo dicit quare de tot teſtibus fuit ſtatutum: propter ſcilicet priuilegiū clericorū Romanæ eccleſiæ & hæc ſolutio eſt uera, vel propter malitiam hæreticorum fuit ſtatutum de omnibus clericis, qua ceſſante ceſſabit conſtitutio. Sed uerius eſt, q̄ propter malitiam hæreticorum, uel malorum hominum ſtatutum fuit de clericis Romanę eccleſiæ, quibus hoc priuilegium datum fuit, quod non ceſſat cauſa ceſſante: & hoc innuit B.

S Equitur.] Hæc quæſtio diuiditur in octo partes: in quarum prima probat per nouem auctoritates ſanctorum patrum, quod quandocunque quis grauatus fuerit, poterit appellare: & eius appellatio tenebit. Secunda ibi, [Cum ergo.] Tertia ibi, [Qui uero.] Quarta ibi, [Poſt datam.] Quinta ibi, [Non ſolent.] Sexta ibi, [Notandū.] Septima ibi: [Si vero.] Octaua ibi, [Diffinitiua.] Ioan.

d LIceat.] ¶Appellationis.] Appellatio eſt prouocatio iniquæ ſententiæ querelam cōtinens ff de mino. pfecti tū & in ijs quæ extra iudiciū aguntur appellatur, ut in electione, ut extra de app. conſtitutus. Quis appellet, dicetur ꝫ ea. nō ſolent, & hoc in ciuili eſt. In criminali aūt quilibet ēt inuito reo appellat. ff. de appel. non tantum. & in cauſa liberali, ut ff de libe. cauſa l. 1. & 2.

AD QVEM SIT APPELLANDVM. Appellatur autem a minori ad maiorem, & gradatim, ut inf. ea. anteriorum. C de appella. præcipimus, excepto Papa, ad quē oībus prætermiſſis appellatur, vt inf. e. c. 3. 4. & 5. Et hoc uerum eſt in iudicibus ordinarijs. In delegatis aut diſtinguitur, ſi ipſi alijs cauſam cōmiſerint, ſi tota iuriſdictio eſt delegata, appellatur ad primum delegantem,

Appellans à delegato ad quem appellare dēt.

Digitized by Google

tem.extra de off.dele.ſuper quæſtionum.§.porro.ff.quis & a quo appell.l.1. ſed ſi non tota cauſa eſt delegata, tunc appellatur ad delegantem ſecundum,vt C.qui pro ſua iurid.l.1.ff.quis,& a quo app l.fin.& ext.de off.de-leg.ſuper quæſtionum.

QVO-

vt infra ea.§.diffinitiua i. ſi.poteſt tamen nouas allegationes audire,C de app. eos.§.1.ff. de appel tcio quæſitum. In ſi.extra de fide inſtrum.cum Ioannes. Quando autem non eſt neceſſe appellare,habes infra ead.§ diffinitiua. Inhibetur autem appellatio,quia a principe non appellatur.9.q.3.cuncta.nec a præfecto prætorio, C. de off.præf.præt.l.1.nec a ſenatu, vt ff quibus app. non licet.l. prima, nec ab arbitro, C de ar.l.1 nec appel l at officiatus.inf ea.§.diffinitiua.vet.nul li Item propter ſceleris magnitudinem nõ appellatur C quorum.ap. nõ reci.l.2. extra de appell. cum ſit Romana Item in momentanea poſſeſſione,vt inf eadem, ff diffinitiua 2 ver. de poſſeſſione.ſecundum leges,ſed per canones ſic. extra de teſtib ſignificauerunt, & de teſt ſpol. cum ad ſedem Item in re quæ non capit dilationem ff de app.te. l.vlt. & ext de rapt. in literis. Argu contra extra de appella. qua fronte.in ſi ibi appellatio non retardat ſententiam, niſi

Appellatio in multis caſibus non admittitur.

¶De eodem: PALEA. Cap. II.

Sixtus ibidem. Poly l.2.tit.7. Anſ.l.2.c.11.

APpellantem non debet afflictio vlla, aut detentionis iniuriare cuſtodia.

Item Anacletus Papa,epiſt.1.in ſi.

¶De eodem. Cap. III.

OMnis [a] oppreſſus libere [b] ſacerdotum [c] (ſi voluerit) appellet iudicium,& a nullo prohibeatur;ſed ab his fulciatur,& liberetur.Si autem difficiles cauſæ,aut maiora negotia orta fuerint,ad maiorem [d] ſedem referantur. Et ſi illic facile diſcerni † non poterunt,aut iuſte termina ri,vbi fuerit ſummorum congregata congregatio α,(quæ per ſingulos annos bis fieri ſolet,& de?)iuſte & D.o placite coram Patriarcha [e], aut primate eccleſiaſtica β negotia, & coram patricio ſæcularia [f] iudicentur negotia in commune [g] †.

† al decerni.

† al.communi.

α ¶Congregatio.] *In uulgatis ſequebatur*, ſub metropolitano:*quæ ſublata ſunt,quia in nullo manuſcripto neque in origina li habemus,& in ſequentibus uerbis exponitur,coram quibus ſit habendum concilium.*

β ¶Eccleſiaſtic negotia.]*In epiſtola legitur,* primate eccleſiaſtico,& coram patritio ſæcularia,&c.

QVOMODO SIT APPELLANDVM.Iudice ſedente pro tribunali poteſt viua voce appellari : ſed ext. iudicium in libello tantum appellabitur 1 vt inf. ea §.iudicibus ver.litigatoribus.ff de app.a ſententia.§.vlt.

1 Dicas ꝙ ſiue appellet in iudicio, ſiue ext. det obſeruari ꝙ dr extra lib. 6.de ap. cordi quæ eſt in no 4. & hoc cum a iudice appellat ad Papam, & hoc ibi intelligit Ho.

QVANDO APPELLANDVM SIT. Secundum leges appellatur tantum poſt diffinitiuam ſententiam,niſi in caſibus nota.inf ea.non ita,extra de ap.ſuper eo.2.Secundum canones, & ante litem conteſt. & poſt, vt ext.de app.cum ſit Romana inf.ea.non ita. licet hoc ſit correctum per conſtitutionem nouam,ext eod.vt debitus vbi dicitur,ꝙ cauſa appellationis debet aſſignari.Item ſecũdum canones appellatur quoties ſuperior iudex inuenitur,vt infra eadem omnes ſecundum leges bis tantum, vt inf ead. poſt ſecundum Ioan. hoc pro certo teneas,ꝙ ante ſententiam poteſt appellari quoties pars grauatur, & allegatur cauſa,vt ext.eod vt debitus. Sed poſt diffinitiuam ſententiam tantum bis, vt dicut leges prææallegatæ,nec aſſignatur tunc cauſa,ſed dicit,appello ab iniqua ſententia.Sententia tamen in cauſa matrimonii non trãſit in rem iudicatam,vt ext.de ſent.& re iud.lator,& c. conſanguinei. B

Appellationis ipſ ſpõt iudex moderari.

INTRA QVOD TEMPVS SIT APPELLANDVM. Item appellatur vſque ad decem dies continuos, vt inf. ead.anteriorum.

INTRA QVOD TEMPVS DEBET APPELLATIO PROSEQVI. Appellanti datur annus vel biennium,vt inf.eadem ſi quis appellat Tamen iudex poteſt moderari tempus preciſius extra eod cum ſit Romana,& c.reprehenſibilis.Item appellatione pendente nihil innouandum eſt, vt inf.ead.§ appellatione. niſi appellans ſuſpectus ſit,vel depopulator, vt inf.ead. quoties 2.in cauſa criminali reus cuſtoditur : vel dabit fideiuſſorem,ſi eſt ſuſpectus,C.de ap.eos ver ſuper his. Iudicis officium eſt libellos dimiſſorios dare.infra eadem poſt appellationem. Iudex autem ad quem appellatur:ſi appellatur a ſententia , ſecundum priores allegationes, vel infirmabit , vel confirmabit ſententiam,

ad tempus. Item ſententia maioris partis capituli,extra de his,quæ fiunt a ma. parte,cap. 1.Item contumax non appellat, vt 24.q 3 de illicita infra ea § ſunt eadem quorum.C.de iud.pro perandi. ..fin autem.Item ab executore non appellatur.inf.ead.§ diffinitiua vel.ab executore.

OMnis.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod ſi aliquis grauetur,a minori prælato ad ſacerdotem,id eſt, epiſcopum,debet appellare,& ſi ibi propter aliquam difficultatem negotium non poterit terminari metropolitanum appellet,& ſi ibi negotium non fuerit terminatum, vel grauabitur: ad concilium recurrat, in quo patriarcha, vel primas præſidet, & in quo cauſæ maiores eccleſiaſticæ tractari debent, coram patricio ſæculari iu dices ſæculares.

a ¶Omnis.]Pone caſum quod appellatur a ſubdito epiſcopi 3 ad epiſcopum: deinde ad metropolitanum,deinde ad concilium metropolitani.

3 Id eſt,a minori prælato:non tñ officiali epi: quo caſu, & conſuetudo contra hoc nõ valet.ex. lib.6.de con ſue. non putamus. Arc.

b ¶Libere.]id eſt,ſiue ante ſententiam,ſiue poſt.

c ¶Sacerdotum] Ergo a ſæculari iudice ad Papam poteſt appellari,quod verum eſt vacante imperio,vt extra de foro comp.licet.alias non, vt ext.de app ſi duobus.

d ¶Ad maiorem.]ſup.c 7.d multis.§.1.

e ¶Coram patriarcha.]Quæ vna dignitas eſt,99.d.prouinciæ.

f ¶Sæcularia.]Scilicet cum ambo ſint laici,quia prælati non debent tractare ſæcularia iudicia.11 q.1. te quidem. Vel dic quod cum laicus iudex non vult facere iuſtitiam,tunc appellatur ad eccleſiaſticum,vt ipſum corrigat,& ſi noluerit facere iuſtitiam, poteſt ipſum excõmunicare,vt 23.q.5.adminiſtratores.Vel dic quod cum iudex ſæcularis eſt, poteſt adiri iudex eccleſiaſticus 4 vt in auth.vt diffe.iud.§ ſi vero,coll.9. vel etiam ſi deceſſerit,vt ibi dicitur. Vel ſi habeatur querela contra ipſum, vt in ead.coll.§.vlt.ſic ext.de foro compet ex tranſmiſſa,& extra eod licet.

2 Melius diceret §. ſunt et quorum. ver. de poſſ. vbi de hoc.

Appellatur a iudice ſæculari ad eccleſiaſticum

4 Sub.qui cũ eo cognoſceret,& hoc ...

g ¶In commune.]id eſt,publice.

Digitized by Google

SI quis veſtrum.] CASVS. Ex his quinque ca. colligitur, ꝙ appellari poteſt ad Papam omnibus medijs prætermiſſis. Dicitur ergo hic, quod ſi aliquis aliqua aduerſitate pulſatur, ad ſedem Apoſtolicam quaſi ad caput appellet.

Item Sixtus Papa epiſt. 2. omnibus rectoribus eccleſiæ ſcribit dicens.

¶Quiſquis pulſatus fuerit, Apoſtolicam ſedem appellet. Cap. IV.

SI quis veſtrum pulſatus fuerit in aliqua aduerſitate, licenter hanc ſanctam, & Apoſtolicam [a] ſedem appellet, & ad eam, quaſi ad caput, ſuffugium habeat, ne ipſe innocens damnetur, aut eccleſia ſua detrimentum patiatur. Iuo p. 5. c. 3. Anſ. l. 2. c. 8.

Item Grato [a], epiſtola 1.

a ¶Grato.] *Sic eſt reſtitutum ex pleriſque vetuſtis (nam in vulgatis erat.* Item Gregorius.) *quamquam in tomis conciliorum hæc epiſtola tribuatur* Sixto *ſecundo: illa vero, ex qua caput antecedens, Sixto primo.*

¶In grauioribus cauſis pulſati Apoſtolicam ſedem appellent. Cap. V.

OMnes epiſcopi, qui in quibuſdam grauioribus pulſantur, vel criminantur cauſis, quoties [b] neceſſe fuerit, libere Apoſtolicam appellent ſedem, atque ad eā, quaſi ad matrem confugiant. Iulius Pap. epi. 2. ad orientales cap. 2. Burc. l. 1. c. 144. Iuo p. 5. c. 257. Pan. l. 4. c. 124. Anſ. l. 2. c. 12. Poly. l. 1. tit. 7.

Item Marcellus Papa, epiſt. 1. ad epiſcopos Antiochenæ prouinciæ.

¶Ab omnibus appelletur ad Romanam eccleſiam. Cap. VI.

1 AD Romanam Eccleſiam omnes epiſcopi, qui voluerint [c], vel quibus neceſſe fuerit, quaſi ad caput Anſ. l. 2. c. 7. Fan. l. 4. c. 125.

Appellatur ad Papam omiſſo medio

a ¶Apoſtolicā.] Ex hoc, & ſeq. c. patet ꝙ ad Papam alijs prætermiſſis, appellatē: ſed in alijs, ſecus eſt, vt inf. ead. decreta. & q. 7 metropolitanum, & 9. q. 3. conqueſtus, & 17. diſtin. multis, & 18 diſt. de concilijs. Cum ergo hoc ſit priuilegium Papæ, ergo ad legatum non appellatur omiſſo epiſcopo, vt 11. q. 1 peruenit. Sed contra extra de off. leg. cum non ignoretis. Sed dicas, ꝙ ille non fuit tantum legatus, ſed metropolitanus. Et ſi ille legatus non habuiſſet illud priuilegium, inutile fuiſſet officium legationis, ſed ille qui ſimplex legatus eſt, non habet illud priuilegium, niſi ei ſpecialiter ſit datum Io. Quidquid dicat Ioan. omnibus prætermiſſis curritur ad legatum, vt dicit illa decr. & quod facit legatus, Papa facere videtur. 94. cap. 1. & ff. de admi. tut. ita autem, & geſſiſſe B.

OMnes] CASVS. Dr̄ hic, quod quoties epiſcopi criminaliter accuſantur, ad ſedem Apoſtolicam quaſi ad matrem recurrant, cum eſt neceſſe.

Appellare tertio non licet.

b ¶Quoties] Dum tamen non vltra ſecundam vicem ne lites in infinitum extendantur. non enim licet tertio appellare ſuper eodem capitulo, vt infra ead. ſi quis in quacumque, ſic exponitur hæc dictio, quoties, ff. de leg. 3 fideicommiſſa, § ſi quis decem. ff. de eden. veluti, in fine, ſimile quoties, habes extra de elect. querelam. in parte deciſa. ſecundum H. exponitur quoties, ſiue ante litem conteſtatam, ſiue poſt. Alij dicunt, ꝙ licet etiam ter appellare, ſm canones, vt inf. 3. q. 2. Lotharius ſup. ea. omni. ſed M. dicit, ꝙ licet a grauamine quandocunque appellare: ſed bis poſt ſententiam tantum. & exponit, quoties, ideſt, in omni grauamine: ſed non niſi bis a ſententia, vt inf. ea. ſi quis in quacumque, & extra de app. directe. G. dicit quod in illo capitulo, omnis tertio fuit relatum: & hoc non fuit per appellationem ſed per conſultationem, vt ſup. diſt. 18. c. 1. & extra eodem ſuam nobis.

AD Romanam eccleſiam.] CASVS. Dicitur quòd omnes epiſcopi, qui volunt, vel quibus neceſſe eſt libere ſedem Apoſtolicam appellant abſque excommunicatione, vel impedimēto aliquo damnationis, vel ſpoliationis, vel cuſtodiæ.

c ¶Qui voluerint.] Ergo fruſtratoria admittitur, vt extra eod. conſuluit ergo audiendus eſt. qui cauſa dilationis appellat, vt extra de app. cum ſit Romana. & ca. per ſonas, ſed contra ius eum punit, vt C. de ap. a proconſulibus, & C. quorum ap. non reci. ab executore. in fi. vbi in 50. libris auri punitur fruſtratorie appellās, ergo ius non debet eam admittere, vt 23. q. 4 qui peccat. immo non debet per eam negotium impedire. extra eod. paſtoralis. Rn̄. dubia fruſtratoria eſt admittenda: ſicut occultus peccator ad Euchariſtiam. de conſec. d. 2. non prohibeat. Hodie autem ipſo iure eſt inhibita appellatio ante ſententiam, niſi iam euidens cauſa proponatur, quæ ſi probata eſſet, debeat appellatio legitima reputari, vt extra eodem, vt debitus. Sed cum hodie ipſo iure ſit inhibita appellatio. quid prodeſt ſcribere remota appellatione? Reſpond. ſi appellatio remouetur in literis, tunc intelligitur remota etiam poſt ſententiam. Aliàs etiam rationes aſſignaui ſuper illa conſtitutione, vt debitus, ſed ſi non apponitur in literis, tantum ante ſententiam eſt remota. Ioan. Ego credo, quod nihil prodeſt remotio appellationis niſi ad remouendam fruſtratoriam appellationem 1 vt dicit decret. expreſſe extra de ap. ex parte B. Hoc ſcias quòd niſi iudici euidenter pateat appellationem tenere, nunquam deferat ei. vnde ſi non credit tenere appellationem, non deferat ipſi licet ſuperior poſſit retractare quod factum eſt, vt extra eod. paſtoralis. Sed pone quod iudex dubitat de appellatione: aut defert talis appellationi, aut non. ſi defert, mentitur ergo conſtitutio, & decretalis. Nam conſtitutio, dicit, ꝙ niſi tali cauſa ſit propoſita, quæ ſi foret probata, legitima eſſet appellatio, non eſt deferendum appellationi. Item decret. paſtoralis. dicit, quòd in ſolis illis caſibus deferendum eſt appellationi, vbi a iure indulgetur expreſſe, quod poſſit appellari. Si dubitatur de appellatione: ergo non debet cognoſcere de cauſa, cum dubitet

1 Sub. & ſic remoueri qđ de iure cōi eſt remotū. Sed contra hoc eſt. C. de Theſ. l. 1. & ff. ad munic. l. 1. & ideo plus placet qđ dixit Io. de Fant. nam ſi hæc clauſula nihil operatur quare decr. ext eo. inquiſitioni. fundatur ſuper cap. ideo his electis, vt dic vt ple. not. Ho. in ſum. eo tit. §. qūo decr. vt debitus. ver. abſque rōnabili li. &c. Arc.

Digitized by Google

dubitet an ſit iudex. argu. 11. q. 3 graue. Ad hoc dico, ꝙ ſi iudex dubitat de cauſa appellationis, ſummatim poteſt inquirere de cauſa: vel ſeorſum extra formam iudicij inquirendo de cauſa. Et ſi uidetur cauſa probabilis; & præterea talis quòd ea probata legitima iudicaretur;

& quod iudici iuſta uideatur.
a ¶ Conſecrationem.] Si metropolitanus diſtulerit. 9. q. 3. Artaldus.
b ¶ Cuſtodia.] Qui appellat, nec cogitur dare cautionem de proſequenda appellatione, nec cuſtodiri debet: niſi ſit cauſa criminalis, & ſuſpect⁹ ſit, vt C. de appell. eos. §. ſuper his.

ſuffugere, eamq; appellare debent, vt inde accipiant tuitionem, atq; conſecrationem α [a]. Quod omnibus nimimè conuenit denegare epiſcopis: ſed abſque vlla cuſtodia [b], aut excommunicatione [c], vel damnatione, vel expoliatione liberè ire concedatur.

α ¶ Atque conſecrationem.] *In originali eſt*, vt inde accipiãt tuitionem, & liberationem, vnde acceperunt informationem atque conſecrationem: *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

Item Victor ad Theophilum Alexandrinum, epiſt. 1. cap. 3.

¶ Qui a proprio metropolitano ſe grauari putauerit, maiorem ſedem appellet. Cap. VII.

Iulius ibid. c. 4.
In c. Hadriani, c. 6.
Poly. ibidem.
Burc. li. 1. c. 144.
Pann li. 4. c. 126.
Iuo p. 5. c. 257.

SI quis putauerit a ſe à proprio metropolitano grauari, apud patriarcham, vel primatẽ [d] diœceſeos, aut penes uniuerſalis Apoſtolicæ eccleſiæ iudicetur ſedem.

Item Zepherinus vrbis Romę epiſcopus, epiſt. 1.

¶ Ad Romanam eccleſiam, quaſi ad matrem appelletur ab omnibus. Cap. VIII.

Anſel. li. 2. c. 6.

2 AD Romanam eccleſiam ab omnibus, maximè tamen ab oppreſſis appellandum eſt, & concurrendum quaſi ad matrem [e], vt eius vberibus nutriantur, auctoritate defendantur, & à ſuis oppreſſionibus releuentur: quia non poteſt, nec debet mater obliuiſci filium ſuum.

Item Iulius Papa in decretis ſiue in reſcripto ad orientales, c. 22.

¶ Quoties aliquis appellauerit, audientia ſibi non denegetur. Cap. IX.

In epiſt. Lucij. & in conc. Carth. 3. c. 10.
In cap. Hadriani.
Anſel. li. 3. c. 88.
Iuo p. 6. cap. 326. ex Locio.

PLacuit, vt à quibuſcunque iudicibus eccleſiaſticis ad alios iudices eccleſiaſticos (ubi eſt auctoritas maior [f]) fuerit prouocatum, audientia non negetur.

Item cap. 30.

¶ Iniuſtè damnati, reſtitutionem, & oppreſſi auxilium à Romana eccleſia debent habere. Cap. X.

IDeo huic ſanctæ ſedi præfata priuilegia ſpecialiter ſũt conceſſa, tam de congregandis concilijs [g], & iudicijs, ac reſtitutionibus [h] epiſcoporum, quàm & de ſummis eccleſiarum negocijs; vt ab ea omnes oppreſſi auxilium, & iniuſtè damnati reſtitutionem ſumant: Et talia ab improbis nec præſumantur abſque ultione, nec exerceantur abſque damnatione.

c ¶ Excõmunicatione.] Pro alijs tamen bene poteſt excommunicari, ut extra de appell. ad hoc. & c. propoſuit.

SI qs putauerit.] CASVS. Si grauatur aliquis a metropolitano ſuo, patriarchã appellet, deinde ad ſedem Apoſtolicam recurrat.

d ¶ Vel primatem.] vel pro ideſt.

AD Romanã eccleſiã] CASVS. iſtius capituli & ſequentis facilis eſt & planus: quia per ſuperiora patet: & litera plana eſt.

e ¶ Matrem] Nec pſumitur eſſe mater, niſi diligat filium, ut extr. de præſump. afferte.

f PLacuit.] ¶ Maior] ff. de app. l. 1. §. ſi quis. int. ea. anteriorum.

IDeo huic sãctæ ſedi.] CASVS Quærebatur quare priuilegia ſedi apoſtolicæ ſint conceſſa: concilia cõgregare, & dãnatos epiſcopos reſtituere: & de ſummis negocijs cognoſcere. Et rñdet, ut oẽs oppreſſi & iniuſtè dãnati, auxilium habeant, & ꝙ iniuſtè non damnentur aliqui ſine vltione.

g ¶ Concilijs.] Ergo patet, quod legatus non poteſt facere cõcilium, ut dixi ſup. d. 3. § porro. & diſt. 17. regula, &c. huic ſoli ſedi.

h ¶ Ac reſtitutionibus] Arg. hic, quod ſolus Papa poteſt reſtituere clericum depoſitum. de pęn. d. 6. qui vult. in fi. & ff. de q̃ſt. l. 1. in fi. & de pęn l. diui. Arg. contra 11. quæſt. 3. epiſcop⁹ in ſynodo.

Papa ſolus an clericum depoſitum reſtituat.

tur, defert ei: vnde non ſufficit appellanti proponere talem cauſam, quæ ſi probata eſſet, debeat appellatio legitima iudicari; ſed etiam requiritur, ꝙ ſit probabilis, ſynodo & 46. diſt. clericus maledicus. ad hoc dicas, ꝙ ſi eſt ſolemniter degradatus, ſolus Papa poteſt eum reſtituere. ſecus ſi eſt uerbo ſolo depoſitus [i].

i De hoc not. 50. diſt. c. cõtumaces. ibi videas.

CVM

Digitized by Google

CVM ERGO ZEPHERINVS. Hæc eſt ſecunda pars quæſtionis, in qua quæritur, an ſit licitum fruſtratoriè appellare. & vera eſt ſolutio quod non: & quæ dicit, ſuperficialiter dicit: & ad hoc probandū inducit viij. auctoritates ſanctorum patrum. Ioan de Fant.

CASVS. Quia dictū eſt ſupra per Zepherinū ꝙ appellare poſſent maximè oppreſſi, in c. ad Romanā, & per Marcellum dictum eſt ſup. in c. ad Romanā, ꝙ qui uolunt appellare, poſſunt: infert Gratian' ꝙ ſiue qs grauatur, ſiue nō in accuſatione, appellare poteſt. Quidam tamen dicunt appellandū eſſe fruſtratoriè: & diſtinguūt ita dicētes, ꝙ dictū eſt ſupra in c. ad Romanā. Vt volētes, &c. referuntur ad eos, q volunt recipere cōſecrationē a ſede apoſtolica, & ſi ab aliquo impediantur, appellabūt. Neceſſitate patiētes referri ad oppreſſos, & iniuſtè per ſententiā condemnatos, vt iſti defendant, & illi accipiāt cōſecrationē. Eodē mō intelligit illud Zepherini. Sed certè dicit Gratianus, ꝙ ſecundū primam interpretationē, id eſt, opinionē, quę eſt in princ. § q dicit, ꝙ ſiue quis grauetur ſiue non, appellare licet: oppreſſi intelligunt aliqua iniuria affecti. Sed ſecundum ſecundā, qua dictū eſt, vt volentes ad conſecrationem, neceſſitatē patientes ad tuitionem referatur, oppreſſi intelligunt ꝑ ſententiā iniuſtè dānati. & ſecundū hāc vltimam opinionē non licet fruſtratoriè appellare.

2.3. & 4? Reſpon. oēs accuſatores vulgo dicuntur æmuli: præſumitur enim ꝙ ſemper inuidiæ cauſa fiat accuſatio. Vnde canon vocat accuſationem illaudabilem intentionem. ut inf. ea. q. 7. ſi quis epiſcopus. nam non ſolum uidetur eſſe diſcordia inter, accuſatorem & accuſatum: ſed etiam inter domeſticos, & amicos accuſatoris & accuſati, ut ff de legi. ſciendum §. 2.

Accuſatio præſumitur ſemper per inuidiæ cā fieri.

2 *Cum ergo [a] Zepherinus dicat ab omnibus eſſe appellandum, maximè tamen ab oppreſſis, & Marcellus ſcribat: [Oēs epiſcopi qui uoluerint, vel quibus neceſſe fuerit, appellare debent,] patet, ꝙ accuſatio (ſiue grauetur, ſiue non) uox appellationis non eſt deneganda. Quidā tamen ita diſtinguunt, vt [volentes] ad conſecrandos, [neceſſitatē patientes] ad oppreſſos referant, ut ſit ſenſus, omnes, qui uoluerint à Romana eccleſia conſecrationē accipere, & ab aliquibus impediuntur, eam debent appellare; quibuſcunque in ſuis oppreſſionibus neceſſe fuerit ad eam ſuffugere; ſimiliter uocem appellationis exhibeant, vt iſti tuitionem, & illi conſecrationem ab eo accipiāt. Similiter ēt illud Zepherini diſtinguitur: [Ab omnibus eſt appellandum ad Romanam eccleſiam;] intelligendū eſt, qui ab ea cōſecrationem uoluerint accipere, uel qui a prælatis ſuis aliquam iniuriā paſſi fuerint, maximè tamen ab oppreſſis. Secundum primam interpretationem, oppreſſi intelliguntur aliqua iniuria affecti: iuxta ſecundam vero, oppreſſi dicuntur a iudice iniuſtè condemnati. Secundum hanc diſtinctionem, qui in aliquibus negotijs non ad reuelādum, ſed ad differendum, uocem appellationis exhibuerint, appellandi auctoritatem non habent.*

Sed cum Gregorius ſcribat omnibus per diuerſas prouincias.

¶De cauſa appellationis cognoſcere non licet, niſi ei, ad quem appellatur. Cap. XI.

Poly. li. 1. tit. 7. Iuo p. 5. c. 349. Anſ. li. 2. c. 19.

DEcreto noſtro veſtram rogantes charitatem mādamus, vt ſi aliquis (quod nō optamus) ſuorum æmulorum [b], Aldricum Cœnomanenſis eccleſię epiſcopū accuſare damnabiliter attentarit; vt honoretur a Beati Petri Apoſtolorū principis memoria, eccleſiæq; Romanę, cui præſedit, priuilegium, noſtri nominis auctoritas: liceat illi poſt auditionem [c] primatum diœceſeos (ſi neceſſe fuerit) nos appellare, & noſtra auctoritate aut ante nos, aut ante legatos [d] noſtro † ex latere miſſos iuxta patrum decreta ſuas exercere, atque diffinire actiones [e];

† *al, noſtros*

a ¶Cum ergo.] Magiſter magis approbat opinionem, quæ dicit, ꝙ fruſtratoria admittitur. & probat hoc ſeq. 4. c & ſuſpenditur conſtructio vſq; ad illum § patet ergo unde in titulo cuiuslibet c ponitur hæc dictio cum.

DEcreto. CASVS. Aldricus Cœnomanenſis epiſcopus timebat accuſari coram ſuo primate, vel metropolitano: & timebat ne audiretur appellans ſi ad ſedem Apoſtolicam appellaret. unde Grego. præcepit, ꝙ ſi Aldricus accuſatus fuerit & appellauerit, audiatur: & cauſa coram ſummo Pontifice vel eius legato terminetur; interim autem contra eum nihil iudicetur: & qui contra hoc fecerit, punietur quia alij uocati ſunt in partem ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis.

b ¶Aemulorum.] Si æmuli erant, quomodo admittebantur ad accuſationem: cum de iure hoc ſit prohibitum, ut infra ea. quæſt. 7. ſi qui ſunt. & 3. quæſt. 5. cap.

c ¶Auditionem.] Videtur hic quod non liceat appellari ad Apoſtolicum omiſſo metropolitano, ut inf. q 7. metropolitanum, & ſup. ea. ſi quis putauerit. & ff. de app. Imperatores Sed non tenet hoc in foro eccleſiaſtico. 3. c. ſi quis. Sed ſubaudi, maximè.

d ¶Legatos] Ad hoc deſtinatos. Vel dic quòd in legato Papæ ſpeciale eſt ſecundum quoſdam, ut de crimine poſſit diffinire ut 16 quæſt. 1 frater, aliàs ſecus, ut ff de offi proconſul l. ſolent & ff. de eo cui manda eſt iuriſd. l. 1. immo nec dico legatum Papæ hoc poſſe facere ſine mandato ſpeciali, ut extra de offic. leg. quod tranſlationem.

e ¶Actiones.] Notandum actiones eſſe promouendas. 11. quæſtio. 1. experientiæ. & extra de mutuis pet. ca. 1. extra de iud. examinata. Argumentum contra, extra eod.

Digitized by Google

nulluſq; illum ante hæc iudicet, aut iudicare præſumat. Sed ſi quid (quod abſit) graue, intolerandumque ei ob ectum fuerit, noſtra erit expectanda cenſura, vt nihil prius de eo, qui ad ſinum ſanctæ Eccleſiæ Romanæ cõfugit, & eius implorat auxilium, decernatur; quam ab eiuſdem eccleſiæ auctoritate fuerit præceptum: quæ vices ſuas ita alijs impertiuit eccleſijs, vt in partẽ ſint vocatæ ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. *& infra.* ¶Si autem (quod non arbitramur) a quoquam ſecus præſumptum fuerit; ab officio cleri ſubmotus [a], auctoritatis† Apoſtolicæ reus ab omnib. iudicetur: ne lupi, qui ſub ſpecie ouiũ ſubintrauerunt, beſtiali ſæuitia quoſq; audeant lacerare: & quod ſibi fieri nolunt, alijs inferre præſumant.

† *al. iniuriarum reus.*

a ¶Vt honoretur.] *Hinc vſque ad ver.* auctoritas. *addita ſunt ex ipſa epiſtola, quæ extat in bibliotheca* Dominicana, *& videtur eſſe Gregorij quarti, ex qua etiam ſumptum eſt caput.* Nulli fas. *d ſt.19. & apud Iuonem vtrumque caput ſimul habetur. Iſtius autem Aldrici (vt ex catalogo epiſcoporum eccleſiæ Cœnomanenſis colligitur) mentio eſt in concilio apud ſanctum Medardum quod paulo poſt Gregorium quartum habitum fuit. Itaque defenſio ipſi a gregorio præſtita profuit.*

Item cum Vigilius Papa in epiſtola ad Eutherium, cap. vlt. dicat.

¶Iudicia appellantium ab eis ſunt audienda, ad quos appellatur. Cap. XII.

Anſ. l. 2. c. 20. Poly. l. 1. tit. 14.

QVi ſe ſcit [b] alijs eſſe præpoſitum, non moleſte ferat aliquem eſſe ſibi prælatũ. Ipſa namq; eccleſia, quæ prima eſt, ita reliquis eccleſijs vices ſuas credidit largiendas, vt in partem ſint vocatæ ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. Vnde omnium appellantium Apoſtolicam ſedem epiſcoporum iudicia, & cunctarum maiorũ negotia cauſarum, eidẽ ſanctæ ſedi reſeruata eſſe liquet; præſertim cum in his omnibus ſemper ſit expectandum conſultum: cuius tramiti ſi quis obuiare tentauerit ſacerdotum, cauſas ſe non ſine honoris ſui periculo apud eandem ſanctam ſedem nouerit redditurum.

¶*Reſtitutum eſt caput hoc Vigilio antiquorum exemplarium auctoritate. Antea vero tribuebatur Iulio, in cuius etiam epiſtola prima habetur prior pars capitis vſque ad verſ.* Ipſa namq. *(quemadmodum & apud Leonem epiſt. 84 quod refertur ſupra diſt. 23. quamquam, & in c. ſeq. qui ſcit) & etiam ſententiam cæterarum partium.*

Item cum Nicolaus Papa in Hincmarum Rhemenſem archiepiſcopum inuehatur, qui Rhotandum † epiſcopum appellantem Apoſtolicam ſedem damnare auſus eſt, ita dicens.

† *al. Rothaldum.* In appẽdice bibliothecæ ſanctorum patrum.

¶De Rhemenſi archiepiſcopo, qui appellantem Romanam ſedem iudicare eſt auſus. Cap. III.

Anſ. l. 2. c. 67.

ARguta ſapientia tua, vtinam in bono accepta, fomitem iudicij, & materiam depoſitionis aduerſus Rhotandum aſſumpſit, & ab itinere Apoſtolicæ ſedis remouit †, & continuatim [c] Apoſtolicam ſedem appellantem dãnauit, & carcerali [d] cuſtodiæ mancipauit *& infra.* ¶Priuilegia tñ Apoſtolicæ ſedis vos obliuioni tradere nullatenus debuiſtis; quibus venerandi

† *al. reuocauit*]or.

eod. tit. dilecti. Ioan. Sol. ſm ius canonicum non tenetur aliquis proponere actionem, vt extra de iud. dilecti. Sed ſi proponatur incepta cadit a cauſa proponens, vt ext. eod. tit. examinata. §. 1.

Actio ſm canones nõ eſt de neceſſitate proponenda.

a ¶Submotus.] Ecce pœna illius, qui non defert appellationi: ſed ſecundum leges punitur in 30. pondo auri. C. de app. quoniam.

¶ De hoc legi & no. ſ. d. quo iure ibi videas.

QVi ſe ſcit.] CASVS. Minores prælati obedire debent ſuo maiori: nec moleſte hoc ferre: vnde quilibet poteſt recipere appellationem ad ſedem Apoſtolicam factã: cum appellationes epiſcoporum & magna negotia ei reſeruentur: & qui contra hoc fecerit, deponatur.

b ¶Qui ſe ſcit, &c.] 3 q 6. quamuis, &c. ADDITIO. Et cap. multum, & c. dudu. Laur.

ARguta.] CASVS. Archiepiſcopus Rhemen. Rhotandũ ad ſedem Apoſtolicam appellantem de facto depoſuit, & incarcerauit. Dominus Papa hoc audito eũ reſtituit: quo reſtituto ſcribit illi archiepiſcopo, & inuehitur contra eum, dicens: quod ideo eũ reſtituit, ſcilicet epiſcopũ, ne priuilegia ſedis Apoſtolicæ violentur. Caſus ſequentis capituli facilis eſt: & per te ponere pones.

c ¶ Continuatim.] ideſt, iterũ, & iterũ.

d ¶Et carcerali.] Quod poteſt fieri in cauſa criminali, ſi condemnatus appellans eſt ſuſpectus: nec poteſt dare fideiuſſorem, C. de app. eos.

a ¶Ho-

Digitized by Google

1 Seilicet Rhotandus epiſcopus.

a ¶Honore.] [Vt ſicut de facto fuerat depoſitus: ſic de facto reſtituatur 1 vt de appel. ad hæc ſicut, & c. ad præſentiam ſup. ead. q. 1. primates.
b QVi ſcit.] Ita facit hoc capitulum ad propoſitum, quia ſicut epiſcopus, vel alius prælatus eccleſiæ vult deferri appellationibus ad ipſum factis: & ſic & ipſe tenetur deferre appellationib. factis ad ſedē Apoſtolicam, & eſt ſimile bunum, C. de off præfe. vrb. l. 1 vbi dī, ꝙ eſt ſocietas muneris, ꝙ magiſtratus gradum ſuperioris agnoſcat.
c ¶Exigit.] Simile 12. q. 6. c. 1. & 2. & 74 diſt. quorundam & d 9. neque in fi. ff. de ad. ſi vx. §. iudex. lo.
PATEAT. CASVS. Ab illo cap. decreto. eſt ſuſpenſiua cōſtructio vſq; ad hunc. §. Ex ſupradictis ergo infert, quod appellari poteſt etiam fruſtratorie: ſi tamē fruſtratorie appellauerit, a iudice appellationis punietur. Poſtea dicit, quod appellari poteſt, quoties grauamen infertur, & ad hoc inducit capitula ſequen.
d ¶Condēnabitur] ſi appellatio alicuius fuerit pronunciata fruſtratoria, tunc ſi iudex, a quo eſt appellatū, nō admittit appellationē in criminali negotio, lite perdita notatus abſcedat, C. de appella. a proconſulibus: ſed ſi prior iudex admiſit appellationē, pro arbitrio iudicis punitur, vt C. eo. l. eos §. ne temere. Sed ſi in ciuili negotio per calumniam appellat, punitur in quinquaginta libris argenti. C. quorum appel. nō reci. ab executore, l. fi. Si ſine calumnia, non punitur niſi in expenſis ext. de app. ſæpe. ext. de eo. qui mittitur in po. cauſa rei ſer. cū veniſſent. Item remittitur ad eum a quo appellauit, extra eodem cum in eccleſia. Dicunt tamen quidam, quòd niſi euidens ſit, aliquem calumniole appellaſſe, non debet puniri in expenſis. Arg optimum, ff. de leg 2. qui ſolidum, §. etiam, alioquin quilibet metu expenſarum relinqueret ius ſuum indefenſum, vt ff de petitio. hæred. illud. tunc autem præſumitur non fieri calumniole, cum iuratum eſt de calumnia, vt 1. q. 7. ſancimus, ſed hoc non credo, imo ſemper in cauſa appellationis condemno victum, vt inf. ead. omnino, & in conſtitutio. noua. Innoc. de app. vt debitus 2. & ff. de app. negotiorum. in princ & ſup. ead. q. 1. in primis. lo.

Appellans p calumniam ad quid punitur.

2 Hanc ſententiam ſequitur Go. quod dic, vt plene no. Bal. Inn. de do. & cōt. in fi. Arch.

Quo- canones iudicia totius eccleſię ad hanc deferri iubent. *& infra.* ¶Hæc quippe nos in Rothando idcirco noueritis operatos, vt priuilegia ſedis Apoſtolicæ, quæ male a vobis violata videbantur, & a nobis tot impēſis laboribus, veſtra reſiſtente contumacia, recuperari non poterant: auctoritate Apoſtolica, & cana *a* patrum deliberatione priſtino tandem genio, & proprio decorarentur honore [a]. Anſ. l. 2. c. 15.

a ¶Cana.] *Cum antea legeretur,* canonica. *emendatum ſic eſt ex epiſtola ipſa, quæ habetur manuſcripta, & nuper eſt impreſſa in appendice bibliotheca. & in libro Ennodij pro Symmacho legitur,* cana. miracula, & canum genium *iuxta illud Virgilij.*
Cana fides, & Veſta, Remo cum fratre Quirinus, Iura dabunt.

Item Leo Papa ad Anaſtaſium Theſalonicenſem epiſcopum, epiſt. 81. al. 84.

¶Quiſque eam obedientiam maioribus exhibeat, quam ab inferioribus deſiderat. Cap. XIV.

QVi ſcit [b] ſe quibuſdam eſſe præpoſitum, non moleſtè ferat aliquem ſibi eſſe prælatum, ſed obedientiā, quam exigit [c], etiam ipſe dependat: ſicut non vult grauis oneris ſarcinam ferre, ita non audeat alij importabile pōdus imponere. Diſcipuli enim ſumus humilis, & mitis magiſtri dicentis: [Diſcite a me, quia mitis ſum, & humilis corde.] Matth. 11.

Patet ergo, quòd nulli appellanti ſunt induciæ denegādæ. Cæterum, ſi cauſa fruſtratoriæ dilationis appellauerit, a iudice, ad quem prouocatum fuerit, condemnabitur [d]. Tempus vero appellationis eſt ante datam, vel poſt datam ſententiam. Quoties enim quis ſe grauari ſenſerit, libere poteſt appellare.

Vnde Sixtus Papa I I. epiſt. 1. ad Gratum epiſcopum ait. Et Vict. epiſt. 1. & Iulius ſup. eo c. ſi quis putauerit. ſup. c. 7.

¶Qui grauatur a proprio metropolitano, primatem, aut vniuerſalis eccleſiæ ſedem appellet. Cap. XV.

SI quis putauerit ſe a proprio metropolitano grauari, apud primatem diœceſeos, aut penes vniuerſalis Apoſtolicæ eccleſiæ Papam iudicetur. Poly. l. 1 tit. 6. Anſ. l. 2. c. 9. & 11. Pan. l. 4. c. 126.
P

Item fœlix I I. ad epiſcopos in Alexandria ſynodo congregatos, cap. 19.

¶Romanam ſedem appellet, qui iudicem ſuſpectum habet. Cap. XVI.

QVoties epiſcopi ſe a ſuis comprouincialibus, vel a metropolitano putauerint [e] prægrauari, aut eos ſu- Anſ. l. 2. c. 60.

QVoties.] CASVS. Si epiſcopus grauatur a ſynodo, vel metropolitano, vel eos ſuſpectos habuit, ſedem Apoſtolicam appellet, & non excorcetur, nec res auferantur. vel vis fiat ei donec negotium per ſedem Apoſtolicā terminetur. Caſus ſequentis capituli per ſe patet.
c ¶Putauerint.] Licet nō grauentur, & ſufficit quòd putēt hoc, & ſufficit probare probabilem cauſam appellandi

landi.extra de app.bonæ,in fi.& ff.eo.appellāti.niſi ſit remota appellatio: tunc enim requiritur quod ſit probabilis,& quod ſit talis,qua probata legitima ſit appellatio,vt extra eod.vt debitus.Ioan.Ego credo indiſtincte, quod hodie dēt eſſe cauſa probabilis,& legitima, vt ex-

NOn ita]CASVS.Aliud eſt in negotijs ſæcularibus quàm in eccleſiaſticis,quia in ſæcularib. non appellatur ante ſententiam:in eccleſiaſticis,vero quando cunque grauatur poteſt appellari.

d ¶Non ita.] Secundum leges ante diffinitiuam ſententiā non appellatur,vt C.de iu. apertiſſimi,& inf. ea. nō ſolent.tū clericus ante diffinitiuam ſententiam appellat, vt C.de epiſ.aud.l.2.& cum actorū, vel pronunciationis editio negatur. C.vt l.pēd. l.2.& cū ab iniuria appellatur, vt de mino ait prætor. §.permittitur.Idem dico vbi appellatur a grauamine manifeſto, vt C.de ap.ſi qs prouocationem . Item. vbicumq; iudex aliquid facit contra legem negādo dilationem,vel quid ſimile,vt inf.ead non ſolent.Hodie autem ſecundum ius canonicum non appellatur ante ſentētiam, niſi euidens fuerit cauſa grauaminis,vt in cōſtitut.Innoc.vt debitus,& ſic vr̄ idem iuris ſecundum leges, & etiam ſecundum canones, qđ falſum eſt,vt dicunt Doctores legum.& inf.ea. non ſolent.

e ¶Non licet]Alia eſt ratio negotiorū eccleſiaſticorū, alia ſęculariū, vt inf. de conſec.di 3 celebritatem.10. diſt.leges. 23. q. 2. admonere. ar.cōtra.11.q.1. quicunq; litem.ſed hoc

Appellare ante ſniam vtrū liceat.

ſpectos habuerint; mox Romanam appellant [a] ſedem,ad quam eis abſque vlla detentione, aut ſuarum rerum ablatione libere liceat ire:& dum prædictam Romanam matrem appellauerint eccleſiam,aut ab ea ſe audiri [b] popoſcerint,nullus eos aut excommunicare [c],aut eorum ſedes ſurripere,aut res eorum auferre, aut aliquam eis vim inferre præſumat,antequam eorum cauſa Romani Pontificis auctoritate finiatur. Quod ſi aliter a quoquam præſumptum fuerit,nihil erit,ſed viribus carebit.

[Item Iulius Papa in reſcripto ad epiſcopos orientales,cap.30.

ſup.ead.c.ideo.

¶De eadem. PALEA. Cap. XVII.

IDeo huic ſanctæ ſedi præfata priuilegia ſpecialiter conceſſa ſunt,vt ab ea omnes auxilium oppreſſi, & iniuſte damnati reſtitutionem ſumant.

¶Eſt ſumma quædam capitis recitati ſup.ead.c.ideo.& habetur in vetuſtis exemplaribus,in quibus palea eſſe non ſolent.

Oppreſſi, & ſe prægrauari putantes intelliguntur ante datam ſententiam: iniuſtè damnati, poſt datam ſententiam.

Vnde Eutychianus vrbis Romanæ epiſcopus ſcribit epiſcopis per Siciliam,epiſt.2.c.1.

Anſ l.3.c.37.
Poly.l.5 tit.1.
Iuo p.6.c.336.
Pann.l.4.c.100.

¶Ante exitum cauſæ per appellationem recedere licet. Cap. XVIII.

NOn ita [d] in eccleſiaſticis agēdum eſt negotijs, ſicut in ſæcularibus. Nam ſæcularib. legibus,poſtquam vocatus quis venerit, & in foro decertare cœperit, non licet [e] ei ante peractam cauſam recedere.In eccleſiaſticis vero,dicta cauſa [f], recedere licet, ſi neceſſe fuerit, aut ſi ſe prægrauari viderit.

non tenet ,vt ext.de fo comp.propoſuiſti Quidam tamē dicunt,ꝙ vbicunque tam ſm leges quam ſecundum canones poteſt fieri appellatio a manifeſto grauamine. Alij dicunt,ꝙ ante ſententiam ſecundum leges non appellatur niſi in caſibus in iure expreſſis.

vt extra eo.vt debitus quod intelligo ante ſententiā.B.

a ¶Appellent.]Nota quod poteſt a iudice ſuſpecto recedi per appellationem t. vel etiam per recuſationem, vt hic,& extra eod. poſt remo,& ſup.cap.prox. & extra vt lit.non cōteſt.accedens 1.& quidquid fit poſt recuſationem, æque caſſatur ſicut fieret poſt appellationem, vt ext.de eo qui mit.in poſſeſſ.cum ſicut. in fi.Refert tamē cum dicitur, recuſo iudicem, vt ſuſpectum, quo caſu loquitur decret.ext. de appellat.ſecundo requiris. Vel ſi ſic dicatur, habeo iudicem ſuſpectum. quo caſu non cogitur corā arbitro probare cauſam ſuſpicionis: quia poteſt iudicem declinare per appellationem,vt dictum eſt.

Iudex ſuſpectus dupliciter deteriſ. 1 Dicit Inn. Nos cōcedimus,ꝙ a iudice delegato,vel ordinario poſſit appellari ex ea cauſa ꝙ a ſuſpectꝰ eſt, cum tūc habeat certum medium recuſationis. 3 q. 5. quia ſuſpecti. Archid.

b ¶Audiri.]Nota nihil intereſſe vtrum dicat, quis,ꝙ velit cauſam ſuam audiri a Papa,vel expreſſe ad ipſum appellauerit, ſicut nec refert an appellet quis facto,vel uerbo,extra eo c.dilecti in parte deciſa.

c ¶Excommunicare.] Poteſt tamen de facto ad cautelam petere abſolutionē,ut ext.eo.ad præſentiam,ſi verò appellatio non tenet, tunc poteſt talis excommunicari poſt appellationem.arg.ext eod.quæſtioni.Io.

OPPRESSI.CASVS. Oppreſſi dicuntur prægrauati ante ſententiam,iniuſte dāmnati poſt.ſententiam . Et ad hoc inducit ſeq.cap .

f ¶Dicta cauſa] Ideſt , aſſignata cauſa appellationis, ſed non oportet ibi probari,ſed coram iudice ad quem appellat,vt C.de ap eo & inf.e.q. in fi.niſi in caſu.C de preci.Imper.offe auth quæ ſupplicatio. & extra de his quæ fiunt a ma.parte Cap.cum in cunctis.nec prius eſt audiendus appellans a iudice ad quem appellauit, quā conſtet ipſum appellaſſe ab aliquo grauamine , aliter enim remittendus eſt ad eum a quo appellauit,ut extra de ap.cum in eccleſia. Videtur ergo,ꝙ quilibet tenetur aſſignare cauſam appellandi,vt hic, & extra de appell. conſtitutus 2.& ff.de ap.appellanti. ſicut in ſpecto iudice cauſa eſt aſſignanda , licet alibi probanda ſit. ſed ꝙ non ſit aſſignanda, probatur:quia fruſtratoria appellatio ſecundum hæc iura eſt admittenda. Item non vr̄ eſſe neceſſariū, ꝙ allegetur cauſa, quia poteſt ab ea recedi.ff eo ſcio quæſitum.in fi ex eo tit conſtitutus.Item ꝙ non ſit neceſſe cauſam aſſignare probatur ext ut lit. non conteſ. accedens 2.Et licet lex,ꝙ cum coram iudice appellatur, ſufficit dicere,appello, ut ff.de appel.ſcio.

Appellationis cauſa vtrum ſit aſſignanda.

Digitized by Google

3 *Qui verò ex contumacia iudicib. obtemperare noluerit, communione priuetur.*

Vnde concilio Mileuitano, c. 24.

¶Excommunicetur, qui iudicibus ſuis obtemperare non vult. Cap. XIX.

QVisquis [a] probatus fuerit per contumaciam nolle obtemperare iudicibus, cum hoc primæ ſedis epiſcopo fuerit probatum [b], det literas, vt nullus ei communicet epiſcoporum, donec obtemperet.

Pann. l. 4. c. 132.

Item, quòd poſt datam ſententiam appellari poſſit, Fabianus Papa teſtatur dicens Hilario epiſcopo, epiſt. 3. c. 2.

Cod. Theod. l. 11. tit. 30. in interpret. l. 20
Anſ. l. 2. c. 11.
Burc. l. 1. c. 148.
Iuo p. 5. c. 261.
Pann. l. 4. c. 122.
† *in ſupplicium.*

¶Non denegetur appellatio ei, quem in ſupplicium ſententia deſtinauit. Cap. XX.

LIceat etiam in criminalibus [c] cauſis appellare: nec appellandi vox denegetur ei, quem ſupplicio † ſententia deſtinarit.

Quod paulo ante idem affirmat eodem cap.

¶Ante datam ſententiam licet alicui appellare. Cap. XXI.

SI quis iudicem aduerſus ſibi ſenſerit, vocem appellationis exhibeat.

Iuo p. 5. c. 248.
Anſ. ibidem.
Burc. ibidem.
Pan. l. 4. c. 120.

4 *Poſt datam verò ſententiam, qui appellare voluerit, intra quinque dies [d] appellet, & intra eoſdem, a quo prouocauit literas dimiſſorias accipiat: & intra eoſdē, ad quem appellauit, iter arripiat.*

Vnde in Theodoſianis [a] legibus [e] ſic ſtatutum inuenitur.

a ¶Theodoſianis.] *Hoc & quatuor ſequentia capita, quæ citātur ex legibus Theodoſianis, habentur libro quinto, ſententiarum Iulij Pauli cum interpretatione. Ex quo apparet Gratiani etiā tempore has ſentētias coniunctas fuiſſe cum codice Theodoſiano, ſeu breuiario Alarici. Alaricus autem in præfatione profitetur ſe volumen illud non ex ſolo Theodoſiano codice, ſed ex varijs libris*

a Hoc melius habetur eo. tit. cum ſpeciali vbi In no. quod ſufficit ei q recuſat, cauſas recuſationis legitimæ proponere. Arch.

Dicas ergo, ꝙ ſemper appellās tenetur aſſignare cām, vt ex eo. vt debitus 1. tñ ſi cauſam nō aſſignat, & poſtea contra iudicē appellationis probat iuſtā fuiſſe cauſam appellandi, bene caſſabitur quod factum eſt, vt ext. vt lit. non conteſt. accedens 2. Et ita prior iudex bene facit non deferēdo appellationi, cū cauſa, appellationis non ſit expreſſa. Secūdus ſimiliter bene excuſat quod factum eſt, cū iuſta cauſa ſubfuerit appellādi. Alij exponūt dictam cauſam ideſt, li. non cōteſt. quia ante litem conteſtatā non eſt appellandum, vt extra de app. reprehenſibilis. niſi fiat apertū grauamen, vt extra eo. conſuluit 1. & c. cum ſit Romana. Io. Hodie ante ſententiam qui vult iudicem recuſare, ſemper proponat cauſam, vt extra eod. vt debitus, & offerre debet proponens ſe velle eam probare coram arbitris ſi iudex petit, alioquin ei' appellatio nō valet, vt ext. de appell. interpoſita. Si verò non recuſet iudicem, ſed aliā cauſam proponat, alleget talem, qua probata ſit legitima, & eam corā iudice offerat ſe probaturum ſi iudex petit. B.

QVI VERO Hæc eſt tertia pars quæſt. in qua dr̄, ꝙ contumaces ſunt puniendi ſm maius & minus: tamen grauatus ſemper poterit appellare: & hoc probat per tres auctoritates ſanctorum patrum. Io. de Fant.

CASVS. Dicitur hic qualiter puniri debet contumax, & ad hoc inducit ſequens cap.

QVisquis.] CASVS. Si aliquis præcepto, vel ſentētię iudicis parere non vult, ſignificet hoc ſuperiori, ille excommunicabit eum, & faciet euitari donec pareatur ſententiæ, vel præcepto.

Delegati inferiorū ſuas ſententias exequi non poſſunt.

a ¶Quiſquis.] Illud c. intelligunt quidam de delegatis iudicio. quorum ſententiam eps loci tenetur mandare executioni, vt extra de off. deleg. ſignificaſti. Alij intelligunt de iudicibus datis ab ipſo epo, qui ſuam ſententiam non poſſunt mandare executioni: quia tantum delegati a principe poſſunt mandare ſuas ſententias executioni ff de re iud. a diuo ſed hoc non eſt verum, quia ſubdelegati hoc poſſunt, vt extra de off. deleg ex literis, & ext. de ſent. & re. iud. cū Bertholdus. Io. Fere oēs dicunt, ꝙ ſubdelegatus non poteſt ſententiam mādare executioni per legē ff de re iud. a diuo. & ſi excōicare poſſit, vt extra de off. delg. ex literis. quia iubere cauere, & in poſſeſſionem mittere, magis eſt imperij q̄ iuriſdictionis, vt ff. de iuriſd. omn. iud. iubere. B. ied quod poteſt mittere in poſſ. cauſa rei ſeruandæ habetur ext. de eo qui mit. in poſſ. cauſa rei. ſer c. 3.

b ¶Probatum.] Ergo qui dicit aliquem contumacem, hoc probabit 2. ſicut qui dolum obijcit, arg. ſup q. 1. & c. nemo, ext. de reſtit. ſpol. audita. Argum. contra ff. de re iud.

2 Scilicet p teſtes, vel inſtrumenta, vel citationes, quæ in ſcriptis redigendæ ſunt. ext. de prob. quoniā. Ber.

iud. contumacia, & 65. d. c. vlt.

c LIceat etiam in criminalib.] Immo potius in criminali q̄ in ciuili, vt ff. de app. non tantum, & inf ea. non ſolent. & §. eſt autem quando ver. nullus.

SI quis.] POST DATAM. Hæc eſt quarta pars quæſt. in qua quæritur intra quod tempus ſit appellandū. & dicas, ꝙ intra decem dies inf ea. anteriorum. Probat tñ. magiſter in legibus Theodoſianis, quòd intra triduū ſit appellandum. Sed illæ leges ſunt correctæ per prædictam l. anteriorum. Io. de Fant.

CASVS. Dicitur in hoc §. quod intra quinque dies appellari debet, & intra eoſdem literas dimiſſorias accipere. & iter arripere ad iudicem appellationis. Et ad hoc inducit leges abrogatas.

d ¶Intra quinque dies.] Olim ſtatuti fuerunt duo dies. inf. ea biduum. poſtea Theodoſius dedit quinque, deinde Iuſtinianus decem. vt inf. ead. anteriorum

e ¶Vnde in Theodoſianis legibus.] Qui has leges allegat, falſarius eſt, vt C de veteri iur. enuc. l. 2. §. hæc igitur omnia. & C. de nouo cod. confirman. in fine.

Pro-

Digitized by Google

PRopter.] CASVS Si quis duxerit appellandum, intra quinque dies appellet, & intra eoſdem literas accipiat dimiſſorias, & ad iudicem ad quem appellauit perue-
perueniat: & ſi maius ſpatium adiret fuerit neceſſarium, dabitur ei.
- ¶ Quo iter.] Vt ſemper viginti milliaria pro die computetur 1. vt ff. ſi qs cau. l. 1. & ſi quid ſupererit hoc etiam ꝓ die computetur, vt ff. de verb. ſig. l. 3.

1 De hoc no extra de ele. cũ inter uniuerſas & de reſcri. nõ nulli. in gl. niſi quid, &c.

collegiſſe, & in legum collectione, atque interpretatione epiſcoporum præcipue operum vſum fuiſſe.

In ſententijs Iulii Pauli cum interpre. Aniani lib. 5. tit. 33. c. 1. Iuo p. 5. c. 281. Pann. l. 4. c. 127.

¶ Poſt latam ſententiam intra quod tempus quiſque appellare debeat. Cap. XXII.

PRopter ſuperfluam appellatorum licentiam, ne in retractandis, vel reuocandis ſententijs liberum habere arbitrium videantur, & tempora appellationis, & pœnæ conſtitutæ ſunt; quicumque apud iudicem, qui cauſam eius audiuit, appellare, & ad alium iudicem appellare † voluerit, intra quinque dies appellet, & his ipſis quinque diebus ad iudicem, ad quem prouocauerit, ſine aliqua diſſimulatione perueniat: & ipſe dies, quo accipit literas, in his quinque diebus ſpecialiter computetur, Quòd ſi longius iter ſit, exceptis his quinque diebus, ſpatium dierum, quo iter [a] agi poſſit, computetur.

† al. prouocare.

A Beo.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ literę dimiſſoriæ porrigi debent iudici ad quem appellatur intra quinque dies, & intra eoſdem peti & accipi: & ſi hoc appellans non fecerit, cadit à cauſa, & verba iſta, ſcilicet [Iſta, iam.] vſq; ibi, [Qui intra.] Et c. non ſunt de lege, ſed Gratiani vel alterius. [Superius.] Id eſt, in codice Theodoſiano, & hoc ſimiliter eſt abrogatum.
b ¶ Intra quinq;] Hodie. xxx. vt intra ea. q. in fi. §. pen.
c ¶ Statuta.] Sic & hoc hodie nõ tenet, vt C eo quoniam.

Cap. XXIII.

ff. ſi quis cau. l. c.

HAbita dinumeratione xx. millium diurnorum per ſingulos dies, computetur.

¶ Caput hoc abeſt à vetuſtioribus Gratiani codicibus, & ab originali, & Iuone. & Pannormia. In vno autem Gratiani valde emendato eſt in margine ſuperioris capitis tanquam gloſſa quædam.

QVicunque.] CASVS. Non auditur fruſtratorie appellans 2, vel qui in iure confeſſus fuit contra ſe.
d ¶ Quicunque.] Qđ obtinet in ciuili, vt cõfeſſus non audiatur appellãs. in criminali aliud vt, inf. ea. ſũt quorum 3. niſi alia ꝓbatio iudicem inſtruat. ff. de quæſtio. l. prima. §. diuus ſecũdo. Ioan.

2 Sub niſi uellet probare errorẽ. nam tũc audiatur ext. de conſti. c. ult. & nota. ext. đ uer. ſig ex parte. Arch.
3 Goncor l. 2. cũ gl. & ibi Bart. C. quo. ap. non reci pi. & l. eredi tor. § iuſſus ff. de app.

Item ibidem tit. 34.

¶ A quo appellatur, ad quem appellatum fuerit, dimiſſoriæ literæ dirigantur. Cap. XXIV.

Iuo p 5 c. 282. Pan l. 4. c. 128.

ABeo, à quo appellatum eſt, ad eum, qui de appellatione cogniturus eſt, dimiſſoriæ literæ dirigantur, quæ vulgo apoſtoli appellantur, quarum † poſtulatio, & acceptio intra quinque [b] dies officio finienda † eſt. [¶ Iſta iam ſuperius ſub titulo de cautionibus, & pœnis appellationum interpretata ſunt.] ¶ Qui intra ſtatuta [c] tempora dimiſſorias non poſtulauerit, vel acceperit, vel reddiderit; præſcriptione ab agendo ſubmouetur, & pœnam appellationis ferre cogitur.

† al. quarum al. facienda. Sunt verba interpretis.

QVoties poſt auditã cauſam.] CASVS. Dicitur hic, quod ſi poſſeſſor rei immobilis cõfeſſus fuit & cõdemnatus fuit ad reſtitutionem rei, ſi appellauerit, cauſa pendente fructus ſũt ſequeſtrãdi quod in petitione fieri non poſſet, cum nihil poſſideat. Sed ſi propter prædia vrbana, ideſt, domus vel mancipia. vel iumenta fuerit appellatum penſiones, mercedes & uecturæ debent ſequeſtrari: qđ intelligi debet. & ſi propter nauem naulum fuerit acquiſitum, ꝙ datur nautis propter aliqua in naue ferenda.

Item ibidem, tit. 35. c. 2.

¶ De his, qui cauſa dilationis appellant. Cap. XXV.

Ex interpretatione. Iuo p. 5 c 283. Pann. l. 4. c. 129. † antea legebatur, *abyciatur* uel, *obyciatur.*

QVicunque [d] non confidentia iuſtæ cauſæ, ſed cauſa afferendæ moræ, ne contra eum ſententia proferatur, appellauerit, vel ſi de facto ſuo confeſſus, ne addicatur, appellare voluerit; huiuſmodi appellationes non recipiuntur.

Item ibidem, tit. 36. c. 1.

¶ Cum poſſeſſor appellat, dum euentus cauſę dubius eſt, poſſeſſionis fructus ſequeſtrentur. Cap. XXVI.

Ex interpretatione. Iuo p 5. c 284. Pan. l. 4. c. 130.

QVoties poſt auditam cauſam iudici poſſeſſor appellat; fructus poſſeſſionis, de qua agitur, dum ſecun-

Digitized by Google

a ¶ Sequeſtrãtur.] Hoc non tenet hodie, vt inf. 16. q. 4. volumus. infra ead. appellatione pẽdente & extra de ſeqneſt. ad hoc. Vel tenet in caſu, qui eſt ff. de ap. Imperatores. ſcilicet quando poſſeſſor dilapidat fructus, vt ibi dr̃. hoc expreſſe patet de ſequeſt. c. pen. & fi. Vel dic. quod ſed contra dies in quo fit diuortium, computatur inter ſexaginta dies, qui dantur accuſatori à tempore diuortij. vt ff. de adulte. pater. §. 1. Item licet dicat intra decem dies, tamen decimus dies comprehenditur intra illud tempus, vt ff. de ſucceſſ. edi. l. 1. § quod dicimus. & ff. de verb.

Appellatio ab executore facit fructus ſequeſtrati.

dæ audientiæ euentus dubius eſt. merito ſequeſtrantur.[a] Nam ſi petitor appellauerit, hoc ab eo poſtulari non poteſt; quia non poteſt ſequeſtrari quod non habet. Si propter prædia vrbana, vel mancipia appelletur, penſiones eorum, vel mercedes, vecturæ etiam, ſi de nauis naulo agatur deponi ſolent.

Ex Paulo ibid.

Item ibidem, tit. 37. c. 1.

¶ Iniuſte appellans omnino puniendus
Cap. XXVII.

Iuo p. 5. c. 285. Pann. l. 4. c. 131. Ex Paulo.

Appellantis iniuſte punitio.

OMnino puniendus α eſt, vt quoties iniuſta appellatio pronunciatur, ſumptus [b], quos dum ſequeretur aduerſarius, impendit, reddere cogatur non ſimplos, ſed quadruplos [c].

α ¶ Omnino puniendus.] *In ſententijs Paulus legitur,* omnimodo probandum eſt &c. *Sed quia eſt initium capituli, & de huiuſmodi punitione multa ſunt a doctoribus adnotata, non eſt mutatum. Tantummodo ductus orationis eſt emendatus, addita particula,* vt

Præmiſſis auctoritatibus intra quinque dies poſt datam ſententiam cuiq; appellare permittitur. Quod poſtea Iuſtinianus in conſtitutionibus ſuis corrigens, intra decem dies appellationis remedium cuique dandum decreuit, dicens.

Imperat. Iuſtinianus Auguſtus.

¶ Intra decem dies remedium appellationis conceditur. Cap. XXVIII.

Nouella 23. apud Iulianum anteceſſorẽ.

ANteriorum [d] legum acerbitati plurima remedia imponentes, & maxime hęc circa appellationes facientes, & in præſenti ad huiuſmodi beneficiũ peruenire duximus eſſe neceſſarium. Antiquitate etenim cautũ erat, vt ſi quis per ſe litem exercuerit, & fuerit cõdemnatus, intra duos dies tantummodo licentiam appellationis haberet: ſin autem per procuratorẽ cauſa vẽtilata ſit, & in triduũ proximum eam extẽdi. Ex rerum autẽ experiẽtia inuenimus hoc ſatis eſſe dãnoſum; Plures enim homines ignaros legũ ſubtilitatis, & putãtes in triduũ eſſe prouocationes porrigendas, in promptum periculũ incidiſſe, & biduo tranſacto cauſas perdidiſſe. Vnde neceſſariũ duximus huiuſmodi rei competenter mederi: Et ſancimus omnes appellationes, ſiue per ſe, ſiue ꝑ procuratores, ſeu per defenſores, vel curatores, & tutores vẽtilẽtur, poſſe intra decem dierum [e] ſpatium à recitatione [f] ſententiæ

ſi appellatur ab executore, ꝙ tunc ſequeſtrantur fructus, ſed non res ipſa, vt C. quorum app. non recip. ab executore.

OMnino.] CASVS. Si aliquem iniuſte appellaſſe ꝓnunciatum fuerit, aduerſario condemnabitur in expenſis, nõ tantum in ſimplum, ſed in quadruplum.

b ¶ Sumptus.] Secundum canones punitur in expẽſis, vt hic & extra eo. reprehenſibilis. ſecundum leges punitur in ciuili cauſa in 50. libris argenti. C. quorum appellatio. nõ recip. ab executore. in criminali infamis eſt, & litem perdit. vt C. de app. a proconſulibus. niſi primus iudex admiſiſſet appellationem, quia tunc arbitrio iudicis punietur C. de ap. eos §. nec temere.

c ¶ Quadruplos.] Hodie ſimplos, vt C. de fruc. & li. expen. non ignorat. & l. terminato. Vel forte duplos. vt 2. q. 4. libellũ. Dic vt extra de dolo, finem.

PRÆMISSIS. CASVS. Repetit ſupradicta Gratian. vt corrigat, & ad hoc inducit ſequens authẽticum, anteriorum legum.

ANteriorum.] CASVS In lege veteri cauebatur vt qui propriam cauſam ꝑ ſe agit, intra biduum appellet: qui vero ꝑ procuratorem intra tertiam diem. Sed quidam legum ignari ꝓpter hoc decipiebantur, putãtes ſibi licere ſemper poſſe intra triduum appellare, & ſic à cauſa cadebant, quare hoc corrigit Imperator, & ſtatuit, ꝙ cuilibet liceat appellare à ſententia intra decem dies in quacunque cauſa, & quocunque iudice, excepto præfecto prætorio.

d ¶ Anteriorum.] In authen. de appell. & intra quæ tẽpora debent appella. coll. 4. in princip.

e ¶ Dierum.] Sed nunquid ille dies in quo appellatur, computabitur inter illos decem dies? Non videtur: quia dies illa, in qua promiſſio aliqua fit, non computatur cum illo tempore, niſi excipiatur, vt ff. ſi quis cau. l. 1. verb. ſig. ſi quis ſic dixerit. immo idem videretur, ſi diceret ante decem dies, ꝙ adhuc in decimo die poſſet appellare, vt ff. de ver. ob. l. eum qui. § qui ita & facit quod ad hoc ſup. ead. propter. Reſpon. ꝙ ſi tantum ſupereſt de die, ꝙ poteſt deliberare condemnatus, tũc illa dies computatur pro vno die. Io. Ego credo, ꝙ ſemper computetur. & ita ſeruatur de facto.

Appellationis dies cõputatur in decendio, ꝙ datur ad appellandum.

f ¶ A recitatione.] Nunquid hoc tempus vtile eſt ſicut fuit tempus bidui? quod videtur, aliter enim videretur eſſe diminutum beneficium antiqui iuris, maxime cum

Appellationis tempus an ſit vtile an cõtinuũ.

Digitized by Google

cum lex noua nihil exprimat. de hoc ergo veteri iuri ſtandum eſt, C. de appellat. præcipimus, in fine, & quod non mutatur, quare ſtare prohibetur vt C. de teſtamen. ſancimus, quare ergo dicit hic, a recitatione ſententiæ cum ſecundum legem antiquam a tempore ſententiæ com-

imputandum, 43. diſtinctio. Epheſijs. C. de cond. inſer. l. vltima.

c ¶Sed ſi quid tale.] Vnde ſic non poteſt terminus præfigi, vt die tali ſit appellans reuerſurus, vt extra de app. ex inſinuatione.

enumerandum, iudicibus ab his, quorum intereſt, offerri, ſiue magni, ſiue minores ſunt, excepta videlicet ſublimiſſima prętoriana præfectura, vt liceat homini intra id ſpatium pleniſſime deliberare, ſiue appellandum ei ſit, ſiue quieſcendum: ne timore inſtante, opus appellatorium frequentetur, ſed ſi omnibus inſpectionis copia, quæ & indiſcuſſos hominum calores poteſt refrænare. ¶Ad hæc ſancimus, ſi quando lis [a] ſperatur inferri in noſtrum conſiſtorium, ſi forte contigerit Imperatoriam maieſtatem occupatam publicis cauſis ex mundanis prouiſionibus non conuocare patres, quatenus cauſa agitetur, non ex hoc litem periclitari. Quod enim vitium eſt [b] litigantium, ſi culmen Imperatorium occupetur? vel quis tantæ eſt auctoritatis, vt nolentem principem poſſit ad conuocandos patres, cæteroſque proceres coarctare? Sed ſi quid tale [c] euenerit, cauſa intacta permaneat; donec Imperator [d] ſua ſponte motus, & conuocari proceres iuſſerit, & litem inferri patiatur, & omnia ſecundum morem procedere. ¶Illud etiam in tertio capitulo diſponendum eſt, quod antiquitas bene ſtatuit, nouitas autẽ neglexit. Cum enim veneranda vetuſtatis auctoritas † ita magiſtratus digeſſerit, vt alij maiores, alij medij, alij minores ſint, & appellationibus a minorib. iudicib. non ſolum ad maximos iudices remitterentur, ſed ad ſpectabilium iudicum tribunal, quatenus & ipſi ſacro auditorio adhibito litem exercerent, nouitas autem hoc dereliquerit; euenit, vt ſuper minimis cauſis [e] maximi noſtri iudices inquietentur, & homines pp minimas cauſas magnis fatigentur diſpendiis, vt forſitan totius litis æſtimatio ad ſumptus [f] iudiciales non ſufficeret. Ideoque ſancimus, ſi qñ ex Aegyptiaco tractu, vel adiuncta ei vtraque [1] Lybia prouocatio ſperatur vſque ad decem librarum [g] auri [h] quantitatem; non in hanc regiam vrbem eam venire, ſed ad præfe-

d ¶Imperator.] Idẽ eſt ſi alius iudex impediatur ad quẽ appellatur: in Auth. vt ſpon. larg §. hoc quoque. coll. 6. hoc verũ eſt in cauſa appellationis: in principali eñi cauſa ſecus eſt: q̃a ibi perit lis triennio. C. de iud. properandum. Item quod dixi eſt verum, ſi ipſe appellans impediatur a. per cauſam neceſſariã: puta per vim fluminis, vel ſimile. extra de appe. ex ratione. ſi autem alter impediret eũ, hoc ei noceret: Sed poſſet agere contra imp dientem. ff. de dolo. l. arbitrio. §. ſi dolo. Sed ſi ille non eſſet ſoluendo, tunc ei lis reſtituitur. ff de eo per quem factum erit, ex hoc edicto. arg contra. extra de in integ. reſtit. ex literis. ibi enim nõ datur actio contra decipientẽ. ſed reſtituitur cõtra ſñiam. ſed hoc fuit quia impediens non poterat ſoluere quod petebatur. Ioan Hodie. ſm canones nõ perit inſtantia iudicij, ſi propter impedimẽtum cauſa intra triẽnium terminari nõ potuit, vt ex de iud. venerabilis B.

Appellanti ĩpedito quo ſuccurritur.

a Scilicet p principem, vel per iudicẽ. & ſic intelligiẽ illa decr. ex rõne. & probatur eo. tit ex inſinuatione, ſm Ioa. de Fan.

† Con. l ſi. ff de iu. immu. & l. teſtamẽta. C. de teſt.

1 Sic etiam no. extra de app. ſup eo. §. vlt. & de exce. pia in gl ſic dicas. Archid.

computentur: hi decem dies, vt inf ead. biduum. Dic ergo, quod quantum ad ſui initium vtile eſt: ſed continuum quantum ad ſui progreſſum: quia tempus hoc computabitur a tempore ſcientiæ. vt C. quomodo & quando iudex, ab eo. & ff de ædili. edic. cum ſex. & inf. ead. cap. biduum. Cum enim illi decem dies dentur ad deliberandum, an velint ſtare ſententiæ: vel non: qualiter poſſet ignorans deliberare? Currit ergo hoc tempus a tempore ſcientiæ. & etiam a tempore quo poteſt agere. inf. ead. biduum. §. palam. ver. ſi aduerſus. extra de app. ex ratione. H. tamen dicit hoc tempus eſſe continuum: ſed poſtea dicit reſtituendum eum, qui agere non potuit.

AD HOC SANCIMVS. CASVS. Aliquis ad principem appellauit: ſed propter occupationes principis nõ potuit cauſam proſequi intra tempus conceſſum appellantibus a lege dicitur hic, quod non cadit a cauſa propter hoc: ſed cauſa tractabitur cum placuerit Imperatori. Nullus enim poteſt compellere principem, vt de cauſa cognoſcat. vel vt patres conuocet aut proceres.

a ¶Lis] Extra eo ex ratione.

b ¶Vitium eſt] Arg. quod per me non ſtat, mihi nõ eſt

ILLVD ETIAM. CASVS. Iudicum quidam maximi ſunt: & dicuntur illuſtres. quidam minores, & appellantur clariſſimi: quidam medij, & ſpectabiles nuncupantur. Appellabant homines aliter quam antiquitus ſeruabatur. Nam pro minimis cauſis ad maximos iudices appellabant, ita vt totius litis æſtimatio vix ad ſumptus iudiciales ſufficeret, ideo ſtatuitur hic, vt in Aegypto & in vtraque Lybia vſque ad decem libras auri non appelletur ad vrbem regiam, ſed ad præfectum Auguſtalem, qui cognoſcat de cauſa appellatione remota. In Aſia verò & ponto vſque ad prædictam quantitatem appelletur ad ſpectabiles, qui de cauſa cognoſcant ſine appellationis remedio. In oriente vero uſque ad prædictam quantitatem appelletur ad comitem orientis, virum ſcilicet ſpectabilem.

e ¶Cauſis] Quod fieri non debet, vt in Auth. vt omnes obed. iud. §. hoc conſiderantes coll. 5.

f ¶Ad ſumptus.] i. ad uictualia, quæ dantur iudicibus, ut ext. de vi & hon cle. cum ab omni.

g ¶Ad decẽ librañ.] Not. x. lib. auri minimũ qd dici.

h ¶Auri.] Hic vocat minimam ſummam vſque ad x. lib. auri: alibi vſque ad xx marcas: alibi uſque ad duos

Digitized by Google

Appellãs ſecundo, multis caſib. nõ auditur.

aureos ff. de dolo. ñ oleum. alibi quinquãginta ſolid. C. de defen. ciui. l. 1.

a ¶ Poſt diffinitiuam ſententiam.] No. caſus in quibus ſecundo non auditur appellans. C. de epiſ. aud. Authen. ſi quis litigantiũ. C. de aſſer. tol. l. 1. C. de app. iubemus. & l. in offe ẽdis. ĩ Auth. de ſanc. epiſc. §. ſi quis verò. coll. 9. 1.

b ¶ Sacri cognitoris. i. principis.

h ¶ Non gradatim.] C. de app. præcipimus.

i ¶ Sed a præſidibus.] Qui ſunt clariſſimi & minores.

K ¶ Datis.] Non tamen delegatis.

l ¶ Refertur.] Appellatio ad iudices ſpectabiles.

m ¶ Sub quacumque.] Hoc verum eſt cum appellatur a ſpe-

ctum Augoſtalem, qui audiat, & cauſam dirimat vice ſacri cognitoris, nulla ei penitus poſt diffinitiuam [a] ſententiam appellatione porrigenda. Similique modo quoties in Aſiana diœceſi, vel Pontica tale aliquid emerſerit vſq; ad prædictam quantitatem decem librarum auri; appellationes ad viros ſpectabiles, comites forte, vel proconſules, vel prætores, vel moderatores, quib. ſpecialiter eaſdẽ lites peragendas deputauimus, remittantur: quatenus & hi ad ſimilitudinem præfecti Auguſtalis, vice ſacri cognitoris [b] intercedant, & cauſas ſine ſpe quidem appellationis, Dei tamen, & legum timore proferant decidendas: Orientalem autem tractum cauſas appellatione ſuſpenſas, & vſque ad decem librarum auri quantitatem limitatas, ad virũ ſpectabilem comitem orientis mittere, ſimili modo audientiam, & finẽ eis impoſiturum ſancimus: Illo videlicet obſeruãdo, vt viri ſpectabiles duces, vel alij ſpectabiles iudices non ad alios eadem ſpectabilitate decoratos iudices, ſuas transmittant appellationes in litibus, quãtæcumque ſint quantitatis (cum non oporteat ad cõpares iudices appellationes referri, ſed a minori iudicio in maius tribunal aſcendere:) ſed ad illuſtriſſimam præfecturam illorum appellationes, cuiuſcumque ſint quantitatis (vt dictum eſt) dirigantur, quæ † vna cum [c] viro excelſo pro tempore quæſtore eas dirimat, vtroque [d] officio ſubminiſtrante [e], ideſt tam ex ſacris ſcrinijs more ſolito, quam præfectorio. Ita tamen [f] hæc ſancimus, vt nec a ducibus, vel alijs ſpectabilibus iudicibus) quibus forte, & ſi priuati [g] ſint, imperialis maieſtas cauſas iniunxerit) appellatio ad memoratos ſpectabiles iudices currat, ne cauſa non gradatim [h] procedere, ſed perperam videatur; ſed a præſidibus [i] quidem prouinciarum, & iudicibus a nobis datis [k], ſi non ſint ſpectabiles iudices, intra memoratam quantitatem refertur [l]. Si autem vel illuſtres ſint dati a nobis iudices, (quibus apices dignitatum ſuper ſpectabilitatem ſunt) vel duces, qui omnimodo ſpectabilitate ſunt decorati, vel hi, qui a principe delegati ſunt ſpectabilem habeant dignitatem; eorum appellationes ſub quacumque [m] quantitate in hanc regiam vrbem ad competentes [n] antiquo more iudices referantur: omnibus alijs, quæ in appellationibus [o] ſtatuta ſunt, vel ab antiqua pro ſapia, vel ab auctoritate anteriorum conſtitutionum, vel a noſtra humanitate, intactis, illibatiſque cuſtodiendis.

† *qui*] orig.

1 Dicit L. q̧ iſta lex corrigitur p̧ auth. de defen. ciui. de hoc ẽt no ex. de appellationibus. Archid.

ILLVD VIDELICET. CASVS. Statuit hic, vt a minori iudice ad maiorẽ appelletur. vnde a ſpectabilib. ad ſpectabiles non eſt appellandum in quacunq; quãtitate: ſed ad illuſtriſſimã præfecturam, qui ſimul cũ quæſtore cognoſcant. ita tamen q̧ a ducib. vel a ſpectabilib. qui priuati ſunt, .i. ſine adminiſtratione, ad ſpectabiles nõ appellet. licet habeãt adminiſtrationẽ, & videantur maiores non habent iub. ſed vbi delegat cã p̃ſidialis alij minori iudici nõ ſpectabili, ad ſpectabilẽ appelletur. Vbi vero cã a principe delegat illuſtri, vel ſpectabili, q̧ hẽt ducatũ, vel ſpectabili, q̧ eſt ſub ducatu, & ſi nõ eſt dux. in regiã vrbẽ ad cõpetẽtẽ iudicẽ appelletur. Sic mihi Bart. vr̃ caſus ponendus ſine præiudicio hominis prudentioris: & prudens lector, ſi ei videbit caſum in melius reformabit.

c ¶ Quæ una cũ. Scilicet præfectura illuſtriſſima.

d ¶ Vtroque.] .ſ. prętoris & quæſtoris. quæſtor. n. qui præfuit ſcrinijs Imperatoris, audiuit cauſas appellationis.

e ¶ Subminiſtrãte.] ideſt, cognoſcente.

Appellare non licet a maiori ad minorem.

f ¶ Ita tamen.] Senſus eſt, non eſt appellandum a iudicibus qui ſunt illuſtres, ad ſpectabiles, qui minores; nec a ſpectabilibus ad alios ſpectabiles, cum ſint pares, ſed a præſidibus, qui ſunt minores, appellandum eſt ad ſpectabiles.

Iudicij principium non ſemper conſideratur.

g ¶ Priuati.] Quando delegatur eis cauſa: ſed pendente iudicio fiunt ſpectabiles, vt C de app. p̃cipimus. in fi. & ſic nõ ſemper conſideratur principiũ accepti iudicij: ſic. 3. q. 7. §. tria, in fi. ſic ff de pig. act. l. ſi rem. § fi. argu. cot. extra de prob. c. poſt ceſſionem. de elect. dudum.

a ſpectabilibus, ſed ſi a clariſſimis, tunc non appellatur ad vrbem, niſi ſit ſupra decem lib. auri. ut ſup.

n ¶ Ad cõpetentes.] Per hoc not. appellationem ad aliũ fieri quam ad delegantẽ, contra id ff. quis, & a quo app. l. 2. & extra de off. deleg. ſuper quæſtionum ſic infra ca. placuit, vt presbyteri.

o ¶ Quæ in appellationibus.] .i. ad principem, vt C de excuſ. tuto. quinquaginta. ff. quando app. ſit l. 1. §. ſi qs.

Biduum

Digitized by Google

BIduum.]CASVS. Dicitur hic, ꝙ biduũ, vel triduum computandum ſit à tempore latæ ſententiæ ad appellandum: ſed vbi ſententia lata eſt ſub conditione, quæ tamen ſic ferri non debet. ſimiliter à die ſententiæ & non exiſtentis conditionis eſt appellandum intra biduum

re conditionis exiſtentis currit præſcriptio. ff. quando actio de pecu. eſt annalis. l. 1. §. annus. & C de præſcrip. xxx. anno cum notiſſimi. §. illud. Sed obijcitur hæc ſententia non continet in ſe abſolutionem vel condemnationem, ergo nulla. vt C. de ſenten. & inter locu præſes. ergo nec ab ea appellari ẽ neceſſe, vt inf. ea. §. diffinitiua, ver. eſt aũt qſ̃. Rñdet. licet mõ nulla ſit, ſperatur tamen & timetur, quòd ſit valitura 2. nam in conditionalibus obligationibus ſpes eſt debitum iri, vt ff de verb. ſigni. cedere diem. in ſti. de verb. obliga. §. ex cõditionali vnde licet appellatio nõ ĩueniat quid extinguat 3 tamen conditione exiſtente retro fingitur extitiſſe, vt ff de ſol. ſub cõditione, debitoq. & effect. ſententię retrotrahit quandoque, vt ff. de ijs qui no. i nfa furti.

Sententia abſolutionẽ aut cõdemnationẽ continere debet.

2 Concor. tex. in l. 1. §. biduum. ff. quæ ſen. ſine app. reſcin.

3 Nam per appellationem extinguitur pronunciatum. ff. ad Tur. l. 1. §. vlt.

Item lib. 49 ff. titu. quando appellandum ſit, lege prima, §. Biduum.

¶ Quando appellandum ſit primo, vel ſecundo, Cap. XXIX.

BIduum, vel triduum appellationis ex die ſententiæ latæ computandũ erit. ¶ Quid ergo, ſi ſentẽtia fuerit ſub conditione [a] dicta, vtrum ex die ſententiæ latæ tempus computamus ad appellãdum, an uero ex die, quo cõditio ſententiæ extit erit? Sane, quidẽ non eſt [b] ſub conditione ſententia [c] dicenda. Sed ſi fuerit dicta, quid fiet? Et eſt vtile ſtatim [d] tempora ad appellandum cõmutari debere. ¶ Quod in ſententijs receptum † eſt; vt vel altera die, vel tertia prouocetur; hoc etiam in cęteris obſeruandum eſt, ex quibus ſententia quidem non profertur [e], appellari tamen oportet, & poſſe ſupra relatum eſt, *vt a cum quis ad tutelã, vel ad alia ciuilia munera nominatur, & eius excuſatio [f] non admittitur.* ¶ Dies autem illos, in quibus appellandũ eſt, ad aliquid vtiles eſſe oratio diui Marci voluit, ſi forte eius à quo prouocatur, copia non fuerit, vt ei libelli dentur. Ait enim, is dies ſeruabitur, quo primo facultas adeundi erit. Quare ſi forte ſtatim poſt dictam ſententiam copiam ſui non fecerit is, q pronunciauit (vt fieri aſſolet,) dicendum eſt nihil nocere appellatori. Nam vbi primũ copiam eius habuerit, prouocare poterit. Ergo ſi ſtatim ſe ſubduxit, ſimili modo ſubueniendum eſt. Quid igitur, ſi conditio horę effecit, vt ſe reciperet (Si forte dicta ſit ſententia iam ſuprema hora; [g] vtiq; non videbitur ſe ſubtraxiſſe. ¶ Adeundi autẽ facultatem ſemper accipimus, ſi in publico ſui copiã fecit. Cæterum, ſi non fecerit; an imputetur [h] alicui, quòd ad domũ eius non venerit, quòdq; in hortos non acceſſerit, & vlterius quòd ad villam ſuburbanã? Magiſq; eſt, vt nõ debeat imputari. Quare ſi in publico eius adeundi facultas non

† al. præceptum.

e ¶ Non profertur.] vt in electionibus, & præſentationibus, vt extra d app. conſtitutis & c reprehenſibilis. & extra de offi. d le. ſuper. eo. & eſt hic arg. quod à tempore electionis vſq; ad decẽ dies põt appellari f ¶ Excuſatio.] nota, ꝙ quinquaginta dies dantur ad excuſandum ſe illi, qui vocatur ad munus ciuitatis: ſimiliter ad munus tutelę, ſed ſi excuſatio nõ fuerit admiſſa, tũc poterit appellare, vt inſti. de excu. tut §. quia autẽ. ff quãdo appella ſit. l. 1. § ſi quis tutor C. de excu. tuto. l. quinquaginta. nec tenẽ

duum vel triduum. quòd ſeruandum eſt non ſolum in ſententia: ſed etiam extra ſententiã, vt puta cum quis ad tutelam, vel ad alia munera nominatur. hoc etiam intelligas, vt hoc tempus computetur à tempore ſententiæ. ſi potuit copiam iudicis habere, vel illius à quo appellauit, vel ad quem appellauit.

a ¶ Sub conditione.] De futuro: tunc ſuſpenditur ſententia ff ſi certum peta. reſpiciendum. conditio autem de præſenti, vel præterito non ſuſpendit ſententiam. ff ſi certum pet. cum ad præſens. & l. ſeq tamen ſententia excommunicationis lata ſub conditione tenet. 1. 63. diſtinctio. Salonitanæ extra de ſent. exc. à nobis 1. & ext. de appel. præterea 2. ff. de verbo. ſignific. cedere diem.

b ¶ Non eſt.] Prohibetur quid fieri, quod tamen factum tenet. ſic 45. diſt. de iudęis. ff. de interdictis, & releg rele gatorum §. ad tempus.

c ¶ Sententia.] Diffinitiua, ſed interlocutoria ſic, vt inf. 17. q 4 ſi quis ſuadente. & extra de ap. præterea 2, quæ eſt huic legi contraria.

d ¶ Statim.] In alijs præſcriptionibus non niſi à tempo

Excõicatio lata ſub conditione tenet.

1 Non tamen niſi in euentum cõditionis, vt in l. hic alleg. cedere, de hoc no. ſu. ead. q. 5. quanto. & inf. ea in gl. in alijs. At.

tunc appellare, cum nominatur tutor, ſed tunc cum excuſatio eius non admittitur, vt ibidem dicitur, ſed cum aliquis eligitur ad dignitatem aliquam, ſtatim tenetur appellare ante, quàm ſe excuſet, vt ff quando appel. l. 1. §. ſi quis tutor. niſi eligatur. vt ſit defenſor ciuitati, ibi non habet locum appellatio, vt in authen. de defen. ciui. §. Item illud. coll. 3.

g ¶ Suprema hora.] Videtur, ꝙ iudices vſq; ad ſupremam horam tenentur expectare partem aduerſam, ſicut totus dies, quo pecunia debetur, cedit arbitrio ſoluentis 4. Inſtit. de verb. obli. §. 2. & dicit lex: Audient iudices veſpere, mane & meridie, vt in auth. de iud. §. ſedebunt. coll. 6. & quia ante Kalendas promiſſit, idem ac ſi in Kalendis promiſiſſe, vt ff de verb. obl. qui ante. argumen contra ff. de orig. iur. l. 2. §. & quia magiſtratibus, vbi dicitur, quod incõgruum eſt, quod iudices veſpere præſideant. ſed diſtingue, vt dicitur extra de offic. iud. deleg. conſuluit.

h ¶ An imputetur.] Propter hoc verbum dicunt quidam, ꝙ non poſſit appellari, niſi in præſentia iudicis:

Iudex vſque ad quam horam expectare debea.

4 Hoc eſt verum in cõtractib⁹, ſed in iudicijs ſecus, vt colligitur extra de offic. deleg c. conſuluit. iuxta ſi. extra vt lit. non conte. c. 1. & de dolo. prout.

Rr 4 quia

Digitized by Google

Appellandum ne eſt iudice p̄ſente?

quia ſi eo abſente pōt appellari. ergo non refert. ſiue ſubtrahat ſe iudex, ſiue non, & eſt arg. pro eis extra eo. cum ſit Romana. Sed contra extra eod ſuggeſtum ext. de alie. iud. mutan. c. 1. C. quomodo. & quando iudex. ab eo. & C de iud. l. vl. 1. tatus propter ſuum delictum, tunc ſi potuit conſtituere procuratorē non ſubuenietur ei, vt ff. de mino. Papinianus ait. ſed ſi abeſt ex iniuſtia cā nunquā auditur appellans, nec ſubuenitur ei, quia contumax non auditur appellans, vt 24. q. 3. de illicita. & inf. ead. §. ſunt quorum, niſi

1 Et ſſ quando app. ſit. l. 1. & ideo dicebat.

Co. q̄ app. emiſſa in abſentia iudicis bene excuſat ſi non ſit fraudulenter. hoc ipſe not. in p̄dic. ca. ſuggeſtum. Arc.

a Concor. text. in l. 1. §. libelli & ibi Bart. ff. de appel.

a ¶ Appellauit.] Id eſt appellare voluit.

b ¶ Libellos daret] ipſe iudex ſcilicet dimiſſorios. vel intelligе de libellis appellationis, quos appellās vult dare iudici.

c ¶ Quod eum.] Factū enim ſicut uoce quis appellat, vt ext. de appella. dilecti. 2.

ET PALAM. CASVS. Illa cauſa dicitur propria alicuius, cuius damnū, vel emolumentum principaliter ad eum ſpectat. ſed ſi ſententia contra abſentem lata ſit nō currit ei tempus niſi à tempore ſcientiæ, niſi per procuratorem fuiſſet defenſus: quia tunc difficile audiretur.

d ¶ Palam eſt eam.] pōt enim dānū pertinere ad aliquē, & fieri non ſuo nomine. 12. q. 2. §. qui manumittitē 14. q. 2. ſuper prudentia.

e ¶ Scit.] Simile ext. de appella. ſuper eo. ver. fin C. quomodo & qñ iudex. ab eo.

Difficile dupliciter ſumitur.

f ¶ Difficile.] Id eſt, non: nam alibi ponitur hæc dictio difficile pro vix. 47. di. quātumlibet.

g ¶ Audiatur.] No.

fuit melius dicetur facultatem non fuiſſe adeundi. ¶ Si quis ipſius quidem, à quo appellauit [a] adeundi facultatē non habuerit, *vt ſi ei libellos daret.* [b], eius aūt, ad quem appellauit, habeat copiam; videndū eſt, vt † ei præſcribi poſſit, quòd eum [c] non adierit. Et hoc iure vtimur, vt ſi alterutrius adeūdi fuerit copia, præſcriptio locū habeat. In propria cauſa biduum accipitur. Propriā cauſam ab aliena quemadmodum diſcernimus? Et palam eſt eā [d] propriam eſſe cauſam, cuius emolumentum, vel damnū ad aliquem ſuo nomine pertinet. *& infra.* ¶ Si aduerſus abſentem fuerit pronunciatum, biduum, vel triduum, ex quo quis ſcit [e], computandum eſt, non ex quo pronunciatum eſt. Quod autem dicitur abſentem poſſe procurare, ex quo ſcit, ſi accipit†: ſi non in cauſa per procuratorem defenſus eſt. Nam ſi ille non procurauit, difficile [f] eſt, vt hic audiatur [g]. ¶ Si quem † in inſulam deportandum [h] adnotauerit [i]: præſes prouinciæ, & Imperatori ſcripſerit, vt deportetur; videamus, quando ſit prouocandum, vtrum cum Imperator reſcripſerit † vt deportetur, an cum ei ſcribitur. Et puto tunc eſſe appellādum, cum recipi eū præſes iubet ſententia prolata, Imperatori ſcribendū, vt deportetur. Cæterum verendū eſt ne ſero ſit vt tunc prouocetur, cum Imperator inſulam ei aſſignauerit. Comprobata enim ſentētia præſidis, tunc ſolet inſulam aſſignare. ¶ Rurſus illud verendum eſt, ſi mendacijs apud principē onerauit eum, quem deportandum laborabat, intercludi illi viam prouocandi. Quid ergo eſt? Rectè dicetur humanitate ſuggerente; vt & hoc, & illo tempore non fruſtra prouocaretur: quia non aduerſus principem, ſed aduerſus [k] iudicis calliditatem prouocauit. *& infra.*

†*al. an.*

†*al. accipimus.*

†*al. quidem.* In principio eiuſdē legis primæ.

†*al. ſcripſeris.*

Abſēti vtrū ſubueniatur

cum aliquis eſt abſens poſt lit. conteſt. aut abeſt ex iuſta, cauſa, aut ex iniuſta. Ex iuſta tripliciter poteſt abeſſe, quia aut abeſt ex cauſa neceſſaria & probabili, aut ex cauſa neceſſaria tantum, aut ex probabili tantum. Si abeſt ex cauſa neceſſaria & probabili, vt ex cauſa reipubli. tunc ſi eſt legitime defenſus reſtituitur ad appellandum 3 vt ff. de in integr. reſti. l. vlti. ſi uero nullo modo eſt defenſus vel fuit minus legitime, ad totam cauſam reſtituitur, vt C. ex quibus cau. maio. l. 1. & C. de proc. quia. Si abeſt ex cauſa probabili tantum vt cauſa peregrinationis vel ſtudiorum, tunc ſi eſt ligitime defenſus, ad nihilum reſtituitur: & ita loquitur hæc lex. ff. ex quibus cau. maio. l. nec non. Si autem non eſt legitime defenſus, tunc ſi conſtituit procuratorem, vel potuit conſtituere, ad nihilum reſtituitur, niſi ille procurator quem reliquerat, mortuus ſit, vel forte ſoluendo non ſit, vt ff. ex quibus cau. maio. ſed & ſi. §. 1. decre. tamen dicit indiſtincte retractandum quod factum eſt, ſi probatur iuſta cauſa abſentiæ, vt extra de ſent. & re iudi. cum Bertoldus. nec diſtinguitur an potuerit conſtituere procuratorem, an non. vel an abfuerit, ex probabili cauſa, an non. & eſt arg. ad hoc. C quomodo & quando iudex. l. ab eo, ibi n. videtur quod non ſit opus reſtitutione, ſed quod de iure communi poſſit appellare, ſi abeſt ex cauſa neceſſaria tantū, vt cum quis ſit deportatus

3 Sed non ad totā cauſam. & ita intelligitur ff. ex quib. cau. ma. is qui vbi dicit in integrum. aliàs eſſet contra. ff. eo. ſed & ſi. §. vlt. Ar.

niſi veniat iudice adhuc ſedente pro tribunali, vt ff. de in integ. reſti. diuus. ſed ſi eſt abſens ante lit. conteſta. tunc vel excommunicatur vel fit miſſio in poſſ. vt diſtinguitur extra vt lit. non conteſt. tuæ. & cap. quoniam frequenter.

SI QVEM IN INSVLAM. CASVS. Si præſes iuſſit aliquem deportandum reſcripſit Imperatori, & Imperator reſcripſit ut deportetur, quæritur quando appellādum ſit: & certe dicitur quod vtroque tempore appellandū eſt, ſcilicet cum præſes præcipit eum recipi inter condemnatos, & reſcribit Imperatori, nec appellat aduerſus principem, ſed aduerſus calliditatem iudicis: quia forte cum mendacijs apud principem onerauit. ſed ſi cum Imperatori ſcriberetur, oſtenſum fuit exemplum literarum litiganti; ſi tunc non appellauit, conſenſiſſe videtur nec poſtea auditur appellans.

h ¶ Deportandum.] Præſes enim deportare non poteſt, vt ff. de lega. 3. l. 1. §. deportatur. Sed relegare poteſt. ff. de iniu. rup teſt. l ſi quis. § eius qui. & § ſeq. & ff de inter dict. & releg. l relegatorum.

i ¶ Adnotauerit.] Id eſt, iudicauerit Arg. q̄ metropolitanus poteſt cognoſcere de cauſa criminali epiſcopi, & talem ferre ſententiam, iudico te eſſe deponēdum, ſicut hic præſes iudicat deportandum,

K ¶ Aduerſus.] Ergo qui appellat à grauamine, iuſte appellat, licet remota ſit appellatio in reſcripto; q̄a non audier-

Metropollitanus de cā criminali epī cognoſcere poteſt.

Appellans à grauamine, iuſte appellat.

Digitized by Google

aduerſus literas principis, ſed aduerſus malitiam iudicis appellat. ſic extra de offi. iud. deleg. cap. ſane. in fi. ff. de cuſt. reo. l. diuus. C. de rela. l. 2.

ILLVD QVOQVE. Hæc eſt ultima lex iſtius tit.

a ¶Imperatori,] Conſulendo ipſum, uel referendo. H. & tunc

l. ult. eo. tit.

CASVS. Dr hic, ꝙ pōt appellare is ad quem negocium pertinet, vel uerus eius pro curator, vel negociorū geſt. Similiter mater pro filio poteſt appellare, nec tunc intercedere videt, licet ab initio eū defendere non poſſit.

c ¶Intereſt.] Sic extra de off. deleg. ſuper eo. ff. de inoff. teſta ſi ſuſpecta. immo etiam ſi non intereſt, dūmodo qualecunq; timetur pię iudicium fieri, vt ff. eo. à ſnia. in pri. & ext. de ſent. & re iudi. cum ſuper.

¶Illud quoque uideamus, ſi cum Imperatori [a] ſcriberetur, exemplum literarum litigatori editum ſit, neque is appellauerit, & poſtea contra eū reſcriptum ſit, an appellare à literis pridem ſibi editis poſſit? ε quia, qui tunc [b] appellauit uera eſſe, quæ ſcripta ſunt, cōſenſiſſe videtur: nec eſt audiendus, ſi dicat euentum ſacri reſcripti ſe ſuſtinuiſſe.

b ¶ Neceſſe.] Ex his duobus c. 1. colligit ꝙ hęc tria accuſatio teſtimoniũ, & ordo pari paſſu ambulãt, vt quicumque nõ admittitur ad vnũ, nec ad reliquũ. Sed obijcitur, quicumque ſemel in peccato mortali fuerit, nõ admittitur ad ordines, vt 25. diſ. primum. ergo nec ad teſtimonium. Item ſi crimen ciuiliter fuerit probatum, nõ admittitur ad ordines. vt diſt. 24. qñ. ext. de accuſa. ſuper his ergo nec ad teſtimonium: & ſm hoc nullus inuenitur teſtis, cũ nemo. ſine crimine viuat. 25. di. §. noīe autẽ. Tu dicas ꝙ regula, q̃ hic tradit locum habet cũ criminaliter agitur. Si enim ciuiliter agitur aut crimen eſt occultum quod obijcitur teſti, aut manifeſtũ, ſi occultũ, præſumo eum inde egiſſe pęnitentiam. quia occultum in meliorẽ partem interpretamur. extra de ſortilegijs. ca. ex tuarum. & extra de reg. iuris. eſtote. Si aũt manifeſtũ, probauit ſe egiſſe pœnitentiam per ſacerdotẽ, quod facere poteſt, vt extra de ſimo. nemo. 50. diſt. in capite. 2. q. 1 ſi peccauerit, in fi. niſi tale ſit crimen, quod etiam poſt pœnitẽtiam irroget infamiam, vt cum aliquis conuictus eſt de periurio. vt 3. q. 7. §. porro. Si autem criminaliter agitur, ſiue ſit occultum, ſiue manifeſtum ſiue inde egerit pœnitentiam, ſiue non, repello eum, vt 6. q. 1. qui crimen 2. Vel diſtingue ſicut notaui ſuper illo cap. qui crimen. Ioan. & extra de teſt. teſtimonium, vbi deffiniui breuiter B. circa hanc materiam conſueuit quæri: ſi quis vinum non poteſt bibere, an poſſit promoueri: cum ipſum miniſtrantem oportet communicare, de conſecra. diſt. 2. epiſcopus Deo. & diſt. 2. peracta. Dic ꝙ non. Nec etiam accuſare poteſt 3. Ille, qui caſu membrum amiſit 55. diſtin. ca. vlt. tamen inferiorem vel parem poteſt accuſare: quia poteſt remanere in executione illius ordinis, diſtin. 55. præcepta, nam qui eſt intra 30. annos poteſt accuſare ſacerdotes. Item clericus bigamus non poteſt accuſare clericum coniugatum qui vnicam, & virginem habuit vxorem: quia clericus coniugatus gaudet priuilegio clericali. 32. diſt. ſi qui vero. Hug. dicit quod ſacerdos depoſitus alium poteſt accuſare. Sed hoc non placet, nam ex quo eſt de crimine condemnatus, ſtatum eſt delictum eius notorium, extra de cohabita. cler. veſtra. Item nec ille admittitur ad accuſationem, cui crimen eſt in modum exceptionis probatum, per quod eſt repulſus à teſtimonio, licet non ſit infamis. argu. extra lie ele. ſuper eo. & 2 q. 1. prohibentur. grauata eſt tamen eius opinio ſicut illius, qui ancillam oppreſſit. C. de adul. & ſi libidine. Nam inhoneſtum eſt tales ordines admitti, vt dicit lex de his, qui ſupponuntur fuſtibus ab ædibus 4, licet non ſint infames. ff. de decur. eos. niſi ſit neceſſitas. ff. de mune. & hon. l. vl. gradatim, & hoc ideo, quia opinio eius in nullo vacillabit, vt 33. diſt. laici & no ſup. ca. 1 in primis, in fi. Io. & probatur hodie tota hæc diſtinctio in decreta. de teſtibus cap. teſtimonium. Quid iuris ſit de ordinando, nota ut ſupra 25. diſt primum. B.

1 Scilicet. exiſto. c. & ſeq.

Teſtis an ſit repellendus propter crimen ſibi obiectum.

2 V. de qđ not 3 q. 7. ĝ fine. in fi. ſacerdos nõ efficiatur. q vinum bibere non põt.

3 Hic adde qđ non ſup. ea. in sũma ver. tales.

Accuſare nõ poteſt de crimine conuictus in modum exceptionis.

Unde Fabianus ait epiſtola ſecunda ad epiſcopos Orientales.

¶Qui ſacerdotes eſſe non poſſunt, ſacerdotes accuſare non valent. C. XXXVIII.

Anſel. l. 3. c. 47. Poly l. 5. titu. 1. Mutata eſt verborũ ſeries.

IPſi Apoſtoli, & eorum ſucceſſores olim ſtatuerunt, vt ſacerdotes Domini non accuſent, nec in eos teſtificẽtur, qui ſui ordinis [a] non ſunt, nec eſſe [b] poſſunt.

Item Damaſus Papa ad Stephanum archiepiſ. opũ, epiſt. 5 c. 5.

¶Sacerdotes accuſare, vel in eos teſtificari nõ valent, qui ad ſacerdotium prohibentur eligi, C. XXXIX.

Poly. ibidem. Burc. l. 1. c. 172. Iuo p. 5. ca. 290. Pann l. 4. c. 186. Anſel l. 3. c. 41. ſup. ca. ſacerdotes.

TEſtes [α] abſq; vlla infamia, aut ſuſpicione [c], vel manifeſta macula, & veræ fidei plenitudine [β] inſtructi eſſe debent, & tales, quales ad ſacerdotium eligere iubet diuina auctoritas. ¶Quoniã ſacerdotes (vt antiqua tradit auctoritas) criminari non poſſunt, nec in eos teſtificari, qui ad eundem non debent, nec poſſunt prouehi honorem.

α ¶Teſtes.] *Damaſi uerba hæc ſunt,* Accuſatores autem epiſcoporum. & teſtes, ſuper quibus cogitaſtis, abſque vlla infamia, aut ſuſpicione, &c. *ſicque referuntur à Burchardo & Iuone: Pannormia autem habet, vt Gratianus.*

β ¶Plenitudine.] *In epiſtola ipſa legitur,* pleniter. *Burchardus vero & Iuo habent,* vera fide pleniter.

Sic & illud [d] *Silueſtri intelligitur:* [*Laicus non accuſet clericum, &c.*] *Id eſt, qui in inferiori gradu conſtituti ad ſuperiorem aſcendere non poſſunt* [e], *in ſuperioribus agentes accuſare non debent.* ſup ea. nullus laic⁹.

¶*Ecce oſtenſum eſt, quid reſpondeatur auctoritatibus, & argumentis, quibus ſuadetur ab accuſatione prælatorũ vi*

TEſtes] CASVS. Idem quærebatur in hoc cap. quod quæſitum fuit in ſuperiori, & reſpondetur, ꝙ teſtes debent eſſe ſine omni macula & ſuſpicione: quia ſacerdotes criminari non poſſunt, nec in eos teſtificari, qui ad eundem honorem prouehi non poſſunt, & ſic intelligitur §. ſequens.

c ¶ Suſpicione.] Repellitur teſtis propter ſuſpicionem 5. vt ſup accuſ. in prin Arg. contra de conſe. diſt. 2. non prohibeat.

ADDITIO. Dic quòd aſſumptio corporis non nocet niſi ſumenti: ſed accuſatio alij nocet.

d ¶ Sic & illud.] Supra ea. nullus laicus.

e ¶ Non poſſunt.] Qualiter hic intelligitur, habetur infra 4 q. 1. c. 1.

ECCE. CASVS. ſup. probatũ eſt ꝙ ſubditi non poſſunt accuſare prælatos: & reſponſum eſt contrarijs auctoritatibus

4 Ideſt, a cuſtodibus ædiũ ab incẽdio p nocte. ff de of pręfe. vi. l. 1. & 2.

5 Odij, vel inimicitiæ vel criminis occulti, ſecundum H. ad idem 3. q. 5. quia ſi per totum, ibi videas, Arch.

Digitized by Google

debantur repellendi. Nunc demonſtrandum eſt: quibus rationib. probentur recipiendi, & quid contra reſpondeatur a prælatis. Matth.16. *Chriſtus qui erat paſtor paſtorum, ouibus ſuis, de quib. ait: [Non ſum miſſus, niſi ad oues, quæ perierunt domus Iſrael, &c.]* Ioan.18. *Inter opprobria & verbera, quæ ab eis patiebatur, ait: [Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo, &c.]* Ioan.8. *Item: [Quis ex vobis arguet me de peccato?] At quicunque ad teſtificandum in aliquē, vel ad arguendum admittuntur: ad eundem accuſandum admitti poſſunt. Cum ergo oues, ut aduerſus paſtorem ſuum teſtimonium ferant, & ut ipſum (ſi poſſunt) reprehendant, admittantur: patet, quod ſubditi poſſunt accuſare prælatos ſuos. ¶His ita reſpondetur. Chriſtus, quamuis eſſet paſtor ſuarum ouium, quas uerbo & exemplo paſcebat: tamen quantum ad officiorum diſtributionem (ex qua hodie in eccleſia alii præſunt aliis, unde quidam prælati, quidam ſubditi uocantur) in populo ſuo* † al. illo. *paſtorale officium non gerebat. Myſtica.n. & uiſibili unctione nec in regem* [a]*, nec in ſacerdotē unctus erat: quæ ſolæ duæ perſonæ in populo illo prælaturæ nomen ſibi uendicabant. ¶Non ergo ex hac auctoritate ſubditi probantur admittendi in accuſatione prælatorum: ſed tantum oſtenditur, ꝙ auditores eos reprehendere poſſunt, & in eos teſtificari, qui cum officia eccleſiaſtica non habeāt, uerbo tamen & exemplo quoſcunq; ualent, lucrari Deo ſatagunt. Reſpondetur & aliter. Aliud eſt, quod de rigore coguntur ſeruare diſciplinæ: aliud, quod admittitur ex perfectionis conſideratione. Chriſtus ad ſe arguēdum Iudæos admiſit perfectione humilitatis, non ſeueritate iuris. Si enim legis rigore eſſent admiſſi, hac auctoritate criminoſi, & infames in accuſatione religioſorum eſſent recipiendi: cum eſſent ſceleratiſſimi, qui de Chriſti nece tractantes innocentem condemnare uolebant. Hoc ergo exēplo prælati non coguntur recipere ſubditos in accuſatione ſui, ſed permittuntur.* Gal.2. *¶Item Paulus Petrū reprehendit, qui princeps Apoſtolorum erat. Unde datur intelligi; ꝙ ſubditi poſſunt reprehendere prælatos ſuos: ſi reprehenſibiles fuerint. Sed hoc facile refellitur, ſi unde reprehenſus aduertitur. Petrus cogebat gentes iudaizare, & a ueritate Euangelij recedere, cum Iudæis gregem faciens, & a cibis gentilium latenter ſe ſubtrahens. Per autem in ſe eſt a fide exorbitare, & alios exemplo, uel uerbo a fide deijcere. Ergo hoc exemplo non probantur prælati accuſandi ſubditis; niſi forte a fide exorbitauerint, uel alios exorbitare coegerint.* Act.11. *¶Item cum Petrus intraſſet ad Cornelium, conqueſti fratres ſunt, qui erant in Iudea, & reprehenderunt eum, quod ad gentilem diuertiſſet. Ecce, quod prælati iure poſſunt reprehendi a ſubditis.*

Sed huic oppoſitioni B. Gregorius reſpondit dicens Theotiſtæ patriciæ, lib.9. epiſt.39.

ritatibus. Nūc econtra oſtēdit, ꝙ ſubditi poſſunt accuſare prælatos: & hoc probatur exemplo Domini & Petri. Nam Dominus permiſit Iudæos contra ſe teſtificari; & ita per conſequens eum accuſare potuerunt. Nā cui permittitur teſtificatio, & accuſatio. Sed ad hoc dupliciter rńdetur prima reſponſio eſt, ꝙ licet Chriſtus ſit paſtor ouium non tamen ſecundū legē veterem & nouā in regē, vel ſacerdotē inūctus erat, quę unctio prælaturam cōfert. Vel dicas, quòd Dńs hoc fecit ex humilitate, & nō de rigore iuris: Paulus ſimiliter reprehendit Petrum, qui maior erat eo. Sed rńdetur ꝙ non fuit mirum: quia cogebat gentes iudaizare, & a fide recedere: ī quo caſu bene accuſantur p̄lati a ſubditis. Itē Petrus fuit reprehēſus a fratrib quia intrauit in domū Cornelij gentilis. Sed huic obiectioni reſpōdetur in ſequenti c.

a ¶Nec in regem.] immo nec regnum eius erat de hoc mūdo. 23. q. 3. § 1.

Petrus.] CASUS. Iudæi reprehendebant Petrum, qui intrauit domū Cornelij gētilis: ſed dicit Greg. ꝙ Petrus bene poterat ſuos repellere ſubditos ex poteſtate ſui officij: ſed reſpōdit ſe hoc feciſſe auctoritate diuinæ virtutis.

a ¶Re-

¶Petrus a fidelibus interrogatus cur ad gentes intraſſet, non ex poteſtate reſpondit, ſed humiliter rationem reddidit. Cap. XL.

Act.12. Petrus poteſtatem regni acceperat: & tamen idem Apoſtolorum primus querimoniæ contra eum a fidelibus factæ, cur ad gentes intraſſet, non ex poteſtate officij (qua poſſet dicere, oues paſtorem ſuum nō accuſent, nec

a ¶ Reſpondit.] Dicens, eandem Deus dedit gratiam eis ſicut nobis, qui credimus in Ieſum.

CVM ERGO. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupra dicto cap. dicens, quod non cogantur prælati exemplo Petri recipere ſubditorum accuſationem, niſi faciant hoc ex humilitate, ſicut fecit Petrus, non coactus; ſed volens: & ita intelligitur ſequens cap.

NOs ſi.] CASVS. Quidam côquerebantur de Leone Papa apud Ludouicum de iniuria eis facta Papa committit ſe Imperiali iuriſdictioni: & rogat Ludouicum Imperatorem, vt tales nûcios mittat ad hæc inquirenda, qui Deum timeant: & qui vicem Imperialis gloriæ ſic examinent, & diffiniant, vt nulla poſſit in poſterum dubitatio remanere, etiam ſi maiora opponantur, ei, quàm ea quæ dicta ſunt.

b. ¶ Aliena.] Hic Papa ſe ſubijcit alioru iudicio: quod facere pôt 1, vt ff. de iuriſ. om. iud. eſt receptû. non tamen eum poſſunt deponere. 9 q 3. nemo. ſecundum H. poſſunt: quia & ſe ipſum poteſt deponere, vt 21. diſtin. nunc autem.

1 Gonc. Ale. de Imo. in l. eſt receptû. ff de iu. om. iud in gl. 3. vbi dicit idê eſſe in Rege Francorum, nô recognoſcente ſuperiorê: q pôt eſſe iudex in propria cã, qd intellige verum quo ad ſibiſubditos: nô quo ad alios, vt patet in ca. nouit & ibi Ho & Ioan. And. ext. de iud.

c ¶ Examuſſim.] i. regulariter vel inuiolabiliter, vel perfecte: quia amuſſis eſt inſtrumentum plumbeum cum quo recti ficantur. parietes vel plumbantur.

ITEM CVM. BALAAM. Hęc eſt 6. pars huius quæſt. in qua probat quod probatum erat, quod ſubditi poſſunt prælatos reprehendere, & etiam accuſare, ſi ad eundem ordinem venire poſſunt, non autem debent eos de occultis vel pene occultis diffamare, & hoc probat per 7. exempla. & per 10. au ctoritates ſanctorum patrum. Ioann. de Fant.

CASVS. Adhuc probat Grat. quinq. exêplis, q ſubditi poſſunt accuſare prælatos, ſcilicet exemplo Balaam: qui fuit ab aſina reprehenſus: & exemplo Dauid, qui fuit à Nathan propheta reprehenſus: & exemplo iniquorum presbyterorum qui fuerunt à Daniele reprehenſi, & exemplo Damaſi & Symmachi, qui fuerût à ſuis ſubditis reprehenſi & accuſati. Sed ſingulis obiectionibus ſingulas ponit ſolutiones per ordinem reſpondendo.

reprehendant: (ſed ex ratione diuinę virtutis, qua gentiles acceperant ſpiritumſanctum, reſpondit. [a]

¶ Operepręttum fuerit ad ipſum B. Gregorium adire: copioſe enim exponit, quæ hic à Gratiano conciſe referuntur.

Cum ergo Petrus potuit ex officio repellere querelas, ſed noluit: non hoc exemplo prælati coguntur ſuſcipere reprehenſionem ſubditorum. Ex hoc etiam humilitatis diſpenſatione intelligitur illud Leonis quarti Ludouico Auguſto dictum.

¶ Apud Iuonem huius capitis hæc eſt inſcriptio. Quòd in præſentia legatorum Imperatoris Leo Papa cauſam ſuam examinari voluerit, idem Nicolaus Imperatori.

¶ Imperiali iudicio Apoſtolicus ſe emendare promittit, ſi quid erga ſubditos iniuſte commiſit.

Cap. XLI

NOs, ſi incompetenter aliquid egimus, & in ſubditis iuſtæ legis tramitem non conſeruauimus, veſtro, ac miſſorum veſtrorum cuncta volumus emendare iudicio: quoniam ſi nos, qui aliena [b] debemus corrigere peccata, peiora committimus, certe nô veritatis diſcipuli, ſed (qd̄ dolentes dicimus) erimus pro cęteris erroris magiſtri. In de magnitudinis veſtrę magnopere clementiam implora mus, vt tales ad hæc, quę diximus, perquirenda miſſos in his partibus dirigatis, qui Deum per omnia timeât, & cû cta (quemadmodum ſi veſtra præſens fuiſſet imperialis gloria) diligenter exquirant: & non tantum hęc ſola, quę ſuperius diximus, quęrimus, vt examuſſim [c] exagitêt, ſed ſiue minora, ſiue etiam maiora illis ſint de nobis indicata negotia, ita eorum cuncta legitimo terminentur examine; quatenus in poſterû nihil ſit, quod ex eis indiſcuſſum, vel indiffinitum remaneat. Iuo p. 5. c. 22.

6 Item, cum Balaam ariolus [d] iret ad maledicendum populû; Angelus Domini, aſinæ, cui inſidebat, in via ſe oppoſuit: euaginatoq; gladio eam ab itinere côpeſcuit; quam dum ille verberib. affligeret, in vocem prorupit, & prophetæ veſaniam redarguit. Si ergo animal mutum angelica virtute, prophetæ inſipientiam reprehendit, multo magis ſubditi poſſunt accuſare prælatos ſuos. ¶ His ita reſpondetur Verum eſt, quòd per aſinam ſubditi ſignificantur, & per Balaam prelati: non tamen hoc exemplo probantur prælati accuſandi à ſubditis: ſed ſubditis tantum forma datur humiliter renitendi prælatis, ſi forte eos ad malum cogere voluerint. Balaam namque aſinam vrgens, vt ad maledicendum populo Dei eum ueheret, ſignificat eos, qui verberibus & cruciatibus a ſubditis exigunt, ut eis in malo fautores, & coadiutores exiſtant. Sed quia Angelus, quali- Num 22.

a ¶ Ario-

d ¶ Ariolus.] Ariolus dicitur qui circa aras idolis preces nefarias effundit: & fructum ſibi in triſtitia affert. 26. q 3. igitur genus.

a ¶ Tri-

Digitized by Google

bet videlicet prædicator euaginato gladio, apertè ſcilicet prædicato timore, & horrore futuræ vindictæ, à conſenſu alienæ malitiæ illos reuocat: licet eis in huiuſmodi vocem conqueſtionis prorumpere, & prælatis ſuis dicere; cur nos verberibus affligitis? cur nobis iniuſte iraſcimini? nunquid vobis inobedientes aliquãdo fuimus? niſi nunc, cum ad malũ cogimur? videte illum qui prohibet ab incepto. Non ergo hinc prælati probantur accuſandi à ſubditis.

a ¶ Trahenda.] 22. quæſt.2.ſi quis peccatus.

b ¶ Sanguinis] 23. quæſtio. vltim. his à quibus & capi leg & cap.occiden & ext ne cleri. vel mona. ſententiam ſanguinis.

Si quis

2.Reg.12. *¶ Item cum David adulterium, & homicidium cõmiſiſſet; miſſus eſt a Deo Nathan propheta, vt eum redargueret. Ecce quòd prælati ſunt arguendi, & reprehendendi a ſubditis. ¶ Sed notandum eſt quòd duę ſunt perſonę, quibus mũdus iſte regitur; regalis videlicet & ſacerdotalis. Sicut reges pręſũt*
2.Reg.6. *in cauſis ſeculi, ita ſacerdotes in cauſis Dei. Regum eſt corporalem irrogare pœnam; ſacerdotum ſpiritualem inferre vindictam. Dauid ergo etſi ex regali vnctione ſacerdotibus, & prophetis pręerat in cauſis ſeculi: tamen ſuberat eis in cauſis Dei. Vnde reges à prophetis, & a ſacerdotibus vngeban-*
2.Paral.26. *tur; & eorũ oblatione peccata regũ expiabantur. ¶ Sicut ergo Ozias à Domino lepra percuſſus eſt, quia ſacerdotum officia vſurpare voluit: ſic ſacerdotibus, & prophetis regum uſurpare officia non licuit. Nathan ergo propheta cum regem redarguit ſuum eſt executus officium, in quo erat rege ſuperior, non vſurpauit regis officium, in quo erat rege inferior: monuit eum, vt per pœnitentiam peccata ſua expiaret, non tulit in eum ſententiam qua tanquã*
Theodo.hiſt.eccl. l.5.c 17. Niceph.l.13.c.34. Ro 13. 1. Pet 2. † al.excommunicaterum. Dan.13. *adulter, & homicida morti addiceretur. ¶ Sic & Beatus Ambroſius Theodoſium & Beatus Innocentius Imperatorem Archadium excommunicauit, & ab eccleſię ingreſſu prohibuit. ¶ Sicut enim non ſine cauſa iudex gladium portat ita non ſine cauſa claues eccleſię ſacerdotes accipiunt. Ille portat gladium ad uindictam malefactorum, laudem vero bonorum: iſti claues ad excluſionem excommunicandorum & reconciliationem pœnitentium. Hoc ergo exemplo ſubditi probantur reprehendendi a prælatis, non prelati a ſubditis. ¶ Item Daniel nulla legitima poteſtate functus iudices a populo conſtitutos de falſo teſtimonio conuicit, & conuictos damnauit. Conſtat ergo ꝙ nullam poteſtatem habentes poſſunt redarguere dignitatibus ſublimatos. ¶ His ita reſpondetur. Miracula (& maximè veteris teſtamenti) ſunt admiranda, non in exemplum noſtræ actionis trahenda* [a]. *Multa enim con-*
1.Reg 15. *cedebantur tunc, quę nunc penitus prohibentur. Tunc enim Samuel Agag pinguiſſimum regem Amalech in fruſta diuidendo conſcidit: nunc nulli eccleſiaſticorum iudicium ſanguinis* [b] *agitare licet. Tunc Phinees Iudaũ*
Num. 25. *coeuntem cum Madianita interfecit, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam: hodie ſacerdotibus in perniciem ſui officij verteretur. Exemplo ergo Danielis non ſolum accuſandi, vel redarguendi, ſed etiam iudicandi poteſtatem ſubditi in prelatos vendicarent: ſi illud in argumentum noſtre actionis liceret aſſumi, quod nulla unquam auctoritate permittitur. Magis ergo ex hoc fa-*
Eſa.9 & 42. *cto datur intelligi: quod in nouiſſimis temporibus ſuſcitaret Deus ſpiritum pueri iunioris, illius videlicet de quo per prophetam dicitur: [Puer natus eſt nobis.] & iterum: [Ecce puer meus.] Qui iudices iniquitatis, ſcribas ſcilicet, & phariſęos falſis criminib. Suſannam, ideſt eccleſiam accuſantes, & ream adulterij pronunciantes, eo quòd Chriſtum ſequeretur, conuinceret, & condemnaret. ¶ Item Hieronymus a refert in libro uirorum illuſtrium, quòd Damaſus Papa a ſubditis de adulterio accuſatus cum quadraginta † duo-*
† al. XIV. Initio 4. ſynodi ſub Symmacho. *bus epiſcopis ſe purgauit. ¶ Item Symmachus Papa in Romana ſynodo dignitate expoliatus prius ſtatui ſuo reddi decernitur, vt tunc veniret ad cauſam, & ſi ita recte videretur, accuſantium propoſitionibus reſponderet. Dignares uiſa eſt maximo numero ſacerdotum, quę mereretur effectum: & cum poſtmodum ordinaretur, quomodo eſſet accuſandus: prefatus Papa, ut cauſam diceret, occurrebat: ſed ab emulis eſt impeditus.*

Digitized by Google

S I quis.] CASVS. Quidam redarguebat Grego. quòd multa faciebat contra rationem, Dicit Grego. vt veniat ad Apoſtolicam ſedē, & ibi cognoſcatur, vt iſta inter eos feratur ſententia.

Forum rei ſequi debet actor.

a ¶ Si quis.] Quia actor forū rei ſequi debet: extra de ſo. compe. cum ſit generale. & C. de iuriſ. om. iud l. iuris ordinem. vel quia cauſa fidei eſt, quæ in eccleſia eſt tractāda, vt 23. q vlt. cōuenior. & ſu. ea. q. 2. præceptum 23. q. . quoties.

farcire modis omnibus compellatur: & ſi de cętero ad epiſcopatum aſpirare tētauerit, in monaſterium ad agēdam pœnitentiam perennem detrudatur.

d ¶ In corporali.] Scilicet adulterio vel inceſtu, vt 30. quæſtio. 1. non debet ſecus ſi de ſimplici fornicatione, pro

a ¶ Hieronymus.] *In catalogo B. Hieronymi, aut alijs ipſius libris nihil tale legitur, in vetuſtis tamen Pontificalibus in uita Damaſi hoc refertur.*

Item Gregorius ait de ſe ipſo.

¶ Redarguendi ſe licentiam beatus Gregorius alijs preſtat. Cap. XLII.

Poly. l. 1. tit. 18. Anſel. 2, c. 20.

S I quis[a] ſuper his nos, arguere voluerit, vel extra auctoritatem nos facere contenderit; ueniat ad ſedem Apoſtolicam, quo omnia eccleſiaſtica negotia, de quibus quęſtio habetur, confluere iuſſa ſunt: vt ibi ante confeſſionē[b] ſancti Petri mecum iuſte decertet, quatenus in ibi vnus ex nobis ſententiam ſuſpiciat ſuam.

¶ *Eſt Gregorij quarti epiſtola citata ſupra ead. q. 6 c. decreto noſtro & d. ſt. 19. nulli fas. in qua epiſtola cum multa dixiſſet de priuilegijs, & primatu Romanæ eccleſiæ, iſta adiungit.*

Ex his omnibus colligitur, quòd ſubditi poſſunt reprehendere, & accuſare prælatos[c] ſuos. Sed ſicut de Chriſto dictum eſt, quādo Iudæis dixit: [Si male locutus ſum, &c.] ita de iſtis intelligendum eſt, quod ſuo exemplo prælatis dederunt facultatem recipiendi ſubditos in accuſationem ſui ſed non coegerunt, Item.

b ¶ Confeſſionem.] id eſt, ſcripturam.

EX HIS. CASVS. Concludit Gratia ex ſupradictis, prælatos poſſe a ſuis ſubditis accuſari, cū iſti tres Apoſtolici fuerint a ſuis ſubditis accuſari Sed reſpondet, ꝙ illi Apoſtolici exemplo Domini non coegerūt alios prælatos recipere ſubdito in accuſationem ſua: ſed pmiſerūt in hoc fieri ex humilitate.

Accuſatus quandoque dat expenſas accuſatori.

c ¶ Prælatos.] Et dabuntur eis expenſæ ab epiſcopo q ē accuſant ſi egēt, vt ext. de acc. c. ex parte. nā & datur ſeruo agenti cām libertatis. C. de ot. cog l. vlt ſimiliter ei qui egit de inofficioſo teſtamento. & obtinuit. ſi aduerſarius appellat, ff. de inof te l. ſi inſtituta. § penul.

¶ De eodem. Cap. XLIII.

Burc. l. 1. 182. Iuo p. 5. c. 298. † al. Docleatina

P *Aulus Dyaclinæ † ciuitatis epiſcopus accuſatur à ſubditis de lapſu carnis; conuincitur, deponitur, alius loco eius ſubſtituitur. ¶ Hoc an ex diſpenſatione accuſati, an ex rigore iuris ſit factum, ex regeſto Gregorij ad Ioannem epiſcopum primę Iuſtinianæ. lib. 10. epiſt. 35. poteſt deprhendi, vbi ait.*

¶ *Verba ſunt Gratiani, qui proponit ſummam ſequentis capituli, quod ſæpe facere ſolitum eſſe multis locis eſt notandum.*

P Aulus] CASVS. Paulus dyaclinę ciuitatis epiſcopus fuit accuſatus à ſubditis de lapſu. deinde conuictus depoſitus fuit epiſcoporum iudicio, & ſubſtitutus fuit ei poſtea Nemeſion: quod an fuerit factum voluntate vel neceſſitate ſequenti capitulo declaratur

¶ Paulus Deaclinę. † ciuitatis epiſcopus ſubditorum accuſatione conuictus deponitur. Cap. XLIIII.

† al. Docleatinę.

Burc. l. 1 c. 183. Iuo p. 5. c 298. † al. doclinatinę.

L Ator Nemeſion ad nos veniens indicauit, quòd Paulus Dyaclinę† ciuitatis epiſcopus, inter alia mala incorporali[d] crimine lapſus à ſuis clericis accuſatus, & conuictus, epiſcopali ſententia depoſitus eſt; poſtea cum auxilio ſęcularium veniens epiſcopatum more prędonis ingreſſus eſt: ablatiſq; rebus eccleſię dilectiſſimum Nemeſion[e] latorem preſentium ſibi ſubſtitutum, ab eo

L Ator.] CASVS. Paulus epiſcop' depoſitus fuit & Nemeſiō fuit eis ſubſtitutus, quē paulus more prędonis epiſcopatum ingreſſus ab eccleſia proiecit, & ad necem fere perduxit, res eccleſiæ auferendo, de quibus omnibus Nemeſion conqueſtus eſt Papæ Papa mandat Ioanni epiſcopo, vt ſi dictus Paulus res eccleſiæ abſtulit, eum reddere compellat. Si uero ipſi Ioanni cōſtiterit eum tantum res proprias abſtuliſſe: licet grauiter deliquerit (ne addatur afflictis afflictio) eas permittatur habere: ita tamen quod ſi damnum eccleſię intulit, re-

pro qua hodie non deponitur, vt 82. diſt. presbyte. & 34. diſt. fraternitatis. niſi de rigore factum fuerit. 82. diſtinct. ſi quis epiſcopus. & cap. presbyter. aut diaconus t.

e ¶ Nemeſion.] Nota ꝙ Papa non uocat eum fratrem licet eſſet epiſcopus, hodie aliud eſſet. extra de cri. fal. quam graui.

Fornicat' ſimplex nō eſt digna depoſitione.

3 Adde ad hoc tex. in l. ſi adulteriū. cum ibi no. per Bar. ff. de adult.

a ¶ Excu-

Digitized by Google

a ¶[Excuſatione ceſſante.] Iuſta tamen exceptio, vel excuſatio admittitur, extra de offi. deleg ex parte.
b ¶[Reddere.] Cum de mero iure deberet iſte in exilium relegari centum milliaribus a ciuitate remotus. C. de epiſc. & cle. quicumque. Item cadere debuiſſet a iure ſuo

e ¶[Tulit.] Arg. contra. 16 q. 6. placuit. & cap. de lapſis. vbi dicitur, ꝙ monaſterio traduntur res depoſiti. ſed illud verum eſt quando detruditur in monaſterium, ſed hic non fuit depoſitus.

HOC EDICTO. CASVS. Concludit Gratianus ex ſupradicto c. lator. ꝙ cum accuſatores epiſcopi vel depoſitores nō puniuntur, ſed cōtra depoſitum proceditur, vt amplius ad epiſcopatū nō aſpiret: apparet ꝙ ſubditi admiſſi ſunt contra ſuū prelatum nō ex diſpenſatione ſed ex cenſura canonū. Et quod admitti poſſunt, probat per ſequentia cap.

episcopatu proiecit, & ad ſummā iniuriam, ac necē penè perduxit. Fraternitas itaq; veſtra hæc omnia curet addiſcere, & quæcumq; eccleſiæ abſtulit, omni mora, vel excuſatione ceſſante [a] reddere [b] cōpellat. Si uero nihil eccleſiæ, ſed propriū [c] ſe dixerit abſtuliſſe (quamuis graue, & iniquum fuerit, vt non à vobis [d], vel à metropolitano eius hoc petierit, ſed temerario auſu agere præſumpſerit) verumtamen ſi quid proprium tul [e] ſub fraternitatis ueſtræ debet examine conſtare, ſi uerū eſt. Sed & illud diligenter querendum eſt, ſi quid male de rebus dilapidauit eccleſię, vt ex eo quod nunc abſtulit, illud reformare, ac ſatisfacere modis omnibus compellatur.

¶In hoc capite non referū tur ipſa omnino verba Gregorij (quod à Burchardo & Iuone fit) ſententia tamen ſatis expreſſa eſt.

† *al. dicto*

Hoc edicto † [f] non in accuſatores, vel depoſitares vlciſcitur; ſed in depoſitum ulterius proſequitur, vt ſi ultra ad epiſcopatum aſpirare tētauerit, modis omnibus repellatur, & ad agendā pœnitentiā perennem in monaſterium detrudatur. Quem ergo Gregorius ad epiſcopatū aſpirantem omnibus modis repellit, quē grauı pœnitentia ſubijcit; patet non ſua diſpenſatione [g], ſed canonum cenſura a ſubditis eſſe accuſatum, & conuictum. Et vt iam non exemplis, ſed legibus agamus; videndum eſt, quid Gregorius ſcribat Innocentio [a] & reliquis epiſcopis Sardiniæ lib. 7. indict. 2. epiſt. 8. ita dicens.

a ¶[Innocentio.] *In originali impreſſo eſt,* Vincentio atque quā plurimis epiſcopis. *In vetuſto autem exemplari Vaticano exprimuntur nomina epiſcoporum, ad quos hæc epiſtola ſcribitur hoc ordine.* Vincentio, Innocentio, Mariniano, Libertino, Agathoni, & Victori epiſcopis Sardiniæ.

f ¶[Hoc edicto.] Verba ſunt Gratiani vſq; ad illum locū, vt ſi vltra. & à loco illo ad locum illū, quam ergo, ſunt uerba Gre. exinde ſunt uerba Gratiani.
g ¶[Diſpenſatione.] ideſt, uoluntate.

¶Quòd ſubditi prælatos ſuos accuſare poſſunt.
Cap. XLV.

Metropolitanum [h] ueſtrū in aliquo [i] poſtponere nō præſumatis; excepto ſi (quod non optamus) † cōtra eundem habere vos aliquid cauſæ contingat, ut ob hoc ſedis Apoſtolicæ iudicium petere † debeatis.

† *al. iudicium requiratis.*

METROPOLITANŪ.] CASVS. Præcepit Grego. Innoc. & alijs epis Sardiniæ, vt in cauſis ſuū metropolitanū non deferant, niſi uelit agere cōtra eum in quo caſu ad Apoſtolicā recurrant.

h ¶[Metropolitanū.] Ex contemptu 3. alias omiſſo eo poſſunt adire Papam, vt ĩ ea q 6. c. 2. & 3. Itē ĩtellige illud qn̄ epi inter ſe litigāt. nam ſi epiſcopus litigat contra clericum, tūc coram arbitris eſt litigādū 11. q. 1. ſi clericus. Ex contemptu ergo intellige fieri, quando ſine cauſa declinatur eius iuriſdictio ſicut dico, ꝙ ſine cauſa nō poteſt quis declinare iuriſdictionem epiſcopi etiam per querelam factam Papæ 4. vt plene dixi in conſtitu. vt debitus, extra de appell. argu non eſſe appellandum omiſſo medio, ſed hic non loquitur de appellatione.

3 Adde Alex. de Imol. in l ſi videf. §. hoc iudiciū. col. 4. ff ſi qs ius dicē. nō obtemp.

Iuriſdictio epī ſine cā non poteſt declinari.

4 Hoc indiſtinctè reprobat, cū ei legatus adeat. extra de or. leg c. 1. & ita hēt cōſuetudo ſm Gof. q̄ eſt optima legū interpres. ext. de conſuet. cū dilectus Arch.

i ¶[In aliquo.] Epiſcoporum enim eſt iudex ordinarius primo loco metropolitanus 10. q. 3. quia cognouimus. 11 q 1 ſi clericus. aduerſus.

Item uniuerſis epiſcopis cōcilij Nicaſij lib. 10. epiſ. 27.

¶Vitam prælatorum ſubditi nulla diſſimulatione negligant. Cap. XLVI.

Sicut (inquit) laudabile, diſcretumq; eſt reuerentiam,

1 Quòd iſte nō fuit punitus ꝗ miſericordia factū eſt: ꝑut no. L. & lo. 16. qō. 1. placuit.
2 Iſta decr. non probat hoc ſimpliciter: qa ibi vtrumq, ius fuit deductū in iudiciū. Arch.

ſuo 1. C unde ui. ſi quis in tantam, 16. q 6 placuit. ſed melius eſt ut eum ſua auferre ſinat eccleſia, q̄ in perniciem eccleſiæ amplius incandeſcat, ut J. 17. q. vlt. §. vlt.
c ¶[Proprium.] Hic vr̄ ꝙ ſpoliator poſſit ſpoliato referre quæſtionem proprietatis. extra de cau. poſ c. eum eccleſia 2. & ſeq. quod non eſt uerū, ut extra de reſti. ſpol. item cum quis. & c. in literis. ſed diſpenſatiuè cum ipſo actum eſt, ut patet in glo. præcedenti.
d ¶[Vt non à uobis.] Loquitur primati: quia apud metropolitanum prius eſt conueniendus, vt infra, c. proxi. & 9. q. 3. nullus primas. & c. conqueſtus.

SICUT.] CASVS. Clementius patriarcha fuerat de quibuſdā criminib. accuſatus: quare Papa delegat cauſam epiſcopis concilij Nicaſij, & ꝑcipit illis, ut cū omni ſolicitudine ac viuacitate quæ dicta ſunt inueſtigentur, & ſi uera fuerint, canonicè puniantur, & ſi quis in hoc fauore perſonæ gratia vel quolibet blandimento

n. gli.

Digitized by Google

negligens fuerit, apud Deum iſtorum criminum particeps reputabitur.

a ¶Perlata.] A ſubditis. & ſic facit ad propoſitum Gratiani 1. aliter hoc c nihil facit ad propoſitum Grat. niſi uelis dicere eo ipſo ꝙ dedit alijs licentiam iudicandi, ergo & accuſandi.

quilibet poſſit accuſare ſuum epiſcopum, & hoc c. continuatur illi 12 q 2 quatuor.

d ¶Protinus.] Nonne neceſſaria eſt admonitio? certè ſic. Ideo expone protinus, ideſt, poſt tertiam admonitionem 2. vt ſ. ea. q. 1 ſi peccauerit. ſic. ext. de ſimo. licet.

e ¶Pon-

1 Cum iſti cognoſcere debeant ex delegatione Papę. L. Idē ſentit hic H. & Io. de Fā.

2 Idē ſentit hic H. & I.

b ¶Hortamur.] Nota ꝙ per verbum hortamur, & monem⁹. mandat iuriſdictio ſic ſ. ea. q. 1. notum. ſi de offi. præſi. ſępè. vltū ꝙ prouinciale cōcilium ordinario iure cognoſcat de primate ſiue de metropolitano ſuo. nā cū cōcilium iudicet de Papa in his in quibus ipſe poteſt iudicari. ergo concilium Metropolitani poteſt iudicare de ipſo. Ad hoc inf ea. 14 q8 arg. cōtra. 17. d. multis. nā ibi appellatur a concilio ad metropolitanū: ergo cum concilium ſit minus metropolitano, non poteſt ipſum iudicare. 21 diſt. inferior. Sed poteſt dici, ꝙ quantum ad ſua negocia, eſt minor metropolitan⁹ cōcilio: quātum ad aliorum negocia eſt maior. Sed in c. multis. non appellat a concilio, ſed a quadā congregatione epōrum ad metropolitanū: ſed adhuc obſtat 21. diſ. nunc autem. Sed poteſt dici, ꝙ poteſt iudicare de ipſo concilium: non tñ cū cōdēnare poteſt, ſed quod poſſit iudicari à cōcilio, bene facit 9 q. 3 ſaluo. & c. ſi autē. & 63 diſtin. Salonitanæ. Sed eſt argum. contra ſupra c prox. Ioan.

Concilium prouinciale an poſſit de archiepiſcopo cognoſcere.

& honorem debitū exhibere prioribus; ita rectitudinis, & Dei timoris eſt, ſi qua inter † eos correctione indigent, nulla diſſimulatione poſtponere, ne totum (quod abſit) corpus incipiat morbus inuadere, ſi languor nō fuerit curatus in capite. Quædā [a] enim ad nos de Clementio primate veſtro perlata [a] ſunt; quæ quoniam ita grauia ſunt, vt tranſire indiſcuſſa vllo modo non debeant; fraternitatem ueſtrā hortamur [b], vt cū omni ſolicitudine, ac viuacitate mentis indagare multis modis debeatis illata; & ſi ſunt, vt audita ſunt, vltione canonica reſecentur. ¶Admonemus aūt, vt non cuiuſquam perſonæ gratia, non fauor, non quodlibet blandimentum quenquam veſtrum, vel ad diſcutiendum, quę nobis nunciata ſunt; molliat; vel à veritate excutiat: ſed ſacerdotaliter ad inueſtigandā vos ꝓpter Deum veritatē accingite. Nam ſi quis in hoc piger, aut negligens eſſe præſumpſerit; dictis criminibus apud Deum ſe nouerit eſſe participem, cuius zelo ad perſcrutandas ſubtiliter nefandi cauſas facinoris non mouetur.

† al. in eis.

a ¶Quædam.] Et hic ſummatim referuntur verba B. Gregorij. Quare pauca tantum quædam ſunt addita, quæ neceſſaria videbantur.

Hæc ſi quis ſpecialia, & ex his generalē regulā colligi nō oportere cōtēdit: audiat al qd Gelaſius C. XXVIII. dicat omnibus clericis cuiuſcunque ordinis, ita ſcribens.

a ¶CXXVIII.] Hic citatur numerus capitum, vt eſt in codice canonum; de quo in præfatione dictum eſt.

¶Clerici exceſſus ſui epiſcopi auribus deferant Romani Pontificis. Cap. XLVII.

Gelaſius epiſcopus per Lucaniam, & Brutū, & Siciliam conſtitutis, epiſt. 1. cap. 30.

Accuſatus quis qñque cogitur.

QVapropter [c] nec clericorum quiſpiam ſe Apoſtolicæ † offenſę futurum confidat immunē; ſi in his, quę ſalubriter ſequenda Apoſtolica deprompſit † auctoritas, ſiue epiſcopum, ſiue presbyterum, ſiue diaconum viderit excedentē, non protinus [d] ad aures † Romani Pōtificis [e] deferre [f] curauerit; probationibus duntaxat competenter exhibitis, vt trāſgreſſionis vltio fiat, & cæteris interdictio [g] delinquendi. Sin † vero [h], modis omnibus erit vnuſquiſque pontificum ordinis, & honoris ſui eliſor,

† al. huius.
† al. prompſimus.
† al. noſtras.
† al. Sui vero modis omnibus erit vnuſquiſq; pontificum ordinis, & honoris eliſor.

3 Ad idē C. de ege. & ma diffamari. C. de priua. car. l. 1. circa ſi.
Et eſt ſpāle in dilapidatione vt quilibet cleric⁹ teneat denūciare, & eſt rō quia inſimul debent adminiſtrare: aliàs ſecus Sed contra quod ad hoc. ſ. c. px. i. n aut i his q̄ ſunt, &c. vnde dico ꝙ quilibet clericus tenet denunciare crimē ſui ꝓlati ſm Ioā.

HÆC SI QVIS. CASVS. Dicit Gra. ꝙ quę ſupra dicta ſunt ꝙ ſubditi poſſunt accuſare pręlatos, generalia ſunt & non ſpecialia: & ſi quis dicat ea eſſe ſpecialia, audiat quid dicit Gelaſius de omnibus clericis generaliter cuiuſque ordinis.

QVapropter.] CASVS. Hoc continuatur illic. 12. q. 2 quatuor. vbi dicitur, ꝙ de redditibus eccleſiæ quatuor debent fieri portiones prima epiſcopo: ſecunda clericis: tertia fabricæ: quarta pauperibus eſt aſſignāda. Dicitur ergo in hoc c ꝙ ſi quis clericus uiderit prælatum ſuum in iſtis quartis diſtribuendis peccantem & excedentem, ſtatim debet Romano Pontifici nunciare, & probare quod nūciat, ut puniatur excedens: quod ſi non fecerit, deponatur.

c ¶Quapropter.] Videtur hic ſpecialis caſus, in quo

e ¶Pontificis.] Vel alterius ſuperioris. Ioan.

ADDITIO. Idem ſentit Hug. in ſuo caſu huius cap.

f ¶Deferre] ideſt, denunciare Hic habes ꝙ aliquis cogitur accuſare, vt 2 q 1 quiſquis & 5. q. 5. c. 1. extra qui fil. ſint legit. c cauſam & 24. q 3. tam ſacerdotes 3 ar. cōtra extra de acc. licet. in ſi & 5. q. 2 ſi primates & 3 q. 4. clericus. & C. ut nemo inuit. agere. l. una Sol ad denunciationem quilibet tenetur, de qua hic loquitur. nō autem accuſatore ut in contrarijs.

g ¶Interdictio] Forte ſpeciale eſt. in dilapidatione, ut quilibet teneatur denunciare.

h ¶Sin uero.] ideſt, ſi non fecerit quod dictum eſt de quatuor portionibus. 12 q. 2. quatuor.

a ¶Sup-

Digitized by Google

a ¶Supprimēda.] inf. 5. q. 5. ſi primates. contra. ſed illud de crimine iniuriarum, de quo poteſt epiſcopus componere cum clericis ſuis, ſiue inter partes.

S I quid.] CASVS. Præcipit Papa quibuſdam clericis, vt ſi viderint pontificem ſuum damnificantem res eccle-

ci non admittantur, exceptis criminibus niſi accuſati ſint de crimine infamati. Sed prima poſitio magis conſonat literæ, & verior videtur.

c ¶Aut laicos.] Accuſantes epos aut clericos decernimus non eſſe recipiendos paſſim, & ſine probation . Io.

ſi cuiquam clericorum, vel eccleſiæ totius auditui hæc putauerit ſupprimenda [a].

Idem.

¶De eodem. Cap. XLVIII.

Iuo p. 5. c. 151. Anſ. l. 7. c. 161. Poly. l. 3. tit. 12. & lib. 4. tit. 18.

SI quid in eccleſia damni, aut in his, quæ ſunt præceptionis noſtræ auctoritate α prohibita, pontificem veſtrum videritis admittere, mox noſtris auribus relatione [b] ſignate, vt quid fieri debeat, cenſeamus.

α ¶Auctoritate.] *Abeſt iſta dictio a pleriſque vetuſtis exemplaribus, & ab alijs collectoribus, qui etiam Gelaſium citant.*

Item ex concilio Chalcedonenſi, c. 21.

¶Clerici, aut laici ſine examinatione ad epiſcoporum accuſationem non admittantur. Cap. XLIX.

Anſ. l. 3. c. 115.

CLericos, aut laicos [c] accuſantes epiſcopos, aut clericos paſſim β, & ſine probatione, ad accuſationem nō recipiendos decernimus, niſi prius eorum [d] diſcutiatur exiſtimationis γ opinio.

β ¶Paſſim.] ἁπλῶς, καὶ ἀδοκιμάστως, *quæ Dionyſius vertit* temere, atque indiſcrete, *poſſuntque etiam coniungi cum ſequenti membro Id vero copioſe exponitur in concilio Conſtan. 1. cap 6.*

γ ¶Exiſtimationis opinio.] ἡ ὑπόληψις, *Ideſt, exiſtimatio.*

Item ex ſynodo Romana.

¶Quælibet perſona epiſcopos, aut alios accuſans, monſtranda documentis inferat. Cap. L.

in c. Hadriani, c. 24. Caius in epi. ad Fœlicem. c. 2. Sixtus iij epſ orien tal. c. 2. Lib. 7. capitul. c. 438

SI quis epiſcopus presbyter, aut diaconus, vel quilibet clerici apud epiſcopos (quia alibi [e] non oportet) a qualibet perſona fuerint accuſati, quicumque fuerit ille, ſiue ſublimis vir honoris, ſiue vllius alterius dignitatis, qui hoc genus illaudabilis intentionis [f] arripuerit, nouerit docenda δ probationibus [g], monſtranda documentis ſe ſe debere inferre.

δ ¶Docenda.] *Sic apud Sixtum tertium, & in capitulari: apud Caium vero, & Hadrianum paulo aliter, quemadmodum, & alijs locis huius capitis nonnulla, ſed non magni ponderis, ſunt varietates.*

Item Damaſus Papa Stephano archiepiſcopo, epiſt. 3. cap. 3.

ſup. ea. c. teſtes verſ. ſacerdotes. Poly. l. 1. c. 172. Iuo p. 5. c. 290.

¶Sacerdotes non accuſent, qui ad eundem ordinem prouehi non poſſunt. Cap. LI.

SAcerdotes (vt antiqua tradit auctoritas) criminari nō

d ¶Eorum.] ideſt laicorū, vel clericorū, ſi ſūt ignoti, vt ſu e. quærendū, vel eorū, ideſt, epiſcoporū, q accuſantur, quia ſi vita eorum antea bona fuit, laici in nullo poſſunt eos accuſare vt ſu. e. q. 1. in primis in fi. & extr. de teſta. veniens. b vero mali, & laici, & quilibet criminoſi admittuntur [1] niſi inimici, & conſpiratores. extra de ſi. licet Hely & de ſen. & re iud. cum I. & A. Et ex hoc loco Baz. fundauit ſuam opinionē, vt dixi in ſūma: ſed intelligas loqui in illis cauſis, in qb. laici poſſunt accuſare clericos.

Laici an poſſint clericos accuſare.

[1] Hoc intelligi in exceptis criminibus Ioan. de Fant. Imperij meri ē de criminib. cognoſcere.

S I quis eps.] CASVS. Dr hic qp qs accuſauerit epiſcopū vel diaconū, vel alterius ordinis clericum, de quo vix aliquis commendatur accuſator, eūex odio fieri pſumatur, ſciat ſe dēre talia crimina inferre; quæ probationibus, & documentis valeat plenarie demonſtrare.

e ¶Quia alibi.] Arg. qp ſolus eps hēt merum imperiū in ſua diœceſi, vt 1. q. 1. de pſona 5. q. 6. delatori hoc. n. eſt merum imperium, l. cognoſcere de criminib. ff. de offi. eius cui mād. eſt iuriſ [2] & l. 1. ff. de of. pti. ill. cītas § qui vniuerſas. & C. de p ba. ſciant.

[2] Sub & iō in generali cōmiſſione non transferuntur, vt in iſta lege hic allegata, & ff. de pi. oblig a & legitur & not. ext. de of. le. qp trāſlationē. Ar.

f ¶Illaudabilis intētionis.] accuſationē vocat illaudabilem intentionē: quia cauſa materiam criminibus creare noſcuntur. C. de iudi. propeſtandū, & pſumitr ſemper, & inuidię cā fiat accuſatio, vt 6. q. 1. ſi omnia, & quia vix ſine culpa experiri poteſt: ideo clerici ab ea abſtinere debent, vt de pœ. d. 5. qualitas ſu. ea q. 6. decreto. Vel dic illaudabilem quo ad vulgi opinionem. Nam præſumitur alias qs bono zelo accuſare, vt extra de do. & contu. veritatis. in parte deciſa. Ex charitate enim debet prouenire accuſatio. extr. de acc. ſi quis eps, & qui accuſat, publicæ ſalutis cuſtodiam gerit, vt C. de famoſis libel. l. vna.

Accuſatio ex charitate debet pueīre

g ¶Probationibus.] Sic C. de proba. ſciant. Ioan.

eccleſiæ, vel facere contra prohibitionem, denuncient ſibi, vt puniatur.

b ¶Relatione.] Ex hoc patet quod loquitur in denunciatione, & c. ſicut c ſuperius Ioan.

C Lericos.] CASVS. Videtur in hoc c. dici, qp clerici, & laici, qui proni ſunt, & faciles ad accuſandū alios, non debent admitti ad accuſandum epos, vel clericos, niſi prius eorū opinio, & vita diſcutiatur: Beneuen. tamen intellexit aliter, hoc mō ſcilicet, qp clerici vel lai-

Cri-

Digitized by Google

CRiminationes.] CASVS. Dicitur, ꝙ ſi aliqui ſint ignoti,qui velint alios accuſare, ꝙ non ſunt admittendi,niſi prius coram iudice ſe probent irreprehenſibiles eſſe, & omni ſuſpicione carere. Si intelligas c.de notis, dr̄, ꝙ non ſunt admittēdi ad accuſationē ſacerdotū niſi probent corā iudice,&c. qd̄ ꝓbatur eo ipſo, ꝙ contrariū non probatur.

a ¶Per alios.] ideſt, procuratores. inf. 3. q.9.abſens.

b ¶Et actis.] i. actionibus 1 vel literis eṗorum ſuorum, vt 19.q.1.ſi duę,& hoc ſi ſunt ignoti, & eſt ſi.inf.3.q.5.canonica.vel tm̄ valet eis teſtimonium populi, quantū examinatio, vt 24.d.c.1.lo.

1 Vñ dicit L.acta publica vocat eorum bona opera publica, per quæ manifeſtedocetur, ꝙ illis carent, & illa hñt. Arch.

COLLIGITVR. CASVS. Grat.ex ſupradictis īfert, ꝙ ſubditi bene poſſunt accuſare prælatos. Sed poſtea quærit an monachi poſſunt accuſare eṗos, & videtur, ꝙ remoueantur, & hoc probat per ſeq. cap.

PLacuit.] CASVS Hoc ca. intelligitur de monachis ſm Gra. Sic ergo pone caſum. Quæſitum fuit ab Hadriano, an monachi vocē accuſādi eṗos, vel contra eos teſtificandi habeāt. Et rñdet ꝙ nō, quia mortui ſunt non humanis actibus, quia loquuntur vt alij homines, vel quia interſunt cōtractibus, vt emptionis, vel venditionis, ſed diuinis, i. accuſationibus eṗorum, quæ Dei timore fieri debent. in concilio etiam Chalcedonen. præcipitur vt non præſumāt eccleſiaſticas actiones attrectare. Quidā tn̄ intelligunt hoc c. de criminoſis qui mortui ſunt non humanis vocibus, i. malitijs, ſed diuinis, ideſt bonis operibus, vel humanis, qui vocem habent, vt alii homines, & ſecūdum hoc non facit ad propoſitum Gratiani.

Idem ſen... hic L. ſed ...on videtur ...ona litera, ...m nullum ...torum capi...lorum hic legatorum ...Hadriani, patet ex ...ſorum ſuaſcriptio... Arch.

poſſunt,nec in eos teſtificari,qui ad eundem non debent, nec poſſunt prouehi honorem.

Item Iginus Papa,epiſt.1.

It em Lucius Papa epiſt.vnica.

¶Niſi irreprehenſibiles in maiorum accuſatione non recipiantur. Cap. LII.

CRiminationes maiorum natu per alios[a] non fiant,niſi per ipſos,qui crimina intendunt;ſi tamen ipſi digni, & irreprehenſibiles apparuerint, & actis [b] publicis docuerint omni ſe ſuſpicione carere,& inimicitia, atque irreprehenſibilem fidem habere, ac conuerſationem ducere.

Iuo.p.6.c.126.

Colligitur itaque ex his omnibus, quòd ſubdiii in accuſatione prælatorum ſunt admittendi. Nunc videndum eſt, an monachi in accuſatione epiſcoporum ſint audiendi.

Hadrianus Papa in capitulis, c. 31. videtur eos ab accuſatione remouere ita dicens.

Item Stephanus ep. 2.&Melchiades.ep. vnica. inf.3.q.4.hi, qui capit 1.7.c.322. Anſ.l.3.c.88. Iuo p.16.c.332. Pann.l.5.c.45. Cod. l. penult. qui accuſare non poſſunt,

¶Monachi ſacerdotes accuſare, vel in eos teſtificari non poſſunt. Cap. LIII.

PLacuit [c] eorum accuſandi ſacerdotes, & teſtificandi in eos vocem obſtruere,quos non humanis, [α] ſed diuinis vocibus mortuos eſſe [d] ſcimus: quia vocem funeſtam [e] interdici † potius,quàm audiri oportet.

† al.interdi di.

α ¶Non humanis.] *In epiſtola Stephani eſt,* quos humanis,& diuinis vocibus damnatos, vel mortuos eſſe cognoſcimus, *In epiſtola autem Melchiadis eſt,quemadmodum hic reſtitutū, eſt ex vetuſtis exemplaribus Gratiani, & capitulo Hadriani; ſed ſubiungitur.* Quoniam infidelis homo mortuus eſt in corpore viuente: *& fortaſſe ſignificatur locus Mat.*8. Dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos: *aut locus Pauli 1.Tim.5.* viuens mortua eſt. *Quamobrem quod proprie pertinet ad homines, maximiſque flagitijs obnoxios (vt eſt infra 3.q.5.c.canonica.) non bene videtur hic referri ad monachos: ſed minime id malitioſe factum eſt,cum Gratianus monachus eſſet.*

16.q.1. qui vere,

Item in concilio Chalcedonen.c.4.præcipitur,vt eccleſiaſticas actiones monachi attrectare non præſumant.

Item Pelagius II.epiſcopis Italię.

¶Monachi in accuſatione non ſunt audiendi. Cap. LIIII.

NVllus monachus talia vnquam arripiat,nec ſecularia [f],aut eccleſiaſtica [g] negotia perturbare præſumat;quia mortua in talibus vox eſt eorum.

Anſ.l.3.c.63. Pol.l.4.tit.34.

c ¶Placuit.] Hoc c.idem Hadrianus 2 intelligit de infamibus,vt inf 3.q.4.hi qui.& inf.3 q 5 .canonica. Vel intellige cum Grat.de monachis.ſ.criminoſis, nam certum eſt,ꝙ monachi accuſare poſſunt,vt extra de accuſa. c.ex parte,& inf.ea.cum paſtoris.

d ¶Mortuos eſſe.] Quātum ad ciuiles actus,& etiam ad diuinos,quia non poſſunt baptizare,ſepelire,prædicare pœnitentiam dare,vt 16.q.1.c.1.& c.qui viuere.

e ¶Quia funeſtam.] Quia ſemper debent flere.16.q.1. placuit.

NVllus.] CASVS. Dicitur hic,quòd nullus monachus præſumat aliquem accuſare,vel perturbare ſæcularia negotia, vel eccleſiaſtica, quia in talibus mortua eſt vox eorum.

f ¶Nec ſæcularia.] ideſt,tutelam, & procurationem.

g ¶Aut eccleſiaſtica.] ideſt,baptizare,quod olim non licebat eis.16.q.1.placuit.

SED

Digitized by Google

SED ALIVD. CASVS. Soluit Gra. & dicit, ꝙ monachi non admittuntur ad accuſandum epiſcopos ex præſumptione temeritatis. ſed neceſſitate charitatis bene admittũtur, vnde præcipitur, ut cubicularij epiſcopi ſint clerici religioſi, vel monachi, ut eius vita teſtimonium dicere

prælatis, vt 23 q 4. duo iſta & cap. ita planè. & q. vlt pręterea. Vel intellige de atrocibus, vt tunc quilibet teneatur. arg. extra de ſen. exc. quaniæ 25. c. vlt, & de pœ. diſt. 1. periculoſæ. Vel dic ꝙ quilibet tenetur prohibere proximum à peccato committendo. 22. q, 5. hoc vt ſecus in commiſſo. 93. diſtin. diaconi. Ioan. 1.

Sed aliud eſt, quod ex præſumptione aſſumitur temeritatis: aliud quod ex neceſſitate geritur charitatis. Monachi enim ex præſumptione epiſcopos accuſare non poſſunt, ex charitate poſſunt. Vnde & in canonibus præcipitur, ut cubicularij epiſcopi ſint uel religioſi clerici, uel electi monachi, ut de eius vita teſtimonium dicere poſſint. (inf. c. cauſa paſtoris.)

7 *¶Item illud Eleutherij Papæ in epiſtola ad Galliæ prouincias, omnibus generaliter dicitur.*

¶Conſentire conuincitur, qui cum poſſit, peruerſis negligit obuiare. Cap. LV.

(ſup. diſt. 83. c. error. & diſt. 86. c. facietis.)

NEgligere, cum poſſis [a] deturbare [b] peruerſos, nihil aliud eſt quàm fouere. Nec caret ſcrupulo [c] ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare.

Item Hieronymus tam de ſe, quàm de alijs monachis in primo prologo bibliæ α ſcribit dicens. (Ad Paulinum.)

α ¶Bibliæ.] *In pleriſque uetuſtis Gratiani codicibus legitur,* bibliothecæ.

¶Quantum ex vitæ merito quis ecclesiam ædificat, tantum nocet, ſi deſtruentibus non reſiſtat. Cap. LVI.

SAncta quippe [d] ruſticitas [e], ſolum ſibi prodeſt: & quantum ædificat ex vitæ merito eccleſiam Chriſti, tantum nocet [f], ſi deſtruentibus non reſiſtat.

Item Gregorius.

¶Subditi vitia prælatorum reprehendere ſtudeant. Cap. LVII.

ADmonendi [g] ſunt ſubditi, ne plus quàm expedit, ſint ſubiecti: ne cum ſtudent plus quàm neceſſe eſt, hominibus ſubijci, compellantur vitia eorum venerari.

¶Collecta eſt hæc ſententia ex verbis B. Gregorij tertia parte paſtoralis, admonitione decima octaua, vbi de elatis & humilibus loquitur.

Item generali ſynodo præſidens dixit, c. 2.

(lib 4. reg. c. 88. & poſt. lib. 12.)

¶Clerici ſiue electi monachi ſint cubicularij epiſcopi. Cap. LVIII.

(Anſel. lib. 6 c. 14. Poly. li. 7. tit. 5.)

CVm pa-

c ¶Scrupulo.] ideſt, ſuſpicione.

SAncta quippe.] CASVS. Quidam monachi erãt valde in ſe religioſi, ſed circa correctionẽ aliorum erant tepidi & remiſſi. Tales rep̄hẽdit Hie dicẽs ꝙ ſancta ruſticitas tãtum ſibi prodeſt, & quantum ex vitæ merito ędificat eccleſiã, tm̃ nocet ſi deſtruentib. eam non reſiſtat. (t Quoad p̄latũ dic, vt le. & not. 6. q. 1. illi qui. 30. diſt. c. 6.)

d ¶Quippe.] Ideſt cũ ſimpliciter & piè viuunt, & alios nolunt increpare. Et intelligitur de pręlatis qui ex officio tenentur reſiſtere malis: & quorum taciturnitas eſt mortale peccatum, & magnum dãnu in eccleſia operatur, vt 83. diſt. nemo. Et eſt hic arg. vitam actiuã eſſe pręferendam contemplatiuæ, vt 7. quæſt. 1. ſcias. & 8. q. 1 in ſcripturis & habẽt ſe vt excedentia & exceſſa. Cõtẽplatiua, quãtum ad perſonã contemplãtis magis eſt ſecura, & minus vtilis, actiua uero magis laborioſa, & minus ſecura, ſed magis fructuoſa, vt ext. de renunc. niſi cum pridem. & extra de reg. licet.

e ¶Ruſticitas] ideſt ſimplicitas.

f ¶Nocet] Intellige hoc negatiue, ideſt non tm̃ prodeſt ędificando, quantũ edocendo, & reſiſtendo ſimile 44. d. 1. §. dẽt. 22 q 2. primum. Io.

dicere, poſſint: & quòd poſſint admitti etiam monachi probat per ſequentia c primũ c caſus eſt planus.

ITEM ILLVD. Hæc eſt 7. pars q. in qua probat, ꝙ vnuſquiſq; tenetur obuiare peccantibus, & eos corrigere in quantum poterit ſalua pace, aliàs tenetur ipſe. & ad hoc probandum adducit 6. aucto. Io. de Fant.

NEgligere cum poſſis.] videtur de prælatis tantum loqui.

(Malos non corrigere an ſit peccatũ.)

b ¶Deturbare.] ideſt, prohibere & remouere a malo & hoc cum commode poteſt illud facere. aliàs nõ peccat qui ſic non prohibet. 22. q. 2. primum. & c. faciat. & ſecundum hoc quilibet tenetur prohibere iniuriam a proximo. 25. q. 3. non inferenda. Alij hoc intelligunt de

ADmonendi.] CASVS. Quidam ſubditi in bonis ac malis obediebant ſuis prælatis. Sed dicit Greg. ꝙ admonendi ſunt, ne plus quàm expediat ſint ſubiecti, vt uitia illorum non compellantur uenerari.

g ¶Admonendi.] Bonum mediocrè quan loque dimittitur propter bonum obedientiæ: ſed malum nunquam fieri debet, ut 11 q 3. quid ergo Ioan.

ACcuſatores, & teſtes eſſe non poſſunt, qui ante heſternam [d] diem aut nudiuſtertius inimici fuerunt; ne irati nocere cupiant, vel læſi ſe vlciſci velint. Inoffenſus igitur accuſatorum, & teſtium affectus quærendus eſt, & non ſuſpectus.

Anſ.l.3.c.13.
Burc.l.1.c.152.
Iuo p.5.c.239.
Pan.l.4.c.34.

Item Symmachus Papa in quinta ſynodo Romana ſub ipſo habita.

¶De eodem. C. III.

ACcuſatoribus vero inimicis, vel de inimici domo prodeuntibus, vel qui cum inimicis [c] immorantur,

COnſanguinei.] CASVS. Dicit in hoc c. ꝙ cõſanguinei accuſatorum, vel familiares eorũ, vel de domo ſua prodeũtes contra extraneos teſtificari nõ poſſũt, ſi tamen partes conſenſerint, conſanguinei inter ſe teſtificentur, & non in alios.

a ¶Nec familiares] ff.de ver ſig.pronunciatio, §.1.& l.ſeq.& ff.de furt. ſi libertas ext.de teſt.in literis.

b ¶Prodeuntes.] Tẽpore iudicij, quia ex hoc ſuſpectus eẽt iudex.ff ad leg. Iul. de amb.l 1.in fi.ſimiliter qui produit de domo iudicis, non põt eſſe teſtis vlterius vt 4.q.4.c.vl.

c ¶Parẽtes]inf.4.q. 3.§. parentes. cõtra. Sed illud intellige de remotis parentibus iſtud de vicinis. Vel illud de collateralibus, iſtud de deſcendentibus, vel aſcendentibus 1 contra collateralẽ enim non cogitur quis teſtificari vſque ad quartum gradum, vt 4.q 3. §. lege Iulia, & hoc intelligunt quidam in criminalibus cauſis tantum. Sed in ciuilibus (vt dicunt) licite admittitur contra fratrem frater, & pro ipſo, quia nulla lege eſt prohibitum, & edictum de teſtibus eſt prohibitorium vt ff.de teſtibus, l.1. Item quia in priuatis iudicijs filius poteſt habere patrem iudicem, vt infra eadem, quæſt 7. §.cognitores, & ff de iud.in priuatis Ioan. ego hoc non credo, quia propter conſanguinitatem aliquis recuſatur, vt extra de app.poſtremo poteſt tamen dici, ꝙ collaterales admittuntur poſt tertium gradum, ex ratione: quia vſque ad gradum illum non coguntur inter ſe dicere teſtimonium .ĩ Dominus Hugo.dicebat, quod filius poteſt, habere patrem iudicem, niſi recuſetur, quia recuſari poteſt, vt d.c.poſtremo. B. Sed quid ſi teſtis eſt conſanguineus illius pro quo inducitur, & illius contra quẽ inducitur? Satis videtur, quòd tunc par affectionis cauſa ſuſpicionem fraudis excludit, ff.de ritu nupt.non ſolum, §.primo. Vel videtur quod in ciuili cauſa admittuntur conſanguinei ſiue propinqui ſine remoti in teſtimonium licet non poſſint eſſe iudices, minor enim cauſa repellit iudicem quàm teſtem, vt dicitur infra eadem accuſatores, hoc ideo, quia facilius haberentur mille iudices quàm vnus teſtis ad hoc facit extra de appellat.poſtremo.

Teſtificari contra collaterales nemo cogitur.
1 H.exponit hic parẽtes, .i. conſanguinei. nam ẽm eum hic vulgariter loquitur c.
Inimicitię repellũt ab accuſando, & teſtificando.

ACcuſatores.] CASVS. Quæſitum fuit ab Anacleto, vtrum illi, qui ante heſternum diem, vel nudiuſtertius fuerint inimici, ſint in teſtimonium admittendi? & reſpondetur quòd non, ne læſi ſe velint vlciſci, quare quærendi ſunt teſtes inoffenſi, & non ſuſpecti. Et dicante heſternum diem generaliter pro præterito tempore ponitur: nudiuſtertius pro die tertia, id eſt, nunc eſt tertia dies.

d ¶Heſternum.] Argu quòd repellitur accuſator, & teſtis æque per præteritas ſicut per præſentes inimicitias repellant. Videtur ꝙ tantum criminales, & capitales, vt extra de ſimo.per tuas in fine 2 & inſt.de excu.tut.§. inimicitiæ, & ff. de arb.licet. nam non quilibet amicus repellitur, ſed ſolum ille, qui maxima familiaritate coniunctus eſt. ff de verb. ſign.late.§.amicos. Item lex dicit, quod propter leues inimicitias non extinguitur legatũ, ſed propter graues, vt ff.de adimen.leg.l.3.in fin. Econtra videtur, quod inimicitiæ non ſolum capitales, ſed etiam aliæ repellant, quia ab accuſatione repellitur quis propter ciuilem controuerſiam, extra de reſtit.ſpoliato. item cum quis, nec etiam tales inimici admittuntur ad purgandum, vt extra de purgatio.cano n. cum in iuuentute.in fine. Tu dicas, quod ſemper inimicus repellitur niſi ſint leues, & modicæ inimicitiæ argu extra de ſimo. licet Hely. & hoc relinquitur inquiſitioni iudicis quales inimicitiæ repellant, vt in authen.de teſtibus, §. ſi vero dicatur, coll.3.& 4.quæſt. tertia, §. ſi quis teſtibus. De tali inimico dicit lex, quod non ſemper repellitur quis propter inimicitias. ſed iudex æſtimabit an ei credi debeat, vel non. ff.de quæſt onibus, l.1.§. quæſtionem. in fine. Et eſt ſimile, ff. de excuſatio.tuto. propter litem. Ioan

ACcuſatoribus.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd ſynodus prohibuit, vt accuſatoribus inimicis, vel qui cũ inimicis morantur, vel de domo inimici prodeuntib. vel ſuſpectis nõ credatur volentib. accuſare, & ſi quis prohibita infringere tentauerit, ſi eſt clericus, deponatur: ſi monachus, vel laicus excõicetur. In ſecunda parte dr̃, ꝙ qui Pontificib. illatas ſecretas, vel manifeſtas inſidias ad eccleſiaſticam notitiam pertulerit, puniendo, & condemnando ea quę huiuſmodi ſententia complectitur, potiatur honore. illi vero, qui aduerſus eos mouentur, & deponantur, & reb. ablatis perpetuo tradantur exilio.

e ¶Inimicis.]C.de inoff teſt.liberi. vbi filius exhæredare poteſt matrem, ſi copulauerit amicitias cum ſuis inimicis, vt extra de accuſ. cum oporteat. extra de app. ex inſinuatione.

† Cum iſto text. iuncta ſua gl. conc. Alc. de Imo. in l.qui iuriſdictioni.ver. ſecũdo fallit ff.de iuriſdi. om. iu. per l. q n. ẽt. de ar. Pro declaratione tñ huius ca. dic ꝙ in ctiali non põt eſſe iudex pr̃ in cã filiorum, & aliorum de quib. hic ſi opponatur ẽt abſq; aliqua excuſatione facta rõne ſuſpicionis allegandæ ꝓbatur p tex. in l. 1. lex Cor.in prin. de in iu. Sed in ciuili cã põt eſſe iudex ẽt ordinarius dum mõ non recuſetur per tex. in l priuatis. ff d iu. ſed hoc vide plene in l apertiſſimi.& ibi doct. maximè. Sal. C. de iu.
2 Vbi de hoc & ext. de ac. cũ oporteat. & ext. vt lit. non cont. accedens in gl. ſed nonne. Arch.
Filius matrẽ qñque põt exhæredare.

a ¶ Per

Digitized by Google

aut ſuſpecti ſunt, non credatur; ne irati nocere cupiant, ne læſi vlciſci ſe velint. *& infra.* ¶Si quis hæc, quæ hodie in hac ſancta ſynodo prohibita ſunt, infringere præſumpſerit, aut voluntarie tranſgredi tentauerit, ſi clericus eſt, gradu proprio penitus careat: ſi verò monachus, aut laicus fuerit, communione priuetur: & ſi non emendauerit vitium, anathemate feriatur. Secretas verò inſidias, vel manifeſtas pontificibus a quibuſcunque illatas, vel ea, quæ huius ſanctæ ſynodi ſententia complectitur, ſi quis ad eccleſiæ pertulerit [a] notitiam; potiatur honore: & hi, qui aduerſa eis moliuntur (ſicut a ſanctis patrib. dudum ſtatutum eſt, & hodie ſynodali, & Apoſtolica auctoritate firmatur) penitus abijciantur, & exilio (ſuis omnibus ſublatis) perpetuo tradantur.

Item Pontianus ſanctæ & vniuerſalis eccleſiæ epiſcopus, epiſt. 2. omnibus Chriſtianis.

¶Qui non poſſunt eſſe accuſatores, vel teſtes. C. IIII.

ſup. 2. q. 7. c. quærendum. Poly. ibidem. Anſ. l. 3. c. 16.

SVſpectos, aut inimicos, aut facile litigantes [b], & eos qui non ſunt bonæ conuerſationis, aut quorum vita eſt accuſabilis, & qui rectam non tenent, & docent fidē, accuſatores eſſe, & teſtes, & anteceſſores noſtri Apoſtoli *a* prohibuerunt; & nos eorum auctoritate ſubmouemus, atque futuris temporibus excludimus.

a ¶Apoſtoli.] *Sic emendatum ex Vaticanis codicibus. Antea enim legebatur.* Apoſtoli *originali autem impreſſum ſic habet*, & anteceſſores noſtri Apoſtolica repulerunt auctoritate, & nos ſubmouemus, atque futuris, &c.

Item Euſebius epiſcopis Galliarum epiſt. 1.

¶Ab accuſationibus clericorum repellantur, quos leges ſæculi non admittunt. C. V.

Anſ. l. 3. c. 26.

DE accuſationibus clericorum, ſuper quibus mandaſtis, ſcitote a tempore Apoſtolorum in hac ſancta Vrbe ſeruatum eſſe, accuſatores, & accuſationes, quas ex terarum [c] conſuetudinum leges non aſciſunt, a clericorū accuſatione ſubmotas. *& infra.* ¶Idcirco, & nos ſequentes patrum veſtigia pro ſaluatione ſeruorum Dei, quaſcūque ad accuſationem perſonas leges publicæ [d] non admittunt, his impugnandi alterum, & nos licentiam ſubmouemus, & nullæ accuſationes a iudicibus audiantur eccleſiaſticis, quæ legibus ſæculi prohibentur.

ſup. q. 1. nos ſequentes.

Item Pelagius Papa II. epiſcopis Italiæ.

¶Alienigenæ, & quos diuinæ voces mortuos appellant, epiſcopos accuſare non poſſunt. C. VI.

Anſ. l. 3. c. 59.

CAnonica ſanctorum patrū ſtatuta (ne columnæ ſanctæ eccleſiæ vacillent) ſequētes, ac roborantes, oēs infames, cunctoſque ſuſpectos, vel inimicos, & eos, qui non ſunt eorum gentis, vel quorum fides [e], vita, & libertas neſcitur, & qui non ſunt bonæ conuerſationis, vel quorum vita eſt accuſabilis, ab omni accuſatione Epiſcoporum funditus ſubmouemus. Similiter & omnes,

a ¶Pertulerit.] Admonitione pmiſſa ſi in modum denūciationis agitur. alias eſſet pditor criminis 2. q. 1. ſi peccauerit. ſi autem in modum accuſationis, nō eſt neceſſaria admonitio extra de ſimo. licet Hely. & habes hic, quod remuneratur accuſator. ſi c 79. diſt. ſi quis Papa.

Admonitio qñ; eſt neceſſaria qñque non.

SVſpectos.] CASVS. Hic enumerantur ſeptem genera perſonarū, quas Apoſtoli & Papa ſtatuerūt eſſe remouendas ab accuſatione 1 & teſtimonio deferendo, quia teſtes eſſe non poſſunt.

1 Conc tex. in l. 1. & 2. & per totu titu. ff. & C. de accuſ.

b ¶Litigantes.] Ideſt, litigioſos: qui ſecūdum Apoſtolum non promouentur, 46. diſt. §. 1.

DE accuſationibus.] CASVS. Epiſcopi Galliarum quæſiuerūt ab Euſebio Papa quare accuſatores nō admittuntur contra clericos. Qui reſpondit dicēs quod illi nō admittuntur a tpe Apoſtolorum in ciuitate Romana, quos leges ſæculi nō admittunt: nec nos eos admittim⁹. veſtigia patrum ſequētes: dicit Euſebius: nec iudices tales recipiant.

c ¶Exterarum.] Ideſt Romanorū. Sed quare vocat eos exteros cū eccleſiaeos approbet, vt 10. diſt. per totum? Rñdet: quia Gallicis loquitur, q leges illas nō tenent. Si. 12. q. 2. cū deuotiſſimā. vbi Papa Reginæ Frācorū Lombardā non Romanam legem inducit. Alia litera, exterarū conſuetudinē.

d ¶Publicæ.] ideſt, ſæculares 2.

2 Sub. quia præ cæteris de publicis iudicijs tractantſm H. & Laur.

CAnonica] CASVS. Hic enumerantur viij. genera hominum, qui omnino remouentur ab accuſatione epiſcoporū, infames, &c. ita q iſta tria, fides, vita, & libertas, pro vno genere ponant.

e ¶Gētis vel quorū fides]

Digitized by Google

1 Sub.proſuſ.ſ.quorũ vita & libertas neſcitur nec fides ſecundũ Hu. & Lau.

des.] De ignotis 1 loquitur.qui nõ promouentur.24 d. quan do 98.d. per totum. alias iniquum eſſet quod hic dicitur, quòd Theutonicus non poſſet teſtificari contra Gallicum.

a ¶Mortuos.] In peccatis, vt 2.q.7.placuit.Io.

contra reum.ſi verò contra teſtem, ſecus eſſet, cõtra teſtem enim poteſt ferri, vt C.de teſt. nullum.in fi.

i ¶Similesque.] Alij adduntur inf.6.q.1.§.quicunque. &c infames.

k ¶Quia infames.] Hæc non referas ad omnia ſupradicta,

ACcuſatores.] CASVS. Dr hic, ꝙ lex diuina repellit omnes accuſationes & accuſatores, & eorum negotia, ideſt, teſtimonia, q̃ ſæculares leges non admittunt, & generaliter oẽs laici repellũtur cum ſint inferiores, & a clericis nolunt accuſari

b ¶Negotia.] ideſt, teſtimonia.

c ¶Fũditus.] Regulariter cõtra clericos non admittũtur laici ſup.2.q.7 laicos. & c.ſicut.

d ¶Superiores.] Id eſt, clericos.

ACcuſatores.] CASVS. Dr hic, quòd omnes remouet Stephanus ab accuſatione, quos leges ſeculi repellũt, & Apoſtolici prohibuerũt, & hoc in prima parte. In ſcd'a parte, quæ incipit ibi, [Nullus.] dicitur, ꝙ nullus alienigena ſit epiſcoporum accuſator, vel iudex: & hoc probatur auctoritate vet. teſt. Item nullus ſeruus, nullus libertus, & nulla ſuſpecta, vel infames p̃ſona accuſet nr̃os.

e ¶Vt iudices] ad dictis ergo malorum poſſumus argumentari. 37. diſt. ſi quid veri.

f ¶Aut libert'] Qui nõ poteſt ordinari, niſi pleno iure ſit emancipatus. 54.d. quicunq ergo. nec teſtari nec accuſare. vt 2.q.7. ipſi Apoſtoli. & c.teſtes.

COnſtituimus.] CASVS. In hoc ca. enumerantur 13. genera hominũ, qui ab accuſatione, vel teſtimonio repelluntur, q'a infames ſũt,

quos diuinæ leges mortuos [a] appellant, ſubmouendos eſſe ab eadem accuſatione, & publicæ pœnitentiæ ſubmittendos iudicamus.

Item ex ſynodo Romana habita ſub Hadriano Papa.

In capitulis Hadriani c.11. Concor. Damaſus epiſt. ad Stephanum

¶Caput hoc, & c. Neminem.inf.ead q.6. quæ citantur ex ſynodo Romana, extant in capitulis Hadriani ea autem expreſſius etiam appellantur ſynodi nomine, inf 5.q.3. in principio.

¶A clericis repelluntur accuſationes, quas leges ſæculi non aſciſunt. C. VII.

ACcuſationes, & accuſatores, atq; eorũ † negotia [b], quæ ſæculares non aſciſunt leges, diuina, ac ſynodica funditus [c] a clericis repelli auctoritate cenſemus: quia indignum eſt ſuperiores [d] pati ab inferioribus, quæ inferiores ab eis pati deſpiciunt.

Anſ.l.3. c.20. † *ea.*] orig. Conc. Teleſphorus epiſt. vnica. c.4. Iulius in reſcr. ad orient. c.5.

Item Stephanus Romanæ Eccl. epiſcopus omnib. epiſcopis, epiſt. 2. de accuſationibus ſacerdotum, c.3.

¶Nec ſeruus, nec libertus, nec infamis epiſcopos accuſare præſumat. C. VIII.

Poly. ibidem. Anſ.l.3.c.18. Iuo p.5.c.257.& p.6.c.327.

2 ACcuſatores, & accuſationes, quas ſæculi leges non recipiunt, & anteceſſores noſtri prohibuerunt, & nos ſubmouemus. Nullus enim alienigena †, aut accuſator fiat eorum, aut iudex. Vnde & de Loth ſcriptum eſt: [Ingreſſus es, vt aduena, nunquid ut iudices [e]?] Accuſator autem noſtrorum † nullus ſit ſeruus, aut libertus [f], nullaque ſuſpecta perſona, aut infamis.

Gen.19. † *veſtrorum*] orig. Et in cap. Hadriani, cap.67.

† Adde ꝙ natus in extranea territorio ꝓprie dr̃ alienigena. L.1.C.de emanc.libe.

Item Euſebius Papa, epiſt.3. ad epiſcopos Thuſciæ.

¶Infames, qui ad ſortilegos, & diuinos concurrunt, nec accuſatores, nec teſtes eſſe poſſunt. C. IX.

Poly. ibidem. Anſ.l.3.c.19.

COnſtituimus iterum, firmantes cana patrum ſtatuta, cum omnibus qui nobiſcum ſunt epiſcopis, ſicut dudum decretum reperimus, vt homicidæ, malefici [g], fures, ſacrilegi, raptores, adulteri, inceſti, venefici, ſuſpecti, criminoſi, domeſtici, periuri, & qui raptum fecerunt, vel falſum [h] teſtimonium dixerunt, ſeu qui ad ſortilegos †, diuinoſque concurrerunt, ſimileſque [i] eorum nullatenus ad accuſationem, vel ad teſtimonium ſint admittendi, quia infames [k] ſunt; & iuſte repellendi, quia funeſta eſt vox eorum.

† *al. ſacrilegos.* ſup.2.q.1. quiſquis.

Item Iulius Papa in reſcripto ad Orientales, c.33.

& vox eorum eſt funeſta in talibus. Seq. c. patet, in quo enumerantur 9. genera hominum, qui ab accuſatione, vel teſtimonio repelluntur.

Malefici q ſunt.

2 Quod no. 5.q.6.c.preſbyteri.

g ¶Malefici.] Qui faciunt ne viri poſſint cognoſcere vxores ſuas: vel qui volunt futura ſcire. & hoc eſt crimẽ publicum. C.de pag. & ſa. & temp.eo.l.2.& vlt.

h ¶Vel falſum.] Extra de ord.cog. cum dilectus contra. Sed ibi non fuit lata ſententia contra teſtem 2, ſed

dicta, quia ſuſpecti, & domeſtici nõ ſunt infames. Et ita eſt, arg. ꝙ verbum ſequens in priuilegijs non refertur ad omnia ſupradicta. ſi. de conſe. d 2. cum omne 3. ſi. ff. de in rem verſo. ſi pro parte. §. itẽ. ff de leg. 1. l. talis ſcriptura. §. vlt. & l. ſi ſeruus plurium. §. vlt. Arg. contra ext. de do. cum dilecti.

3 Ver. quanquam, vbi de hoc.

ADDITIO. Dic vt legitur & nota. extra de app. ſecundo requiſitis. & c. inquiſitioni. Archi.

Simi.

Digitized by Google

Similiter. Aut gratioſi.] Ideſt, adulatores. 46. diſtinct. clericus 1.
a ¶ Aut gratioſi.] vt infra ead. accuſatores. C. de tranſact. præſes.
b ¶ Vel affines.] Inf. c. q. 9. abſens. ſimile. ff. de iniur. l. lex Cornelia. in prin. tamen inter ſe bene admittentur affines: quia affinis poteſt accuſare affinem. C. de abol. l. vltima.

Nullus.] CASVS. In hoc c. enumerantur 9 genera perſonarum, quæ ab accuſatione epiſcoporum repelluntur.

¶Suſpecti, aut gratioſi ad accuſationem non admittantur. C. X.

Polyc. ibidem
Anſ. l. 3. c. 21.

Similiter in iam præfixa ſynodo eſt decretum, ne ſuſpecti, aut infames, aut criminoſi, aut gratioſi[a], vel calumniatores, vel affines[b], aut ſcelerati, aut facile litigantes, ſuſcipiantur accuſatores; ſed tales, qui omni careant ſuſpicione.

Item Fœlix Papa I. epiſt. 1. c. 14.

¶Qui inimicitijs ſtudet, uel facile litigat, nec accuſator, nec teſtis eſſe poteſt. C. XI.

Anſ. l. 3. c. 61.
† *infidus.*] orig.

Nullus ſeruus, nullus libertus, nullus infidelis,† nullus criminibus irretitus, nullus calumniator, nullus qui inimicitiis ſtudet, nullus qui frequenter litigat, & ad accuſandum, uel detrahendum eſt facilis, nulla infamis perſona, vel omnes, quos ad accuſanda crimina publica leges publicæ non admittunt, permittantur epiſcopos accuſare.

Item Calixtus Papa, epiſt. 2. ad epiſcopos Galliæ.

¶Familiares, ſuſpecti, de domo prodeuntes, non recipiantur in accuſatione. C. XII.

Poly. ibidem.
Anſ. l. 3. c. 57.
Burc. l. 1. c. 171.
Iuo p. 5. c. 288.
ſup. ead. conſanguinei.

iij Accuſatores vel teſtes ſuſpecti non recipiātur, nec familiares, vel de domo prodeuntes, nec etiā conſanguinei accuſatoris aduerſus extraneos teſtimonium dicant: quia propinquitatis, & familiaritatis, ac dominationis[c] affectio veritatem impedire ſolet. Amor carnalis, & timor[d], atque auaritia plerumque ſenſus hebetant humanos, & peruertunt opiniones, ut quæſtum pietatem putent; & pecuniam, quaſi mercedem prudentiæ.

1. Tim. 6.

Item Pelagius† Papa ſecundus, epiſt. 1. c. 4.

¶Qui inimici, vel ſuſpecti ſunt, & qui odio quoslibet inſequuntur, ab accuſatione remoueantur. C. XIII.

† Antea legebatur, *Gelaſius*
Proclus Dominum in act. 14 cōc. Chal.
Anſel. l. 3. c. 6.

Omnes, qui aduerſus patres armantur[e], vt patrum inuaſores, & mactatores, infames eſſe cenſemus, *& infra.* ¶Horum ergo uitiorum auctores vel patratores, nō ſunt in accuſatione Pontificū recipiēdi, ſed penitus repellendi: quoniam iubēt canonica decreta patrum, vt accuſatio, vel teſtimonium eorum, qui odio quoslibet perſequuntur, uel qui inimici, aut ſuſpecti habentur, nullo modo recipiantur.

extra de accuſ. c. nulli.

[*Item Paſchalis Papa.*]

¶De eodem PALEA. C. XIIII.

Nulli epiſcoporum ab accuſatione ſua repellere liceat quos, antequam *a* ab eis impeterentur, à ſua communi familiaritate neglexerint ſeparare.

¶In vno peruetuſto exemplari Gratiani, a quo pleraque Palea abſunt, caput hoc habetur non hic, ſed ſupra 2. c. poſt c. Beati Petrus & Paulus, vbi etiam citatur ex Paſchali.

Accuſatores.] CASVS. Quæſitum fuit à Calixto, vtrum poſſint accuſare vel teſtificari ſuſpecti, vel familiares vel de domo prodeuntes: vel vtrum conſanguinei eius ad teſtimoniū admittantur. Et reſpondet quod non, quia propinquitatis, vel donationis affectio veritatē impedire ſolet. Et carnalis amor & timor & auaritia ſenſus hominum cōſueuit hebetare.

c ¶ Ac dominationis.] Dominus enim aduerſarij nō poteſt eſſe iudex. extra de of. deleg. cauſam immo propter dominū tota familia declinat iuriſdictionem alicuius, vt C. ſi quacumque præditus pot. l. 1. Scias tamē ꝙ minor cauſa repell. aliquē à iudicio quam à teſtimonio nam iudex recuſatur ſi aduocatus partis aduerſæ eſt commenſalis iudicis vt extra de ap. ex inſinuatione 1. ſimiliter ſi iudex eſt ſuffraganeus aduerſarij, vel de terra aduerſarij, vt extra vt lite nō cont. accedens 2. Item ſi quoque appellaſti ab eo. vt extra de app. ad hoc. — iudex facilius repellitur ꝙ teſtis. 1 Hoc eſt falſum, vt ibi no. & ꝓbatur extra de offi. iu. c. 1.

d ¶ Timor.] 11. q. 3. quatuor. Ioan.

Omnes.] CASVS. Statuit Gelaſius in hoc cap. quod omnes illi qui aduerſus patres carnales vel ſpirituales armantur eos calumniando, ſint infames, nec recipiantur in accuſatione epiſcoporum. Nec illi admittuntur, qui ex odio vel ex amicitia vel mala ſuſpicione ad accuſationem prodeunt.

e ¶ Armantur.] Conuitando vel infamando. 2. vt 6. q. 1. ſacerdotes 10. — 2 Sub. vel verberando, percutiendo vel calumnioſe accuſando, ſecūdum. Hug.

QVOD

Digitized by Google

QVOD VERO. CASVS. Reddit Gra hic rationem quare inimici ab accuſatione repelluntur ſcilicet quia ipſorum calliditate innocens opprimi ſolet. Idem eſt de inimico iudice & ſuſpecto, à quo nullus eſt condemnandus, quamuis crimina ſint manifeſta, & ſi condemnatus fuerit, debet reſtitui, ſicut factum fuit de Anaſtaſio, qui ab inimico patriarcha depoſitus fuit. Et qđ inimicus iudex eſſe non debeat, probatur ſeq. cap.

a ¶ Quos antequam.] *In eodem codice legitur*, quos antequã ab eis impeterentur, a ſua communi familiaritate neglexerunt ſeparare. *In alijs vero nõnullis, in quibus hæc* Palea *habetur hoc loco, legitur:* Quos antequam ab eis ſe impetẽdos cognoſceret, à ſua, &c. *In Decretalibus autem non multo ſecus:* antequam ſe ab eis impetendum cognoſceret, à ſua, &c.

Quòd vero inimici ab accuſatione prohibeantur, inde eſt; quia eorum calliditate, innocentia frequenter opprimi ſolet. Sed cum Athanaſius † ſua cathedra reddi præcipitur, quia de inimicitia ſui Patriarchæ conqueſtus eſt; patet, ꝙ etſi manifeſta crimina alicuius ſint, non tamen condemnandus eſt accuſatione inimici †.

† al. Anaſtaſius.

† Concor. textus in l. qui accuſare. licet glo. videatur diſſentire cum ibi, no. per Doct. C. de accu.

Unde Nicolaus Papa ſcribit Michaeli Imperatori in epiſtola, qua incipit [*Propoſueramus*]

¶ Qui inimici ſunt, iudices eſſe non poſſunt. C. XV.

QVod inſpecti.] CASVS. Ignatius Conſtantinopolitanus patriarcha à quibuſdam ſuffraganeis ſibi ſuſpectis & inimicis fuit depoſitus auctoritate & fauore Michaelis Imperatoris eius inimici. Sed Nicolaus Papa hoc redarguens dicit ipsũ Ignatium ab inimicis non debuiſſe iudicari. Et hoc ꝓbat duabus rationib. & duob. exẽplis, & trib. auctoritatibus. Prima ratio circa principium vbi dicit, [Nam quid gratius] Secunda ratio eſt circa finẽ, vbi dicitur. [Nam quodãmodo.] Primum exẽplum incipit ibi. [Veniamus] Secundum ibi. [Hinc ſanctus.] Prima auctoritas eſt ibi, [Quod prouide.] Secunda ibi.] [Venier.] Tertia ibi [Et reuera] Sequens §. per ſe patet.

a ¶ Quod ſuſpecti.] quòd non ſit quis cõdemnãdus ab inimicis vel ſuſpectis probatur duabus rationibus. vna eſt in c. altera in fi. Item duobus exemplis. ſcilicet Chalcedonenſis ſynodi. & Io. Chriſoſtomi, & tribus auctoritatibus Conſtantin. ſynodi, & Gelaſij Papæ, & Iuſtiniani Imperatoris.

QVòd † ſuſpecti [a], & inimici iudices eſſe non debeant, & ipſa ratio dictat, & plurimis probatur exẽplis [b]. ¶ Nam quid [c] gratius & amabilius dare quis inimico poteſt, quàm ſi ei ad impetendum [d] commiſerit, quem lædere forte uoluerit? Quod prouide [e] Conſtantinopolitana ſynodus canonũ ſuorum ſexto *a* dignoſcitur [f] prohibere capitulo, *& infra.* ¶ Veniamus [g] ergo & ad ſanctam Chalcedonenſem ſynodum, & quid nobis de Athanaſio Parꝛnorum epiſcopo referat, audiamus. Is enim antiſtes tertio euocatus ad ſynodum, quia nõ occurrit, a patriarcha ſuo canonice [h] condemnatus extiterat: ſed ſolum [i], quia cum vocaretur ad ſynodũ, quòd inimicus ſuus eſſet ipſe, qui iudicabat [k], clamauit, a ſancta Chalcedonenſi ſynodo ad cauſas illatas ſibi examinãdas reſeruatur: & niſi denuo conuincatur, recipere eccleſiam in propriã iudicatur. Quòd ſi Athanaſius à patriarcha ſuo depoſitus, quia de inimicitia ipſius conqueſtus eſt, iterato ad iudicium renouandum dirigitur, & ſi ß manifeſta [l] ſibi officiant crimina; tamen ſuæ reddi eccleſię præcipitur; quanto magis Ignatius, qui non a patriarcha, ſed ipſe potius exiſtens patriarcha, minime debuit eccleſia propria (inimicis & ſuſpectis iudicibus decernentibus) expoliari? *& paulo poſt.* ¶ Veniat [m], & facundiſſimus noſter

† al. Quia

Iuo par. 5. c. 55.

Actio. 16. in fi.

In commonitorio ad Fauſtum

b ¶ Exemplis.] a quibus licet argumentari. 10. diſt. de quibus. C. de ædifi. priua. an in totum & 10. diſt in. ſi in adiurotium.

c ¶ Nam quid.] Prima ratio.

d ¶ Ad impetendum.] Ideſt, ad puniendum vel iudicandum.

e ¶ Quod prouide.] Prima auctoritas.

f ¶ Dignoſcitur] Hoc neſcio vbi ſit.

g ¶ Veniamus.] Primum exemplum.

h ¶ Canonice.] Forte ideo dicit. canonice, quia tribus edictis citatus erat, vnde debuiſſet t. miſiſſe reſponſalem. Vel dic quod ſufficit iſti proteſtari ſuſpicionem, & quidquid poſt illam proteſtationem fit, non tenet, ſicut ſi poſt appellationem eſſet factum. extra de eo qui mit. in poſſ. cauſa rei ſer. cum ſicut. in fin. immo. licet nõ proteſtatur, tamen ſi poſtea probat ſuſpicionem, caſſatur qđ fit contra eum, vt extra vt li. non cõte. accedẽs r.

1 De hoc no. ſup. ca. q. 2. epiſcopus.

i ¶ Sed ſolum.] Ergo cum ordinarius recuſatur, non eſt neceſſe probare cauſam recuſationis, ſicut nec cauſa appellationis aſſignatur tunc, licet, hoc hodie corrigatur, vt extra de ap. vt debitus. & c. cum ſpeciali.

k ¶ Iudicabat] Arg. ordinarium iudicem recuſari poſſe, vt ſu. 2. q. 6. placuit, vt presbyteri. C. de iuriſ. om. iu. nemo extra de fo. comp. ſi quis. quod negant quidam & dicunt aſſociandum epm, vt ſu q. 3. offeratur. in Aui. vt diſ. iud. §. ſi vero coll. 9. C. de iudi. apertiſſimi.

Iudex ordinarius recuſari poteſt.

l ¶ Et ſi manifeſta.] Arg ꝙ notorium crimen non obeſt petenti reſtitutionem 2 ad idem extra de reſt ſpol. item cum quis, & ꝙ in notorio crimine etiã iudex recuſatur. arg. contra extra de app propoſuit.

2 Ad hoc facit quod no. Inno. extra de exceſ. prælat. inter. in princip.

m ¶ Veniat.] Hæc eſt ſecunda auctoritas.

a ¶ Tunc

Digitized by Google

Papa Gelaſius, hæreticorum expugnator fortiſſimus, & quod de Conſtantinopolitanis epiſcopis more ſolito tūc ægrotantibus [a] dixit, etiam nunc nobis ediſſerit: [Quæro inquit, tam ab his iudicium, quod prætendunt, vbi nā poſſit agitari? an apud ipſos? vt ijdem inimici ſint & teſtes [b] & iudices? Sed tali iudicio, nec humana debēt committi negotia.] Quòd ſi iudicio [c], vbi ijdē ſunt inimici qui iudices, nec humana debent committi negotia; quanto minus diuina, ideſt eccleſiaſtica? Qui ſapiens eſt, intelligat. ¶Et re vera hinc Iuſtinianus [d] Imperator prius legibus ſuis promulgaſſe dignoſcitur dicens. [Liceat ei, qui ſuſpectum iudicem putat, antequam lis inchoetur [e] eum recuſare, vt ad alium recurratur. Nam quodammodo [f] naturale eſt ſuſpectorum iudicum inſidias declinare, & inimicorum iudicium ſemper velle refugere. ¶Hinc S.[g] Anaſtaſius inimicorum ſæpe declinauit inſidias: Hinc S. Ioannes os aureum cōcilij contra ſe congregati renuit intrare [h] collegium.

C de iudicijs. l. aper tiſſimi.

α ¶Sexto.] *Hic canon eſt ſextus concilij* Conſtantinopolitani *primi apud* Græcos, *qui in concilijs in quatuor volumina contextis (nam ab alijs editionibus abeſt) tomo* 1. *bis affertur; primum in concilio ipſo* Conſtantinopolitano, *deinde in libello ſynodicarū conſtitutionum.* De *quo capitulo & alijs canonibus huius concilij ſup. diſt.* 22. *eſt notatum, & inf.* 4. *q.* 1. *c. quod autem, aliquid dicetur.*

β ¶Et ſi manifeſta.] *Vera lectio eſt,* & niſi mani feſta ſibi offi ciant crimina, ſuæ reddi eccleſiæ præcipitur, *eſtque idē quod antea retulerat ex ipſo concilio,* & niſi denuo conuincatur, recipere eccleſiam propriam iudicatur. *Verum non eſt emendatum ob gloſſam, & quia* Gratianus *in verbis ſequentib. manifeſto oſtendit. falſa lectione ſe vſum eſſe; qui etiam, quod hic dicitur de inimicitia iudicis, ad accuſatoris inimicitiam tranſtulit. Nec verò (quod ex tota illa actione* 14. *facile conſtat)* Athanaſius *in ea cauſa erat actor qui reſtitutionem peteret (quippe cum licet in concilio* Antiocheno *depoſitus, poſtea tamen per* Dioſcorum *epiſcopatum recuperaſſet, tuncque poſſideret) ſed* Sauinianus, *qui poſt* Athanaſii *depoſitionem in locum a metropolitano, & comprouincialib. epiſcopis ſuffectus, ab eodem* Dioſcoro *eiectus fuerat, ideoque reſtitui ſibi epiſcopatum petebat. In ipſo autem concilio* Chalcedonenſi *ſtatutum fuit, vt (quando* Athanaſius *diceret ſe ad concilium* Antiochenum *ter vocatum ideo non veniſſe, quòd Dominus eo tempore patriarcha* Antiochenus *ſibi inimicus eſſet)* Sauinianus *quidem maneret in epiſcopatu, interim vero cauſa* Athanaſij *apud* Maximum *tunc* Antiochiæ *patriarcham ageretur: atque intra octo menſes cognoſceretur, an* Athanaſius *crimen depoſitione dignum commiſiſſet; ac, niſi commiſiſſe conſtaret, ſuus illi epiſcopatus redderetur.* Ex *quo toto facto* Nicolaus *partem illam accepit: quæ ad rem ſuam optime faciebat.*

Patet ergo quòd, etſi manifeſta ſint crimina alicuius, tamen accuſatione inimici condemnandus non eſt.

QVAESTIO VI.

*E*Xtra prouinciam [i] *autem reus nullatenus eſt producendus.*

a ¶Tunc ægrotantibus.] Ideſt debilib. in fide.
b ¶Et teſtes.] Propter hoc īducit Gra. capitulum.
c ¶Quod ſi iudicio.] verba Nicolai.
d ¶Hinc Iuſtinianus.] Tertia auctoritas.
e ¶Inchoetur.] Nō tamen ſemper ante litis conteſt. vt dixi ſu. ea. q. 3. offeratur, vſq. ad triduum aūt cogitur alios cogere. C de iud l. vl. Sed tamen illa lex loquiť quādo eliguntur iudices ad cām principalem audiendam. vnde ſecus vř, ſi eligatur ad ꝓbandam cauſam recuſationis. Quid autem iuris ſit de ſuſpecto iudice, dixi in conſtitutione illa extra de appel. vt debitus. &c. cum ſpeciali.
f ¶Nam quodāmodo.] Alia ratio.
g ¶Hinc ſanctus.] hoc eſt ſecundum exemplum.
h ¶Intrare.] Miſit tñ excuſatorem forte, vel ideo nō uenit quia citatio nō tenuit.
EXtra prouinciā.] hęc eſt 6. q. in qua probat magiſter, ꝙ vnuſquiſque debet a iudice proprio iudicari, niſi ex cauſa fuerit appellatum. probat etiam; ꝙ epiſcopus non debet deponi niſi a ſolo Papa. Et diuiditur in tres partes, in quarū 1. probat p 9 auctori. ꝙ vnuſquiſq; debet a ſuo iudice iudicari. Secunda ibi, [Aliquādo.] Tertia ibi,] Alias autem.] Io. de Fan.
CASVS. Hic intitulatur 6. quęſtio, qua quæritur, an reus ſit ext. prouinciam producendus, vt coram ſuo iudice non conueniatur, ſed coram alio. Et certū eſt, ꝙ non, ut probatur p ſequētia, niſi in caſibus, q notanť in sūma huius quęſtion.
i ¶Ext. prouinciā.] regulariter quilibet coram

Digitized by Google

Eorum ſorti tur qs multis modis. 1 11.q.1.ſi qs cleric⁹.& c. placuit.& c. quicunque. a Vnde ſi clericus duorũ epõrum delinquat. & iniuriam faciat clerico alterius epi, ſub quo domicilium non hẽt ext. illũ epũ tum : tñ ſub eo rñdere tenetur, quia rõne clericatus ſortitur forum eius, C.de epiſ.& cleric auth. clericus. & ſic etiã not. Inn. ext. de priu.ex ore.

coram iudice eſt cõueniendus,vt inf.ea.pulſatus,& 11.q.1.experientiæ alioquin pœnã patiatur 1, actor.11.q.1.inolita.& c.placuit C de iuriſ.omn.iud.l.in criminali.Sed fallit ratione poſſeſſionis.extra de for. compet.ſane.& C.vbi de poſſ.agi.oportet.l.1.C.de præd.minorũ. ſi prædium.Item ratione contractus.ff. de iudi. hæres.extra de foro compet.Romana.§ contrahentes.lib.6.Item ratione criminis conuenitur qs, vel vbi deliquit, vel vbi inuenitur, vel vbi domicilium a. habet. C. vbi de crimine agi oportet.l.1. vel cum eſt qõ de fide.24.q.1.quoties. Trahitur etiam pp loci opportunitatem ad aliam prouinciã. 34. qõ.2.ſiue.Item propter appellationem. Item pp iuſſionem Papæ,vt inf e.q.vnaquæque.& c.peregrina,vt patet i verſib. hic notatis.[Cõtractu s, crimẽ,reus,& res,religioq. Vir,ratio ſimilis, vel ,ꝓuocat,atq; recuſat,Excellit iuſſus, vel ſi cõſentit vterque.[Cõtractus.]ff de iud.hæres abſens,]Crimen,]Vt hic & C.vbi de crimine agi opor.l.1. [Reus:] Quia actor debet forum rei ſequi,vt inf.ead.neminem. [Et res.] Arg. extra de foro compet ſane.[Religioque.] Vt cauſa iuriſpatronatus & decimarũ.ext.de iud quanto.& c.decernimus [Vir.]Quia vxor forũ viri ſequitur. ff.de iuriſd.omn.iud.l.pe.[Ratio ſimilis.]In mutua reconuentione.ext.de mu pe.ex literis.] Vel ꝓuocat.] inf. c.peregrina iudicia. Atq. recuſat.]Ext.de foro cõp.ſi qs contra clericum excellit:quia eps non deponitur niſi a Papa.inf.ea.quamuis.[Iuſſis.] In eo.vnaquæq. prouincia.& c. vltra prouinciarum.] Vel conſentit vterque.] ff.de iur.om. iud.eſt receptũ.& 2. q.7.nos ſi.Itẽ in feudo.extra de iud.cæterum.Item ſi ſæcularis iudex eſt negligens.extra de fo.comp.licet. Item in ſcholaribus, vt in conſtitutione Friderici.C.de fi.pro patre. Auth.habita de hoc inuenies per Azo.in ſumma.

b ¶Cauſa.] Sed quid ſi metropolitanus, vel alter epiſcopus deliquit in alterius diœceſi,nunquid ab illo poteſt puniri?Ar.q nõ 9.q.3. ſi autẽ.& in Auth. de defen. ciuit.§ non habente coll.3.21.diſt.inferior. &c. nolite extra de ſent.excom.a nobis .ff.de arb.l.3.in fi. Sed contra.C.vbi de cri.agi oportet.Auth.qua in prouincia. & reatus omnem huiuſmodi honorem excludit, vt C.vbi ſena.vel clariſ.l.1.in fi.& 16.q 3.placuit,in fi.3.Item pone, q ſic tulerit epiſcopus ſententiam:Qui hoc fecit,ſit excommunicatus.dicit Hug.etiã ſi archiepiſcopus hoc fecit in diœceſi epiſcopi, eſt excommunicatus nõ ab homine,ſed a canone.quia ſnĩa ſequitur factum iam damnatum.24.q.1.c.1.2.& 3. Sed contra ext.de ſent. excõ. a nobis 1.Laurentius dicit, q archiepiſcopus non ſit de foro illius,cum ipſe ſit iudex ordinarius totius prouinciæ.9.q.3.c.2.85.diſtin.quoniam.vnde eum non poteſt excommunicare, ſed alium quẽlibet epiſcopum poteſt excommunicare,non tamen deponere.Ioan. Ego credo Hug.bene dicere:quia propter crimen efficitur archiepiſcopus ſubiectus epiſcopi propter rationes ſuperius allegatas.B.ff.de off.præſ.l.3.de hoc per B.extra de ſen. excom.a nobis. t.1o.

Metropolitanus delinquẽs in aliena diœceſi, an poſſit ibi puniri.

Vnde Fabianus Papa ſcribit Hilario epiſcopo,epiſt.3. cap.4.

¶Vbi crimen admittitur,ibi cauſa ventiletur.

C. I.

sup. 2. q.3.qui non probauerit. & q. 8. qui crimen. & inf. ea.c.fi.

IBi † ſemper [a] cauſa [b] agatur,vbi crimen admittitur, & qui non probauerit quod obiecit,pœnam,quam intulerit,ipſe patiatur.

† *Reuera ibi*] orig.

Item eadem epiſt.c.2.

& Cyprianus l. 1. epiſt.3.

¶Accuſatus non niſi in foro ſuo audiatur.

C. II.

SI quis epiſcoporum ſuper certis accuſetur criminibus, ab omnibus [c] audiatur, qui ſunt in prouincia ſua,epiſcopis:quia non oportet accuſatum alibi,quam in foro ſuo audiri.

Poly.l.5.tit 1. Anſ.l.3.c. 77. Burc.l.1.c 147. Iuo p.5.c.260.

Exceptio [d] fori dilatoria eſt, atque ideo in initio litis debet opponi,& probari. Peremptorias autem exceptiones(vt ſunt præſcriptiones longi temporis)ſufficit in initio litis conteſtari.

Idem Fabianus ibidem.

Cap.l.7.c.367.

IBi ſemper. [CASVS.Quæſiuit Hilarius epiſcopus vbi cauſa criminalis debet agi,& qualem pœnã calumniator patiatur. Et reſpondet Papa, quòd cauſa ſemper debet agi vbi crimen committitur, & calumniator debet pœna talionis puniri.

Criminoſus vbi dẽt puniri.

a ¶Ibi ſemper.] Vel vbi domicilium hẽt,vel vbi reperitur. C.vbi de cri.agi oportet.l.1.ſed ſi grauius eſt crimen,remittẽ puniendus ad iudicem vbi deliquit:ſi eſt leuius,ibi põt puniri,vt in Auth.vt nulli iu.§.ſi vero cognoſcatur coll.9.& §.ſed illud. & de re mili.deſertorẽ. in prin. Nec admitto illud, quod quidam dicunt,q ſemper primo cognoſcat iudex ex ꝓuincia de qua reus eſt, an crimen commiſerit : & poſtmodum remittat eũ ad iudicẽ vbi deliquit: quia iudex ubi deliquit, cognoſcet & puniet crimen,ff de accu.l.vlt.põt tñ ſi vult transmittere eum puniendum cum literis ſuis ad ſuæ prouinciæ iudicem.quod tamen non facit niſi ex cauſa.ff.de cuſt. & exhib.reo.non dubiũ. ſicut Pilatus remiſit Chriſtum ad Herodem.Sed nunquid idem in clerico,vt ſi clericus Mutinen.delinquat in diœceſi Bonon. ſit iudicandus & deponẽdus a Bonon.epiſcopo.Reſp.vt ext de fo comp. poſtulaſti.& c.1.& ff. de cuſt.& exhib.re.de militibus. & ff.de accu.l.vlt.

SI quis epiſcoporum.] CASVS. Quæſitum fuit ſi eps accuſatur ſuper aliquibus criminibus, coram quib. debet accuſari. Et rñdet Papa, q coram epiſcopis eiuſdem prouinciæ,& non alibi. Sequens autem.§. patet.

c ¶Ab omnibus.] Ad minus a 12.vt inf.ea.q.8.ſuggeſto.15.q.7.Fœlix.

d ¶Exceptio]Exceptionum alia eſt dilatoria,alia peremptoria,alia media ſiue miſta . Dilatoriarum alia declinatoria iudicij:alia dilatoria ſolutionis . Declinatoria iudicij in principio litis eſt ꝓponenda,& ꝓbanda, vt ext.de ſent.& re iud. inter monaſteriũ.& C.de exce. l.vlt.Niſi exceptio illa de nouo ad notitiam eius peruenerit,vt extra de procurato, in noſtra. & ext.de excep. paſtoralis, vel niſi de nouo competere cœperit, vt extra de off deleg.inſinuante.& ff. de arb.non diſtinguemus. §.cum quidam,& de tali loquitur hic. Dilatoria ſolutionis debet ante litem conteſt.obijci,ſed probare debet, poſtquam actor fundauerit ſuã intentionẽ.C. de excep. ſi quidem.& C.de prob. exceptionem 4.Peremptoria, dicitur,quæ poteſt opponi & probari quandoque, dum tamen ſententiam, vt C.ſenten.reſcind.non poſſ. peremptorias.C.de excep.præſcriptionem. Media dicitur exceptio , quæ in hoc habet ſimilitudinem cum peremptoria,

3 Huic parti cõtrariæ ſtãdũ eſt ſm H. & Ber.ut no. ex.de rap.c.1.& idẽ ibi no.Gof. Ar. ff.de off.pſi. l.3. & ibidẽ ſẽtit hic lo. de Fant.

Exceptiones ſunt multiplices,& uariis t pib opponendæ.

4 Quod ergo dicit,quæan nua ſunt ad agendum,ꝓpetua ſũt ad excipiendũ, ut ff.de doli exce.l. pure vlt.C.de excep.licet. ſic eſt exaudiẽdũ.ſ. ſi exceptiones congruo tpe ꝓponãtur ſm Gof. quĩ ka. no.in prædi. decr.ext. de excep.paſtoralis.in fi.

Digitized by Google

¶De eodem. C. III.

Poly.l.1.tit.7. Iuo p.6.c.322. Pann.l.4.c.123.

PVlſatus ante ſuum iudicem cauſam dicat; & ante non ſuum iudicem pulſatus, ſi voluerit[a] taceat[b]. Pulſatis vero, quoties appellauerint, induciæ dentur.

Hoc autem, quod de loco dictum eſt, tunc intelligendum eſt, cum ueritas cauſæ non niſi in loco admiſſi criminis deprehendi poteſt; aut niſi altera pars iudicium maioris perſonæ interpellauerit, ſiue declinando iudicium, ſiue releuando ſententiam.

In cod. Theod. lib. 9.tit.1.l.2.

Vnde Stephanus Sancta & Apoſtolica, atq; uniuerſalis eccleſiæ Romanæ epiſcopus ſcribit omnibus epiſcopis, epiſt.2.cap.7.

Anſ.l.3.c.47. Pann.l.4.c.33.

¶Intra prouinciam, & a comprouincialibus tantum cauſa eſt audienda. C. IIII.

† al. prouincia
† al. tamen

VLtra prouinciarū† terminos accuſandi licentia non progrediatur: ſed omnis accuſatio intra prouinciā audiatur, & a comprouincialibus terminetur, niſi tantū† ad Apoſtolicam ſedem fuerit appellatum.

Et Iulius in reſcr. ad orient.c.3.

Item Sixtus Papa II. epiſt.1. ad Gratum epiſcopum.

¶A comprouincialibus accuſatus, uel iudicatus, Apoſtolicam ſedem appellet. C. V.

Poly.ibid. Anſ.l.2.c.82. Bur.l.1.c.176.&144. Iuo par. 5.c.4.& 257. Pan.l.4.c.125.

ACcuſatus, vel iudicatus à comprouincialibus in aliqua cauſa epiſcopus licēter appellet, & adeat Apoſtolicę ſedis Pontificē, qui aut ꝑ ſe, aut per Vicarios ſuos eiuſdem retractari negocium procuret. Et dum iterato iudicio Pontifex cauſam ſuam agit, nullus alius in eius loco[c] ponatur, aut ordinetur epiſcopus: quoniam quāquā comprouincialibus† epiſcopis accuſati cauſam Pōtificis ſcrutari liceat; non tamen definire†[d] inconſulto Romano Pontifice permiſſum eſt.

† al. à comprouincialibus.
† al. diffiniri.

Item Damaſus Papa Stephano Archiepiſcopo, epiſt. 3.cap.2.

¶De eodem. C. VI.

Anſ.l.2.c.61.

DIſcutere epiſcopos, & ſummas eccleſiaſticorū negociorum cauſas metropolitano vnà cū omnibus ſuis comprouincialibus (ita vt nemo ex eis deſit, & omnes in ſingulorum concordent negociis) licet: ſed diffinire eorū atq; eccleſiaſticarū ſummas querelas cauſarum, vel damnare epiſcopos abſque huius ſanctæ ſedis auctoritate minimè licet; quam omnes appellare, ſi neceſſe fuerit, & eius fulciri auxilio oportet.

Burc l.1.c.179. Iuo p. 5.c.295.

ꝑtoria ꝙ poſt lit. cōteſt. pōt obijci ſed in hoc habet diſſimilitudinem cum dilatoria, quia poteſt quandocunque ante ſententiam obijci, vt extra qui matri. accuſ. poſſ.c. per tuas, ſed in hoc habet ſimilitudinem cum dilatoria, quia ante lit.cōte. poteſt obijci, vt extra de exc. exceptionem. Sunt adhuc aliæ exceptiones anomalæ, quæ etiam poſt ſententiam obijciuntur, vt exceptio Velleiani, & Macedoniani, & armatæ militiæ, de quibus agitur.ff ad Macedo.tametſi non. & C. de iur. & facti ignoran.l.1.

PVlſatus.] CASVS. Dicitur in hoc c.ꝙ ſi quis coram ſuo iudice fuerit vocatus, debet coram eodem reſpondere, ſed coram alieno iudice vocatus non reſpondeat niſi velit, ſed ſuum priuilegium allegabit. Appellanti vero debent induciæ dari ad ſuam appellationem proſequendam.

a ¶ Si voluerit.] Nontamen à contrario ſenſu argumēteris, vt 11.q.1. placuit & inf. ea. nemine[1]. ſed hic loquitur de eo, qui habuit cōſenſum ſui epiſcopi; vt 11.q.1 clericum.& c. nullus, extra de foro compe. ſignificauit.

1 Et c. nō liceat. 6. q 3. deniq. Arc.

b ¶ Taceat.] Sed hoc fortè cum habet conſenſum ſui epiſcopi. vt 11.qō.1. clericum. Nec obſt. inf. ea. nō liceat extra de foro cōpe. ſi diligenti. & 6. q.3. denique.

HOC AVTEM. CASVS. Iſte reſpicit illud c. ibi, vbi dicitur ꝙ ſemper cauſa agiē vbi crimen committitur. Sed dicit Gratianus, hoc verū eſt, cum alibi de crimine liquere nō poteſt & hoc allegando dicit, vel niſi ad maiorem iudicem recurratur per appellationē, vel per recuſationē primi iudicis.

VLtra] CASVS. Dicitur in hoc c.ꝙ vltra ſuā prouinciā reus trahi nō debet vel accuſari, niſi ad Papam fuerit appellatum.

ACcuſatus.] CASVS. Quidam epiſcopus accuſatus fuit & condemnatus à comprouincialib. epiſcopis. Ille volebat appellare, & retractare iudicium; quæritur an poſſit? Et Reſpondet, quod ſic: & donec iudiciū eius pendet, alius non ſubſtituatur: quoniā licet epiſcopi cōprouinciales poſſint cauſam criminalem epiſcopi examinare, non tamen poſſunt diffinire inconſulto Papa.

c ¶ Loco] 8.q.4. nōne

d ¶ Nō tn̄ diffinire.] ſuſpēdere & excōicare pōt metropolitanus. 12. diſt. de his. 11. q.3. ſi epſ. & 18. diſt. pp Itē abſoluere[2] poteſt ſecundum pleroſque ȝ ſi eſt innocens. C. vbi ſena vel clariſſi.l.3.10. Ego contrarium credo, vt hic. & 3. quæſt.4.c.1.& ſecundo. B. Sed obijcitur.6. quæſt.3. denique. & 21. qō 5. ſi quis à proprio. vbi dicitur, ꝙ primas, vel concilium deponit epiſcopum. Sed illud fuit de licentia Papæ. Vel loquitur ſecundū ea tempora qū

2 Vt B. & H. & idē not. 12. diſt.c.2.

Digitized by Google

cauſæ epiſcoporum non deferantur ad ſedem apoſtolicam. 19. diſt. ſi Romanorum. ſæ ſolo Romano Pontif. reſeruātur: qui vice Petri apoſtoli omnib. principatur, & caput eſt omnium aliorum. a ¶ Vo-

QVāuis.] CASVS. Quæſitum fuit à Papa, vtrum comprouinciales epiſcopi, vel archiepiſcopi vel primates poſſent diffinire cauſas criminales epōrum. & rñdetur. q̃ non ſine auctoritate ſpeciali Papæ; licet poſſint eas examinare. Sic ſtatutū fuit à tempore Apoſtolorum, & eorum ſucceſſoribus & donec Papa cauſas eorū diffiniat, alij loco eorū non ponantur. Cauſas vero aliorū clericorum, & diffinire & ventilare poſſunt.

MVltū.] CASVS. Anaſtaſius metropolitanus Theſſalonicen. citauit quēdam ſuum ſuffraganeum, vt ueniret aduerſario reſponſurus ille uero non uenit, infirmitatis cauſam prætēdens. conſuluit Anaſtaſius Papā q̃d de eo faciendum eſſet, ſed tamen pendente conſultatione ipſum depoſuit, eo ſolo, quod uocatus non venit. Leo ergo cōmēdat eū in bene factis, ſed ī hoc facto vehementer eum redarguit duabus rationibus. vna eſt quia pēdēte cōſultatione nil debuit feciſſe, ſed expectaſſe quid Papa reſpondiſſet. Alia eſt q̃a & ſi peccatum commiſiſſet propter quod deponi deberet, à ſolo Papa erat deponendus.

a ¶ Infirmitatis.] Hæc eſt iuſta cauſa abſentiæ, ut extra de procura. querelam. quid de hoc iuris ſit, dicam 5. q. tertia cap 1.

DVdum.] CASVS. Orientales epiſcopi in duobus delinquebant, ſcilicet in congregandis cōciliis uniuerſalib & deponendis epiſcopis abſque licentia Papæ. Sed docet Iulius Papa, quod hoc facere non debent: quia concilium & omnes maiores cau-

¶ *Caput hoc in aliquot vetuſtis exemplaribus non habetur, neq; in ipſum adeſt gloſſa.*

Item Eleutherius Papa ſcribens ad Galliæ prouincias. cap. ſecundo.

¶ Comprouinciales, & metropolitani epiſcoporum cauſam audire, ſed diffinire non poſſunt. C. VII.

Iuo. p. 6. c. 316. Pan. l. 4. c. 134. & 136. † *al. prouinciales.*

QVamuis liceat apud comprouinciales†, & metropolitanos, atque primates epiſcoporum ventilare accuſationes, & criminationes; non tamen licet diffinire a ſine huius ſanctæ ſedis auctoritate: ſicut ab Apoſtolis, eorūque ſucceſſoribus multorum conſenſu epiſcoporum iam diffinitiuum eſt. Nec in eorum eccleſijs alij, aut præponātur, aut ordinentur, antequam hic eorum iuſte terminentur negotia. Reliquorum vero clericorum cauſas apud prouinciales, & metropolitanos, ac primates, & ventilare, & iuſte finire licet.

a ¶ Diffinire] *In epiſtola ſequitur*, ſecus quàm prædictum eſt, reliquorum vero, &c. *Superius vero hæc prædicta fuerant*, Finitiua epiſcoporum tantum iudicia huc deferantur, ut huius ſanctæ ſedis auctoritate finiantur, ſicuti ab Apoſtolis, &c. *vſque ad verbum*, Reliquorum.

Item Leo epiſcopus urbis Romæ Anaſtaſio epiſcopo Theſſalonicenſi, epiſt. 82. al. 84. c. 1.

¶ Ante Apoſtolicam cenſuram in cauſis epiſcoporum nō eſt diffinitiua ferenda ſententia. C. VIII.

MVltum ſtupeo frater chariſſime, ſed & plurimū doleo, q̃ in eum, de quo nihil amplius iudicaueras†, q̃ q̃ euocatus adeſſe differret, & excuſationem infirmitatis a obtenderet, tam atrociter, & tam uehementer potueris commoueri; præſertim cum etſi tale aliquid mereretur, expectandum tibi fuerat, quid ad tua conſulta reſcriberem. *& infra.* ¶ Sed etiam ſi quid graue, intolerādumq; geſſiſſet, noſtra expectanda erat cenſura, ut nihil prius ipſe decerneres, quàm quod nobis placeret, agnoſceres. Vices enim noſtras ita tuæ credidimus charitati, vt in partem ſis vocatus ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. Vnde, ſicut multum nos ea, quæ a te pie ſunt curata, lætificant; ita nimirum ea, quæ perperam ſunt geſta, contriſtant.

† *al. indicaueris.*

Item Iulius Papa Orientalibus epiſcopis, epiſt. 1.

¶ Præter ſentētiā Romani Pontificis, nec concilia celebrari, nec epiſcopum damnari oportet. C. IX.

DVdum à ſanctis Apoſtolis, ſucceſſoribusq; eorum in antiquis† decretum fuerat ſtatutis, quæ hactenus ſācta & vniuerſalis Apoſtolica tenet eccleſia, non oportere præter ſententiam† Romani Pontificis concilia celebrari, nec epiſcopum damnari, quoniam ſanctām Romanam eccleſiam primatem omnium eccleſiarum eſſe

† *al. præfatis*] orig. Cap. l. 6. ca. 287. † in uulgatis legebatur *conſcientiam*.

Chriſtus eccleſię Romanæ primatū dedit.

a ¶Voluerunt.] Sic ergo concilia dederunt primatem Romanæ eccleſiæ: quod verum eſt ſecundario: ſed Ipſe Chriſtus principaliter, vt 21.diſt.quamuis.17.di. § hinc etiam.& 9.q.3.aliorum.

ALIQVANDO. Hæc eſt 2.pars q.1.qua dicitur, quòd quan-

ad ordinem ſint canonicè deſtituti, & alij eis legitime ſubſtituti, qđ ſi hoc non vult, mittat Romā duos de expulſis, & duos de ſubrogatis cū legato eccleſiæ ſuæ, vt ibi ueritas ſuper hoc negocio cognoſcatur: qōne tñ de ſede metropolitani reſeruata, do nec inter Salomonē & Carolum pax refermetur.viu ſi de hoc ipſo velint cognoſci, mittant Romam quatenus Apoſtolico libramine, quæ ſit archiepalis eccleſia innoteſcat vt deinceps nulla poſſit dubitatio remanere.

b ¶Suffraganei.] id eſt, pro ſuffraganeis ſunt habendi: quia ille fuit in poſſeſſione, & ita erit vſq; ad ſnīam 16 q 4. volumus. Et ita non eſt hic ar interlocutoriā non obeſſe. Vel dic, quod ideo nō obeſt, quia agebai ad hoc. ſed de hoc ſolum an epiſcopi eſſent iuſte deiecti 1. an crimen ab ipſis commiſſum eſſet deiectione dignū arg. ad hoc inf. e cap ibi, nihil enim quæro, & cap. quod interlocutoria non obſit, habes. ff de his qui ſui vel alieni iuris ſunt l.pen.2.& extra de or. co. cum dilectus. Nō.n.quid quid iudex profert, eſt habendū pro ſententia, C.de ſent.& interloc om iud.ex. ſtipulatione.& C.cōminationes & epiſtolas.l.1. tñ per interlocutoriam bene aliquid determinat, & trāſit in rē iudicatam, ſicut diffinitiua ſnīa, vt extra de electio cum dilectus in

voluerunt [a]: Et ſicut B. Petrus Apoſtolus primus fuit omnium Apoſtolorum; ita & hæc eccleſia ſuo nomine cōſecrata (Domino inſtituente) prima, & caput ſit cæterarū; & ad eam, quaſi ad matrem, atq; apicem omnes maiores eccleſiæ cauſæ, & iudicia epiſcoporum recurrant; & iuxta † eius ſententiam terminum ſumant: nec extra Romanū quidquam ex his debere decerni Pontificem.

† *al. eiuſq; iuſta ſententia.*

2 *Aliquando inconſulto Romano Pontifice pleriq; epiſcoporum damnati inueniuntur, & alij in eorum locum ſubrogati, quorum damnationem, et ſubrogationem pro bono pacis ex diſpenſatione toleraſſe legitur eccleſia.*

Vnde Ioannes Papa Salomoni tertio & ultimo Regi Britonum.

Regino lib. 2. Chron.

¶Quorundam epiſcoporum depoſitionem extra cōſcientiam Romani Pontificis factam pro pace tolerauit eccleſia. C. X.

HÆc quippe eſt ordinatio Dei, patris tui, & hæc eſt lex eccleſię matris tuæ, videlicet, ut omnes epiſcopos regni tui ad Turonenſem archiepm mittere non detrectes, ipſiuſq; iudicium poſtulare non dedigneris. Ipſe enim eſt metropolitanus, & omnes epiſcopi tui regni, ſuffraganei [b] eius ſunt: ſicut conſcriptiones prædeceſſorum meorum euidenter oſtendunt: qui prædeceſſores tuos, quia illos ab ipſius cura ſubtraxerāt, forti inuectione corripere ſtuduerūt, quamuis nec noſtra ſcripta ſuper hac remiſſa deeſſe videantur. Cumque coram deſignato Turonicæ eccleſiæ prēſule, & integro numero collegarum, ideſt duodecim epiſcoporum celebrato conuentu fuerint eiecti epiſcopi regulariter examinati, apparueritque, ꝙ canonicè fuerint eiecti, ipſis in ſua deiectione manentibus, qui in locis eorū cōſecrati ſunt, potuerunt vtiq; epiſcopatus honore potiri, Quod ſi epiſcopi eiecti inſontes fuerint declarati, his amotis [c], qui illis ſubro-

Snīa interlocutoria n.ta obſit.

1 Ad hoc Dñicus de S Gemin 2. ſi Papa in fi. de priuilegijs, in 6.

2 Si Iudex pronunciat iſtū dīe præſtare alimenta filio, hunc non fit iō ꝓiudiciū qn poſſit cognoſcere an filius ſit. Arc.

quandoque pro bono pacis, & pro uitando ſcandalo ſuſtinet Papa epiſcoporum depoſitiones, dum tñ aliàs cauſa ſubſit pro qua poſſent deponi a Papa, & hoc probatur per c.ſeq. io. de Fant.

CASVS. Dictum eſt ī in multis. c. ꝙ ſolus Papa debet epiſcopus deponere, alioquin quod factum erit irritabitur: nunc oſtendit Gra. ꝙ multoties Romana eccleſia ab alijs depoſitos & alios loco eorum ſubſtitutos pro bono pacis tolerauit. quod probatur ſeq.c.

IVdicet ille.] CASVS. Docet Amb. in hoc c. ꝙ null⁹ iudex, niſi bon⁹ ſit, debeat alios iudicare: cum iudex non debeat eſſe criminoſ⁹, nec leuitate, vel odio debeat ad pronunciandum adduci: & ſi rãcorem, vel amorem habeat aduerſus alterum litigatorum, in cuius partem voluntas ſenſualitatis declinaret, nõ obediat tũc propriæ voluntati: ſed ſecundum leges, & ſicut audit, & natura negotij ſe habet, decernere debet, & iudicare. [De domo,] id eſt de corde ſuo.

c ¶Condemnet.] id eſt, dignum ſit condemnatione.

d ¶Nullo odio.] 11. q.3. quatuor. ADDITIO. & 23.q. 4. vindicta, in princ. Hu. & dicit B. ad Eugenium. de vultu illius iudicium meũ prodeat: opto cui in ſit amor, errorabſit, & perturbatio.

e ¶Voluntatis] Sed nonne iudex poteſt ſm quod ſibi iuſtũ vr̃, vt ff de arb. qualem, & ex ſnĩa ſui animi æſtimabit qd aut credat, aut parũ eſſe probatum videatur, vt 4.q.3. ſæpe & potius dẽt iudex ſequi ſuam opinionẽ quam conſilium aliorum, vt ext de conſu. ad noſtram. Sed dico, ꝙ tenetur ſequi opinionem ſuam, ſed non voluntatem. quandoque tamen ſequitur opinionem aliorum potius quam ſuam, vt ext. de app. cum ceſſante.

f ¶Audit.] Arg ꝙ ſm allegata eſt procedendum, vt ff. de off. præſi. illicitas. §. veritas. & 2.q 1. Deus omnipotens. inf 11.q.3. illa. & c ſummopere. & c. ita. & c. tunc vera. & 6.q.2. ſi tantum, & c. placuit. Sed contra. 3.q.5 nullũ. & c iudicantem. contra, inf. ea poſtulatus. contra. Sed ſecundum Hugo. delegabit cauſam, ſi conſcientia non concordat allegatis. ſed ſecundum alios poteſt determinare ſecundum allegata: quia aliud facit aliquis in eo quod iudex eſt: iſtud in eo quòd homo eſt, vt 23. q 4 ſi eccleſia. & ſic iudicare poteſt 2, ſecundum conrum delicta non poteſt diluere. Et hoc probat 5. rationibus. Prima eſt ibi, [Cunctis enim.] Secunda ibi, [Victimę.] Tertia ibi, [Hinc eſt.] Quarta ibi, [Dona.] Quinta ibi, [Item longa eſt.]

Iudex opin. ſuam potius quã aliorum ſequi debet.

2 Id eſt, dẽt ſm Inn. ext. de cẽſi. venerabili. in gl. 1. ver. ĩndeo: quia qñ. &c.

g ¶In grauibus.] Notandum, ꝙ imputatur alicui, ſi malum nuncium, vel ſtultum procuratorem miſit. vt ff. cõmo. argentum. ff. de mino. cum mandato. arg. ff. de pup. cum ſi exhibuiſſent. & ext. de ap. ſæpe, in prin.

h ¶Prouocatur.] Ex vitæ merito non põt malus ſacerdos dimittere peccata iudex officio poteſt. 15.q. vl. c. vl. Et ait hic orationes malorum his pro quibus orant nocere. 1.q.1. fertur, & c. neceſſe. & c. non nocet. 61.d. miramur §. ſicut. Sed contra. 1.q.1. prophetauit.

i ¶Quid.] Quia Deus non conſiderat datum, ſed affectum

Orationes malorũ non nocent.

Digitized by Google

ctum offerentis, vt 24.q. 1. odi, & proieci. qñque tamen conſiderat quid offeratur, vt 19.d.c.vlt. quandoq; conſiderat pro quo offeratur, vt 1.q.2.dictum.

POſtulatus.] CASVS. Iudæi quadam muliere in adulterio deprehenſa poſtulauerunt à Chriſto, vt de ea iudicaret, an eſſet lapidanda ab eis: vel non: quos redarguere volens, & repellere ab accuſando, ſcripſit in terra ſe inclinando: ſi quis ſine peccato eſt, primus in illã lapidem mittat vel terra terrã accuſat. Ipſi autem ſcripturam legentes confuſi exiuerunt de templo vnus poſt alium. In quo facto nos figutaliter docuit, ꝙ cum alios accuſare, vel reprehendere, vel iudicare volumus, ad conſcientiam recurramus: & quid ĩn ea conditori placeat, examinemus: iuxta auctoritatem Apoſtoli dicentis: Fratres, ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui ſpirituales eſtis, &c. Sequens c. planum eſt.

¶Hinc eſt enim, ꝙ ſcriptum eſt: [Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; ad Caim autem, & ad munera eius non reſpexit] Dicturus quippe, quia Dominus reſpexit ad munera; premiſit ſolicite, quia reſpexit ad Abel: Ex qua re patenter oſtẽditur, quia nõ offerens à muneribus, ſed munera ab offerente placuerũt. ¶[Dona quippe iniquorum non probat altiſſimus, nec reſpicit in oblationes eorum nec in multitudine ſacrificiorum eorum propitiabitur peccatis] *Item.* ¶[Longè eſt Dominus ab impijs, & orationes iuſtorum exaudiet.]

Gen.4. *Eccle.34.* *Prouer.15.*

a¶Dona.] H*ac non leguntur ibi apud B. Gregorium: ſunt tamen Eccl.c.34. & repetuntur infra.14.q.5. c.ſcriptum.*

Item Beda in c.8. Ioannis de iudicio adulteræ.

¶ Primum noſmetipſos, deinde proximos debemus corrigere. C. VI.

POſtulatus Dominus iudicare de peccatrice, nõ ſtatim dat iudicium, ſed prius inclinans ſe deorſum, digito ſcribebat[a] in terra; ac ſic demum, quam obnixe[b] rogatur, iudicat; nos videlicet typicè inſtituens, ut cum quælibet proximorum errata conſpicimus, non hæc ante reprehendendo iudicemus, quàm ad conſcientiam noſtram humiliter reuerſi, digito eã diſcretionis ſolerter exculpamus, & quid in ea conditori placeat, quidve diſpliceat, ſedula examinatione dirimamus, iuxta illud Apoſtoli; [Fratres, ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto[c], &c.] *& infra.* ¶Qui ſine peccato eſt veſtrum, ideſt, primo vos ipſi iuſtitiam legis implete, & ſic innocentes manibus, & mundo corde ad lapidandam ream concurrite.

Gal.6. *Io.8.*

Item Auguſtinus ad quendam comitem.

¶*In vetuſta impreſſione epiſtolarum B. Auguſtini extat epiſtola longiſſima ad Iulianum comitem: in recentioribus autem omnium operum editionibus habetur quarto tomo ſub titulo de ſalutaribus documentis in cuius libelli cap. 52. eſt hoc caput.*

¶Sacerdos primum ſua peccata, deinde aliena detergat. C. VII.

SAcerdos[d], ut ſapiens; & perfectus medicus, primum ſciat curare† peccata ſua, & poſtea[e] aliena vulnera detergere, & ſanare; & non publicare[f].

Anſ.l.7.c.101. *† al. diluere.*

Item in Euãgelio ſal infatuatum ad nihilum vtile eſſe dicitur, niſi ut proyciatur foras, et ab hominib. cõculcetur. [¶*Ex quibus oĩbus datur intelligi ꝙ criminoſus, alterius criminis iudex eſſe non poteſt: & ſeipſum condemnat, dum in alterius crimen ſententiam profert. Sed obijcitur. Saul cũ a Domino eſſet reprobatus, populũ Dei iudicabat, & eius iudiciũ vniuerſus populus expetebat. Item, Dauid cũ eſſet adulter, & homicida, interrogatus à propheta ſententiam in diuitem dedit: qui ouẽ pauperis rapuit, dicens* [*Iudiciũ mortis eſt viro huic.*] *Itẽ Salomõ*

Matth.5. *1.Reg.15.* *1.Reg.12.* *1.Reg.11.*

a ¶ Scribebat.] Hoc ſ. terra terram accuſat uel hoc, ſi quis ſine peccato, &c. & hic eſt argu. ꝙ ſufficit ſi ſentẽtia ſcribatur in pariete: nam & ibi edicta prætorũ olim ſcribebãtur in albo. ff de iuriſd. om. iud. l. ſi quis.

Snĩa poteſt in pariete ſcribi.

b ¶ Obnixe.] Ideſt, inſtanter.

c ¶ Delicto.] Vos qui ſpirituales eſtis, iudicate huiuſmodi. 50. d ponderet. Argu. ꝙ mali non poſſunt iudicare.

d SAcerdos.] Sic 42. diſt. §. 1.

e ¶ Et poſtea.] Argu. presbyterum poſt pœnitentiam poſſe reſti tui. 50. diſt. de his vero.

f ¶ Et non publicare.] Ea quæ quis ei in ſecreto dixerit, alias deponitur. inf. de pę. d. 6. ſacerdos hodie ponitur in arctum monaſterium ad agẽdam pęnitentiã perpetuam, ut extra de pœ & remiſ. omnis, in fi.

Confeſſionẽ reuelantis punitio.

IN EVANGELIO. CASVS Adhuc probat Gratianus criminoſum iudicem non poſſe iudicare, ſed repellendum eſſe ad inſtar ſalis ĩfatuati. Poſtea obijcit oſtendendo, ꝙ iudices licet ſint criminoſi. tamẽ iudicare poſſunt. Qđ probat quinq; exemplis, ſcilicet Saulis, & Dauid, Salomonis, & Achab, & Phariſæorum vel Scribarum: qui

Digitized by Google

qui omnes licet mali eſſent & peccatores, tamen iudicabant. Ad vltimum dat ſolutionem, dicens quod iudicare poſſunt ex officio eis conceſſo: & ſententiæ latæ ab eis valent donec ab eccleſia tolerantur.

a ¶ Sic & Achab.] 21.q.2. vtilem.

me reconueuire coram eodem iudice, non poſſum eum recuſare in reſpondendo: cum in agendo elegerim ipſum: & eius ſententia lata cõtra me ualet in hoc caſu, licet non ſit meus iudex ordinarius. Nam cuius in agendo, &c. [Arbitriũ,] Ideſt, forũ, uel examen uel iudicium.

d ¶ Iu-

cun amore muliercularum Deos gentium coleret; tamẽ vniuerſa plebs Iſraelitica ad eius iudiciũ confluebat. Sic & Achab[a] quãuis coleret Baal, tamen decem tribus iudicabat. Multi etiã alij tã in veteri teſtamento, q̃ in nouo inueniuntur; quorum uita cum eſſet blaſphemabilis, tamen eorum ſententia, quia ex officio ſuo ſeruata iudiciarij ordinis integritate proceſſit, inuenitur ſeruata. Vnde & Dominus ait in Euãgelio: [Super cathedrã Moyſi ſederunt ſcribæ, & phariſæi, &c.] Hinc liquido conſtat, q̃ mali paſtores, dum ſentẽtia iuſti examinis aliorũ crimina feriũt, ſibi ipſis nocent, dum ſine exemplo ſuæ emẽdationis aliorum uitia corrigere curant: ſubditis uerò proſunt ſi eorum increpatione correcti, vel ſentẽtia coerciti, uitam ſuam in melius commutare didicerint. Ac per hoc, dum ab eccleſia tolerati fuerint, eorum iudicium ſubterfugere non licet. 3. Reg. 16. Math. 23.

QVAESTIO VIII.

QVõd autem [b] epiſcopus ab vno tantum audiri, uel iudicari non debeat, Zepherinus Papa teſtatur epiſtola prima ad epiſcopos Siciliæ, dicens. ſ al. &

¶ Epiſcopus non niſi a pluribus audiatur, & iudicetur. C. I.

ACcuſatores epiſcoporum omni careant ſuſpicione, quia columnas ſuas Dominus firmiter ſtare uoluit, non à quibuslibet agitari. ¶ Nullum[c] namque eorum ſententia a non ſuo iudice dicta conſtringat; quia & leges ſæculi id ipſum fieri præcipiũt. *vt codice lib. ſeptimo, titulo de ſententijs & interlocutionibus omnium iudicũ, l. penultima.* [Cuius in agendo quis obſeruat arbitrium, eũ habere etiam contra ſe iudicem [d] in eodem [e] negotio non dedignetur.) ¶ Iudices duodecim quilibet epiſcopus

Anſ. l. 2. c. 38. Iuo p. 5. c. 245. 5. q. 4. duodecim iudices. Anſ. l. 3. c. 45.

QVod autẽ.] CASVS. Hic intitulaĩ 8. q. qua quærit, an epiſcopus poſſit ab vno tantũ iudicari, vel audiri. Et reſpõdet quod in ciuili põt, & in criminali à Papa vel eius delegato: aliàs non poteſt ab vno iudicari, vel audiri. Sed in accuſatione epiſcopi, debent eſſe duodecim epiſcopi præter metropolitanum; & in accuſatione pſbyteri ſex: in accuſatione diaconi tres, ut inf. 15. q. 7. Felix. & c. ſi autem Finis tamen cauſæ criminalis epiſcopi ſummo Pontifici reſeruatur, ut inf. c. 1. & ſup ea. q. 6. quamuis & c. dudum.

b ¶ Quod autẽ.] Ab omnib. epiſcopis pꝛouinciæ debet audiri cã epi, vt ſu. ea. q. 6. ſi quis epõrum 1. vel 2. 7 ad minus, quos ipſe metropolitanus eligit, uel ipſe reus ſi electos à metropolitano hẽt ſuſpectos. inf. eo. q. 1. c. 1. & tales coepi non ſunt iudices, ſed aſſeſſores: ſicut nec clerici ſunt iudices, qui debent intereſſe, cum eps audit cauſã clerici. 15. q. 7. eps. ar. tñ eſt, q̃d ſũt ordinarij, vt 6. q. 3. ſcitote & ſi Papa delegat cauſam epiſcopi, videtur q̃d eodem modo intererunt 7. epiſcopi. ſup. c ad. q. 6. hæc quippe & 34 diſt. quorundam.

Epiſcopi cã a quibus eſt audienda. 1 Ad idem 6. q. 3. ſcitote. & q 4 ca. 1. 2. 3. & 4. & 9. q. 3 ſalua. Arch.

ACcuſatores.] CASVS. Hoc c. diuiditur in quatuor partes. In prima parte dicit Zepherinus, q̃ accuſatores epõrũ debent eſſe bonæ famæ, & ſine ſuſpicione. In ſecunda parte dicitur, q̃ ſententia à non ſuo iudice dicta, nullum ligat. In tertia parte dr̃, q̃ in accuſatione epiſcopi debent eſſe duodecim epiſcopi, qui ab accuſando ſunt eligendi: & iſti ſimul cum archiepiſcopo cauſam examinabunt: ſed Papæ ipſius depoſitio reſeruetur. In quarta parte dicitur, quod abſens iudicari non debet, niſi ex contumacia fuerit abſens. Secunda pars incipit ibi, [Nullum namque.] Tertia ibi, [Iudices 12.] Quarta ibi, [Abſens.]

c ¶ Nullum.] Magis. extra de iudi. at ſi clerici.

CVIVS IN AGENDO CASVS. Hæc lex non eſt de c. ſed debet legi poſtea: inſerta tamen fuit à Gratiano occaſione illius verbi; nullum conſtringit ſententia à non ſuo iudice dicta: quod verum eſt niſi reconueniatur. Nam ſi ego conueni aliquem ſub iudice ſuo, & ipſe vult

d ¶ Iudicem.] Ex hoc videtur, q̃ clericus poſſit reconueniri coram laicis etiam in ſpiritualibus: niſi clericus paſſus ſit violentiã à laico, vt extra de iure pa. relatum, in fi. & ff de iudic. l. 2. § item ſi extra. Nã qui aliter non põt eſſe iudex, ratione reconuentionis poteſt, vt extra de mu. pet. prudentiam C. de ord. iud. adite. ſic ff. de iur. om. iud. ſi idem. 1. reſponſio. Sed quòd non poſſit reconueniri, eſt arg. extra de iudic. decernimus, &c. quanto. Nam quandoque ceſſat reconuentio 2, dt C. qui legi. perſo. l. vlt. Item in criminibus ceſſat reconuentio, vt inf. ead. q. 11 prius. Item in poſſeſſione repetenda. extra de reſti. ſpolia. ex conqueſtione. extra de ord cog c. 1. & C. de competen. l. vlt quod concedo, & dico q̃ laicus etiam incidenter non poteſt cognoſcere de cauſa ſpirituali. extra. qui filij ſint legi lator. Item videtur q̃d non tenet ſententia lata ſuper altera quæſtione tantum. ff. quando appel. ſit. l. 1. in fin. ff. de var. & extraordi. cog. l. 1. nam iudex vna ſententia vtramque dirimet, vt extra de ord cogni. cum dilectus.

e ¶ In eodem.] Sed nonne eſt alia cauſa reconuentionis quàm

Clericus an poſſit reconueniri corã iudice ſæculari. Reconuẽtio ceſſat in certis caſib. 2 Quia non relatione criminis: ſed purgationis deſinit eſſe accuſatus. ff de publi. iud. is qui. & inf. c. q. 11. neganda 2.

Digitized by Google

quam ſit principale negotium? Vtrumque, vt extra de mu.peti.c.1.& 2.Sed dicitur eadem, quia ijdē ſunt iudices & litigatores: & quia vna ſententia determinādum eſt vtrumque 1.extra de ord.cog.cum dilectus,& quia ſi inhibeť appellatio in vna,& in alia,ext.de mu.pet.c.2. tamen

1 Vñ ſi iudex pronunciaret ſuper cā cōuentionis,& děret pounciare in cā reconuētionis grauaret, & poſſet appellare.ff.quæ ſē. ſi app.l.1.§. vlt. ſm Go. ſed ſnīa tenet ſm Vin. put ipſe no. ext. de mu. pet.c.1.

D E accuſatoribus.] Hæc q.diuiditur in quatuor partes: in quarum prima probat per xij.auct.ſanctorum patrum, ꝙ abſens non debet condemnari, nec abſentes in eū teſtificari,nec illum accuſari: niſi contumax fuerit. Secunda ibi, [De his.] Tertia ibi, [Simul aūt.] Quarta ibi, [Niſi in crimine.] Io de Fan.

CASVS. Hic ponit 9.q.qua quæritur an accuſatores, vel teſtes vocē accuſationis, vel teſtificationis in abſentē valeāt exhibere. Et certe ꝙ non valeant, multorum auctoritatibus comprobatur, & de hoc quid iuris ſit,& in quibus caſib. fallat, plene notatum inuenies in ſumma quæſtionis.& H. plene de hoc tractat in ſumma ſua in hoc loco. Primum capitulum huius quæſtionis eſt planum.

accuſatus(ſi neceſſe fuerit)eligat,a quibus eius cauſa iuſte iudicetur. Nec prius audiatur,aut excommunicetur, vel iudicetur,quam ipſi per ſe eligantur [a],& regulariter vocato † ad ſuorum primo conuentum epiſcoporum per eos eius cauſa iuſte audiatur, & rationabiliter diſcernatur. Finis verò eius cauſæ ad ſedem Apoſtolicam deferatur,vt ibidem terminetur. Nec antea finiatur (ſicut ab Apoſtolis,vel ſucceſſorib.eorum olim ſtatutum eſt.) quā eius auctoritate fulciatur. *& paulo ſuperius.* ¶Abſens verò nemo iudicetur [b]. Niſi ex contumacia abſens fuerit β: quia & diuinæ & humanæ prohibent leges.

† *al. vocatus.*

inf.ea q.9.abſens. Anſ.l.3.c.62.

α ¶Vt codice.] H*inc vſque ad ver.* Iudices *non ſunt in epiſtola Zepherini,neque in vetuſtis Gratiani codicibus.*

β ¶Niſi ex contumacia abſens fuerit.] *Hæc ſunt a pleriſque manuſcriptis, & epiſtola ipſa, & Anſelmo, &* Iuone. I*nfra vero ead.q.9.c.Abſens.habentur tanquam Gratiani verba.*

Item Fœlix epiſcopus dixit in concilio Carthaginienſi 2.c.10.

¶A quot epiſcopis audiatur epiſcopus, qui in reatum inciderit. C. II.

S Vggero ſecundum ſtatuta veterum conciliorum,vt ſi quis epiſcopus(quod non optamus †) in reatum aliquem incurrerit [c], & nimia neceſſitas ei fuerit non poſſe plurimos congregare, ne in crimine remaneat, a duodecim audiatur epiſcopis γ.

15.q.7.Fęlix in cōc. Tribu.c.10. Anſ.l.3.c.46. Burc.l.1.c.149. Iuo p.5.c.262.

† *al.opinamur.*

γ ¶Epiſcopis.] *Quæ hoc loco in capite decimo concilij Carthaginienſis ſecundi adduntur, referuntur inf.15.q.7.c.Fœlix, & ibi notabitur varietas.*

QVAESTIO IX.

D E accuſatoribus [d] *vero, vel teſtib. quòd in abſentem, vocem accuſationis, vel teſtificationis exhibere nō valeant, multorum auctoritatibus liquet †.*

Ait enim Teleſphorus Papa epi.vnica.

ps 1

† Conc.tex. in l. abſentē.C.de acc. & in l.ne di. C.de pœn.

d ¶De accuſatorib.] Secundum leges de crimine nunquam proceditur cōtra abſentem lite nō cont. ff de pœ. abſentem. niſi in caſu cōtra apparitores, vt C. de pęne diu pro contumacia aūt adnotanť bona ei⁹, & expectatur per annū: & ſi intra annū non venerit, poſtea bona deuoluūtur ad fiſcum nec ſuper bonis auditur, ſed bene audiť: ſuper crīe, vt C.đ requi.reis.l.2. Si autē intra annū veniat, bona recuperat ſi velit iudicio ſtare. Si aūt lis eſt conteſt.& liquet de cā in maiorib.criminib. nunquā procediť cōtra abſentem: imò auditur quantumcunque venerit, vt ff.de requir.reis, annus 2.ſed in minoribus quæ pœnam relegationis, vel damnum exiſtimationis continent,bene proceditur contra abſentē.ff.de pę. abſentem. fallit C de adul.q̄uis, inf.c.decernimus. Secūdum canones diſtinguit H an liqueat de cauſa,an non. Si liquet de crimine,pōt condemnari abſens.3.4 q.5.c 1.& 24.q.3.de illicita.Si non liquet,eſt excūmunicandus,vt 11.q.4 rurſus.&c. quicunque. in hoc tñ peccat H. quia non diſtinguit an lis ſit conte. vel non:nam ſecundum eum non refert an lis ſit cont.vel non.Ego tamen dico, ꝙ cum lis eſt. conte.& liquet de cauſa,locum habet illud,c. decernimus. Sed ſi lis non eſt conte.vel eſt conte. ſed nō liquet de cauſa,locus eſt illius,c.rurſus & c.quicunque.nam ante lit cont nunquam ſunt recipiendi teſtes in crimine.ext vt lit.non cont.ad hoc Deus.niſi aliquid ſpeciale dicamus de dilapidatione, vbi publica commoda periclitantur,vt ſu.e.q 2.q ea.& C.de pę.ne diu.

Abſens in crīali pōt in bonis puniri

2 Sed ibi doli. cōt. nihil dř:ſed ita intelligitur p doct Bart.

Abſens an poſſit condemnari.

3 Adde ad hanc qōnē. no. in l.ſeruū.§. publice. ff. de pro. & in l. 2. C. de req.re.

Teſtes li nō conteſt poſſunt qñque recipi.

tamen Papinianus qui hanc legē edidit,intellexit, ꝗa ſi tu me cōuenis actione mādati, ego te poſſum reconuenire cōtraria mādati: alias nō, C.de ſent & interloc.cū Papinianus. ſed Iuſtinianus auxit intellectum eius per aut.ad omnes cauſas.C.eo.tit. auth.& conſequenter.

a ¶Eligantur.] idest, conueniantur.

b ¶Iudicetur.] Sed propter contumaciam excommunicatur:inf.eo.q.9.abſens, & c.decernimus.

S Vggero.] CASVS. Dř ꝙ cum epiſcopus accuſatus non poteſt congregare omnes epiſcopos de prouincia: ne in crimine, idest, ſuſpicione remaneat, cauſa eius a duodecim epiſcopis audiatur.

c ¶Incurrerit.] Sed ſi nō ſint tot epiſcopi in prouincia: aduocabit vicinos, vt 65.d.ſi forte.& 6.q.4 c 1.2. Alioquin metropolitanus, vel epiſcopus non poſſet audire cauſam criminalem clerici: cum non ſint tot epiſcopi in prouincia.15 q.7.Fœlix.

Digitized by Google

Nullo enim priuilegio gaudere debet, qui male adminiſtrando ſuos contubernales affligit, vt C. de ratioci. l.2. 1. Idem eſt in cauſa inquiſitionis: quia teſtes recipiuntur lit. non conteſt. vt extra vt lit. non conteſt. quoniam frequẽter. Item vbi qs infamatus deficit in purgatione.

1 Et ſic dẽt intelligi ext. đ do. & cõt. veritatis ſm L. vbi plene de hoc. Arc.

punit lit. non cont. vt ext. de purg. cum Petrus. extra de ſim. de hoc. Item in hæreſi poſt mortem, vt 24. q. 2. ſane profertur. Sed in cã ciuili non proceditur lit. non conteſt. niſi in caſib. qui ſunt extra vt lit. non conteſt. quoniã frequenter. Item in cauſa appellationis, vt C. de temp. ap. l. vl. extra de app. ſæpe & 2. q. 6. ei qui. Item in abſentia actoris, vt extra de do. & cont. cauſam, quæ eſt hodie correcta per dec. qm̃ frequenter. ſicut credo. C. qũo & qñ iudex. authen qui ſemel. Item vbi agitur iudicis officio. C. ſimi. ſe ab hæ. abſti. in auth. ibi poſita. ff de min. in cauſæ. §. cauſa. Itẽ in cauſa ſurreptionis. ext. de ſent. & re iu. cũ olim. Itẽ ſm quoſdam in cauſa libertatis. C. de inge. ma. diffamari. Itẽ in petitione legati, vel fideicõmiſſi Ar. C. de vſu. & fru. lega. vel fideicom. l. 2. Itẽ in Trebellianica reſtitutione. C. ad Trebel. l. pen. § cum autem. Item cum electus nõ comparet. extra de elect dudum 1. in fine. Aliàs nunquam ferenda eſt ſententia ante lit. conteſt. ſed proceditur contra abſentem, prout traditur extra vt li. non conteſt. quoniam. in fi. Quod dicitur de officio iudicis, hodie certum eſt. ext. de offi. iud. c. vlt.

te. & ff. loc. item quæritur. §. exercitu. Arg. contra ext. vt lit. nõ cont. qm̃ §. ſi vero 2. nam ibi dr̃, ꝙ ẽt in cauſa matrimonij nõ eſt procedendũ contra abſentẽ, licet nõ inueniatur: qa põt eſſe ꝙ habeat iuſtam cauſam abſentiæ nec etiam videtur contumax qui vocẽ præconis nõ audiuit

a Vbi de hoc ext. de exce. pręla. ex li̇̃s & videas qđ ibi no. Inno. ad huius declarationem Arch.

¶Niſi reo præſente accuſator non audiatur.

C. I.

ACcuſatori omnino non credi decernimus, qui abſente[a] aduerſario cauſam ſuggerit, ante vtriuſque partis auſtam diſcuſſionem.

Anſ. l. 3. c. 12. & 97. In reſcripto Iulij, c. 24. In conc. Carth. 4. c. 30. In ca. Had. c. 53. In ca l. 7. c. 219. Burc. l. 16. c. 14. Anſ. l. 3. c. 27. Iuo p. 5. c. 319.

Item Eleutherius Papa in epiſt. ad epiſcopos Galliæ.

¶Abſente aduerſario ſententiam ferre non licet. C. II.

CAueant[b] iudices eccleſiæ; ne abſente eo, cuius cauſa ventilatur, ſententiam proferant; quia irrita erit †: imo etiam & cauſam[c] in ſynodo pro facto dabunt[d]. Proditoris vero nec calumnia, nec vox audiatur.

† Conc. tex. in l. ea quæ. & ibi gl. cũ conc. C. qũo & qñ iud.

Item Calixtus Papa, epiſt. 2. ad epiſcopos Galliæ.

¶Reo abſente accuſator non audiatur. C. III.

ABſente eo, quem accuſare voluerit quiſpiam †, accuſatori non credatur, quia ſine ſcripto difficile[e], per ſcriptum autem numquam recipiatur: quia per ſcripturã nullus accuſare, vel accuſari poteſt; ſed propria voce, & præſente eo, quem accuſare voluerit, ſuam quiſque agat accuſationem.

ſup. 2. q. 8. c. 1. Anſ. l. 3. c. 55. Burc. l. 1. c. 191. Iuo p. 5. c. 289.

† *al cuicũq. accuſatori.*

Item Cornelius Papa ad Rufum, epiſt. 2. c. 2.

¶Quæ in abſentes geruntur, omnia euacuentur. C. IIII.

OMnia, quæ aduerſus abſentes[f] in omni negotio, aut loco aguntur[g], aut iudicantur, omnino euacuen-

Anſ. l. 3. c. 62.

a ACcuſatori.] ¶ Qui abſente.] Quia merita cauſarum. & C. ſi per vim vel alio modo. l. vlt. nec ẽt in cauſa reſtitutionis auditur quis volens de iure ſuo docere in abſentia alterius partis, vt ext. de off. delegat. conſultationibus.

ADDITIO. Ext. de in integ. reſt. cum ex literis. Arch.

CAueant.] CASVS. Quæſitum fuit ab Eleutherio, an iudices poſſint ſententiare contra abſentem non ex contumacia. Et reſpondet ꝙ nõ: & ſi tulerint, irrita erit ſententia ipſo iure: vel per ſententiam irritabitur: & iudices pœnam ſuſtinebunt: & eius qui ſemel calumniatus eſt, accuſatio non audietur.

b ¶ Caueant.] Arg. eſt hic pro opinione illorum, qui dicunt, ꝙ ſententia nulla eſt cum peremptorio non venit ad notitiam abſentis. C. qũo & qñ iud. l. ea quæ & ff. quę ſen. ſine app. reſcin. l. 1. §. cum ex edicto. ſed ibi non peruenit: quia nec propoſitum fuit. vnde ſm pleroſque bene tenet ſententia. licet peremptorium non venerit ad notitiam rei ſed hic expones irrita .i. irritanda. Vnde ſatis videtur ſufficere ſi abſens ſufficienter ſit requiſitus, ad hoc vt poſſit ferri ſententia, licet non ſit inuentus, vt extra de do. & cont. cauſam, extra de cler. non reſcid. ex tuæ arg ad hoc. 7. q. 1. præſentiũ. C. de iud. properandũ. § & ſi quidẽ. ff. de eu. ſi ideo, & l. ſi dictũ. § ſi præſen-

Snĩa lata cõtra eum ad quẽ citatio nõ puenit, an valeat.

diuit. ff. de in inte. reſt. l. pen. & vlt. Hoc tñ certũ eſt, ꝙ ſiue peruenerit ad eum citatio, ſiue non: ſi probauerit iuſtam cauſam abſentiæ, retractatur id quod factum eſt, vt extra de ſent. & re iud. cum Bertholdus. Ioan. Hoc teneas ꝙ ſufficit ſi citetur aduerſarius publicè ad domum vbi conſueuit morari, vt extra de do. & contu. cauſam. & c. vlt. & ſi non veniat li. non cont. fiat miſſio in poſſeſſionem. vel excommunicabitur, vt extra vt lite non conteſt tuæ. lite vero conteſt. 3. ad ſententiam proceditur, vt C. de iud. properandum. §. & ſi quidem. & §. ſin autẽ. & ſi poſtea veniat aſſignando iuſtam cauſam abſentiæ, retractabitur quod factum eſt, vt ext. de ſent. & re iud. cum Bertholdus B.

3 Hoc intellige vt not. ext. de dolo. put. & đ ap. ſæpe & c. ꝑtuas. & not. Ho. in ſum. de iud. §. idẽ & poſt 5. q. 1. ſed ſi. Arc.

c ¶ Cauſam] Ideſt, pœnam.

d ¶ Dabunt.] Ideſt, pœnam.

ABſente.] CASVS. Quæſitum fuit ab Eleutherio, an abſens poſſit accuſari & an abſens poſſit per epiſtolam accuſare. Et reſpondet ꝙ nõ: ſed reo præſente & voce propria, & in ſcripturis: niſi in caſibus exceptis.

e ¶ Difficile.] .i. non, vt 2. q. 6. biduum. vel difficile .i. vix: quia in caſibus fit accuſatio ſine inſcriptionis vinculo, vt no. 2. q. 8. in prin.

OMnia.] CASVS. Quæſitum fuit vtrum teſtes recepti contra abſentem, vel ſententia lata contra abſentem ũaleant? Et reſpondet quod non quia nulla lex damnat abſentem.

f ¶ Abſentes.] Non per contumaciam, & in caſibus exceptis in ſum. 10.

g ¶ Aguntur.] Nota etiam ꝙ geſta, quæ fiunt abſente altero, non valent, vt inſ cad. chartæ. & ſup. ea caueant.

a ¶ Addi-

Digitized by Google

tur: quoniam abſentem nullus, addicit [a], nec ulla lex mandat.

Item Marcellus Papa ad Maxentium, epiſt. 2.

¶Non iudicetur, qui præſentialiter non accuſatur, vel conuincitur. C. V.

NOn oportet quenquam iudicari, uel damnari; priuſquam legitimos habeat præſentes accuſatores, locũque [b] defendendi accipiat ad abluenda crimina.

Item Damaſus ad Stephanum archiepiſcopum, epiſtola 3. cap. 8.

¶De eodem. C. VI.

Anſ. l. 2. c. 39. Iuo p. 6. c. 347.

HAbetur quoq; in decretis ſanctorũ patrum ſancitũ, non fore canonicum quẽquam ſacerdotum iudicare, vel damnare; antequam accuſatores canonicè examinatos [c] præſentes habeat, locumq; defendendi accipiat, id eſt in ducias [d] eccleſiaſticas ad abluenda crimina.

[*Idem Damaſus ibidem continenter.*

PALEA. C. VII.

Anſ. & Iuo ibi. † *al. prima*

NEc extra propriam α fiat prouinciam primo† diſcuſſionis accuſatio, ſine Apoſtolica præceptione; cui in omnibus cauſis debet reuerentia cuſtodiri: quoniam & antiqua docet hoc patrum regula, in qua & Imperialiter pariter ſtatuta concinunt. Criminum, inquiunt, diſcuſſio ibi agenda eſt, vbi crimen admiſſum eſt. Nam alibi criminum reus prohibetur audiri. Et alibi in canonibus præcipitur: [Quæcũq; negocia in ſuis locis, vbi orta ſunt, finiẽda ſunt.] & reliqua talia, & his ſimilia: ſalua tñ in omnib. Apoſtolica Auctoritate, ut nihil in his definiat, priuſquã ei placere cognoſcat, qua omnes ſuffultos eſſe oportet.

Cod. vbi de cri. agi opor. l. 1. & in cod. Theo. l. 9 tit. 1. in expoſitione legis x.

α¶Propriam.] *Sic eſt emendatum ex epiſtola ipſa, Anſelmo & Iuone. Antea legebatur*, Nec extra patriam fiat prouincia. *Addita autem & nonnulla ſunt ex epiſtola.*

Idem ad epiſcopos Italiæ, epiſt. 6.

¶De eodem. C. VIII.

Anſ. l. 3. c. 57. Iuo p. 6. c. 348.

QVi accuſare alium elegerit; præſens per ſe, & non per alium accuſet, inſcriptione videlicet præmiſſa [e]. Neque vllus unquam iudicetur, ante quam legitimos accuſatores præſentes habeat, locumq; defendendi accipiat ad abluenda crimina.

Et in Vuormacienſi, c. 42.

Itam ex concilio Toletano 6. c. xi.

¶De eodem. C. IX.

Burc. l. 16 c. 5. † *al. quiſquis* † *al. dedicetur*] *al. deputetur.*

DIgnum eſt, ut innocens [f] vita nulla maculetur pernicie accuſatorum, ideo ſi quis† à quolibet criminatur, non ante accuſatus ſupplicio detur, quàm accuſator præſentetur, atque legum, & canonum ſententia exquiratur. Quod ſi indigna ad accuſandum perſona inuenitur, ad eius accuſationem non iudicetur: niſi β ubi pro capite regiæ maieſtatis cauſa verſatur.

β¶Niſi.] *Hæc ſunt addita generali.*

Item Bonifacius Papa ad Gallos, epiſt. 2.

¶Sententia feriatur, qui cauſæ ſuæ negligit adeſſe. C. X.

Anſ. l. 3. c. 38. Burc. l. 1 c. 161. Iuo p. 5. ca. 271. & par. 6. c. 338.

DEcerni-

a ¶ Addicit] Ideſt punit.

NOn oportet.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ nullus debet damnari niſi legitimi appareant accuſatores, & præſentes: & tunc locus defendendi accuſato præbeatur, ideſt, induciæ dentur ad delenda crimina. Idem dicitur in ſeq. cap.

b ¶ Locumque.] Ideſt inducias, vt inf. c. prox.

c HAbetur.] ¶Examinatos.] Hoc cum ſint ignoti, vel ſuſpecti, vt 2. q. 7. q̃rendum.

d ¶ Inducias.] Argu. ſentẽtiam non valere niſi præceſſerint legitimæ induciæ. ext. de dil. dilecti. & 5. q. 2. vocatio.

QVi accuſare.] CASVS. Dicitur hic ꝙ qui vult alium accuſare, debet præſens hoc facere, & nõ per procuratorem, vt reo reſeruetur copia defendendi.

e ¶ Præmiſſa.] Inſcriptio enim ſemper p̃cedit accuſationem 1. vt ext. de acc. qualiter 1.

DIgnũ.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ non debet aliquis accuſari niſi præſens fuerit accuſator: qui examinari debet, ſi eſt idoneus ad accuſandum.

1 De hoc nouo. 2. q. 8. in ſum.

f ¶ Innocentis.] Sanctius eſt enim nocentem impunitum relinquere, quàm innocentem condemnare, vt ff. de pœ. abſentem.

DEcernimus.] CASVS. Maximus Valentinæ ciuitatis epiſcop' fuit de multis criminibus accuſatus poſt litem conte. multoties citatus non venit, ita quod cauſa nõ poterat terminari. præcipit ergo Papa epiſcopis Galliæ, vt ante Kalendas Nouẽbris ſynodo congregata illum citent. & ſi venire noluerit, ferãt ſententiam in illũ tãquã in contumacem: nec curent ſi omnia deli

Digitized by Google

ćta non comprobentur, cum per ſuam contumaciam videatur de omnibus confiteri. Quidam tamen dicunt ꝙ iſte fuerat infamatus, & procedebatur contra eum in modum inquiſitionis. Sequens c. planum eſt.

appellauit ad ſed. apo. ſed impediebatur appellationem proſeqni, vnde Papa ipſũ archiepm reprehendit, & præcipit ei, ꝙ ſi poſt excommunicationem ſuam appellationem voluerit proſequi nullus eius iter impediat.

g ¶ Monemus.] i. mandamus. 2. q. 1. notum ſit. 28. q. 1. ſic enim.

mus † [a] veſtram† debere intra prouinciam eſſe iudicium, & congregari ſynodum ante diem Kalendarum Nouembrium: vt ſi adeſſe voluerit [b], præſens, ſi confidit, ad obiecta reſpondeat: ſi uero adeſſe neglexerit, dilationem ſententiæ [c] de abſentia non lucretur. Nam manifeſtũ eſt [d], cõfiteri eum de crimine, qui indulto, & toties delegato iudicio purgandi [e] ſe occaſione non utitur. Nihil enim intereſt, utrum in præſenti examine non omnia α [f], quæ dicta ſunt, comprobentur; cum ipſa quoque pro † confeſſione procurata toties conſtet abſentia.

† *al. Decreuimus.*
† *al. veſtrum.*
† Antea legebatur. *profeſſio ex procurata.*

α ¶ Non omnia.] *In originali, & apud cæteros collectores, & in vno peruetuſto Gratiani codice eſt*, omnia: *quia idem ſenſus elicitur, & adeſt gloſſa, non eſt mutatum.*

Item Fœlix Papa ad epiſcopos Galliæ, epiſt. 2.

¶ Abſentes nec accuſari, nec iudicari poſſunt. C. XI.

ABſente aduerſario non audiatur accuſator, nec ſententia, abſente alia parte, a iudice dicta ullam obtineat firmitatem †.

& in capit. Hadriani c. 4. Poly. l. 5. tit. 1. Anſ. l. 3. c. 7. Iuo p. 5. c. 248. & p. 6. c. 331. Pann. l. 4. c. 54.

† Concor. tex. in l. abſentẽ. ff. de pœn & in l. ſeruũ. §. publice. ff. de procura.

Item Nicolaus Papa Gallioni archiepiſcopo Seneñ †.

† *al. Senonenſi*

Altera parte abſente, diffinitiua non feratur ſententia. C. XII.

REuera iuſtus mediator non eſt, qui uno litigante, & altero abſente, amborum emergentes lites decidere non formidat. His ita præmiſſis, uolumus & Apoſtolica auctoritate monemus [g], vt ſi pſbyter, de quo agitur, poſt excommunicationem [h] ſuam, Apoſtolicam ſedem adire voluerit, nullus iter eius impedire præſumat.

Sententia habetur in epiſ. Nic. ad epos, qui in Conuicinũ conuenerant, nuper impreſſa.

Item Zepherinus Papa ad epiſcopos Siciliæ. epiſt. 1.

¶ In abſentem non eſt ferenda ſententia. C. XIII.

ABſens vero nemo iudicetur: quia & diuinæ, & humanæ hoc prohibent leges.

Niſi fuerit abſens ex cõtumacia. Pro præſenti namq; eum contumacia [k] haberi facit.

5. q. 8. c. 1. Burc. l. 16. c. 19. Anſ. l. 3. c. 62. Iuo. p. 5. c. 243.

Item Nicolaus Papa Gallioni Senenſi † *archiepiſcopo.*

† *al Senonenſi.*

¶ De eodem C. XIIII.

INdicas Her-

a ¶ Decernimus.] Quidam ponunt caſum ſic, ꝙ eps iſte fuit infamatus: & Papa committit iſtis, vt in modũ inquiſitionis procedant, & ſi nõ venerit, vt ſe purget, vel ſi defecerit in purgatione, videtur cõfiteri de crimine. vñ poteſt cõdemnari, vt extr de ſi. de hoc & c. inſinuatum. Vel intelliges ꝙ hic fuit lis conte ſicut in sũma intellexi hoc. Vel non loquitur de diffinitiua ſententia, ſed de ĩterlocutoria, vel excommunicatione 1, vel miſſione in poſſeſſionẽ. Vr̃ tñ ꝙ etiam lit. non conte. ferri poſſit diffinitiua ſnīa, ſed non de crimine, ſed depoſitionis pro contumacia, vt videtur colligi extra de do. & cont. veritatis. Ioan.

1 Pro iſto intellectu facit qđ not. ſup. q. prox. ca. 1. in gloſ. ſed pro contumacia: ſed hunc intellectũ nullum puto. Archid.

b ¶ Voluerit.] Maximus Valentinæ ciuitatis epiſcopus.

c ¶ Snīæ.] Ferendæ cont. ff. de pœ. abſentem. illud & in leges.

d ¶ Manifeſtũ eſt.] præſumptiue, vt ff. de re iud. cõtumacia. §. 1. ſic 34. q. 3. de illicita in fi. Sed vr̃ ꝙ ſemper liqueat de cauſa, quia aut probat actor quod aſſerebat, & tunc condemnandus eſt reus, aut non probat, & tũc eſt abſoluẽdus reus, vt 6. q. vlt. auctor. Reſpond. iſtud obtinet cum vterque eſt præſens, & præterea quod reus abſoluitur, non procedit ex eo ꝙ de cauſa liqueat, ſed quia partium iura sũt obſcura, & in dubio fertur ſentẽtia pro reo, ut inſt de interdi. §. commodum. extra de fid. inſtru inter. in fi. nam quãque actor probat intentionem ſuam, & tamen iudici non liquet de cauſa ff. de re iud. l. Pomponius.

Sententia in dubio fertur pro reo.

e ¶ Purgandi.] Ideſt, oſtendendi innocentiam ſuam, vel cauſam abſentiæ:

f ¶ Non omnia.] Dum tamen illa, quæ probata ſunt, ſufficiant ad condemnationem, & omnia ſimul objiciãtur, vt 23. diſt illud Arg. inf. ea. q. 10. placuit.

REuera.] CASVS. Quoniam conqueſtus fuit de quodam presbytero abſente forte ex iuſta cauſa coram Gallione archiepiſcopo, qui teſtibus receptis ſententiã contra eũ abſentẽ tulit. & quia ſentẽtiæ parere nolebat, dictus archieps excõmunicauit eum, quare ſacerdos ille enim. & no. ſup. 2 q. 7. ſicut inquit.

h ¶ Poſt excõicationem.] Nota, ꝙ excommunicatus appellat. arg. extra de ſententia excom. per tuas.

i ABſens.] Niſi fuerit.] Hæc verba ponuntur in auth. vt omnes obe iu. §. ſi vero: coll. 5.

K ¶ Contumacia.] Sic extra de teſti. in nomine dñi.

INdicas.] CASVS. Hermanus eps fuit furioſus, quod conſtabat apoſtolico, q poſtea homicidium vel aliud ſcelus commiſit, de quo cum ſæpe corã Gallione archiepo accuſatus fuiſſet, appellauit ad Papam. Archieps autem indignatus rogauit Papam, vt de crimine cognoſceret, & ipſum condemnaret. Nicolaus vero dicit, ꝙ non poteſt facere tribulationibus. ſ. qa Hermannus erat abſens,

Digitized by Google

ſens, & quia non dixerat ei qui fuerunt illi exceſſus ſuper quibus accuſabatur. nec vtrum tempore delicti fuerit ſanæ mentis, vel non, & ideo donec iſta probentur, potius eſt ſibi compatiendum, quàm ſit ſnīa feriendus.

a ¶Hermannum.] Iſte in furore occiderat hominem.

b ¶Quia.]

poteo perceperunt 2. large enim ſumitur viſus, ut ibi, Guſtate & videte. & legitur in Exodo, Videbant voces, idest, audiebant, vnde ſi auditu aliqui conſtituti ſunt de aliquorum fornicatione, bene poſſunt de hoc teſtificari, extra de teſtib. præterea. & q̄ de auditu recipiatur teſtimonium, patet extra de teſti. cum cauſa. nam ſufficit qualitercunq; aliqd ſciatur. 22. q. 5 hoc vi. Si ergo aliquis eſt mutus, dū tñ audiat, & ſcribere ſciat, bene teſtificatur, ut C q teſta. fac poſſ. diſcretis. Similiter cæcus teſtificatur, ſi uoces contrahentium hēt notas. Nec obſtat ſi dicas, q̄ cęcus poteſt in voce decipi, vt 27. q. 1. nec aliqua. nam in viſu poſſumus decipi, vt 31. q. 1. q̄uo. & in tactu. 34. q. 2. in lectum.

2 Sequitur Ale de I u o in l bene ad cognitione coln. 6. & ſi cer. pet.

Mutus & ſurdus teſtificari pōt.

† al. Herimannū.

mannum † [a] epiſcopū ſuper quibuſdam frequēter fuiſſe accuſatū: pro quibus (quia [b] ex parte ipſius, perſona deeſt) nos vni parti ad diſcrimen alterius credere ꝓculdubio nō poſſumus: quamuis [c] nec vſq; adhuc, qui fuerint [d] illi exceſſus, dixeris, nec vtrū [e] ſanæ mētis erat idem antiſtes, necne, cum ipſos exceſſus perpetrabat, euidenter oſtenderis [f], ſatiuſq; arbitramur, quamlibet interim infirmitatē ad pęnam peccati, quam ad ipſum pertinere peccatum, cui magis conſulendum [g] ſit, & compatiendum, quàm puniendum, vel aliquo modo feriendum.

Item Calixtus Papa ad epiſcopos Galliæ, epiſt. 2.

¶Teſtes non dicant teſtimonium, niſi de his, quæ præſentialiter, & veraciter nouerunt. C. XV.

Burc. l. 1. c. 171. Anſ. li. 3. c. 55. Iuo p. 5. c. 289. Pann. li 4. c. 93.

TEſtes per quamcunq; ſcripturam [h] teſtimonium nō proferant, ſed præſentes [i] de his, quæ nouerunt, & viderunt [k] veraciter teſtimoniū dicant. Nec de alijs cauſis, vel negocijs dicant teſtimonium, niſi de his, quæ ſub præſentia [l] eorum acta eſſe noſcuntur.

De his ēt, qui audierunt [m], ſi ad hoc cōuocati ſunt, in ciuili cauſa teſtimoniū dicere poſſunt, vt in Authēticis

K ¶Nouerūt] Ergo de ijs, quæ pupillus vidit, nō poteſt eſſe teſtis, quia hæc ætas ignorat quid videat. C. de falſa mo. l. 1. 3.

l ¶Præſentia] Dum tamen intelligant, nā aliter non dicuntur pſentes, vt ff de verb. ſigni. ſi coram.

3 Sed cōt. de conſec. d. 3. placuit de infantibus. &c. ſeq. ubi de hoc 37. d. relatum. Ar.

b ¶Quia.] Prima eſt.

c ¶Quamuis.] Secunda ratio eſt.

d ¶Fuerint.] Et ita non tenebatur venire, ut 5. q. 2. ſi primates.

e ¶Nec vtrum.] Tertia ratio eſt.

f ¶Oſtenderis.] Archieps bene fatebatur, q̄ qnq; fuerat furioſus, ſed tñ dixit eum modo eſſe ſanū, & in ſanitate occidiſſe hoīem, alias tenetur ille potius probare, qui dicat aliquē in furore peccaſſe, vt extra de ſucceſſ. ab inteſt. cum dilectus. & C. de codi. l. non codicillos.

g ¶Conſulendum.] Q. d. ſatis ipſo furore punitur. ſic ſup d. 5. baptizari. ff. de offic. præſid. diuus. iudex tamen diligentiſſime inquiret, an fuerit furioſus: quia multi ſingunt furorem, ut ſic excuſentur, ut ff. de cur. fur. obſeruare. & infra ea. hortamur.

TEſtes.] CASVS. Hoc c. introducitur pro alia parte quæſtionis, ſcilicet quod non debet quis teſtificari contra abſentem. Dr̄ ergo hic per Bene. q̄ Calixtus fuit interrogatus vtrum in cauſa criminali teſtes abſentes poſſent teſtificari per ſcripturam? & reſpondet q̄ non, ſed præſentes dēnt dicere veritatem de ijs quæ viderūt, & nouerunt, & non de alijs negociis niſi de his, q̄ ſunt acta in eorum præſentia. Poſſet etiam hoc intelligi in qualibet cauſa, quia ſemper debet eſſe p̄ſens ille contra quem inducuntur teſtes. Vnde teſtes abſentes non poſſunt per ſcripturā teſtificari, ſed in præſentia partium.

h ¶Scripturam.] Nunquid literæ epiſcoporum non valeant? Non inferendo teſtimonio, quia teſtibus, non teſtimoniis credendum eſt, ut extra de cohab cle. & mul. tua. De hoc notaui. inf. 11. q. 3. curæ 1. arg ff de cuſt. reo. diuus. aliàs extra iudicium ſecus eſt, ut 11. q 3. curæ 71. diſt extraneo.

1 Adde q̄ð not. 12. q. 6. ſtatuēdum. in glo. inſtīm, &c.

i ¶Sed præſentes] Fallit ff. de iureiur. ad perſonas extra de teſt. ſi quis teſtium.

i ¶Sed præſentes.] In cauſa criminali ſemper teſtes erunt præſentes, ſed in ciuili ſeruetur cōſuetudo regionis, vt ff de teſti l. 3. in ſi.

K ¶Quæ nouerunt & viderunt.] idest, aliquo ſenſu cor-

Non intellige præſentem, prout ponitur 16. q. 3. poteſt. ſed intellige præſentem ſiue in eadem domo, ſiue alibi ſit, dum tamen audiri poſſit, ut ff ad Syl. l. 1. §. eo. teſto.

DE HIS. CASVS. ſup in c. teſtes. dictum eſt, q̄ teſtes teſtificantur de iis, quæ viderunt & nouerunt. Nunc autē vult oſtendere caſus in quibus etiam de auditu ferunt teſtimonium, ſi uocati ſunt ad hoc: ſed certè ſi bene inſpiciatur. in l. ſeq. non eſt teſtimonium de auditu propriè. ſed de confeſſione facta in oculis eorum, qui ad hoc vocantur.

m ¶Audierunt.] Plures poſſunt notari caſus ubi ferē teſtimoniū de auditu. Vnus hic. Alius cū probat uoluntas obmuteſcētis vt 26. q. 6 qui recedunt & c. his qui Alius in matrimonio, vt 35. q. 6. de parentela. Alius in probatione periurii. 22. q 5. c hoc videtur. Alius in memoria facti operis, ut ff. de proba. ſi arbiter. Alius extra de teſti. præterea. & extra eo. tit. cum cauſam. Sed certè non concedo, q̄ alicubi ſit teſtimonium de auditu, niſi vbi teſtatur quis q̄ ſic audiuit recitari a maioribus, ut dicitur extra de teſti. quoties & hoc tamē contingit in matrimonio, & in memoria facti operis, licet hodie circa matrimonium illud ex parte ſit immutatum ext. de teſtib. licet 2. niſi quis velit dicere ibi ideo eſſe teſtimonium de auditu, quia melius in talibus comprehendimus per auditum q̄ per viſum. Vnde ſi duo intereſſent contractui, quorum unus eſſet ſurdus, & alter cæcus, unus audiret uerba contractus, alter uideret numerare pecuniam, per illos fortè non probaretur contractus, quia ſingulares extr. de elect. cum dilecti. Sunt tamen hic alia duo ſpecialia, ſ. quod valet confeſſio extra ius ſicut & alibi. extra de exceſſ. prælat. quàm ſit graue & in alio caſu quando quis confitetur ſe debere pecuniam cauſa adiecta, vt C. de non nu pec. generaliter. in caſu qui habetur de ſecūda cautione, quam mulier poſt biennium emiſit. C. ad Velle. ſi mulier, & gñ aliter dicūt quidam ualere confeſſionem factā extra ius, ubi teſtes interſunt rogati. Itē aliud ſpeciale eſt hic q̄ nō ualet teſtes niſi ſint rogati, & iidē requirunt in teſtamētis, & in

Teſtimoniū de auditu ſępe admitti ē.

Confeſſio ext ius qnq; ualet.

Teſtes an debeāt eſſe rogati.

cous-

Digitized by Google

coll.vij.tit.de teſtibus,legitur. ¶ *Si debitum ſcriptum ſit, & probatio ſolutionis proferatur à litigantibus per teſtes ſine ſcriptura; tunc ſuſceptibilem eam apud iudicem eſſe volumus, dum ad hoc ipſum teſtes aſſumantur, vt per hi beant teſtimonium pro facienda ſolutione, aut pro memo ria*[a] *alicui iam factæ ſolutionis, & pro cōfeſſione*[b] *eius, qui pecunias accepit. Hac autem inania, & ex tranſitu perhibita teſtimonia (vt ſi propter aliud opus aduenien audiuit aliquem dicētem ſe accepiſſe ab aliquo aurum, aut debere alicui) nulla ratione valere cenſemus.*

& Nouella 90. non iiſdem omnino verbis,

Simul autem neceſſe eſt vt videant. Quòd ſi alius vno, alius alio tempore viderit, diuerſitas temporum, eorum teſtimonium non admittit.

Vnde Leo Papa.

¶Non admittuntur ad teſtimonium, quos non eodem tēpore negocio interfuiſſe conſtiterit. C. XVI.

NIhilominus quoq; puniendi[c] ſunt teſtes, qui ad calumniam aliquid teſtificantur, nec eorū voces tanquam plurium admittuntur, quos temporum[d] quidem diuerſitas ſimul[e] interfuiſſe prohibuit.

Item Ambroſius in libro de Paradiſo, c. 10.

¶Ad ſeriem geſtorum teſtis ex ſuo nihil adijciat.

C. XVII.

PVra[f], & ſimplex æ[g] teſtimonij ſeries intimanda eſt. Plerumque teſtis, dum aliquid[h] ad ſeriem geſtorum Anſel.li.3.c.58.

1 Hoc eſt falſum, vt C. de codicil. l. ult. §. fin.

codicillis 1. C. de teſt auth. rogati & in matrimonio vt vſ 30. q 5. noſtrates. & in diuortio ff. de diuor. l. nullum. aliàs non requiritur quod teſtis ſit rogatus, ut inf. prox. cauſa q. 3. ad ſi lo. conſueuit generaliter dici, & eſt uerum, ꝙ confeſſio extra iudicium non præiudicat niſi cā adijciatur, ut confiteor me tibi debere cētum ex cā mutui, vt C. de non nu. pec. l. generaliter. B. & ſcias ꝙ omnes iſti teſtes rogati dicuntur intereſſe, quia rogati ſunt audire, licet ad aliud venerint, ut ff. de teſt. hęredes palā. auth. tamen, generaliter. videtur dicere quod teſtes debeant eſſe rogati, vt C de teſta. authen. rogati. ſed hoc uerum eſt cum contractus eſt in ſcriptis.

SI DEBITVM. CASVS. Debebat alicui qs pecuniā p ſcripturam tempore ꝑcedente in præſentia teſtium pecuniam ſibi ſoluit, vel cōfeſſus fuit ſibi eſſe ſolutā, quęſitum fuit ab Imperatore, an ſolutionem illam, vel confeſſionem poſſit probare per teſtes, qui interfuerunt? Et reſpondet ꝙ ſic, ſi ad hoc fuerunt vocati, alioquin non. idem eſt in eo caſu qn̄ debitor confiteatur ſe debere pecuniā creditori, ſcilicet ut teſtes ad hoc probandum non ualeant, ſi ad hoc non fuerunt uocati.

a ¶Pro memoria.] Tres hic ponit caſus, ꝙ teſtes rogati poſſunt teſtificari, vel pro ſolutione quam uoluit facere creditori debitor, vel pro ſolutione ei facta, vel pro confeſſione creditoris.

b ¶Confeſſione] Immo magis eſt pro debitore confeſſio creditoris, quam ſi ſit ei redditum inſtrumentum 2. C. de ſolu. pecuniæ.

2 Super hoc videas quod le. & no. ſu. 76. diſt. cap. hunc numerū. Archid.

SIMVL. Hæc eſt 3. pars, in qua probat, ꝙ teſtes debent ſe concordare, & nil falſū admiſcere, & hoc probat per tres aucto. lo. de Fan.

CASVS. Supra in c. teſtes dictum eſt, ꝙ teſtes debent ferre teſtimonium de iis, quæ uiderunt. Dicit hic Gratianus, ꝙ ſimul videre debent: & ſi diuerſis temporibus viderunt, non ualet eorum teſtimonium.

NIhilominus quoq;] CASVS. Quæſitum fuit a Leone qualiter puniendi ſunt teſtes, qui falſum teſtimonium dicunt? Et reſpondet quod puniendi ſunt ſicut accuſatores qui calumniantur, nec voces eorū ſunt audiendæ tanquam plurium, qui diuerſis temporibus aliquid uidiſſe teſtantur.

c ¶Puniendi] In criminali punitur teſtis capitali pœna. 33. q. 5. hæc imago. hoc ſecundum leges ueteres, ſm canones infamis eſt. 6. q 1 quicunq; 22. q. 5. ſi quis. ſed ſecundum legem accuſatur de crimine falſi. ff. ad leg. Corn. de fal. eos qui. Non obſt ff de iis qui no infa. Lucius. extra de ord cog. cum dilectus. quia ibi non eſt ſententia lata contra teſtem.

d ¶Quos temporum] Simile 4. q. 3 in teſtibus. C. de eo. l. ult. §. vlt. ſi. C de teſta ſi unus.

e ¶Simul.] Quidam dicunt hoc tenere in iis, quæ non niſi ſemel cōmittuntur, ut homicidiū alicuius, ſed ſi ſæpius aliquid poteſt committi, ibi non nocet temporum diuerſitas, ſed eis obijcitur de Suſanna 2. q 6. §. itē Daniel, ſed illi reſpondent, ꝙ ideo fuerūt illi teſtes reprobati, quia dixerunt ꝙ in eadem hora, & in diuerſis lo-

cis

cis commiſſum eſſet adulterium, ſed non poterat committi in eadem hora, & in diuerſis locis, & hoc dicunt ꝑ expreſſam ſimilitudinem, & non ꝑ identitatē: nā reuera aliud eſt adulterium quod hodie fit, aliud quod cras, ſed eſt ſimile illi, quod non concedo, cum ſinguli ſint in ſuis dictis ſingulares. Si tamen aliquē actū continuū viderent aliqui, licet diuerſis horis, videtur ꝙ teſtimonium teneret, ut ſi ſucceſſiue in uno foramine viderunt aliquos fornicari 3. Vel ſi aliqui uolunt teſtari ꝙ aliquis excōicatus celebrauit, & unus audiuit finem miſſæ, alter principium, hoc caſu concedo eos bene teſtari de una re propter continuationem actus, ſicut ꝑ cōtinuationem poſſeſſionis una dicitur præſcriptio, licet facta ſit a diuerſis perſonis. 16 q. 3. § poteſt 4. uerſ. quòd ſi ab eo. ſicut etiam unus dicitur proconſulatus, licet diuerſæ pſonæ ipſum exercuerint, ut ff. de off. proconſ. meminiſſe. Item quid ſi conueniant in tempore, ſed diſcordant in officiis? vnus dicit de miſſa, alter dicit de veſperis? Eadē eſt quæſtio ſi uis probare ſolutionem decimæ, & unus dicit frumentum ſolutum, & alter dicit fabam. Et reſpon. ꝙ non ualet teſtimonium: quia omnes ſunt in ſuo teſtimonio ſingulares, vt extra de elect. cum dilectus. diem forte non tenetur teſtis exprimere, ſed menſem, ut ſup. 2 q 8. libellorum.

3 Vide latè de hac qo. Iac. But. in l. ſi. C de teſt. Cyn. & Pet. in l. teſtium eo. tit.

4 Melius §. pſcriptionū. ver. qđ ſi ab eo. Arch.

PVra] CASVS. Quæſitum fuit ab Amb. ſi teſtis admiſcet uero aliquid falſitatis, an eius teſtimonium valet? Et reſpondet ꝙ non: quia pura & ſimplex eſt teſtimonium teſtes intimanda.

f ¶Pura.] idest, ſine dolo.

g ¶Simplex.] Qualiter hoc intelligatur, dixi 4. q. 3. in teſtibus.

h ¶Aliquid.] Ar. vtile ꝑ inutile vitiari, vt 12 q. 2. ſi quos

de

Digitized by Google

de ſeruis ſu.d.37.ſi quid veri 1 Sed contra.ff.de exc.tu. qui teſtamento.ſup.diſtin.9 ſi ad ſcripturas.Sol.vtile per inutile vitiatur, ubi in iure inuenitur expreſſum. aliàs non arg.15.q.3.§.cum autem.

a ¶Adijcit.] Vel ſubtrahit, ut 5. q.ult. presbyteri.extra de

ABſens.] CASVS. Dicitur hic, ꝙ abſens non poteſt accuſare, vel accuſari per procuratorem, nec teſtis affinis recipitur.

c ¶Nec affini.] Sup.ead.q.5.ſimiliter 2.

NISI. CASVS. Excipit Gratianus vnum caſum in quo abſens poteſt accuſare per procuratorē, vt illuſtris perſona in crimine iniuriarum.

ex ſuo adijcit [a], totam teſtimonij fidem partis mendacio decolorat. Nihil igitur, vel quod bonum videtur, addendum [b] eſt.

α ¶Simplex.] *Integer locus B. Ambroſii eſt*. Pura, & ſimplex mandati forma ſeruanda, vel teſtimonij ſeriès intimanda eſt.

Item Fœlix Papa ad epiſcopos Galliæ, epiſt. 2.

¶Abſens per alium nec accuſare, nec accuſari poteſt. C. XVIII.

Poly.l.5.tit.1. Iuo p.5.c.248. & p.6.c.331.

ABſens per alium accuſari, aut accuſare † nō poteſt, nec affinis [c] teſtis admittitur.

† Adde te.in l.polla. C.de his quib. ut indig.

§ *Niſi in crimine iniuriarum, in quo illuſtris perſona et per procuratorem [d] intendere, & excipere poteſt ſeruatis cæteris ſolemnitatibus, vt Cod.tit de iniuriis, l.vlt.*

Item Pelagius Papa Sindulæ β magiſtro militum.

β ¶Sindulæ.] *Iuo p.8.c.67. refert aliud quoddam caput epiſtolæ a Pelagio ad Sindulam magiſtrum militia ſcripta.*

¶Reo [e] abſente libellus accuſationis fruſtra offertur: C. XIX.

CHartæ, quas dedit nobis Lucidius, ſi illo tempore aduerſarius ipſius illic præſens fuiſſet, validæ erant. Sed quia aduerſario abſente [f] geſta, quæ nobis recenſuit, facta leguntur, talia leges non recipiunt.

Idem Decorato patricio.

¶Teſtes corporaliter præſtito iuramento teſtimonium dicant. C. XX.

HOrtamur, vt ſub timore Domini conſuetā conſcientiæ veſtræ ſinceritatem in hoc quoq; negotio conſeruantes, omnem perſonis, quæ veritatem cauſæ iſtius ſcire poſſunt, faciatis amputari [g] formidinem, & veſtris præſentari [h] conſpectibus, tactis ſacroſanctis Euangelijs, prębito etiam legaliter ſacramento, quæ in veritate rerū nouesunt [i] †, profeſſione ſuæ teſtificationis aperiant, vt patefactis omnibus, quæ ſecundum leges, & iuſtitiam cēſenda ſunt cognoſcatis, & competentem † legibus, & veritati terminum detis.

† *al. conuenientē.*

Item Nicolaus Papa Hincmaro Rhemorum Archiepiſcopo.

¶Accuſator, & accuſatus ſimul debent adeſſe. C. XXI.

NEceſſe eſt ſecundum ſacrarum ſcripturarum documenta, ac ſecundum iuſtitiæ tramitem, & accuſatū & accuſatorum ſimul adeſſe, & vnam partem, quanta-

QVisſquis epiſcoporum accuſatur, ad primatem prouinciæ ipſius cauſam deferat accuſator. Nec a communione ſuſpendatur,cui crimen intenditur,niſi ad cauſam ſuam dicendam α, electorum iudicum, die ſtatuta, literis euocatus minime occurrerit [a]: hoc de intra ſpatium menſis [b] ex ea [c] die, qua eum literas accepiſſe conſtiterit. Quòd ſi aliquas veras neceſſitatis cauſas probauerit, quibus eum occurrere nō potuiſſe manifeſtum ſit, cauſæ ſuæ dicendæ intra alterum [d] menſem integram habeat facultatem. Verum tamdiu poſt menſem ſecundum non communicet [e], donec purgetur. Sin autem nec ad concilium vniuerſale β occurrere voluerit,vt vel ibi cauſa eius terminetur,ipſe in ſe damnationis ſuæ ſententiā [f] dixiſſe iudicetur. Tempore ſane, quo non communicat, nec γ in ſua eccleſia, vel parochia communicet [g]. Accuſator autem eius, ſi nunquam diebus cauſæ dicendæ defuerit,a communione non remoueatur.Si vero aliquando] defuerit ſubtrahēs ſe reſtituto in communionem epiſcopo remoueatur a communione accuſator † [h], ita ta-

Anſ.l.3.c.132. Burc.l.1.c.160. Iuo p.5.c.270. Pan.l.4.c.106.

inf.5.q.3.ſi ęgrotis

† Cōcor.cū hoc text. & ſua glo.l. in eum. & ibi Bar.ff.de ac. cuſ.

QVisq.] CASVS Statuū fuit in concilio Carthaginēſi, vt epiſcopi apud primatē ꝓuincię accuſent. Et ſi eps,qui accuſabatur, vocatus ad cauſam die ſtatuta,hoc eſt intra menſem cōputādum a die receptionis literarū non venerit, debet excōicari, & ſi poſtea venerit allegaturus cāſ quare non venerit, dabitur ei ſpatium alterius menſis: ſed remanebit excōicatus donec probet iuſtum impedimentū: ita ꝙ nec ſuis,nec alienis communicet, interim ſi non venerit, finito ſecundo menſe,condemnabitur. Si vero accuſator die ſtatuta nō venerit,excommunicetur reo, vel epiſcopo præſente cō munioni reconciliato. Si tamen poſtea iuſtum impedimentum probauerit,abſoluatur,& cauſam agere permittatur,& expone poſt ſecundum menſem,ideſt,poſt principium ſecundi menſis. Vel ſic: Epiſcopus accuſatus,ſi intra tempus vnius menſis a tempore receptionis literarū non venerit, excommunicatur. ſi allegat iuſtum impedimentum, datur ei alius menſis.ſed remanebit excommunicatus quouſque probabit iuſtum impedimentum, & ſi non venerit ſecundo menſe,damnabitur. ſi vero accuſator non venit die ſtatuto,excommunicandus eſt,ſed ſi iuſtam probat abſentiam, abſoluetur, & poſtmodum aget. Iſte eſt caſus ſecundum Hug.& ſecundum eum exponitur poſt menſem ſecundum, ideſt, poſt principium ſecundi menſis.

1 No.hic L. ꝙ talis citatus non eſt excōia argu. ex.1.de pign. ſignificante, ff. de ſolu.ſi ſeruus. Ach.

2 Qualiter aūt probetur impedimētū & caſus fortuitus. vide Ant.& B.in l quæ ſitum, & per Io. de Imo plenius ff.d re iu.hēt ēt per Bar.in l contumacia.§.fi.ff de re.iu. & C.đ naufr.l.ſi qs per Spe.ī ti. de dil. §. 1. ver. in ſum. ꝑ Cy.& Bal. in l.fi. C. de fide inſtr. & ēt per eundē Bal.in l. qui accuſare. C. de eden. & Ant.in l.fi.đ ſerui.facit ēt qđ not.Bar. in l.ſi quis ex argentijs. §.pen. ff. ce eden.

ALIVS CASVS. Aliquis vult accuſare epm,vadit ad primatē,vocatur epiſcopus: eligit iudices epiſcopus: deinde vocatur ab eis, vt ſit tali die coram eis, & ſi tunc non venerit,ſuſpendatur. Si autem miſerit nūtium quia allegat iuſtam cauſam abſentiæ,vel aliam iuſtam excuſationem,datur ei alius menſis,& ſi in fine ſecundi menſis non venerit, tunc excommunicatur, & ſecundum hoc expone poſt ſecundum menſem, ideſt, poſt finem ſecundi menſis. & ſic non obſtat inf cauſa prox.q.3 ſi ægrotans, quia ibi datur tertius menſis ad conuincendā malitiam.extra de dolo & coniu.cum olim.

a ¶Occurrerit.] Sed pone, ꝙ iudex ita dixerit, ſi non veneris die illa, ſis excommunicatus 1 & ille non venit, quia non potuit venire,nunquid erit excommunicatus? Videtur ꝙ non nam & auditur hic cauſa abſentiæ, & ꝓbata cauſa 2 non abſoluitur; nec enim extat conditio quia non dicetur non veniſſe, ex quo caſu non venit,vt ff de conditio.& demonſtra l.2 nec propoſuit iudex excommunicare ipſum in omni caſu, ſed in caſu contumaciæ tantum argumen.ad hoc ff.de ſol. ſi ſeruus decem.in fin.& cum non ſit contumax, pœnam contumaciæ nō patit,ſi nō venit,vt ff. de re iud. contumacia.

c ¶Ex ea.] Nota ꝙ computandum eſt ſemper tempus a receptione literarum, vt hic, & 16.q.3 placuit 2. extra de ap.ſupra eo.2.& C.de excu tuto l.quinquaginta. nec computabitur dies,in quo recepit literas, vt ff. ſi quis caut.l.1.

d ¶Alterum.]Sed obiicitur, aut primus menſis fuit peremptorius,aut non ſi non,quare excommunicatur: contra illud 24.q.3.de illicita? Si fuit, quare datur ei alius menſis poſtea? Item qualiter fuit hic miſſum peremptorium prima vice: contra illud extra de dila ca. dilecti. Si vis tenere caſum Hugo.dic quod hic ex cauſa fuit primo miſſum peremptorium,vt extra de in integ reſt.tum ex literis.in fi.& ff de iudic. nonnunquā,& ſequens peremptorium datur ad cōuincendam malitiam.ſic inf. 5.q.3 c.1. Secundum alium caſum non eſt primus peremptorius.ſecundum hoc dic quod non punitur hic ſententia excommunicationis,ſed ſuſpenſionis,vel aliā nam bene punitur quis in citatione non peremptoria,vt 5 quæſt. 2. præſenti.C. de iudi.ſancimus,ff.ſi quis in ius voc. non ier l. 2.

e ¶Non communicet]In ſacramentis.

f ¶Damnationis ſuæ ſententiam.] Cum lis eſt conteſtata,vt dixi 3.q 9. decernimus,vel legitur de ſententia excommunicationis.

g ¶Communicet.] Arg.ꝙ qui eſt ſuſpenſus in vna eccleſia, & in altera, quia cum ſit tantum vna eccleſia, non poteſt eſſe partim intra,& partim extra eccleſiam, vt 24. q.1.loquitur, & 6.q.1.ſi quis presbyter.arg.contra.58.d. ſi quis alterius

h ¶Accuſator.] Sed quare cogitur iſte accuſare, contra illam regulam C.vt nemo inuitus agere, vel accuſare compellatur? Item nonne primo accuſator eſſet admonendus, vt C. qui accuſa.non poſ.qui crimen Forte hoc eſt ſpeciale in epiſcopo, ſicut aliud inf. cauſa prox. q 2 c 3 & hoc obtinet cū ex accuſatione orta ē infamia contra epiſcopum, & ideo cogitur accuſator procedere, vt inf proxi q 1.quidam. & q vlt Epiphanium. Vel hic inſcriptum fuit, & ideo cogebatur procedere vt ext. de accu.

Suſpenſus in vna eccleſia eſt in oībus ſuſpenſus.

Accuſare cogitur aliquis quandoque.

Digitized by Google

1 Idē ſi actor uenit & nō reus vel ecōuerſo. iudex tñ fuit impeditus & non potuit adeſſe cauſę: prouenō ext. de do. & contu. venerabilis & l. 6. eo. tit. cap. actor. & eſt q. Bart. Brix.

acc. licet. in fi. Si autem nec accuſator, nec accuſatus venit; tunc neuter eſt puniendus 1. ff. ſi qs in ius voc. non ier. l. 2. §. vlt. Itē hēs hic, ꝙ ſi accuſator nō ꝓbat iuſtam cām abſētiæ, ammodo nō audit de illo crimine, vt ext. de accu. licet. C. qui accu. nō poſſ. l. 3. Item fortè de crimine agitur ēt ciuiliter. ff de iure fiſ. l. 2 §. ſenatus. Idē vbi accuſator inſtrm falſum, vt ext. de fide inſtr accepimus. & c. contingit. Idem vbi accuſatur matrimonium vt extra qui matri accuſ. poſ. c. per tuas. Idem vbi præfigitur terminus ad inducendos teſtes, vt extra de prob. licet. Idē vbi proponit terminus ad exceptiones ꝓponēdas vt ex. de exc. paſtoralis. Idē ubi impetit ſtatus alicuius. vt C. de inge. ma. diffamari. Secus autē in ciuilibus negocijs, vbi per triennū expectatur, vt C de iudi. properandum.

† *al. noluiſſe.*

men vt nec ipſi adimatur [a] facultas cauſæ peragendæ, ſi ſe ad diem occurrere non noluiſſe †, ſed non potuiſſe probauerit [b].

α ¶Electorum iudicum.] *Iſta duæ uoces abſunt ab editione Colonienſi conciliorum in quatuor tomis.*

β ¶Vniuerſale.] *In cōcilio ipſo additur,* anniuerſarium, *quod in Africano concilio, c. 62. oſtenditur de uniuerſali concilio Africa eſſe intelligendum.*

γ ¶Nec in ſua eccleſia.] *Sic in cæteris conciliorum editionibus, & codice canonum, & apud cæteros collectores. Sed in editione quatuor tomorum eſt,* nec in ſua plebe communicet. *Græce c. 19. legitur:* μὴ δὲ ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐκκλησίᾳ, μὴ δὲ ἐν παροικίᾳ κοινωνήσῃ, *ideſt,* neque in propria eccleſia, neque in parochia communicabit.

QVAESTIO VI.

SExta vero quæſtio eodem ſeptimo capitulo concilij Carthaginienſis tertij terminatur, in quo ſequitur.

¶In ciuili, & proprio duntaxat negocio ad arguendum admittitur, qui in epiſcopi accuſatione culpabilis inuenitur. C. I.

3. q. 10. c. fi. Anſ. l. 3. c. 121. Burch. ibidem. Iuo ibidem. Pann. ibid.

† *al. dicere.*

† *al. ad accuſandum uel agēdū.*

ILlud uero placuit, ut cum agere cœperit in epiſcoporum iudicio, ſi fuerit accuſatoris perſona culpabilis, ad arguendum † non admittatur [c], niſi proprias cauſas, non tamen eccleſiaſticas, vel criminales δ aſſerere † voluerit.

δ ¶Vel criminales.] *Abeſt hoc à concilio, & cæteris collectoribus, ſed retentum eſt ob caſum; & repetitur in cap. ſi accuſatorum.*

Item ex concilio Carthaginienſi 7. c. 2. prope finem.

¶Propriam cauſam agere valet, cui accuſare non licet. C. II.

Iuo p. 16. c. 64.

OMnibus [d], quibus accuſatio denegatur, in cauſis proprijs accuſandi licentia non eſt deneganda.

Item Fœlix Papa omnibus epiſcopis per Galliæ prouincias conſtitutis, epiſtola ſecunda.

¶In accuſatione epiſcoporum deficiens ciuiliter tantum experiri poterit. C. III.

3. q. 10. c. fi. Iuo p. 6. c. 418.

SI accuſatorem perſonæ in iudicio epiſcoporum culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, niſi proprias cauſas aſſerere, non tamen criminales uel eccleſiaſticas uoluerint.

Item Hadrianus Papa in capitulis, c. 5.

¶De eodem. IIII.

QVòd ſi accuſatorum perſonæ in iudicio epiſcoporū culpabiles apparuerint, ad arguendum non admittantur, niſi proprias cauſas habuerint, non tamen criminales, vel eccleſiaſticas.

a ¶Adimatur.] Vt C. qui accuſa non poſſ. ſi ea. & l. qui crimen.

b ¶Probauerit.] Suū ſacrm ſufficit in hoc caſu, vt 12. q. 2. c. 1. C. de reb. cred. in bonæ 100. diſt. optatū. ext. de proc. ex inſinuatione. non enim requiritur ꝙ plene probetur cā abſentię, vt ext. de ſent & re iud. c. cum Bertoldus 2. arg. cōtra ext. de in integ. reſtit. c. a. ex literis 3.

SExta vero.] CASVS. Hic ponit 6. q. qua quæritur an illi, qui in accuſatione epōrum culpabiles inueniuntur, poſſint de cętero admitti ad ſui vel ſuorum cauſæ proſecutionē. Et reſpondet, ꝙ ſic, ſi ſuam velint proſequi iniuriam uel ſuorum ciuiliter & nō criminaliter: nec in cauſis eccleſiaſticis. Caſum vero illorum ca. illud & ſi accuſatorum, inuenies ſupra 3. q. 10 ſi accuſatorum. Aliud c. planum eſt.

2 Adde no. in l ſeruum quoque. §. publice. ff. de proc. & l. penult §. ad crimen. ff. de publ. iu. 3 Vbi de hoc & 86. d. tanta.

c ILlud] ¶Non admittatur.] Illud eſt expoſitum ſup. 3. q. 10. ſi accuſatorum & cap. 1. & 2.

c ¶Nō admittatur.] Quidam dicūt quod in nullo crimine admittatur contra epiſcopum.

Accuſare ꝓhibentur aliqui.

d OMnibus.] Excipiuntur excommunicati, vt ſupra. ea. q. 1 c. 1. Item ſerui & impuberes, vt ſup. 3. q. 7. §. tria in princ. & minores ut

Digitized by Google

11 C.de autho.præſtan.l. clarum. & in caſu quem habes extra qui mat.accu.poſ.cum in tua.Item fallit in vſurario,ut ext.de vſu.quia fruſtra.Item fallit in liberis & parentib.vt 2.q 1.prohibentur.Item in muliere, vt 32.q.1.§ hoc in mulieribus.

municabitur: & eſt hoc cum innocens aliquis infamatur,ſecus ſi reus fuerit qui accuſatur: quia expedit peccata nocẽtium eſſe nota.ff.de iniu.cum qui, in prin.lo.

QVi in alterius.] CASVS. Quæſitum fuit ab Hadriano, quam pœnam debet ille pati, qui libellum ſcribit

CAVSA QVINTA.

IN infamiam cuiuſdam epiſcopi chartula accuſationis occultè non ſcribitur; tandem accuſator procedit in publicũ. Epiſcopus autẽ ſemel literis euocatus, cauſæ ſuæ die ſtatuta adeſſe nõ ualens, per procuratorẽ iudici ſe præſentauit: abſq; ſynodali audientia damnatur. Demum iudicio per appellationem renouato, de accuſatoris inimicitia epiſcopus conqueritur: tandem in ipſa probatione deficit accuſator.

1 *Primo, quæritur, qua pœna ſit feriendus, qui famoſum libellum clanculo ſcribens, probare negligit quæ literis mandauit.*

2 *Secundo, quoties ſit vocandus ad cauſam, antequam ſententiam damnationis accipiat †.* † *al. excipiat.*

3 *Tertio, an per procuratorem cauſam ſuam agere valeat qui per ſeipſum cauſæ ſuæ adeſſe non poteſt.*

4 *Quarto, an abſq; ſynodali audientia ſit damnandus.*

5 *Quinto, an ideo aliquis habendus ſit inimicus, quia crimen alterius indicat.*

6 *Sexto, qua pœna ſit plectendus, qui, quod intulit, probare non valet.*

QVÆSTIO I.

DE prima [a] quæſtione Hadrianus Papa ſcribit in capitulis, c.49. al.50. dicens.

¶Flagelletur, qui ſcripta in alterius famam neglexerit probare. C. I.

QVi in alterius famam publicè α [b] ſcripturã, aut verba contumelioſa cõfinxerit, & repertus ſcripta nõ probauerit; flagelletur [c]: & qui [d] ea prius inuenerit, rumpat, ſi non vult auctoris facti cauſam incurrere [e].

Capit.l.7.c.361. Anl.li.3.c.88. Iuo p.4.c.136. & p.16.c.235.

α ¶Publice.] *Hadrianus, Capitulare Caroli, & Iuo habent,* in publico.

IN infamiam.] CASVS. Sup. dictum eſt de ijs qui manifeſtè accuſant. Nũc ſupponit quintam cauſam, in qua tractat de ijs, q occultè accuſant .i.per libellum famoſum, quem clanculo ſcribunt in alicuius infamiam. Interſerit etiam Gratianus de iudicijs: & qualiter quis ſit uocandus ad cauſam, & an cauſa criminalis poſſit per procuratorẽ experiri ſiue expediri & qũo epiſcoporũ iudiciũ debeat ventilari: & quomodo illi qui aliorũ crimina detegunt, culpandi ſunt, vel laudandi. In fine repetit de pœna calumniatorum. Vt autẽ hæc & alia faciat, præmittit thema, de quo ſex elicit quæſtiones.

DE prima qſtione. CASVS. Hic intitulat̃ prima qõ, qua quęritur qua pœna debeat puniri qui famoſum libellũ in alterius iniuriã ſcribit. Et reſpondet, ſi apparet, & nõ probauerit qđ conſcripſit, ſecundũ canones verberatur, vt j. ea.c 1. ſecundũ leges decapitatur, vt inf. ead. ſi quis famoſum. Si uero non apparet, debet moneri vt appareat. Si vero celauerit ſe, excommunicari debet, vt infra eodem quidem.

Libellum famoſum cõponens qua actione punitur. 1 Vbi no.H. q illud ſit uerum: niſi fortè ſit talis perſona, quæ attingi non debet, puta epiſcopus.

a ¶De prima.] Hic quæritur qua pœna punitur qui famoſum libellum uel falſum compoſuit occulte, & probare non vult quod ſcripſit, & diſtinguitur aut certum eſt quis compoſuit, aut non. Si certum eſt, aut eſt conuictus, aut ſponte confeſſus. Si conuictus ſecundum leges decapitatur, ut 5 ead. ſi quis. & fit inteſtabilis, ſu. cauſa prox. q. 3 § ob carmen. ſm canones vero ſubijcitur uerberabitur, ut j. ea c. 1. 1 Si vero ſpõte cõfitetur, cum non poteſt probare, mitius cum eo agitur, vt inf. ea. c 2. in fi. Si non eſt certum, debet admoneri vt prodeat in publicum, & probet quod ſcripſit: quod ſi non fecerit, primo priuabitur ſacramentis, poſtea excõmunicabitur:

bit famoſum, vel alia turpia in alterius iniuriam. Et reſpondet, ſi apparet, & non probat, debet uerberib flagellari, & quicunque talem ſcripturam inuenerit, rumpat, ſi non vult pœnam auctoris incurrere.

b ¶Publice] idelt, in publico loco.

c ¶Flagelletur.] Secundum leges capite punitur infra ea. ſi quis. Nota pœnas corporales infligi ſecundum canones, vt ſup 45.d cum beatus.

d ¶Et qui] Sic. C de furtis. ciuile.

e ¶Incurrere] Poteſt tamen probare crimen, ſi vult ff. de iniu. cum qui. Ioan.

Qui-

Digitized by Google

Item Gregorius l. 5. epiſt. 30. ſiue c. 130.

Iuo p. 6. c. 381.

¶De eodem. C. II.

QVidam maligni ſpiritus conſilio repletus, contra Caſtorium notarium, ac reſponſalem noſtrum nocturno ſilentio in publico α ciuitatis loco conteſtationē poſuit in eius crimine loquentem, mihique etiam de facienda pace callide contradicentem β. Et quia quiſquis veraciter loquitur, ſemetipſum innoteſcere nō debet formidare; oportet vt publice exeat, & quæcunque in conteſtatione ſua loqui præſumpſit oſtendat. Quòd ſi non exierit [a] neq; publice [b] confeſſus fuerit, quiſquis ille ſit, qui hoc agere præſumpſit, vel conſenſum in tantæ iniquitatis conſilio præbuit, ex Dei, & Domini noſtri Ieſu Chriſti ſpiritu definimus, vt ſancti eius corporis, ac ſanguinis participatione priuatus ſit. Si vero, quia latet, & quoniam neſcitur, teneri ad diſciplinam † [c] non valet, ſi tanti mali conſcius, etiam prohibitus, corpus, ac ſanguinem Domini percipere pſumit, anathematis vltione percuſſus ſit γ, vt fallax, ac peſtifer a ſanctæ eccleſiæ corpore ſit diuiſus. *& infra.* ¶Sin autem in eadem ciuitate, egreſſus ad publicum potuerit [d] docere, quæ dixit, vel certe ſciens ſe non poſſe, quæ ſcripſit, oſtendere, errorem [e] ſuum fuerit aperte confeſſus; Domini corporis, ac ſanguinis participatione non ſit priuatus; neque a corpore ſanctæ eccleſiæ alienus exiſtat.

† *diſciplina*] ori.

α ¶Publico.] *Hac vox abeſt a manuſcriptis, & originali, & Iuone: ſed ob cauſam eſt retenta, & in aliquot vetuſtis eſt gloſſa interlinearis.*

β ¶Contradicentem.] *Quæ ſequuntur vſque ad verſiculum,* Quod ſi, *addita ſunt ex ipſa epiſtola, & referuntur etiam ab Iuone.*

γ ¶Percuſſus ſit.] *Antea legebatur,* percutiatur: *ſed cum ea, quæ antecedunt, ipſo facto ligent, quia ad occultum delictum referuntur, emendatum hoc eſt, quemadmodum alia multa, ex epiſtola ipſa. Apud Iuonem vero legitur,* anathematis vltione percuſſus, ut fallax, &c.

Item in concilio Elberitano, c. 52.

capitular. l. 6. c. 243.
Poly. l. 3. tit. 21.
Anſ. l. 3. c. 89.
Iuo p. 3. c. 251. & 3. c. 154.
Burc. l. 3. c. 199

¶Anathematizentur, qui famoſos libellos in eccleſia ponunt. C. III.

SI qui inuenti fuerint famoſos libellos in eccleſia ponere, anathematizentur.

QVidam.] CASVS. Gregorius nitebatur quandam ſedare diſcordiam per quendam notarium ſuum nomine Caſtorium. Sed quidam maligni ſpiritus ſcripſit libellum in iniuriam Caſtorij, & eum nocte poſuit in loco publico ciuitatis, in quo continebatur, & Papa ſignificabatur, ꝙ Caſtorius nolebat controuerſiam renunciare. Dicit Greg. ꝙ ſi ille non vult exire, ſit a corpore Chriſti remotus. Si vero adhuc latere pſumpſerit, anathema ſit. ſi vero vult exire, & quod dixit ꝓbare, vel publice confiteri errorem ſuum, nō ſit ſuſpenſus a corpore Chriſti, vel anathematizatur. Seq. c. patet.

a ¶Non exierit.] Nonne debuit admonitio præcedere excommunicationem, 12. q. 2. indigne, ſed forte hic præceſſit, & quia illud tempus hic non adiicitur vſque ad quod tempus teneatur exire; ſtatim tenetur exire, quod ſi non fecerit, ex quo in mora, ſtatim incidit in excommunicationem. argu. 2 q. 7 quapropter. 1. q. 1. conſtat. ff. de manumiſ teſta. libertas. Sed videtur ꝙ quamdiu pōt exire non ſit excommunicatus. ff. de verb. obliga. ita ſtipulatus. §. 1. Petrus Hiſpanus dixit expectandum vſque ad quadraginta dies extrà de purg cano. ca. vl. Hęc tñ veritas ē, ꝙ cōditio affirmatiua aliter exponitur q̄ negatiua, cum. n. dicitur, ſi intraueris capitolium, exponitur ſic, ideſt, ſi cum primum potes intrare, intres, vt ff. de cōdi. & de cōditio, ſed cōditio negatiua ſic exponitur, ſi non intraueris, ideſt, cū primum deſinis poſſe intrare, vt ff. de verb. oblig. ita ſtipulatus. § 1. niſi in caſu hic poſito. & in caſu libertatis, vt ff. de manumiſſ. teſta. libertas, §. 1.

Conditio affirmatiua, & negatiua diuerſimode exponitur.

b ¶Publice.] Contra inf. de pę. d. 1. §. his auctoritatib, vbi pęnitenti dicitur, no tibi dico vt te prodas. ſed iſtud eſt pro deteſtatione criminis. Vel ibi loquitur de occulto crimine [1] ſed hic de manifeſto, licet perſona ſit ignota.

1 Quod no. ſo. di. dē pę. nitentibus. Quidam dicunt, qđ hic dicitur ſpeciale, & in fauorē infamati, & odiū infamātis ſtatuitur. Vel illud de pęna: hoc de accuſatione. Ar. Criminoſus qñq; poteſt accuſare.

c ¶Ad diſciplinam] ideſt, correctionem.

d ¶Potuerit.] Sed nō ne reus hunc accuſatorē poſſet remouere, quia eū non præmonuit, vel (qđ verius eſt) qa ei ſuſpectus eſt. 6. q. 1. qui crimen. ſed forte de innocentia ſui confidebat, ſed certe licet iſte ſit infamis ipſo facto, & per ſententiam tātum in odiū ſuum, & in fauorem rei admittitur ad accuſationē, vt ſic clareat de innocentia rei, & vt accuſator non probans puniatur de calumnia. Et ſic eſt ſpeciale, ꝙ aliquis criminoſus admittitur ad accuſationem, licet non proſequatur ſuam, vel ſuorum iniuriam.

e ¶Errorem.] ſup. d. 8. conſuetudo. ſup. 3 q. 3. §. notandum.

SI qui.] SI QVIS. CASVS. Quæſitum fuit ab Imperatore quid fieri debet de libello famoſo, quem quis in aliquo loco reperit? & reſpondet quòd qui eum inuenit, ſtatim deſtruere debet, & nulli ipſum manifeſtare. Si vero, non deſtruxit, ſed aliis eum doloſe reuelauerit, deca-

Digitized by Google

decapitari debet, ſicut auctor ipſius libelli, ne talis libellus lædat opinionem eius contra quem factus eſt.

a ¶Capitali.] Si capitale fuit crimen conſcriptum, aliàs non, vt ſup. cauſa proxi. q. 3. §. ob carmen.

propter neceſſitatem aliquam ſit, non tamẽ ſynodi cauſa conueniunt. Vel dic, ꝙ ſpeciale eſt in accuſatione, vt accuſatus non teneatur reſpondere coram ſynodo, niſi habeat inducias ſecus in ciuilibus cauſis.

PRæſenti.] CASVS. Quidam dicunt, ꝙ hoc ca. loquitur

Item Codice lib. 9. tit. de famoſis libellis, lege vn. Impp. Valentinianus, & Valens AA. [¶*Si quis famoſum libellum domi ſiue in publico, vel quocunque loco ignarus repererit; aut nulli confiteatur inuentum. Sin vero non ſtatim eaſdem chartulas vel corruperit, vel igne conſumpſerit, ſed vim earum manifeſtauerit; ſciat ſe quaſi auctorem huiuſmodi delicti capitali* [a] *ſententia ſubiugandum.*] *& infra.* [*Huiuſmodi autem libellus alterius opinionem non lædat.*

QVÆSTIO II.

V*Ocatio autem eius, qui impetitur, non ſemel, ſed bis & tertio per congruum ſpatium rationabilibus ſcriptis fieri debet.*

Unde Damaſus Papa Stephano archiepiſcopo, epiſt. 3. ſcribit, dicens.

¶Vocatio ad ſynodum, eius, qui impetitur, & in ſcriptis, & per ſpatium fiat congruum. C. I.

VOcatio [b] ad ſynodum iuxta decreta patrum canonica eius, qui impetitur rationabilibus ſcriptis [a] per ſpatium fieri debet congruum, atq; canonicum, quia, niſi canonicè vocatus fuerit ſuo tempore, & canonica ordinatione, licet venerit [c] ad conuentum quacunq; neceſſitate, niſi ſpontè voluerit, nullatenus ſuis reſpondebit inſidiatoribus,

Poly. l. 5. tit. 1. Anſ. l. 3. c. 50. Burc. l. 1. c. 156. Iuo p. 5. c. 266.

a ¶Rationabilibus ſcriptis.] I*n epiſtola Damaſi loco horum uerborũ legitur*, tam ſua præſentia, quam & ſcriptis, atq; apocriſarijs: *verum Anſelmus, Burchardus, auctor Polycarpi, et Iuo cum vulgata lectione conueniunt.*

Item Sylueſter Papa.

¶Quibus temporum ſpatijs reus vocetur ad cauſam. C. II.

PRęſenti [d] decreto cẽſemus, vt in primis paternaliter† vocentur, & per ſeptem dies expectentur, nullius eccleſiaſticæ rei interdicta licentia. Huic vero expectationi

Poly. l. 5. tit. 3. Anſ. l. 3. c. 120. † *al. perſonaliter.*

VOcatio autem.] CASVS. Hic ponitur ſecunda quæſtio, qua quęritur quoties aliquis ſit vocandus ad cauſam, & certũ eſt ꝙ ſemel, ſecundo & tertio, vel vno pro omnibus peremptorio, vt 24. q. 3. de illicita. & quidquid de citationibus dicatur infra c. 1 & 2. hodie inductæ citatoriæ arbitrio iudicis relinquũtur, vt inf. ead. q. 3. ſi ęgrotans.

VOcatio.] CASVS. Quæſitum fuit a Damaſo qualiter debeat ad cauſã vocari qui accuſat? Et reſpondet quod debet citari per ſcripturam per ſpatium cõgruũ, & canonicũ: etiam ſi ad ſynodum venerit propter alia negocia non citatus nullo modo compellitur ſuis inſidiatoribus reſpondere, niſi velit.

b ¶Vocatio.] Si ter citetur quis, licet nõ dicatur peremptoriè tamẽ ſufficit hoc, vt peremptoriè ſit citatus, vt C. quo mo. & quando iu. l. conſentaneum. & l. tres denũciationes. & l. ceſſante. illud tamen apponere debet iudex, ꝙ peremptoriè citet & debet comminari parti ſi non venerit, quod procedet ff. de iud. in peremptorio. & vel in prima, vel ſecunda, vel tertia citatione poteſt citare peremptoriè, vt ext. de in integ. reſtitutum ex literis, in fin. ff. de iud. nonnunquam. dummodo non mutaretur peremptorum nimis, vt extra de dila. dilecti.

Iudex citans peremptoriè hoc dẽt exprimere.

Exceptio reuocandi domum.

c ¶Venerit.] Si aliquis inuenitur Romæ pro ſua neceſſitate, vel ex cauſa degationis, vel appellationis, non cogitur ibidem reſpondere, ſed poteſt domum reuocare vt ff. de iud. l. 2. §. ea quoq;. ff. quibus ex cau. in poſ. ea. l. ad cognitionem, & in auth. de ſanc. epiſ. §. ſi vero epi. coll. 9. ſecus eſt ſi ſit ibi ex voluntate, vt in auth. ea. §. ſi qs ẽps, aut clericus, C. de epiſ. & cler. oẽs. §. in hac. Nam Roma communis patria eſt, vt ff. ad muni. Roma. nam cũ ẽpi faciunt concilia, bene tenetur ibi quilibet rñdere extra de libel. obla. c. 1. nã illuc quilibet generali citatione citatur, vt diſt. 18. per totum. Quare ergo dicitur hic, ꝙ non teneantur reſpondere coram ſynodo? Dic ꝙ appellat hic ſynodum aliquem conuentum ẽporum, qui

tur de inducijs citatorijs inferiorum ordinum, vel laicorum, qui ſunt in eadem ciuitate, vel in locis propinquis. Eſt ergo caſus. Sylueſter Papa ſtatuit in hoc c. ꝙ illi qui accuſantur, citari debeãt, & expectari primo per vij dies ſine aliqua pœna: poſtea per alios vij. ita vt eccleſiam non ingrediantur ad officia diuina audienda, poſtea per duos, pace & communione eccleſiæ eis interdicta, poſtea per alios duos dies ſub eadem pœna, deinde expectentur per vnum diem, quo elapſo anathematizentur, hodie tamen quidquid hic dicatur, induciæ iudicis arbitrio relinquuntur.

d ¶Præſenti.] Vel intelligitur hoc c. de raptoribus rerũ eccleſiaſticarum, propter odium eorum, vel de clericis in eadẽ ciuitate conſtitutis 1 quib. minores dantur induciæ quàm remotis, vt inf. e. q. 3. ſi ęgrotans, vel de laicis, vel ſunt paternales adictiones, vel ꝑ quas qs expecta-

1 Hãc ſnĩam teneas ſm Lau. & Ioan. Nã illud intelligitur in cã ciuili: habet ergo tales inducias 19. dierũ añ quã cõdemneẽ, ſm Io.

Digitized by Google

ratur etiam poſtquam canonice,& per tempus legitimum citatus non venerit, vel non tenet per illud inf. 24. q. 3. de illicita.

a ¶Addantur.]Simile.C.de iu. auth. iubemus. extra de dolo & contum. cum olim.

b ¶Com-

fratribus, vel in choro, vel in menſa, vel in dormitorio.

R E atum.] CASVS. Quidã iudices eccleſiaſtici accuſationes & teſtes recipiebant in cauſa criminali per epiſtolas, quod dicit Damaſus non eſſe faciendũ in futuro,& quod nuper factum eſt, debeat emẽdari. Nam accuſat' legitime citatus accuſatoré, & teſtes debet habere præſentes, & locum defendendi, vel ad abluenda crimina, nec iudex ex iracundia damnat delinquentem.

iterum addantur [a] ſeptem dies interdicta eccleſiam intrã di licentia,& omnia diuina officia audiendi. Poſt verò addantur duo dies, quibus a pace,& communione [b] ſanctæ eccleſiæ ſunt ſuſpenſi. Deinde vero iterum alijs duobus diebus ſub eadem expectatione deportentur α. Quibus vno die ſupraddito, omni expectatione veluti iam deſperata, reus mox anathematis gladio feriatur.

α ¶Deportentur.] *Antea legebatur*, expectentur.] *Emendatum eſt ex Polycarpo, Anſelmo, & vetuſtis Gratiani exemplaribus, in quorum nonnullis hæc eſt gloſſa interlinearis*, id eſt, expectentur.

Item Damaſus Papa ad epiſcopos Italiæ, epiſt. 5.

¶Nullius accuſatio per ſcripta ſuſcipiatur.

C. III.

Anſ. l. 3. c. 48.
Poly l. 4. tit. 2.

R Elatum eſt ad ſedem Apoſtolicam, vos accuſationes fratrum per ſcripta [c] ſuſcipere abſque legitimo accuſatore. Quod deinceps in omni terrarum orbe fieri Apoſtolica auctoritate prohibemus; & quod nuper factum eſt, abſque vlla retardatione corrigere † curamus; nec vnquam prius per ſcripta eorum, qui accuſantur, cauſam diſcutere liceat, quàm per querelantium inſtitutionem † vocati canonice ad ſynodum veniant, & præſens per præſentem agnoſcat veraciter & intelligat, quæ ei obiiciuntur. *& infra.* ¶Leges enim ſæculi accuſatores præſentes exigunt,& non per ſcripta abſentes. Vnde canonica Patrum conſtituta non ſemel, ſed ſæpiſſime clamant, nec accuſationes nec teſtimonium † [d] vllum per ſcripta poſſe proferre, nec de alijs negotijs quicunque teſtimonium dicant, niſi de his, quæ ſub præſentia eorum acta eſſe noſcuntur. Similiter,& qui alium accuſare elegerit, præſens, per ſe, & non per alium accuſet, inſcriptione videlicet præmiſſa. Neque vllus vnquam iudicetur, antequam legitimos accuſatores præſentes habeat, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. Curandum namque † eſt, ne ira [e] quemquam ſubripiat †, faciatque citius omne, quod non licet.

† *corrigi rogamus*] orig.
† al. *inſtitutiones.*
2. q. 3. c. eorum qui.
† *teſtimonia.*] ori.
2. q. 9. qui accuſare.
† *al. quoque.*
† *al. cuiquam ſubrepat*]

Item Fœlix Papa ij. Athanaſio, & omnibus orientalibus epiſcopis, epiſt. 1. c. 3.

¶Vi aut timore eiecti, aut ſuis rebus expoliati ad ſynodum non vocentur. C. IIII.

Bur. l. 1. c. 221.
Iuo p. 5. c. 335.

S I primates, accuſatores epiſcoporũ cum eis pacificare [f] familiariter minime potuerint; tũc tempore legitimo eos ad ſynodum canonice conuocatam, non intra anguſta tempora canonice conuocent,& non prius, quam eis

c ¶Scripta.]Sic ſup. 2. q. 8. per ſcripta.

d ¶Teſtimonium.] iudiciale. nam per literas poteſt aliquis peshibere alij teſtimonium famæ ſuæ, vt 71. diſt. extraneo. cap. hortamur. & de conſecr. diſt. 1. iubemus. Sed iudiciale non.

Teſtimoniũ per literas põt exhiberi.

e ¶Ira.] Quia tempore iræ non diſcernit homo qđ iuſtum eſt, vt 11. q. 3. illa.

S I primates.] CASVS. Quidã accuſabant epiſcopos proſequẽdo ſuam iniuriam, vel ſuorũ: quærit Anaſtaſius a Fęlice, qualiter ĩ hoc negotio ſit procedendũ? & rñdet, ꝙ ipſi dẽnt ad cõcordiam reuocari per tranſactionem, ſi fieri poteſt: alioquin debẽt legitime citari,& eis primates debent quidquid obiicitur ſignificare, vt parati venire poſſint ad reſpondendum. Si vero deiecti fuerint vi, vel timore, aut ſuis rebus expoliati, accuſatorib. reſpondere non debent, niſi prius reſtituantur.

f ¶Pacificari.] Põt ergo iudex componere inter partes, vt 90. d ſtudendum. & 23. q. vl. ſi quis mem brorũ& q. 4 ſic illic. ff. de no ope. nun l. 1. §. põt. & eſt ſimile. ff. de vſu. ęquiſſimũ. Sed hoc verum eſt in crimine, quod nõ inducit depoſitionẽ: quia in alijs licet cõponatur, põt iudex ex officio ſuo de crimine inquirere, vt ex. de coll. dete. c. 1. & 2. C. de abol. l. 2. Similiter in denunciatione non admittitur compoſitio, vt ſupra 2. quæſtione 7. quapropter 1 Vel intelligitur cum non accuſatur de iniuria facta eccleſiæ, ſed perſonæ. 23 quæſt. 4. ſi is qui & ſic non ob. 2 q. 7. quapropter. Vel melius ibi loquitur in deciun cia-

Iudex an poſſit inter partes componere.

1 In hoc contradicit, q a vř neminem eſſe cogendũ ad accuſandum. L. Sed hoc loco cum hẽt in ſolenni accuſatione, ad q̃ nemo cõpellitur niſi caſualiter, 1. c. 2. & int. c. q. 6. Epiphanium. Auth.

b ¶Communione.]Sed nonne eſt eadem hæc pœna cũ prima? nam cui interdicitur eccleſia, interdicta ſunt ſacramenta eccleſiæ, vt 12. q. 2. de viro, & 33. q. 2. latorem. Item non poteſt intelligi de communione fideliũ, quia de illo loquitur in fine. Sed dic, quod loquitur de communione fratrum. id eſt, quod non communicabit alis

Digitized by Google

per ſcripta ſignificent, quid eis [a] opponitur, vt ad reſponſionem præparati adueniant. Nam ſi aut vi, aut timore eiecti, aut ſuis rebus expoliati fuerint; nec canonice vocati ad ſynodum poſſunt, nec reſpondere æmulis debēt, antequam canonice reſtituantur, & ſua eis omnia legaliter reddantur.

His auctoritatib. euidentiſſime datur intelligi, quòd niſi quis canonice vocatus fuerit, etiam ſi aliqua occaſione ad ſynodum veniat, ſuis nullatenus cogitur reſpondere inſidiatoribus. Canonica autem vocatio eſt, quando ſeruato dierum interſtitio, ſecundum auctoritatem beati Silueſtri, cauſa ſua literis adeſſe iubetur, quibus, quid ei obijciatur auctoritate Fœlicis Papæ ſignificari oportet.

QVAESTIO III.

QVod autem [b] per procuratorem ſuum cauſam agere valeat, qui impeditus cauſæ ſuæ adeſſe non valet, auctoritate Romanæ ſynodi, quæ tempore Hadriani Papæ celebrata eſt, probari videtur, in qua c. 5. ſic ſtatutum legitur.

¶Pro ſe legatum ad ſynodum mittat, quem grauis neceſſitas premit. C. I.

In capitulis Hadriani.cap.5.& Felix.1. epiſ.2. Poly.l.5.tit.2. Burc.l.1.c.51. Iuo p 5 c.161. Pann.l.4.c.19.

SI ægrotans fuerit epiſcopus, aut aliqua eum grauis neceſſitas detinuerit; pro ſe legatum [c] ad ſynodum mittat; nec a communione ſuſpendatur, cui crimen in-

tiatione, ad quam quilibet tenetur. De hoc nota ſup. 2. q 3. notandum 2 in fi.

a ¶Quid eis.] Sic 3.q 9. iudicas. extra de dila. præterea. extra de app. ſignificantibus.

HIS. CASVS Concludit Grat. ex ſupradictis capit. dicēs, ꝙ niſi quis canonice fuerit vocatus, & ſi propter alia negotia ad ſynodū venerit, non tenetur reſpondere. Quæ autem ſit canonica vocatio, dictum eſt ſu. in c. præſenti. quē eſt Silueſt. & per c fœlicis dicitur, ꝙ accuſato debet ſignificari quod ei obijcitur ab accuſatore.

QVòd aūt.] CASVS. Hęc eſt q. 3. in qua quæritur. an aliquis poſſit per procuratorem cauſam ſuam agere. Et certum eſt, quod non in cauſa criminali, vt inf. ca. in criminalibus niſi in quatuor caſibus, vt in crimine iniuriarum, in quo illuſtris perſona agit ꝑ procuratorē, vt 3. q. 9. §. niſi, & in crīe ſuſpecti ſuroris, vt ff. de proc. non ſolū §. vl. Itē ad allegādū cās abſentię, vt ī. c. 1. & 2. Itē in minorib. criminib vt not. lo. in hoc loco. vt ff an ꝑ aliū cau. app. l 1. qa in leuib. criminibus non ſit inſcriptio, vt ff. de accu. leuia. In ciuili poteſt, niſi in caſibus aliquibus, vt in accuſatione populari, in qua actor non agit per procuratorem, vt ff de procu. licet. & in cauſa ſtatus, vt C. de aſſer. tol l. 1. Quidam etiā coguntur dare procuratorem, vt epi & ſacerdotes, vt inf. e. quia eps & illuſtres perſonæ, vt C. de procu l pen. De hoc plenius inuenies ſup. 2. q. 6 ſi quando. in apparatu.

b ¶Quod autem.] In cauſa iniuriarum datur procurator. Item in crimine ſuſpecti, vt ff. de procu. non ſolum. §. vlt & in minoribus criminibus. ff. an per alium cauſæ app. l. 1. quia in leuibus criminib. non ſit inſcriptio. ff. an per aliū cauſæ app. l. 1. & ff. de accuſ. leuia. & ad allegandum cauſas abſentiæ in ciuili dari poteſt procurator. ſed in actione populari non poteſt procurator dari. ff. de procurat. licet. & in cauſa ſtatus, vt C. de aſſert tol. l. 1. quidam coguntur dare procuratorem, vt epiſcopi 1. vt infra, qa epiſcopus. & illuſtres perſonæ, vt C. de procurat l. vltim De hoc plenius inuenies ſu. 2. quæſt. 6. ſi quando.

SI ægrotans.] CASVS. Quęſitum fuit ab Hadriano, an epiſcopus accuſatus debeat excommunicari: quia citatus non venit. & reſpondet quod non, niſi per contumaciam die ſtatuta venire contemnat, & hoc eſt intra ſpatium duorum, vel trium menſium, vel eo amplius, prout cā dictauerit, & tunc niſi fuerit impeditus, debet excōicari: ſed ſi ægritudinē, vel aliud graue impedimētū habuit, mittat legatū ad ſynodū, qui abſentē accuſatū excuſet. Iſte caſus planus eſt & bonus, ſic ponendo caſum videbis continuationē literæ, ꝙ per expoſitionē caſus perpendas. Vel pone caſum ſicut litera ſonat. Statuit Hadrianus in ſynodo, vt ſi eps accuſatus æger fuerit. vel aliud impedimentum habuerit, mittat legatum, qui eum excuſet. Sed ſi die ſtatuta, hoc eſt intra ſpatiū duorum, vel trium menſium, vel eo amplius prout cauſa dictauerit, citatus per contumaciam non venerit, de-

bet

bet excommunicari: niſi aliena. i. grauis eum neceſſitas præoccupauerit.

c ¶Legatum.] Sed nunquid tenetur infirmus, vel abſens ex iuſta cauſa, ex neceſſitate procuratorē mittere reſponſurum nomine abſentis: non videtur, extra de procu. querelam. nam ſi contra abſentem feratur ſententia, & ipſe poſtmodum probet iuſtam cauſam abſentię, retractatur ſententia, licet non miſerit procuratorem, vt extra de ſent. & re iud cum Bertholdus. & 7. q 1 præſentium. immo & ſi ſub pœna promiſiſſet aliquis ſtare iudicio ad certam diem, ſi probaret iuſtam cauſam abſentię, ſubuenitur ei, vt ff de arb. ſi cū dies. §. ſi quis ex litigatorib. Nam ægritudo iudicis, vel partis, prorogat diē. ff. de re iudi quæſitum. immo etiam ſi probabilis cauſa abſit, non proceditur contra eum, vt extra de off. deleg. conſultationibus Item ſm hoc non eſſet melior conditio illius, qui abeſt ex iuſta cauſa, quam illius, qui abeſt ex iniuſta cauſa, quia qui non vult intereſſe ſufficit ei ſi mittat procuratorē, vt ff. de proc. l. 1 & generaliter traditur pro regula, quotieſcunque quis abeſt ex neceſſitate, nō ex voluntate, ſubuenitur ei, ſiue habeat ꝓcuratorem, ſiue nō, vt ff ex quib. cau. maio. ſed & ſi, §. vl. Itē ſufficere debet talis, qui alleget cauſam abſentiæ, vt 65. diſt. ſi quis. E contra probatur, ꝙ non ſufficit mittere procuratorem, qui alleget, cauſam abſentię, niſi alleget cauſam cauſæ, vt 18. d. eps. nam ſicut quis poteſt mittere nuncium, ſic & procuratorem, vt ext. de ap. cōſtitutus, nec excuſat qs per iuſtā abſentiā q n fiat miſſio in poſſeſſionē bonorū ſuorū, ſi nō ſit, qui defendat eū, vt ex. de eo qui mit. in poſſ. c. vlt. nec exuli ſubuenitur ſi non

Procurator in cauſa populari nō poteſt dari.

1 Hoc eſt falſum, vt patet extra de iur. calum. c. vlt. Arch.

Procuratorē non tenetur mittere hēns iuſtam cām abſentiæ.

re-

Digitized by Google

reliquit procuratorem, ut ff. de mino. Papinianus. neci ei qui appellationis cauſam proſequitur, vt ff. eum. qu ep. in prouincia debere defendi l. 1. & 2. nec ſubuenitur abſenti cā reipublicæ, ut C. de in integ reſt. ignorare. Ad hoc dicunt quidam, ꝙ actor ſemper tenetur mittere ſuum.. teſtimoniū dicendum, vel ad municipales neceſſitates vocetur. ff ſi qs cau. l. 1. in prin. Itē ſi occupatio propriorum negociorū eum vrgeat, vt ff. de re iud. contumacia.

REOS. CASVS. Dicitur ꝙ ſi quis de capitali crimine accuſatur, poteſt ſe excuſare per procuratorem, qui impedimentum alleget abſentis.

4. q. 5. ca. vnico. [aliena] orig.

tenditur, niſi [a] ad cauſam ſuam dicendam, electorum iudicum die ſtatuta literis euocatus minime occurrit, hoc eſt (niſi aliena † [b] præoccupauerit neceſſitas) infra duorum, uel trium menſium ſpatium, & eo amplius, prout cauſa dictauerit.

Codicis lib. 9. tit. de accuſ. & inſcrip. l. 3. Imp. Alexander Aug. ¶*Reos capitalium criminum abſentes etiam per procuratorem defendi leges publicorum iudiciorum permittunt.] Ecce, ꝙ epiſcopus impeditus, & cauſæ ſuæ adeſſe non uolens; legatum pro ſe iubetur ad ſynodum mittere. Sed legatus iſte non ad cauſam agendam, ſed ad neceſſitatem ſynodo exponendam mittitur, qua impeditus epiſcopus ſynodo præſentiam ſuam exhibere non valuit. Cauſam autem (maxime criminalem) nulli, niſi per ſe agere licet.*

Vnde Hadrianus Papa in capitulis, c. 38. ait.

¶Criminaliter accuſans, uel accuſatus per ſe experiatur. C. II.

Anſ. l. 3. c. 18. Pann. l. 4. c. 56.

IN criminalibus [d] cauſis nec accuſator, niſi per ſe, aliquē accuſare poteſt, nec accuſatus per aliam perſonam ſe defendere permittitur.

Item Anacletus Papa.

¶*Hoc capitulum, quod ex Anacleto citatur, habetur in concilio Eugenij Papæ ſecundi, tempore Ludouici, ac Lotharij Imperatorum habito, c. 19. Quod etiam à Leone quarto eſt repetitum. Ex quo canone Lotharius lib. 2. legum Longobardi tit. de aduocatis, & Vicedominis, octauum capitulare compoſuit.*

¶In omnibus cauſis præterquam in criminalibus epiſcopi, & ſacerdotes pro ſe aduocatum habeant. C. III.

QVia epiſcopus [c], uniuerſique ſacerdotes ad ſolam laudem Dei, bonorumque operum actiones conſti

c ¶ Defendi.] Scilicet ad excuſationes proponēdas, & etiam ad exceptiones obijciēdas, ut extra de acc. veniens, & cap. ſuper his Melius eſt enim qualemcumque procuratorem admitti, quàm abſentem, &c. ff. de procu. ſeruum. §. publice C. de procur. exigendi. licet dicat per legem iſtā, ꝙ poſt lit. conteſt. poteſt interuenire procurator ad defendendum in crimine.

ECCE CASVS Cōcludit Gra. ex ſupradictis, quod in cauſa criminali poteſt quis procuratorem mittere ſi eſt impeditus, non ut cauſam agat principalem, ſed ut excuſet abſentē Cauſam enim criminalem nullus per procuratorem agere poteſt, ſed per ſeipſum, ut inf. c. 1.

IN criminalibus.] CASVS. Hadrianus fuit iterrogatus, an per procuratorem qui accuſare poſſit, uel reſpondere in cauſa criminali, & reſpondet dicens, quod non: ſed in propria perſona ſit accuſator, & etiā accuſatus.

d ¶ In criminalib.] Niſi in caſibus no. 2. q. 6. ſi quando.

1 Vel dic ꝙ ut in ipſa decr. querelā. tenet. Go ꝙ cauſæ graues in quib. procurator interuenire nō pōt, eſt cā ſtatus cū quis ſeruū. C. de aſſerti. tollē. l. 1. in princ. 54. d. frequēns. ſe cus ſi quis clamat in libertatem 2. q. 6. ſi qū. Arch.

ſuum procuratorem, ſiue poſſit, ſiue non poſſit uenire, per id quod legitur ff. de diuer. & temp. præſcrip. l. reus autem non tenetur. Melius poteſt dici, ꝙ ſiue ſit reus, ſiue ſit actor, ſi habet iuſtam cauſam abſentiæ, non tenetur mittere, niſi ſub hac forma ſit citatus, vt ueniat, vel procuratorem mittat. ut probatur extra de do. & cont. cum dilecti. in fi. alioquin ſufficeret talem mittere, qui alleget cauſam abſentiæ. 18. diſt. placuit. & ext. de ſent. & re iud. tenor. tamen ſi diutino impedimento quis eſt detentus, ſi tale ſit negotium, quod poſſit expediri † per procuratorem, ita ut plene iudex poſſit inſtrui per procuratorem ſicut per dominum, bene tenetur mittere procuratorem talem ſufficienter inſtructum. Et ego credo ꝙ decr querelam, tales cauſas appellat graues, quę ita intricatæ ſunt & inuolutæ, quod non de facili per procuratorem poſſunt expediri, ſed tamen non nego quin ſemper poſſit actor mitti in poſſeſſionem rerum abſentis ex quacunque cauſa reus abeſt, vbi actio eſt tempore peritura. Io.

a ¶ Niſi.] idest, ſi non.

b ¶ Aliena.] Vel quia vocatur à Rege, vt 18. diſt. ſi epſ. tū canon alia tria excipit, ætatem, & ægritudinem, & grauiorem neceſſitatem, ut 18. diſt. placuit. Item ſi ad

QVia epiſcopus.] CASVS Dicitur in hoc c. ꝙ vnuſquiſq; epiſcopus, uel ſacerdos in ciuili cauſa propria, uel eccleſiaſtica debet habere procuratorem bonæ famæ, & uitæ laudabilis, in cauſa uero criminali non niſi per ſe agat, vel reſpondeat.

a ¶ Quia epiſcopus.] Sed quid ſi ita pauper eſt ſacerdos, quod non poſſit conſtituere procuratorem? Tunc per ſe litigabit, ſicut illuſtres pauperes, ut in Auth. de illuſtri, & qui ſuperilluſtres ſunt. coll. 5. iō aūt iubentur ſacerdotes conſtituere procuratores: qa non expedit ſeruos Dei litigioſos eſſe, ut extra de ſyndico, ca. uno, & 2. q. 7. ſicut. & ne cogantur recedere à diuinis obſequijs, vt C de epiſ. & cle. omnes tum etiam, quia cauſæ materiam criminibus creare noſcuntur, ut C. de iud. propterandum in princ. habet ergo qualibet eccleſia œconomum. ut 89. diſt. quia. & 9 q. 3. tum ſcimus. 16 q 7 qm in quibuſdam. & conſtituetur auctoritate epi, C. de epiſc. & cler. omnes. §. hoc nihilominus. Sed quid ſi canonici aliqui contra epiſcopum uolunt agere, tūc à ſuperiore 2 dandus eſt procurator ad litem, ſicut cum pupillus agit contra tutorem. C. de in li. dando tu. uel cu. l. 2 & ult. Sed ſm iura noſtra canonici per ſe ſine epō conſtituent

a Scilicet ordinatio tātū non delegato: quia hoc miſſi eſt imperij ſecūdū Inn. & H. ꝙ dic. ut no ex tra de procu. rat. peririo Arc. Sacerdotes iubentur litigare per pcuratores.

Aaa 2 pro-

Digitized by Google

tuuntur, debet vnuſquiſq; eorum tam pro eccleſiaſticis, quàm etiam pro ſuis actionibus (excepto publico[a] videlicet crimine) habere aduocatum[b] non malæ famæ ſuſpectum, ſed bonæ opinionis, & laudabilis artis inuentum: nedũ humana lucra attendunt, æterna præmia perdant.

QVAESTIO IIII.

Quod autem abſque ſynodali audientia dãnari non debeat, auctoritate Iulij Papæ probatur, qui epiſt. 1. ait. Et in capit. Hadriani. c. 3. capitular. l. 6, c. 287.

¶ Niſi in legitima ſynodo epiſcopus iudicari, uel audiri non debet. C. I.

NVllus epiſcopus, niſi in legitima ſynodo, & ſuo tempore apoſtolica auctoritate[c] conuocata, ſuper quibuſdam † criminationibus pulſatus audiatur, vel † iudicetur, vel damnetur. Sin aliter præſumptum à quibuſdam fuerit, in uanum deducatur, quod egerint, nec inter ſtatuta α eccleſiaſtica vllo modo reputetur. † al. quibuſuis. † al. id eſt.

α ¶ Statuta.] *Abeſt hæc dictio ab originali, & cæteris locis indicatis.*

Item Zepherinus Vrbis Romæ archiepiſcopus, epiſtola prima epiſcopis Siciliæ.

¶ Epiſcopus accuſatus à duodecim audiatur, cauſæ uero finis ad ſedem Apoſtolicam deferatur. C. II.

DVodecim iudices quilibet epiſcopus accuſatus, ſi neceſſe fuerit, eligat, a quibus eius cauſa iuſte iudicetur: nec prius audiatur, aut excommunicetur, vel iudicetur, quàm ipſi[d] per ſe eligantur, & regulariter uocatus † ad ſuorum primo conuentum epiſcoporum, per eos eius cauſa iuſte audiatur, & rationabiliter diſcernatur. Finis vero eius cauſę ad ſedem Apoſtolicam deferatur, ut ibidem terminetur: nec antea finiatur (ſicut ab Apoſtolis, vel ſucceſſoribus eorum olim ſtatutũ eſt) quàm eius auctoritate fulciatur.

3. q. 8. c. 1. Poly. l. 5. tit. 4. Anſ. l. 3. c. 45. Iuo p. 5. c. 245. † al. vocato.

Quòd uero abſq; ſynodali audientia epiſcopus damnari ꝓhibetur; ſine præiudicio Romanæ ſedis oportet intelligi, quæ ſua auctoritate, quoſq; ualet damnare, uel dãnatos abſoluere. Vnde Gelaſius Papa. [Ipſi sũt canones] ĩfra

procuratorem Io. ſed certe procuratorem ad agendum contra aliũ ab epo non poſſunt cõſtituere ſine auctoritate epĩ, nec eſſe in iudicio, ut extra de iu. cauſam. & extra de procu. c. 1. B. Item habæs hic, ꝙ procurator non poteſt eſſe infamis, ut dixi 3 q. 7. cap. 1. Itẽ habes hic, ꝙ eps & ſacerdos ſemper debet litigare ꝑ procuratores. Et ſic patet, ꝙ ante litis cõteſtationẽ & poſt, poteſt clericus ſecundũ iura noſtra cõſtituere procuratorem, & per ipſum iurare de calumnia, vt probatur extra de iura. calum. cũ cauſam. niſi velis exponere ibi ꝓcuratorẽ. ideſt, œconomum, vt extra de iur. calum. in per tractandis. Et lex dicit, quod ubi cõuenitur monaſterium, vel eccleſiaſtica perſona, poſſunt conſtituere procuratorem, vt in Authen. de ſanc. epiſ. §. ſi vero epi. coll. 9. Alij uero comparant ꝑlatos tutoribus: & dicunt, ꝙ ſicut tutor vel curator non poteſt ante lit. conteſt. conſtituere procuratorem., vt C. de procu. neque ſic neque prælatus: quod non concedo. Nulla eſt enim comparatio inter tutores, & prælatos, quia tutor eſt tẽporalis, prælatus eſt perpetuus. tutor non utitur bonis pupilli, ſicut prælatus bonis eccleſiæ. tutela eſt onus, ſed prælatura eſt honor. prælatus habet liberam & generalem adminiſtrationẽ in bonis eccleſiæ, & dare pôt bona aliqua, ſi hoc hẽat conſuetudo eccleſiæ, ſed tutor nõ extra de dona cap. cæterum.

Canonici contra epiſcopũ agentes, procuratorem conſtituere poſſunt.

Prælati non ſunt tutoribus comparandi.

a ¶ Publico.] Publicum uocat hic crimen, de quo ſolenniter & publice poteſt quis accuſari. idem enim eſt in priuatis criminibus, vt C. de iniu. l. vlt. quia nec in illis interuenit procurator, ut ſu. ea. in criminalibus.

Crimen publicum qd dicitur.

b ¶ Aduocatum.] Id eſt, procuratorem.

QVod autem abſque] CASVS. Hic intitulatur quarta quæſtio, qua quæritur an epiſcopus ſit damnandus, ſine ſynodali auctoritate. Sed hæc quæſtio tractata fuit ſupra 3. q. 8 ſed hoc ſolum adijcitur hic, ꝙ Romanus Pontifex poteſt epiſcopum ſine concilio damnare, vt in ea §. quod vero.

NVllus epiſcopus.] CASVS. Quæſitum fuit à Iulio, vtrum epiſcopus ſit condemnandus abſque ſynodo epiſcoporum? Et reſpondet, ꝙ non: quæ debet congregari ſuo tempore, & auctoritate Papæ ſpeciali, ſed ſi aliter præſumptum fuerit, vanum erit.

c ¶ Auctoritate.] Generali, audiri enim poteſt cauſa epiſcopi. ſed non pôt terminari, ſine ſpeciali mandato apoſtolicæ ſedis, licet abſolui poſſet, vt 3. q. 6. quamuis. & c. dudum tamen hoc non credo, ut dixi 3. q. 6. accuſatus. Et arg. infr. c. proxi. in fi.

DVodecim iudices.] CASVS. Dicitur hic, qđ ſi neceſſe fuerit, epiſcopus accuſatus duodecim habeat iudices à ſe electos, qui crimen examinabunt epiſcopi: ſed Papa ſententiam dabit, ſi neceſſe fuerit, quod eſt ſi metropolitanus non eligit, uel ſuſpectos eligit.

d ¶ Ipſi.] Infr. 9. q. 3. cuncta. & c. ipſi & c. ſaluo.

QVOD VERO. CASVS. Dictum eſt ſup. cap. nullus qđ epiſcopus condemnari non debet niſi ſynodo congregata, quod intelligi debet abſque præiudicio Romanæ

minæ ſedis. Nam Romanus Pontifex quoslibet pōt abſoluere & condemnare abſque ſynodo cōgregata, quod duabus auctoritatibus probat Grat. ſcilicet Gelaſij, & Hadriani, & ſequenti §. dicitur, quòd in ſynodo vbi epiſcopus accuſatur, non debet aliquis facere ſtrepitum, vel nec contentioſis vocib. acclamare, & hoc probatur auctoritate Apoſtoli, & Eſaiæ prophetæ, ſed omnia debēt humiliter proferri, ne contentioſis vocibus ſenſus turbetur auditorum, & vigor iudiciarius eneruetur propter tumultum. & ſi quis fecerit ſtrepitū, vel tumultū, eijciatur velut irriſor auctoritate Salomonis dicentis: Eijce deriſorem, &c. & ſententiam excōicationis per triduum patietur.

b ¶ In loco benedictionis.] i. ſynodi.

c ¶ Mitiſſima.] Vt C de obſeq. patrono præ l. ſi manumiſſori & ſu. 3. q. 7. ſi quis adeo. lex punit talē vltimo ſupplicio, vt C. de his q ad eccleſiam confug. denunciamus.

d ¶ Tumultu.] Sic p̄ſumit de iniuſta electione illius, qui per clamorē eſt electus: ext. de elec. Oſius. 8. q. 1. ſi ergo. Et eſt ſimile de conſec. d. 1. irreligioſa.

e ¶ Excōicationis.] a conſortio fratrū 2. ſic ſup. 45 diſt. nemi nem.

† eſt initium cauſæ nonæ.
ſu. 3. q. 6. neminem.

cauſa nona, [*Sententia † excommunicationis notatus.*] *Item Hadrianus c. 8.* [*Saluo Romana eccleſia in omnib. primatu, manifeſtum eſt, quòd illa, quæ ſunt per vnamquamque prouinciam ipſius prouinciæ ſynodus diſpenſet: ſicut in Nicæno* [a] *conſtat decretum eſſe concilio.*] *Cū vero accuſatus ad concilium venerit, quidquid conſidentium conſultationibus agitur, aut ab accuſantium parte proponitur, non contentioſis vocibus, ſed mitiſſima verborum relatione proferatur.*

Vnde in Toletano concilio 11. c. 1.

¶ In cognitione cauſarum contentioſi locum non habeant. C. IIII.

Anſ. in princip.
Iuo p. 4. c. 245.
† al. perturbare.
Iac. 1.
Eſ 32.
† al. collationibus.
† al. cauſantium.
† al. turbo. al. quādo ſilentium perit, & iudicium obſtrepentium turba confundit.
† al. iudicum.

IN loco benedictionis [b] conſidentes Domini ſacerdotes nullis debent aut indiſcretis vocibus perſtrepere, aut quibuslibet tumultibus perturbari †, nullis etiam vanis fabulis, vel riſibus agi, & (quod deterius eſt) obſtinatis diſceptationibus tumultuoſas voces effundere: [Si quis enim, vt Apoſtolus ait, putet ſe religioſum eſſe, non refrænans linguam ſuam, ſed ſeducens cor ſuum, huius vana eſt religio:] cultum enim ſuum iuſtitia perdit, quando ſilentia iudicij obſtrepentium turba † cōfundit, dicente propheta: Erit cultus iuſtitiæ ſilentium.] Debet ergo quidquid aut conſultationibus † conſidentium agitur, aut ab † accuſantium parte proponitur, ſic mitiſſima [c] verborum relatione proferri, vt nec contentioſis vocib. ſenſus audientium turbent; nec iudicij † vigorem de tumultu eneruent. Quicunque ergo in conuentu concilij hæc, quæ præmiſſa ſunt, violanda crediderit, & contra hæc interdicta aut tumultu [d], aut contumelijs, vel riſib. concilium conturbauerit, iuxta diuinæ legis dictum, quo præcipitur: (Eijce deriſorem, & exibit cum eo iurgium.) & cum omni dedecore de confeſſione † abſtractus a cōmuni cœtu ſecedat, & trium dierum excommunicationis [e] ſententiam perferat.

Pro 22.
† In vulgatis legebatur.
confeſſione.

QVAESTIO V.

NVnc autem [f] *quæritur, an ſit aliquis indicandus maleuolus; quia crimen alterius indicat.*

De hoc ſcribit B. Auguſtinus ſerm. 3. de communi vita clericorum, ſeu regula tertia dicens.

Idem epiſt. 109.

¶ Magis nocet, qui crimen celat, quam qui amicabiliter indicat. C. I.

NOn

2 Sub ſed nō ſacramentorum, vt dixi ſu. e q. 2. præſenti, ibi videas. Arch.

NVnc autē.] Hinc intitulatur 5. quæſtio, qua quæritur, an aliquis ſit maleuol⁹ iudicandus quia indicat crimen alterius. Et certe ſi bono zelo hoc facit, p̄miſſa admonitione, nō debet maleuolus iudicari, vt 2. q. 1. ſi peccauerit. dum tamen indicet tali, qui poſſit prodeſſe, & non obeſſe, vt 22. qō. 5. hoc vr̄. Itē ſi crimē, qđ proponitur, vult probare: ſi ex charitate hoc facit, audit, vt in f. c. 2. Si ex odio hoc facit, repellit, vt ſu. 2. q. 7 ſi qui ſunt.

Crimē indicans nō ſem per dicitur maleuolus.

f ¶ Nunc autem.] Si bono zelo quis indicat crimen illi, qui pōt prodeſſe, & non obeſſe, non eſt maleuolus. 22 q. 5. hoc vr̄. & ſi p̄monueris cum quē accuſat. 2. q. 1. ſi peccauerit. Vel ſi crimen propoſitū vult p̄bare 3. 2. q. 8. qui crimen. ſup. ea. q. 1. c. 2. Sed crimen tantum proponeret, & non proſequeretur, puniendus eſſet tanquam proditor, vt 46. d. accuſatores.

3 In hoc caſu, ſi facit ex charitate audit inf. ea. ca. 1. Si ex odio hoc facit repellitur 2. q. 7. ſi q ſūt. Arch.

1 Sic ſcripſit Hu. Alex. & Laur. Ad idē 9. q. 2. nō initiati ſm Hu.

vel tumultum, vel aliquid ſimile.

a ¶ Sicut in Nicæno] Sup. 3. q. 6. neminem 1.

IN loco benedictionis.] CASVS. Dicitur in hoc ca. q in ſynodo vbi epiſcopus accuſatur, vel cauſæ difficiles tractantur, nullus debet facere ſtrepitū, vel tumultū,

NOn vos.] CASVS. Quidam ſe putabant peccare, cum indicabant crimen alterius, ſed Augu. dicit, q non

quod non peccant: ſi hoc bona fide faciunt, immo magis delinquunt ſi tacent permittendo perire quos corrigere poſſunt. Et hoc probatur ſimilitudine morbi corporalis, vel alterius.

a ¶Non vos.] Hoc ca. loquitur de denunciatione, & de ſecreta correctione. Et eſt arg hic, ꝙ quilibet ad denunciationem teneatur 1.

b ¶Indicatis.] illis, q poſſunt prodeſſe.

c ¶Tacendo.] infra. 8 q 1. quid autẽ contra. ſed hic de ſecreta correctione loqtur: ibidẽ manifeſta.

tate Salomonis, dicentis, Dulciora ſunt, &c.

g ¶Amariſſime.] Id eſt, amare.

EX HIS. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis c. quod melius eſt aliorum crimina ex charitate indicare, quam celare. Sed Euſebius videtur dicere contrarium, qui

vos [a] judicetis eſſe maleuolos, quando crimen alterius indicatis [b]. Magis quippe innocentes non eſtis, ſi fratres veſtros, quos indicando corrigere poteſtis, tacendo [c] perire permittitis. Si enim frater tuus vulnus habet in corpore, quod velit occultari, dum timet ſecari; nonne crudeliter a te ſiletur, ac miſericorditer indicatur? quanto ergo potius debes † manifeſtare crimen, ne deterius putreſcat in corde?

Item ad Vincentium Donatiſtam, & Rogatiſtam, epiſtola 48.

¶Nec qui parcit eſt amicus, nec qui verberat, inimicus. C. II.

NOn omnis, qui parcit, amicus eſt †; nec omnis, qui verberat inimicus. Meliora ſunt vulnera amici, quam voluntaria oſcula inimici. Melius eſt cum ſeueritate diligere, quam cum lenitate decipere. ¶Vtilius eſurienti panis tollitur [d], ſi de cibo ſecurus iuſtitiam negligebat; quam eſurienti panis frangitur, vt iniuſtitiæ ſeductus acquieſcat †. ¶Et qui phreneticum ligat, & qui lethargicũ excitat, ambobus moleſtus ambos amat. ¶Qui nos poteſt amplius amare, quam Deus? Et tamen nos non ſolum docere ſuauiter, verum etiam ſalubriter terrere non ceſſat. Fomentis lenibus, quibus conſolatur, ſæpe etiam mordaciſſimum medicamentum tribulationis adiungens, exercet fame patriarchas [e] etiam pios, & religioſos; populum contumacem pœnis grauioribus agitat; non aufert ab Apoſtolo ſtimulum carnis tertio rogatus, vt virtutem in infirmitate perficiat. *& infra.* ¶Noueris [α] aliquando furem auertendis pecoribus pabulum ſpargere, & aliquando paſtorem flagello [f] ad gregem pecora errantia reuocare.

α ¶Noueris.] *Apud B. Auguſtinum legitur,* & noueris. *pẽdetque hæc pars ex ſuperiori periodi parte.* & putas nullam vim adhibendam eſſe homini, &c.

Item ex ſermone 84. *Ambroſii, qui ſic incipit:* [*Amarior fortaſſe.*]

¶Non odio habetur, ſed diligitur, qui caſtigatur, & corripitur. C. III.

NOn oſculatur ſemper pater filium, ſed & aliquando caſtigat. Ergo, quando caſtigatur, qui diligitur; tunc circa eum pietas exercetur. Habet enim & amor plagas ſuas: quæ dulciores ſunt, cum amariſſime† [g] inferuntur. Dulcior enim eſt religioſa caſtigatio, quam blanda remiſſio. Vnde ait propheta: (Dulciora ſunt vulnera amici, quam voluntaria oſcula inimici.)

Ex his verbis datur intelligi, ꝙ magis cõfert vtilitati fraternę q crimẽ accuſando, vel iuſtificãdo perſequitur, quam qui celãdo fouere nititur. Euſebius aũt Papa con-

NOn omnis.] CASVS. Vincentius hæreticus compellebatur flagellis ad fidem, quam ſuſceperat retinendam, de quo Vincentius conquerebatur. Auguſtinus vero dicit, ꝙ cogi poteſt: quia errantibus & malis nõ eſt parcendum, ſed corrigendi ſunt: & quia correctores ſunt meliores quam alij: & hoc probat quinque exẽplis, ſcilicet amici, & diſpenſatoris, medici, Dei, & paſtoris. Primũ exẽplum eſt in principio. Secũdũ eſt ibi, [Vtilius.] Tertium ibi, [Et qui phreneticum.] Quartum ibi, [Quis poteſt nos.] Quintum ibi, [Noueris aliquãdo.

d ¶Tollitur.] Non obſtat 86. d. paſce qa illud de eo q admortem eſurit. ſic. 11 q. 3. quoniam multos. Et eſt hic arg ꝙ excommunicato nõ eſt danda eleemoſyna. De hoc dixi 42. d. quieſcamus.

e ¶Patriarchas.] Iacob & filios eius, q per famẽ coacti iuerunt in Aegyptum.

f ¶Flagello.] No. voluntatem potius ſpectandam, quam factum, vt 23. q. 1. paratus diſt. 5. ad eius vero. & qualitas facti ex perſona facientis præſumitur 11. q. 3. abſit, & 23. qõ. 4. ea vindicta.

NOn oſculatur] CASVS. Probat hic Amb. quod ſi ex charitate delinquentes corrigãtur, bonũ eſt. Et hoc ꝓbat exẽplo patris, & auctori

1 At 23. q. 5. non putes. vbi de hoc. argu ad hoc ſu 2. q 1. quiſquis. 2 q. 7. ſicut. & c. quã 24. pp. q 3. iã ſacerdotes.

† cum debet manifeſtare, ne, &c.] orig.

23. q. 4. nimium. §. non omnis.

Prou. 27.

† Conc. tex. in l. latæ culpæ. §. amicos, cum ibi no. ff. de ver ſigni. facit l verborũ. cotit.

† inf. 33. q. 4 nimiũ. Pan. cap. ſi vir, de adult.

Gen 42.

2. *Cor.* 12.

Voluntas potius quã factum attendi debet.

† *al. amarius.*

Prou. 27.

Digitized by Google

qui ſponte aliorum crimina confitentis repellit ab accuſatione epiſcoporum. Et ad hoc inducit ſequentie c.

ILli qui.] CASVS. In hoc c. continentur tria genera perſonarum, quæ repelluntur ab accuſatione epiſcoporum, ſcilicet, in fide catholica ſuſpecti, inimici, & illi qui

cũ tormentis: ſed falſum eſt, quia tantum exceptis criminibus admittuntur uiles, ut ſup. 4. q. 3. ſi aũt ea conditio.
c ¶ Religioſus] Illud obtinet in exceptis criminibus, in crimine læſæ maieſtatis, vbi accuſator torquetur, ut 6 q. 1. §. verum. C. ad leg. Iul. maie. nullus in fi. ſed in ciuili cauſa nunquam torquetur aliquis, niſi in defectum probationum, ut in authẽ. de teſti. §. ſancimus. coll. 7. Vel dic ꝙ prima pars loquitur de accuſatore, ſecunda de teſte, uiles enim teſtes bene torquentur in exceptis criminib. ut 4. q. 3. ſi autẽ ea. & etiam in ciuilibus negocijs in defectum probationum, ut dixi.
d ¶ Exigere.] Non ꝑ ſe. ſed ꝑ alios, ut 96. diſtin non liceat. per clericos autem, non per laicos. extra de ſent. excom uniuerſitatis hẽs ergo hic, ꝙ prælatus poteſt ſubditos corporaliter punire, vt 45. diſtinc. cum beatus.
e ¶ Vt dum]Hoc nõ refertur ad omnia ꝑdicta, ſed tantum ad illos, qui ſpontè confitentur, inimicus n. non poteſt eſſe teſtis in aliquo crimine extra de ſimo. licet Hely. poteſt tñ dici, ꝙ inimicus torqueri quãdi que poteſt, & æſtimabit iudex an adhibebit ei fidem, vel non, ut ff de quæſtioni. in fi. Sed utrum clerici debeãt ſubdi verberibus pro teſtimonio dicendo dubitatur, quod vř r. ut hic, & inf. ead q proxi. quia. & cap. presbyteri. & 45. diſt. cum beatus. Dicunt tamen quidam, minores clericos poſſe torqueri, ſed non maiores. Alij dicunt omnes ſuſpectos poſſe torqueri. nam & liberi uacillantes torquentur, ut extr. de accu. 2. ſuper his. ff de quæſtio. de minore, & eccleſia virgis poteſt aliquos corrigere, 24 quæſt. 5. cap. 1. hoc certum eſt, ꝙ minores clerici indiſtinctè pro quolibet crimine uerberibus ſubijciuntur, ut 35. diſtin. ante. Sed maiores non, niſi pro enormibus ut diſt. 45. in ſumma. tamen licet clerici torqueantur pro delicto, non tamen pro teſtimonio dicendo ſecundum pleroſq;, qui dicunt non tenere illam legem. infra. ea. q. 6. presbyteri. Vel dic quòd clerici ſuſpecti poſſunt torqueri non à laico, ſed ab epiſcopo.

tra ſtatuere uidetur, dum aliorum crimina ſpontè confitentes in epiſcoporum accuſatione recipi prohibet dicens epiſt. 1. ad epiſcopos Galliæ.

¶Ad accuſationem non admittantur aliorum crimina ſponte confitentes. C. IIII.

Anſ. l. 4. c. 25.

ILli, qui aut in fide catholica, aut inimicitia ſuſpecti ſunt, ad pulſationem epiſcoporum non admittantur: quia veritatẽ profeſſionis infidelitas, & inimicitia impedire ſolet. Nec illi credendi ſunt, aut admittendi, qui aliorum ſpontè crimina[a] confitentur. Et ideo replicanda eſt[b] ſolicitè ueritas, quam ſpontè prolata in illis uox habere non poteſt. Hanc diuerſis cruciatibus è latebris ſuis religioſus† [c] tortor exigere debet,[d] ut dum[e] pœnis corpora ſubijciuntur, quæ geſta ſunt, fideliter, & veraciter exquirantur.

† rigorſus.] or.

Item in prouerbijs, c. 11.

¶De eodem. C. V.

QVi ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis eſt, celat amici commiſſum. *Item infra cap. 5.* Quæ uiderunt oculi tui ne proferas in iurgio cito, ne poſtea emendare non poſſis cum dehoneſtaueris amicum tuum.

Sed aliud eſt charitate aliorum crimina deferre, ut quos ſecreta admonitione corrigere nõ poſſumus, cõuictos iudicis ſentẽtia corripiat: atq; aliud, inſidiãdo falſa obijcere, uel inſultãdo vera facile exprobrare. Illud verò charitatis, hoc autem impietatis eſt officium. Vnde in eiſdẽ prouerbijs, c. 12. dicitur: [Verba impiorum inſidiãtur ſanguini: os iuſtorum liberabit eos.] & infra: [Qui quod nouit, loquitur, iudex iuſtitiæ eſt: qui autem mentitur, teſtis eſt fraudulentus.] Item. ¶ Labium ueritatis firmum erit in perpetuũ: qui autem teſtis eſt repẽtinus[f], cõcinnat

Teſtes uiles poſſunt torqueri.

Clerici an poſſint pro teſtimonio torqueri.

† Dici.] H. notandũ eſſe, ꝙ clerici ſpõtè aliorũ crimina confitentes indifferenter ſubiiciunt verberib. ſi res exigat tales recipi in teſtimonium, ut in hoc c. illi g. & ita ipſe. no. 45. diſt. in ſumma Arc.
a Al. de pœni.

qui ſpontè aliorum crimina confitentur publicè, ſcilicet detractores, quos ſi contingat recipi in excepto crimine in accuſationem, vel teſtimonium contra eos, qa tales quamuis veritatem ſciant, non eſt eis tamen ſponte confitentibus credendum, ſed elicienda eſt ab eis veritas per tormenta a iudice eccleſiaſtico, ſcilicet archiepiſcopo cum reliquis epiſcopis ut de ſuis latebris veritas eruatur. Sequens c planum eſt.
a ¶ Sponte crimina.] Ideſt, detractores. 3 q. 4. detractores. & 46. diſt. accuſatores. Vel aliter, ideſt ſine diſcretione.
b ¶ Et ideo replicanda eſt.] Ideſt, ſæpius quærenda contra omnes ſupradictos, ſecundũ quoſdam, quod non placet, ſed contra confitentes tantum, quia inimici, & infideles nunquam admittuntur.
c ¶ Religioſus] Sed qualiter exercet religioſus vir cauſam ſanguinis contra illud. 23 q. 8. his à quibus? Sed dic ꝙ eccleſiaſticus iudex poteſt virga punire, vt 23 q 5. c. 1. & hoc non eſt iudicium ſanguinis, ſed hic facit quæſtiones in cauſa ciuili, quod fieri licet in defectum probationum. ff de quæſtio. diuus. & etiam in eccleſiaſtica criminali 2. q 1. in primis. in fi. Quidam etiam ex hoc loco dicunt viles contra clericos generaliter admitti-

Iudex eccleſiaſticus põt uirga punire.

QVi ambulat fraudulenter.] SED ALIVD EST. CASVS. Soluit modo Gratianus dictam obiectionem dicens, ꝙ accuſare aliquem ex charitate ad hoc ut corrigatur a iudice, officium eſt pietatis, & ad bonos pertinet, ſed falſo accuſare, vel falſa crimina alicui obiicere, officium eſt impiorum, & ad malos pertinet. Et hanc ſolutionem probat ſex auctoritatibus, quarum quinque ſunt de prouerbiis Salomonis.
f ¶ Repentinus,] Quale ergo erit reſponſum teſtis?

Digitized by Google

nam ſi cito reſpondet, videtur mendax, ſi in mora, videtur dubius, vt 50. diſt ponderet r.

perdere quod nunquam habuit. 30. q. 1. puella. 17. diſt. concilia. 23. q. 4. Guiliſarius. 27. q. 2. §. ex his 2.

e ¶ Caſtigari.] Hic vna pœna commutatur in aliam pœnam corporalem ſic 12. q 2. §. libertus. & 68. diſt presbyter. 14. q. ult. c. 1. ſi. ff. de accu. hos. §. omnibus. in fi.

f ¶ Velu-

1 Vel dic ꝙ hic repetit quæſtionē, ut demonſtret, ꝙ in calumniatorem poteſt eſſe pœnæ cõmutatio ſecundū L.

2 Et 23. q. 1. d. quotundā ubi de hoc, in fi.

linguam mendacij] Item c. 13. ¶ Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam: qui autem in conſiderate † loquitur, ſentiet mala.] & infra. [Verbum mendax iuſtus deteſtabitur: impius autem confundit, & confundetur.] Item Auguſtinus in pſal. 37. [Si aliquando β humana infirmitate pedes noſtri in aliquod peccatum mouentur, inſurgunt linguæ iniquiſſimorum inimicorum, cum fuiſſet miſerandum: irrident impij, unde dolent pij.]

† inconſideratus eſt ad loquendum.] vulg in verſi. quia dixi.

α ¶ Iudex] Sic in biblijs etiam Compluti, & Antuerpiæ impreſſis. Sed in nonnullis manuſcriptis habetur, iudex: Græce autem ἐπιδεικνυμένην πίστιν ἀναγγέλλει δίκαιος ὁ δὲ μάρτυς τῶν ἀδίκων δόλιος, id eſt, clarum teſtimonium dat iuſtus, teſtis autem iniuſtorum doloſus.

β ¶ Si aliquando.] Hic verſiculus uidetur ſumptus partim ex verbis B. Auguſtini, partim ex gloſſa marginali, & interlineari in eundem locum ex eod. B. Auguſtino, & Caſſiodoro.

QVAESTIO VI.

Vi autem[a], quod intulit, probare non valet, puniendus eſt. capit. l. 2. c. 277.

Vnde Hadrian. Papa ait in capitul. c. 41.

¶ Puniatur qui alijs falſa intulerit. C. I.

Omnis, qui alijs falſa intulerit, puniatur[b], & pro falſitate ferat infamiam. Anſ. l. 3. c. 92.

Item Gregorius Papa.

¶ De eodem. C. II.

Qui calumniam illatam non probat, pœnam debet incurrere, quam ſi probaſſet, reus utique ſuſtineret.

¶ Hic Gratianus partem ſequentis capituli, quaſi quandam per ſe ſententiam, quod non raro ſolet, præponit.

Item in regeſto.

¶ Qua pœna feriatur, qui crimen illatum non probat. C. III.

Quia iuxta canonicas patrum ſententias, qui calumniam illatam non probat, pœnam debet incurrere, quam ſi probaſſet, reus utiq; ſuſtineret; ac per hoc, quia ſubdiaconus crimen diacono probare nõ potuit, quoniã impoſitionem manus[c] (qua carere potuiſſet) non habuit, non ſolum a ſacerdotio[d], ſed officio caruit, & tamquã reuera infamis meruit verberibus caſtigari[e]. Nam cui cum tribus teſtibus, ueluti[f] laico crimen quodlibet approbatur, non eſt mirum, quod obiecit dum probare non Iuo. diaco. li. 4. uitæ B. Greg. c. 31.

Qui autem.] Hæc quæſtio diuiditur in tres partes, in prima quarum probatur, ꝙ qui calumniatur, tenetur ad pęnam talionis, & hoc ꝓbat ꝑ tres auctoritates. Secunda ibi, [Presbyteri.] Tertia ibi, [Epiphanium.] Ioan. de Fant.

CASVS. Hic intitulatur ſexta quęſtio, qua quæritur qua pœna ſit puniendus qui deficit in ꝓbatione criminis, quod obiecit Sed quæſtio tractata eſt ſup. 2. q. 3. Sed Gratianus eã repetit, ut addat quædam c. de hac materia loquentia, & ut addat de cõmutatione, & recompenſatione pœnæ, vt qui non poteſt pati pœnam legitimam, patiatur aliam loco eius. Prima duo cap. ſequentia per ſe patent.

a ¶ Qui autem.] Hæc quæſtio expedita eſt. 2. q. 3.

b Omnis.] ¶ Puniatur] Si conuictus fuerit de calumnia, vt 2. q. 3 §. notandum.

Quia] CASVS. Quidam ſubdiaconus crimẽ cuidam diacono obiecit, ſed defecit in probatione. Quæſitum fuit à Grego. qualiter dẽat puniri? & reſpondet. ꝙ pœna talionis puniri non poteſt, cum ſit diaconus, ſed careat promotione ſacerdotij, quam habere poterat, & executione officij, qđ habet, & tãquam reuera infamis verberib. caſtigetur, velut laicus conuictus de crimine, & illud verbũ, vel ut laico, in apparatu exponitur multipliciter, ſed certe per caſum poſitum debes literam intelligere.

c ¶ Manus.] Presbytero enim, & diacono tantum manus imponitur, ut 20. diſt. preſbyter. &c. diaconus. Sed contra. 49. d. c. 1. ubi & clerico iubetur manus imponi, ſed illud de manu benedictionis, hoc de manu conſecrationis. Vel dic ꝙ tempore Gregorii, ſubdiaconatus non erat ſacer. ordo. 31. diſt. cap. 1.

Perdit quis quod nunquã habuit.

d ¶ Sacerdotio.] Quod habiturus erat, argu. ꝙ quis dr

f ¶ Veluti.] Hic vult dicere, ꝙ ſubdiaconus conuincitur ueluti laicus quantum ad hoc, ſcilicet ꝙ ſicut cauſa laici ab epiſcopo uno audiri poteſt, ſic cauſa ſubdiaconi, ut 15. q. 8. Fęlix, ſecus eſt in diacono, quidam etiam referunt hoc ad qualitatẽ teſtiũ, ut ſicut bigami admittuntur

Digitized by Google

tuntur contra laicum, ſic cõtra ſubdiaconum, quia poſſunt ex diſpenſatione fieri ſubdiaconi, vt 34. diſtinct. lector ſed eadem ratione homicida admittitur contra ſacerdotem, cum ſecum diſpenſari poſſit a Papa 1. [illegible] audiantur, ſed ſi presbyteri falſitatem dixerint, licentiam habeant litigatores de falſo eos redarguere, & quanto in maiori honore ſunt poſiti, tanto maiori pœna debent affici, ſi in crimine reperiantur falſitatis: & illud verbum, & leges præcipiunt, ideſt, forte, in quibus caſib. laici torquent, & ipſi torqueantur.

PRESBYTERI. CASVS. Quæſitum fuit ab Imperatore an presbyteri cum ferunt teſtimonium ſint uerberibus ſubijciendi? Et reſpondet quod, propter prærogatiuam ſacerdotij, hac tamen conditione, ut falſa non dicant, cæteri vero clerici prout leges præcipiunt. ſecus ſi directè accuſatur teſtis 3. vt 50. diſtin. ſi epiſcopus. & ff. de fal. l. 1. § ult.

1 De hoc articulo nota ext de hom. ſicut dignũ. §. ult. Arch.

ſufficit, ſi corporali infamiæ, quemadmodum laicus, ex iuris ſimilitudine ſubiugatur. Quod enim eſſet diacono gradum amittere, hoc fuit ſubdiacono famæ plenitudine caruiſſe.

¶ *In regeſto B. Gregorij hæc non ſunt inuenta, ſed habentur omnia in vita ipſius a Io. diacono ſcripta, lib. 4. c. 31. It enim poſtquam citauit epiſtolam 66. libri non: Anthemio ſubdiacono ſcriptam, inde iſta colligit,* Ideirco Gregorius non probantem quod obiecerat, ſubdiaconũ officio iubet priuari: quia iuxta canonicas patrum ſententias, quia calumniam, &c. *vſq; ad finem. Sicut autem caput hoc ex* Io. *diacono ſumptum eſt; ita in Decretalibus caput primum tit. de calumniatoribus ex ipſa Gregorij ad Anthemium epiſtola eſt acceptum.*

a ¶ Solum.] *Vox iſta abeſt ab originali, ſed ob gloſſam non eſt inducta.*

Codice libro primo, tit. de epiſcopis & clericis, l. 8. Imperator Theodoſius.

2 ¶ *Presbyteri* [a] *citra iniuriam quæſtionis teſtimonium dicant, ita tamen, vt falſa non ſimulent. Cæteri vero clerici, qui eorum † deinde gradum, vel ordinem ſequũtur, ſi ad teſtimonium dicendum petiti fuerint, prout leges* [b] *præcipiunt, audiantur: vt ſalua tamen ſit litigatoribus falſi actio, ſi fortè presbyteri, qui ſuo †* [c] *nomine ſuperioris loci teſtimonium dicere citra aliquam corporalem iniuriam ſunt præcepti, hoc ipſo, quod nihil metuant, vera ſuppreſſerint. Multo magis enim pœna digni ſunt, quibus quam plurimum honoris per noſtram iuſſionem delatum eſt, ſi occultè † inueniantur in crimine †. ¶ Item conſtitutione tertia coll. 9. ¶ Presbyteri* [d]*, ſeu diaconi, ſi falſum teſtimonium dixerint; ſi quidem in re pecuniaria; a diuino miniſterio duntaxat per tres annos ſeparati, monaſterio tradantur: Si in criminali, clericatus honore nudati, legitimis pœnis* [e] *ſubijciantur. Cæteri vero clerici communi* a *iure ab officio eccleſiaſtico pulſi, ſine delectu cauſæ legitimè coerceantur.*

† al. eum.

† al. ſub

† al. ſi in occulto inueniatur crimẽ.

† Concor. tex. in l. oẽ. § q manus. ff. de te. mil. & l. pſbyteris. C. de epi. & cl. Crimẽ falſi qna pœna punitur,

Cod. eo. ti. Authent. ſequenti. Presbyteri. Nouella 123. §. reuerendiſſimis.

a ¶ Communi.] *Hæc omnia verba,* communi iure ab officio eccleſiaſtico pulſi, *abſunt à manuſcriptis, ſunt tamen in tranſlatione, quæ habetur in codice. Nec vero Gratianus ipſa omnino verba aut veteris interpretationis, aut Iuliani, aut Irnerij retulit. Quare opera pretium fuerit nouellam ipſam Græcam, & vulgatas interpretationes conſulere: extant enim aliqua varietates non contemnendæ.*

Item Gregorius Ianuario epiſcopo lib. 3. epiſt. 24.

¶ Ad ſanctæ communionis miniſterium † non accedat, qui crimen illatum non probat. Cap. IIII.

† al. myſterium.

3 EPiphanium...

a ¶ Presbyteri.] Bonæ opinionis, ſecundũ H. ſecus ſi ſuſpecti ſunt, vt ĩ ea. q. 5. illi. ſed hoc non placet 2. minores ergo clerici põt corã epo torqueri, nõ a laico, vel nõ credo tenere quod hic dicitur.

2 Vnde gñaliter intelligas literam vt ſonat ſm B. Iſid.

b ¶ Leges.] Circa laicos infames.

c ¶ Qui ſuo.] ideſt, pp ſuum honorem.

PRESBYTERI. CASVS. Quæſitum fuit à Iuſtiniano, qua pęna debẽt puniri pſbyteri, & diaconi ſi de falſo teſtimonio conuincantur? Et reſpondet, ſi in ciuili cauſa falſum dixerint teſtimonium, ſeparati à miniſterio duntaxat per tres annos detrudantur in monaſterium. Sed in criminali primũ degradẽtur, deinde pœnis legitimis ſubijciantur. Cæteri uero clerici ſine delectu cauſæ, legales pęnas patiantur.

d ¶ Presbyteri.] Qualiter ſtatuit hic Imperator aliqd de rebus eccleſiaſticis, cõtra id 96. diſtin bene quidem. niſi hoc fecerit aucto. Apoſtolica. 97. diſt eccleſię. & ca victor. Sed hic inſtruit iudicem eccleſiaſticum quid facere debeat. ſic infra ead delatori.

e ¶ Legitimis pęnis.] Quæ ſunt. ff de fal. l. 1. §. vlt. vbi dr̃, q̀ pro crimine falſi, ſi eſt liber, deportatur. & omnia eius bona publicantur: ſi eſt ſeruus, patiatur vltimũ ſuppliciũ. Vel intellige de pęnis canonicis, prout dr̃ d. 50. ſi epũs. Vel dic cum iudex ex officio ſuo punit teſtem ſm ſuũ arbitriũ punit eum, vt C. de teſti. nullũ.

3 Et uideas qđ not. 2. q. 3. in ſumma in fin. & qđ legi. & not. q. 5 Rex dẽt & 33. q. 5. hæc imago in fi. Arch.

EPiphanium.] Hæc eſt 3. pars q. in qua vult probare qualiter ſunt puniendi qui non probant, quod obijciunt

Digitized by Google

obijciunt, & ad hoc ponit 2.c. Ioan. de Fan.

CASVS. Quidam abſentes libellum accuſationis, ut Epiphanium infamarent miſerunt epiſcopo ſuo ſ. Ianuario; qui cum libello accuſationis prædictum Epiphanium ad Papam miſit. tunc Papa examinata cauſa, & cognita innocentia Epiphanij eū abſoluit, & mādat epiſcopo, vt illos accuſatores excommunicaret, niſi venirent, & probarent crimē qđ obiecerāt ita poſuit Hugo caſum. Beneuē. uero ſic ponit caſū Epiphanius preſbyter dicebatur, rem cum quibuſdam mulierib᾽ habuiſſe: qđ ſcelus qdā ſermone tacito nomine ſuo ſignificauit Dño Papę Greg. quo audito pcepit Grego. Sabino defenſori, vt mulieres illas, quas preſbyter Epiphanius dicebat cognouiſſe, & alios q eiuſdē rei veritatē ſciūt, Romam adducat. quo facto, & oib᾽ in pſētia Papę poſitis, cū nullum crimen in Epiphanio inueniſſet, remiſit eum ad Ianuarium epiſcopum, cōtrā quo, ſi ille, qui talem epiſtolā miſit, nō ap paruerit paratus, qđ obiecit probare, a cōione remoueatur. Sed primus cas᾽ mihi magis placet Quæ ſequuntur, plana ſunt vſque ad finem, quantum ad caſus poſitionem.

a ¶ Epiphaniū.] De eo agitur extra de teſti. quoniam.

b ¶ Literis.] Sed qualiter hoc fecerit cū nō ſit admittēda accuſatio p literas, ut 2.q 8. per ſcripta & 3.qō.9. abſentes ſed hic non plenè examinauit cauſam.

c ¶ Accuſatū.] id eſt, infamatum.

d ¶ Diſcutiētes.] De plano, non in forma iudicij. ext. de accuſ. olim.

e ¶ Abſoluimus]Ab obſeruatione iudicij, vnde poſtea admittitur accuſatio.

l ¶ Paratus.] Nonne potuit accuſator pœnitere, & dicere ſe erraſſe, vt 3.c.q 1 quidam & ante lit. conteſt poteſt deſiſtere accuſator, vt extra de accuſ. licet 1. in fi. ſed illud eſt ſpeciale in accuſatione epiſcopi, vel cum orta eſt infamia, vt dixi ſup. 4.q.5 quiſquis.

' Accuſator an & qū pt deſiſtere.

' Quod cōi notantur.

g ¶ Delatori.] Confeſſo.

h ¶ Lingua.] Sed qualiter dat Papa iura de pœna ſanguinis contra illud 23.q.8. his a quibus, ſed hic docet docet quid facere debeat iudex ſæcularis. ſic 27. q. 1. ſi quis rapuerit. Io. de Fan.

oēs do. in iſta decr. licet ſolutionē, quæ primo ſequitur, vnde de ea nō cures. Arch.

nium [a] α presbyterum quorūdam ſacerdotum † literis [b] criminaliter accuſatum [c]: cuius nos, vt valuimus, diſcutientes [d] cauſam, nihilque in eo obiectorum reperiētes, vt ad locum ſuū reuerteretur, abſoluimus [e]. Criminis ergo eius auctores te volumus pſcrutari: & niſi qui eaſdē tranſmiſit epiſtolas, paratus [l] fuerit hoc, quod obiecit, canonicis, atq; diſtrictiſſimis probationibus edocere, nullatenus ad ſanctæ miniſterium † communionis accedat.

† *al. ſacerdotum.*

† *al. myſterium.*

α Epiphanium.] *In epiſtola hæc antecedunt.* Præterea noſti latorem præſentium Epiphanium presbyterum quorundam, &c.

Item ex decreto Hadriani Papæ, c.49.

In capitulis Hadriani, cap.49. Cap. li.7.c.160. Anſ.l.3.c.88.

¶ Qua pœna delator ſit feriendus. Cap. V.

DElatori [g] autem lingua [h] capuletur, aut conuicto caput amputetur. ¶ Delatores autem ſunt, qui inuidia produnt alios.

¶ *Habetur inter capitula Hadriani ca.49. allatum, quantum conijcere licet, ex legibus ſæcularibus. Nam in codice Theod. lib. 10. tit. 10. l. 2. fere idem: in libro autem 7. cap. c. 360. prorſus idē habetur.*

[*Item ex concilio Eliberitano.*]

Capit. l.6.c.244.

De eodem. PALEA. C. VI.

Burc. l. 6. c. 27. Iuo p.10. c.156.

DElator ſi quis extiterit fidelis, & per delationē eius aliquis fuerit proſcriptus, vel interfectus, placuit non niſi β in fine accipere communionem. Si leuior cauſa fuerit, infra quinquennium accipere poterit communionem. Si cathecumenus fuerit, poſt quinquennij tempora admittatur ad baptiſmum.

β Non niſi.] *In concilio ipſo, & capitularibus legitur*, nec in fine: *quod in multis eiuſdem concilij decretis repetitur. Quomodo autem hic, & apud Burchardum, atque Iuonem legitur, conuenit canoni 13. Nicæni concilij, in quo ſic ſtatutum eſt.* De his qui ad exitum veniunt, etiam nunc lex antiqua regularisq; ſeruabitur; ita, ut ſi quis egreditur e corpore, vltimo & neceſſario uiatico minime priuetur. *Hanc controuerſiam copioſè explicat Inn. 1. epiſt. 3. c. 2. Exuperio epiſcopo Toloſano.*

In regula Iſidori cap.17.

Item ex octaua ſynodo.

¶ Qui innocentem falſo crimine maculauerit, ſacerdotis arbitrio pœna diuturna purgetur. C. VII.

SI quis falſum dixerit, vel perſonam innocentis falſo crimine maculauerit; iuxta ſacerdotis arbitrium diuturna pœnitentia expurgetur.

¶ *Capiti huic in vulgatis erat præpoſitum nomen palea, quod ſublatum eſt auctoritate omnium ueteſtorum exemplarium, quotquot collata ſunt. Extat autem in regula monachorum Beati Iſidori, c.17.*

Item ex concilio Agathenſi, c.32.

Duo

Digitized by Google

¶A communione coerceatur vel ſæcularis, vel laicus, qui eccleſiam, vel clericum, vel per calumniam fatigauerit. C. VIII.

SI quis vero ſæcularium per calumniam eccleſiam, aut clericum † fatigare tent auerit, & conuictus fuerit; ab eccleſiæ liminibus, & a catholicorum communione, niſi digne pœnituerit, coerceatur †.

† *clerum.*] orig. — Anſ.l.3.c.116. Burc.l.15.c.5. Iuo p.6.c.367. & p. 16.c.6.

† *al. arceatur.*

CAVSA SEXTA.

DVo fornicatores, & infamia notati quendam religioſum epiſcopum de ſimonia accuſare nituntur: reus alterius prouinciæ archiepiſcopi iudiciũ expetit: tandem in probatione deficit accuſator: reus cogitur ad ſuæ innocentiæ aſſertionem.

1 *Hic primum quæritur: an crimine irretiti, vel infamia notati ad huiuſmodi† accuſationem ſint admittendi.*

† *al. huius.*

2 *Secundo, ſi epiſcopus in eos accuſationem vertere voluerit, an ſimplici aſſertioni ſuæ ſit fides habenda.*

3 *Tertio, ſi liceat ſibi expetere iudicium archiepiſcopi alterius prouinciæ.*

4 *Quarto, cuius iudicium ſibi ſit expetendum ſi circa ſuam ſententiam epiſcopos ſuæ prouinciæ diſcordare contigerit.*

5 *Quarto, ſi in probatione deficit accuſator, an reus ſit cogendus ad probationem ſuæ innocentiæ.*

QVÆSTIO I.

QVod [a] autem crimine irretiti alios accuſare non poſſint, Anacletus Papa teſtatur, epiſtola ſecunda epiſcopis Italiæ dicens.

¶A criminoſis ſacerdos accuſari non permittitur. C. I.

SI ſacerdos ſine crimine eligi præcipitur [b], nullatenus ab hominibus criminibus irretitis accuſari, aut calũ-

DVo fornicatores.] CASVS. Sup. in 2. & 4. cauſis in multis capitulis docuit Gra. ꝙ criminoſi, & infames repellũtur ab accuſatione, & teſtimonio: ſed quia quædã ſunt crimina excepta in quib. criminoſi vel infames admittuntur, ideo annectit hanc cauſam, vt oſtendat, ꝙ in crimine excepto, criminoſi & infames admittuntur. Oſtendit etiam, ꝙ ſimplici aſſertioni epiſcopi non creditur, cum vult alium accuſare, & ꝙ epiſcopus accuſatus ad alium archiepiſcopum ire non debet, vt hæc, & alia faciat proponit thema, de quo quinque elicit quæſtiones. Sunt autem crimina excepta (vt dicit H. crimen læſæ maieſtatis: crimen perduellionis, quod eſt ſpecies criminis læſę maieſtatis, crimen hæreſos, crimen ſimoniæ, crimen ſacrilegij, crimen fraudati cenſus vel annonæ Inter hæc eſt crimen ſimoniæ, quod magis in eccleſia frequentatur.

QVod autem.] Hæc quæſtio diuiditur in quatuor partes. In prima probatur per 16. auctoritates ſanctorum, ꝙ infames, excommunicati, & inimici non poſſunt alios accuſare, Secunda, ibi. [Cum itaq;] Tertia ibi [Quicunq;] Quarta ibi, [Verũ.] Io. de Fa. CASVS. Hic intulatur prima quæſtio, qua quæritur an criminoſi, & infames repellantur ab accuſatione? Et certũ eſt, ꝙ ſic, vt 2 q 1 in primis, niſi in crimine excepto, vt 89. diſti. ſi quis Papa, & 16 q. 3. ſane. & ꝓcedit hoc ordine Grat. in hac quæſtione Primo ꝓbat, ꝙ criminoſi & infames non debent admitti ad accuſandum vſque ad §. ſed licet Poſtea dicit, ꝙ in crimine excepto & in crimine ſimoniæ bene admittuntur teſtes iſti, & ſimiles.

a ¶Quod autem] In ſimonia quilibet auditur accuſans cõtra laicum, etiam meretrix, vt 89. diſ ſi quis Papa & ext. de ſim. tanta, & hoc ideo quia omnia crimina nulla reputantur reſpectu iſtius, vt 1 q. vlt. patet ſecus. ſi accuſatus ſit clericus, & bonæ famæ, vt 2. q. 1 in primis. in fin immo eadem eſt diſtinctio in laico an prius fuerit bonæ famæ, an non, vt ff ad leg Iul maieſt famoſi. Licet aũt in exceptis criminib admittanẽ criminoſi: non tñ ſine tormento, vt 4 q 3. ſi ea Si ergo clericus eſt bonæ famæ nullo crimine ſuſpectus, ñ audiẽ contra ipſum, vt extra de teſti veniens. Si eſt malę, q libet admittiẽ ad accuſandũ, & teſtificãdum, vt ext. de ſimo. per tuas. Quidam tamen dicunt, ꝙ licet viles admittantur ad accuſationem, non tamen ad teſtimonium, quia tota vis negotij pendet ex teſtimonio, ſed non in accuſatione. Vel dic, vt dixi 2 q 1. in primis. in fi.

Criminoſi in exceptis criminib. teſtificari poſſunt.

SI ſacerdos.] CASVS. Quæſitum eſt ab Anacleto, an criminoſi poſſint accuſare ſacerdotes? Et reſpondet ꝙ non: quia ab Apoſtolo præcipiatur, ſacerdotem ſine crimine eligi, nunquam debet a criminoſis accuſari, ſed ab illis tantum, qui poſſunt ad ſacerdotium promoueri.

b ¶Præcipitur.] Ab Apoſtolo 1 vt 85. d. primum ſi tale eſt crimen quod eſt accuſatione, & damnatione digniſſimum, vt 81. d. Apoſtolus.

1 Et ſic patet præceptũ eſſe Apoſtoli ordinãdũ eſſe ſine crimine ſcḋm H. & Laur.

Omnes

Digitized by Google

OMnes.] CASVS. Dicit Hadrianus Papa, ꝙ omnes dīt eſſe infames, quos leges ſæculi infames appellant, & iſti tale, & alij, qui ſuis culpis non poſſunt ad ſacerdotium promoueri repelluntur ab accuſatione, quia ſicut maior a minori iudicari non pōt, ita nec accuſari.

In ſecunda parte dicitur, quòd anathematizati repelluntur ſimiliter ab accuſatione, quia infames ſunt: nec poſſunt communicare nobiſcum, niſi abſoluantur. Secunda pars incipit ibi, [Similiter.] Sequens capitulum patet.

c ¶Illi

niari permittitur, nec ab alijs, quàm ab ijs qui ſine crimine ſunt, & iuxta electionem *a* ſacerdotes ordinari poſſunt; & tales per omnia inueniuntur, quales ſacerdotes eligi iubentur.

a ¶Iuxta electionem.] *Sic in omnibus collatis manuſcriptis codicibus, præterquam in vno in quo eſt,* iuſta electione. *In vulgatis erat,* iuxta electionem canonicam. *In epiſtola autem ipſa ſic legitur,* & iuxta electionem, ſi neceſſitas fuerit, aut ipſi volendo Domino ſeruire elegerint, ſacerdotesque ſine crimine fieri, & ordinari poſſint, & tales per omnia fuerint, quales eligi ſacerdotes iubentur.

Item Hadrianus Papa in capitulis, c. 21.

¶Infames, & qui culpis exigentibus ad ſacerdotium prouehi non poſſunt, ſacerdotes non accuſent. C. II. Poly. l. 5. tit. 1.

OMnes vero infames eſſe dicimus, quos leges [a] ſæculi infames appellant, & omnes, qui culpis exigētibus ad ſacerdotium non poſſunt prouehi. Indignum eſt enim, vt illi eos accuſent, qui eſſe non poſſunt, quod ipſi ſunt; quoniam ſicut maiores a minoribus [b] non iudicantur, ita nec criminari poſſunt.

Item Fabianus Papa, epiſt. 2. epiſcopis Orientalibus.

¶Infames ſunt, qui regnum Dei conſequi non valent. C. III.

ILli, qui [c] illa peccata perpetrant, de quibus Apoſtolus ait: [Quoniam, qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.] valde cauendi ſunt, & ad emendationem, ſi voluntarie noluerint, compellendi [d]: quia infamiæ maculis ſunt aſperſi, & in barathrum delabuntur; niſi eis [e] ſacerdotali auctoritate ſubuentum fuerit. ¶Similiter & illi, de quibus ipſe ait: [Cum huiuſcemodi [f] hominibus nec cibum ſumere.] quia infamia ſunt notati, antequam ſacerdotali auctoritate ſanentur, & in gremio ſanctæ matris eccleſiæ redintegrentur: quia qui extra nos ſunt, nobiſcum communicare non poſſunt.

1. Gal. 5.

1. Cor. 5.

Item Fabianus, epiſtola 1.

a ¶Leges.] Sed & alios dicimus infames ſecundum canones, qui nō ſunt infames ſecūdum leges, vt bigamos, & corpore vitiatos, ſicut nec omnes dicimus infames ſecundum canones, qui ſecūdum leges ſunt infames, vt mulier, quę nubit intra tēpus luctus. Io. Sed certe bigami, & corpore vitiati non ſūt infames, & ſi ſint irregulares, cum nō deliquerint. B. Dicūt tamē quidam, ꝙ infamia, quæ eſt irrogata per ſententiā, vel quæ cōtrahitur ipſo facto, vt cum aliqua deprehendit in adulterio, vel cū aliquis contrahit binas nuptias, de qua agitur, ff. de his qui notan. infa. quid ergo. infamia hæc non purgatur per quantamcunque pœnitentiam 1 vt 2. q. 3. §. hinc colligitur. niſi reſtitutus ſit ab illo, qui poteſt reſtituere, vt a principe, vel a ſenatu, vt 2. q. 3. §. notandum vt 2. in fi ff. de poſtu. l. 1 §. de qua. Alia ē infamia facti, de qua agitur infra ea. ſunt plurimi, & melius dicitur infamatio, quæ inducit purgationē, & illa aboletur purgatione præſtita, vt 15. quæſt 5. de crimine. Eſt etiam quædam infamia canonica, quæ irrogatur ex quolibet peccato mortali, vt hic, & 32 q. 5. præceptum, in fi & aboletur per pœnitētiam, vt inf. eo. illi, qui. tamen (vt dicunt quidam) talis non admitteretur ad accuſationem, vel promotionem, quia non ſufficit, ꝙ modo non ſit infamis: ſed ꝙ nunquam fuerit infamis. inf. ead. qui crimen. 2 Item infamia cōtracta ex ſententia excommunicationis tollitur per abſolutionē, vt 3. q. 1 c. 1. ſicut finito tempore relegationis tollitur infamia orta ex ſententia, ff. ad munic ordine.

. Infamia an poſſit per pœnitentiā purgari.

1 Quia pnīa & c. vt no 15 q. 5 presbyter. in gl q a pnīa, &c.

2 Hoc determinat ex. de tempo. or. c. vlt.

b ¶A minoribus.] Honeſtate morum .i. criminoſis. ne ſit contra 2. q. 7. præſumunt, & c lator.

ILli qui.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. Prima loquitur de peccatoribus non excommunicatis. Secunda de anathematizatis. 1 In prima ergo parte dicitur, quòd illi qui mortalia peccata committunt, non debent recipi ad accuſandum, quia infames ſunt, & in barathrum dilabuntur: niſi eis a ſacerdotibus eſt ſubuentum; vnde ſunt ad pœnitentiam compellendi,

c ¶Illi qui] Secundum quoſdam prima pars loquitur de criminoſis non excommunicatis, ſecunda de excōmunicatis. Secundum alios loquitur prima pars de occultis; ſecuuda de manifeſtis criminoſis.

d ¶Compellendi.] Arg. exiſtentem in mortali peccato cogendum eſſe ad pœnitentiam. 22. q. 1. prædicandum, 24. q. tam ſacerdos. Arg. contra. 2 q. 1. multi.

e ¶Niſi eis.] Arg tolli infamiam per ſatisfactionem eccleſiæ, vt 22. quæſt. 5. præceptum 35 quæſt. 6. ſi duo Argumen. contra 3. quæſt 4. conſanguineorum, & cap. 2. qui. infra ead. quicunque. & 22. quæſtio 5. paruuli. Sed dic quod canonica infamia per pœnitentiam tollitur: ſed non illa quæ irrogatur ipſo facto, vel per ſententiam, Ioann. de ipſo occulto crimine tollitur per pœnitentiam 3 ſed non de manifeſto, vt extra de tempor. ordi. c. vl. & pen.

Infamia canonica tollitur pœnitētia

3 Deo hoc not. ſu. e c. 2. ibi videas.

f ¶Huiuſcemodi.] Scilicet excommunicatis.

a ¶Om-

Digitized by Google

1 OMnes] Ante ſatisfactionem.] Vel iuramentum. extra de ſententia excommu. per tuas.

BEatus.] CASVS. Iacobus epiſcopus Hieroſolymitanus quæſiuit a Clemente qui ſint repellendi ab accuſatione epiſcoporum? Et reſpondet, quod quatuor genera

Ante ſatisfactionem excommunicati ad accuſationem non admittantur. C. IIII.

Anſel.li.3.c.1.

2 OMnes illi ſunt ab accuſatione repellendi, quos Apoſtolus commemorat, dicens; [Cum eis nec cibū ſumere,] & ante ſatisfactionem [a] eccleſię non ſunt ſuſcipiendi.

1.Cor.5.

Item Clemens Papa Iacobo Hieroſolymorum a epiſcopo, epiſt.1.

a ¶Hieroſymorum.] *Antea erat*, metropolitano. *Emendatum eſt ex pleriſque manuſcriptis codicibus. Nam & Clemens in epiſtola ſic ipſum Iacobum vocat.*

¶Sacerdotes non niſi à coæqualibus accuſari debent. C. V.

Anſel ibidem.

BEatus Petrus homicidas, & adulteros, & cunctos criminalibus nexibus alligatos, & qui eis coęquales nō erant, ab epiſcoporum † vexatione, & accuſatione dicente † [b] Domino prohibebat, & non niſi a coæqualibus aliquid eis inferri debere docebat. *& paulo poſt.* ¶Infames etiam omnes, & quos primates, & leges ſęculi non ſuſcipiunt, ſed & laicos ab eorum accuſatione, & vexatione ſemper repelli debere rogabat [c], & cunctos illis ſubditos eſſe præcipiebat: cunctorum ſacerdotum vitam ſuperiorem, ſanctioremque, ac diſcretam a ſæcularibus, & laicis hominibus eſſe, & ſpirituales quoſque, atque ſacerdotes ſuper carnales, ac laicos ſemper conſtituendos docebat; quoniam pro minimo [d] nobis eſſe debet, vt a talibus [e] arguamur, & iudicemur, vel ab humano die.[f] Maiores vero à minoribus nec accuſari, nec iudicari vllatenus poſſe dicebat: quoniam non ſolum hoc diuinas, ſed & leges ſæculi inhibere docebat.

† *eorum*] orig.
† *docente*] orig.
Ioan.8.
1.Corint.4.

Item Hadrianus Papa in capitulis, c.68.

¶Qui criminoſus fuerit, ſacerdotes accuſare non poteſt. C. VI.

Anſel.li.3.c.81.

QVi crimen [g] intendit, agnoſcendum eſt, ſi ipſe ante [h] non ſiat criminoſus: quia periculoſa eſt, & admitti non debet rei [i] aduerſus quemcunq; profeſſio. *& infra.c.72.* ¶Teſtes autē ſine aliqua ſint infamia, vxores, & filios habentes, & Chriſtum [k] omnino prædicantes,

ſup.3.q.11.negāda.

genera hominum ab eorum accuſatione debent repelli, ſicut docuit B. Petrus: ſcilicet criminoſi, & irregulares: ſcilicet qui ad eundem ordinem non poſſunt promoueri: & infames, & laici omnes: qui debent ſacerdotibus ſubeſſe: quia non debent maiores à minoribus iudicari, vel accuſari. [Ab humano die,] ideſt, carnali ſenſu.

b ¶ Dicente.] Cum dixit, Qui ſine peccato, &c. 3.q.7. qui ſine.

c ¶Rogabat.] ideſt, præcipiebat, ſic 11.q.3. rogo.

d ¶Quoniam pro minimo,] Hic continua: quoniam & ſi boni ſumus.

e ¶Vt a talibus.] Scilicet illis, qui ſemper parati ſunt reprehendere: de quibus ait 11.q.3. ſenti, ſed aliorum reprehenſiones attendendæ ſunt: qui licet mali non ſint, tamen ideo reprehendunt, quia eos malos eſſe credunt, vt 11.q.3 non ſunt. 12 q.1 nolo.

f ¶Ab humano die.] Ideſt, qui tantum humana [1]. non diuina quærunt. 8.q.1. ſunt in eccleſia.

1 Humana .n. dies appellatur humana proſperitas. Arch.

QVi crimen] CASVS. Quæſitum fuit ab Hadriano quæ repellantur ab accuſatione, & teſtimonio? Et reſpondet, quod ſi a tēpore baptiſmi fuit criminoſus; repellitur ab accuſatione, quia vox malorum non eſt admittenda. Infames autē omnes a teſtimonio repellunt: & qui nō habēt filios, & vxorem fideles. [Habentes,] ideſt ſi habuerint habent tales.

g ¶Qui crimen.] Si vis dicere quod qui peccauit poſt baptiſma, poteſt promoueri ſi egerit pœnitentiam: tunc dicas illum hic appellari criminoſū, qui per ſententiā [2]. conuictus eſt. Vel de enormibus criminibus intelligas, quæ irrogant infamiā ipſo iure: vel de illo intellige qui pendēte accuſatione qua, & ipſe fuit accuſatus, noluit accuſare aliū: quod non licet. 3 q. vlt. neganda. Baz. autem facit vim in hoc verbo criminoſus i. plenus vitijs: ſicut ille qui eſt periurus, vt ĵ. ead quicunque. & licet quilibet criminoſus etiam non conuictus repellatur, vt extra de teſtib. ſuper eo. tamen ſi probat ſe egiſſe pęnitentiā, bene recipitur, maxime in ciuili. arg. 50. diſt. ferrum. & ff. de ędil edic quod ita, licet hic arg. contra extra de ſimon. per tuas. ubi dicitur quod in exceptis criminibus licet ciuiliter agatur, potius admittatē de æquitate quàm de rigore. Io. tu dicas breuiter, quòd ſi probatur crimen contra aliquem ſemper repellitur in cauſa criminali, vt ĩ. 2.q.7. quærendum. & extra de teſti. teſtimonium niſi in exceptis criminibus, ſecundum diſtinctionem pluries dictam ſuperius. B.

2 Ad hoc facit quod no. 3. q. 3 cap 2 in gl. 1 adaptatis in fi.

h ¶Si ipſe ante.] Licet de illo non ſit cōdēnatus. arg. extra de teſt ſup eo. Et eſt hic argūm, quod poſt pęnitentiam accuſat quis de crimine. 33.q.2. admonere. 1.q.7. ſi quis omnem. 50 diſt peruenit. 48. diſt. quoniam multa [3].

Teſtis repellitur probato crimine contra ipsū. Pnīa nō impedit accuſationem.

i ¶Rei] ideſt, accuſati.

K ¶Chriſtum.] Non tamen obeſt eis ſi eos inſtruxerint. 47.d quantumlibet, & 43. diſt. Epheſijs. Aliud ſi neglexerint eos corrigere, vt 37. diſt. ligant.

3 Cōc. text. in ĵ. qui ca mente. cum ibi no. ff. de furt.

Si

Digitized by Google

SI omnia.] CASVS. Hoc c. loquitur de occultis peccatis, quæ ſoli Deo punienda relinquunt. Eſt ergo caſus. Quidam æmuli accuſabant prælatos ſuos de occultis criminibus, quæ nullo modo probare poterant: & dicebant ſe pro bono hoc facere: ſcilicet ut prælati ſui fierẽt meliores, quæſitum fuit ab Anacleto an bene facerent? Et reſpõdet: ꝙ nõ, quia ſi omnia delicta occulta, & manifeſta accuſarent, et vindicarẽtur in hoc ſæculo, in futuro nil Deo reſeruaret, cui ſoli occulta relinquuntur: & illi qui talia dñt in uanum laborant, qui Deum uolunt adiuuare; & plus ſtimulis inuidię, quam amore charitatis agitantur.

ptionem. ff. quod met. cau. l. vlt. 7. q. 5 presbyter. violentam condemnationem. 32. q. 1. dixit. & C. de adulter. quamuis. licet ſit argum. contra. extra de præſumptio. literas.

IPSA AVTEM. CASVS. Quia ſupra c. oues. & c. ſacerdo-

Non ſolum autem criminoſi, ſed etiam quilibet alij ab accuſatione epiſcoporum repelluntur.

Vnde Anacletus Papa, epiſt. 1 ait.

¶Deo non placet, qui ſeruos ſuos accuſat. C. VII.

SI omnia [a] in hoc ſęculo vindicata eſſent, locum diuina iudicia non haberent. Superuacuis enim ad beneficia laborat impendijs, qui ſolem certat facibus adiuuare. Ideo ſi aliquis putat ſe Deo in hoc placere, quòd ſeruos ſuos accuſat, & vt meliores fiant, dicit ſe hoc agere; in vanũ laborat, & plus inuidiæ [b] ſtimulis agitatur, quàm charitatis: quoniam gratiæ plenitudo adiectione non indiget; nec vlla requirit commendationis augmenta.

Item Teleſphorus epiſt. vnica, c. 3.

Populus ſacerdotes arguere, vel increpare non valet. C. VIII.

Et Iulius in decret. cap. 10.

SAcerdotes, qui proprio ore corpus Domini conficiũt, ab omnibus ſunt audiendi, atq; timendi; non dilacerandi, aut detrahendi: quia à quibus ſe Domini populis benedici, ſaluari, & inſtrui cupit; nullatenus debet eos arguere, nec vulgus in eorum accuſatione ſuſcipi. Populus enim ab eis docendus eſt, & corripiendus, non ipſi ab eo, quia non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum. *& infra.* ¶Dei ergo accuſat ordinationem, qui eos, qui ab eo cõſtituuntur ſacerdotes, accuſat, vel damnari cupit. *Idem infra.* ¶Hi qui [α], non ſunt idonei, non ſuſcipiantur ad accuſationem: omnes qui aduerſus patres armantur, infames eſſe cenſemus. Patres enim omnes venerandi ſunt, non reſpuendi, aut inſidiandi.

Anſ. l. 3 c. 12. Iuo p. 6. c. 314.

Matth. 10.

Iuo p. 6. c. 315.

α. ¶Hi qui.] *In aliquot vetuſtis codicibus eſt caput diſtinctum a ſuperiore.*

Item Pius Papa epiſt. prima.

Et Cornel. epiſt. 2.

¶De eodem. C. IX.

OVes [c] paſtorem ſuum non reprehendant; plebs epiſcopum non accuſet, nec vulgus eum arguat: q̃m non eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, neque ſeruus ſupra dominum. Epiſcopi autem a Deo ſunt iudicandi, qui eos ſibi oculos elegit. Nam à ſubditis, aut prauæ vitæ hominibus non ſunt arguendi, vel accuſandi, aut lacerandi. *& infra.* ¶Nemo bonum faciens, alteri verbo, aut facto nocere vult: quanto minus in ſuſpicionem debet venire fidelis homo, vt dicat, aut faciat ea, quæ pati non vult? quia omnis ſuſpicio [d] potius repellenda eſt, quàm approbanda, vel recipienda.

Poly. l. 5. c. 43. Pann. l. 4. c. 36. *Luc 6.*

Ipſa aũt detractio, licet ex vitio detrahentiũ, tamen iuſto Dei iudicio nonnunquã aduerſus bonos excitatur.

a ¶Si omnia] De occultis loquit r. quæ ſoli Deo reſeruãtur. 32. diſt. erubeſcant.

b ¶Inuidiæ.] Hic canõ præſumit potius accuſationẽ fieri cauſa inuidię quàm charitatis, vt dixi 2. q. 7. ſi quis epiſcopus.

1 Alij dñt, ꝙ intelligit de eo q̃ malo zelo accuſat. & litera capituli ad vtrumq; intellectũ ſatis adaptat. Arch.

SAcerdotes.] CASVS Hoc c. diuiditur ĩ duas partes: in prima parte dicitur, ꝙ populus, i. laici nõ ſunt admittendi ad accuſationem ſacerdotũ: q̃a ſubeſſe debent eis, & non præeſſe. In ſecunda parte dicitur, ꝙ accuſatores nõ ſunt recipiendi niſi ſint idonei: & omnes illi q̃ armantur contra patres ſpirituales accuſando eos calũnioſe, sũt infames. Secũda pars incipit ibi, [Hi qui non ſunt.]

OVes] CASVS. Quidam laici, vel clerici criminoſi accuſabant, & reprehendebant epiſcopos ex ſuſpicione: quod dicit Pius Papa non eſſe faciendum Et hoc probat tribus rationibus. Prima eſt, quia non debet eſſe diſcipul⁹ ſupra magiſtrũ. Secũda, q̃a epi a Deo sũt iudicandi. Tertio, quia laici[1], uel ſubditi a prælatis talia pati nolunt.

c ¶Oues] Sic 2. q. 7. oues.

d Suſpicio.] Sic 2 q. 1. c. 1. Suſpicioni temerariæ a in n creditur 11. q. 3. in cunctis. probabilis inducit præſum-

Præſumptio eſt triplex.

1 Dic ꝙ hęc præſumptio eſt inualida, & repellitur in iure, in nullo.n dẽt mouere animum iudicantis. 1. q. 1. primo, & in hoc c. oues. Archi.

cerdotis. & ca. ſi omnia, facta eſt mentio de detractione: ideo ſubiungit § iſtũ, ut oſtẽdat ꝙ quãuis detractio in

Digitized by Google

in ſe mala ſit: tamen iuſto Dei iudicio permittitur, vt qui nimis de ſe præſumunt propter bonum quod habẽt, & aliorũ laudibus extolluntur in altum, per detractionẽ inuidorum humilientur. Quod probat per duo capitula ſequentia.

a ¶ De-

menſura u 1. Item ſi poſt primam fornicationem quis pœnitet, iniungitur ei pœnitentia ſi ſecundo accedit ad eandem, ſecundo iniungitur ei pœnitentia. talis ergo erit melioris conditionis ſi non pœniteat a principio quã ſi pœniteat poſtea. Item ſi ſecundo accedit ad aliam mulierem, æquale peccatum committit, ſicut ſi ſecundo accederet ad priorem ſed pro illo ſecundo peccato quod facit cum altera, noua pœnitentia ſibi indicitur. ergo & noua pœnitentia eſt indicenda ſibi, ſi ad eandem denuo accedat: cũ par ſit peccatum: & hoc concedi poteſt 2 licet ſecundum leges qui ſæpius rem contrectat, non committit diuerſa furta, ff. de furt. ei qui.

vt quos, vel domeſtica a præſumptio, vel aliorum fauor in alium extulerat, detractio humiliet.

Unde Ambroſius c. 22. Lucæ.

¶ Ne quis ſe præſumat, linguæ malorum ex Dei præcepto contra eum excitantur. C. X.

¶ Rubrica hæc non valde conuenit ſubiecto capiti, & pie eſt interpretanda: nam ſimili locutione vtitur Dauid 1. Reg. 16. loquens de Semei.

Ioan. 21. IMitare Petrum tertio alibi dicentem; [Domine tu ſcis, quia diligo te.] Etenim, quia tertio b negauerat, tertio confitetur: ſed negauit in nocte, confitetur in die. Hęc autem ideo dicta ſunt, vt ſciatis neminem iactare ſe debere. Nam ſi Petrus lapſus eſt, quia dixit: [Et ſi alij ſcandalizati fuerint in te, ſed non ego.] (Mat. 14.) quis alius iure de ſe præſumat? Denique, & Dauid, quia dixerat: (Ego dixi in mea abundantia d non mouebor in æternum;) (Pſal. 29.) eam ſibi iactantiam obfuiſſe profitetur dicens. (Auertiſti faciem tuam a me, & factus ſum conturbatus.)

Item Greg. lib. 9. epiſt. 39. ad Theotiſtam patriciam.

¶ Vt boni ſalubriter humilientur, linguæ malorum contra eos inſurgunt. C. XI.

DE illis autem, qui intra parochiam beneficiũ, aut hæreditatẽ habent, & alterius epiſcopi parochiani ſũt & de loco ad locum iter faciunt, & rapinã † [a], & deprædationes [b] peragunt; placuit, vt excommunicentur [c]; nec ante ex parochia exeant, quàm, quæ perpetrarunt dignè emendent. Quorum excommunicatio ſeniori eorum, & proprio epiſcopo ſignificanda eſt, ne eos recipiat †, interquam illuc redeant, vbi rapinam fecerunt; & ibi omnia pleniter emendent.

† *al. recipiant.*

QVÆSTIO IIII.

POrro [d] *cuius iudicium ſibi expetẽdum ſit, ſi iudices electi inter ſe diſcordare cœperint, in concilio Antiocheno, c. 14. ſic inuenitur diffinitum.*

¶ A quo ſit ferenda ſententia, quando comprouinciales epiſcopi diſcordant. C. I.

SI quis [e] epiſcopus criminaliter † in iudicio epiſcoporum fuerit accuſatus, contingat autem epiſcopos prouinciæ [f], qui conuenerint, diuerſas habere ſentẽtias [g], & alios quidem innocentem eũ pronunciare [h], alios reum; propter huiuſmodi controuerſiam amputandam placuit ſanctæ ſynodo, metropolitanũ a epiſcopum alterius prouinciæ vicinæ aduocari [i] †, & aliquantos cum eo epiſcopos alios; qui pariter reſidentes, quæcunq; fuerint, dirimant quæſtiones: propter hoc, vt firmum ſit iudicium, quod ab vnius prouinciæ epiſcopis fuerit promulgatũ.

Burc. l. 1. c. 150.
Iuo p. 5. c. 161.
† *al. de aliquibus cauſis criminalib.*

† Facit ad hunc tex. l. 1. & ibi gl. & Docto ff. de va. & extraordi. cogni.

¶ *Caput hoc in multis etiam uetuſtis Gratiani exemplaribus citatur ex concilio Laodiceno. In uno tamen per antiquo eſt ex concilio Antiocheno, in quo etiam ex: at: & eſt antiqua verſio.*

a ¶ Metropolitanum.] *Græcum exemplar hic valde diſſentit ab hac verſione. Nam ex his verbis colligitur concilium vnius prouinciæ, in quo neceſſe eſt adeſſe proprium metropolitanum, poſſe aduocare vicinæ prouinciæ metropolitanum cum aliquot epiſcopis. Quod Martinus etiam Bracharenſis in ſequenti capite, quod ex concilio Antiocheno accepit, confirmat. Græce vero locus ita habet:* ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὸν τῆς μητροπόλεως ἐπίσκοπον ἀπὸ τῆς πλησιοχώρου ἐπαρχίας μετακαλεῖσθαι ἑτέρους τινὰς τοὺς ἐπικρινοῦντας, καὶ τὴν ἀμφισβήτησιν διαλύοντας, τοῦ βεβαιῶσαι σὺν τοῖς τῆς ἐπαρχίας τὸ παριστάμενον. *Quod Dionyſius quemadmodum*

diuerſas ſniãs inter ſe, id eſt, opiniones habentes. Quęſitum fuit in Laodicenſi cõcil. quid ſit in tanta diſcordia faciendũ? Et rñſum fuit, q archieps vicinæ prouinciæ cum aliquot epis vocari debet: q pariter reſidentes diriniãt qõnem, vt eũ abſoluãt, vel iudicẽt condemnandum, vt negocium ad Apo. ſedẽ tranſmittatur. Idem eſt caſus c. ſeq. ſed in eo nõ fit mẽtio de epis vicinæ ꝓuinciæ. Et intelligũtur iſta duo c. de iudicib ordinarijs ſecundum Ben.

e ¶ Si quis.] Iſtud c. videtur cõtinere iniquitatem, tũ ex eo. q non ſtatur hic iudicio maioris partis 1. tum quia ex eo, q alienus iudex iudicat non ſuum ſubditũ, ſed expone prout hic notaui. Io.

† Contra id ff. de re iud. duo.

f ¶ Epos prouincię.] In pari numero.

g ¶ Sentẽtias.] i. opiniones quibuſdã ſ. volentibus eum abſoluere, quibuſdam volẽtibus reſeruare ſententiam Papæ.

h ¶ Pronunciare.] No ſentẽtiando, ſed opinionem ſuam recitãdo, & ideo ſic exponens: ſit cõtra ff. de re iu. duo. & l. inter pares. & 2. q. 6. itẽ ſi plures vbi dr, q ſi diſcordant delegati, ad delegantem eſt recurrendum.

i ¶ Aduocari.] Per Papæ reſcriptum, id eſt, Papa committat metropolitanis, & epiſcopis vicinæ ꝓuinciæ negociũ. Illud ſic exponit ſm illos, qui de iudicibus a Papa delegatis hoc intelligunt. vel etiam de epis ipſis, qui ſui iudices ſunt intelligas: & ſecundum hoc eſt ſpeciale, q par pari poteſt cauſam delegare. Nam quandoque in defectum iudicis ordinarij par in parem habet imperiũ, ut 65. diſt. c. v. t. ſic 2. q. 6. placuit 2. uel fortè hoc fit de conſenſu partium. arg. 11. q. 1. iudices. eſt etiam hic aliud ſpeciale, q ſi diſcordant iudices, non obtinet ſnia plurimorum. ſic C. de app. iubemus, in fi. & ext. de reſcr. paſtoralis. alias ſcire 63. di. ſane. Vel fortè hoc tenet, cũ pares ſunt hinc inde iudi-

Par pari poteſt cauſam delegare.

c ¶ Excommunicentur.] Scilicet ab ipſius loci epiſcopo, vel in cuius iuriſdictione deliquerunt. Arch.

POrro.] CASVS. Hic intitulatur 4. q. ſ. cuius iudicium ſit expetendum, ſi comprouinciales iudices inter ſe diſcordant in cauſa vel ſententia epi. Et certè conſueuit diſtingui, vtrum ſint iudices delegati, vel ordinarij, uel arbitri. & hæc diſtinctio conſueuit notari 2. q. 6. §. diffinitiua. uer. itẽ ſi plures. & in pluribus alijs locis, legibus ſcilicet & decretis, & decretalibus.

Digitized by Google

iudices: ſed cõtrarium eſt 21 diſt. c. ſubmittitur: vbi dr̃, ꝙ ad maiorem iudicem eſt eundum: ſed hoc fit (vt dixi) de conſenſu partium. Vel dic, ꝙ omnia iſta ſpecialia ſũt in cauſa epiſcopi vbi omnes debet cocordare in ſententia vt infra c. 4 Ioan.

NISI EADEM. CASVS. Dictum eſt ſup. ꝙ archiepiſcopus vicinæ prouinciæ dẽt vocari. ſed dicit Gra. hoc eſſe verum, niſi eadem prouincia primatẽ habeat, ad quẽ recurrendum eſt, vt ſeq. cap. patet.

SI inter epõs.] CASVS. Hoc capitulum loquitur in cã ciuili: & eſt caſus talis. Cõtrouerſia mota eſt inter duos epiſcopos eiuſdem prouinciæ de rebus ſpiritualibus, vel aliis negocijs; quæſitum eſt qs debeat negocium terminare? Et reſpondetur, qđ metropolitanus eorum cum quibuſdam epiſcopis debet negociũ terminare: & ſi alterutra partiũ non pareat ſententię, deferatur cauſa per appellationem ad primatem, vt per eum negocium diffiniaẽ, cuius ſnîæ nullus valebit contradicere.

a ¶Negocijs] Not. pro ciuilibus negocijs poſſe celebrari ſynodum, vt ſupra diſt. 18 propter.

c ¶Tunc primas.] Arg ꝙ maiora negocia prouinciæ non licet facere metropolitano ſine auctoritate primatis ſic 66. d. de perſona. & 99. d. cap. 1. & 16. q 6 placuit. ſed illud intelligẽ ſi appellaẽ ad ipſum, vt 18. d. ca. 1. & 9. q 3. conqueſtus.

c ¶Contradicere.] Ecce caſus vbi non auditur ſecundo appellans, vt dixi 2. q. 6 anteriorum 1.

1 Hũc intellectũ non ſequitur hic H. qui exponit. valeat cõtradicere. ẽ. niſi per appellationẽ, inf. ead. qđ bene. & idẽ ſentit L. dicens textum hr̃e locum, niſi ad maiorem iudicẽ fuerit appellatũ. & idẽ etiam tenet Petr. Arch.

SI metropolitan9. SED SI OMNIVM. CASVS. Dictũ eſt ẽ. in præcedentibus c. ꝙ ſi prouinciales non concordauerint, recurrẽdũ eſt ad archiepiſcopũ vicinę prouinciæ. Nunc oſtendit Gratianus, quòd ſi concorditer ſententiam ferant condemnationis, manebit ſententia firma.

Si quis

etiam eſt in codice canonum: ſic vertit. Sãctæ ſynodo placuit, vt metropolitanus epiſcopus a vicina prouincia iudices alios conuocet, qui controuerſiam tollant, ut per eos ſimul, & per comprouinciales epiſcopos, quod iuſtum uiſum fuerit, approbetur. *Ac ſane quod metropolitanus ad alterius metropolitani vocationem deberet venire, atque in eodem concilio duo metropolitani futuri eſſent, vix videtur conuenire.*

Item ex concilio Martini Papæ, [ideſt, epiſcopi Bracharenſis, c. 13. — In capitulis ſyno. græc. c. 12.

Quando iudices electi de ſententia inter ſe diſcordes extiterint, de vicina prouincia archiepiſcopus aduocetur. C. II.

SI quis epiſcopus in aliquibus cauſationibus iudicatur & viderit ipſos epiſcopos, qui in prouincia ſua ſunt, inter ſe iudicio diſcrepare, & alij videantur eum, qui iudicatur, iuſtificare, alij condemnare; pro diſinitione huius diſcenſionis, hoc placuit ſancto concilio, vt de prouincia vicina alter metropolitanus conuocetur epiſcopus, vt per eum confirmetur, quod ſecundum rectum placuerit canonem.

Niſi eadem prouincia primatem habuerit, ad quem negocia, quæ metropolitanum terminari non valent, referenda ſit.

Vnde Bonifacius Papa, epiſcopis a Galliæ.

a ¶Epiſcopis.] *Sic eſt emendatum ex aliquot uetuſtis codicibus, Burchardo, Iuone, & Polycarpo: Antea erat,* populis. *ß Simillima vero huic capiti leguntur Nouella 123. c. 34. Apud Iulianum anteceſſorem.*

¶Primati deferantur negocia, quæ metropolitanus explicare non valet. C. III.

SI inter epiſcopos eiuſdem concilij dubitatio emerſerit de eccleſiaſtico iure, vel de alijs negocijs [a]; primum metropolitanus eorum cum alijs in concilio conſiderãs rem dijudicet, & ſi non acquieſcat vtraque pars iudicatis; tunc Primas [b] regionis inter ipſos audiat, & quod eccleſiaſticis canonibus, & legibus veſtris conſentaneũ ſit, hoc definiat, & nulla pars calculo eius ualeat contradicere. — Poly. l. 5. tit. 4. Burc. l. 1. c. 57. Iuo p. 5. c. 167. Pann. l. 4. c. 22.

[*Item Alexander Papa.*

¶De eodem. PALEA. C. IIII.

SI metropolitanus a quocunq; comprouinciali epiſcopo ß in cauſa propria appellatus eũ audire diſtulerit, in proxima ſynodo negocij ſui habeat licentiam exercendi; & quidquid per † iuſtitiam, à comprouincialibus ſuis fuerit ſtatutum, debet cuſtodiri. — Burch. l. 1. c. 59. Iuo p. 5. c. 169. † *al. propter.*

¶Epiſcopo.] *Burchardus & Iuo addunt,* bis fuerit in cauſa; &c.

Sed ſi omnium comprouincialium concordi ſententia fuerit damnatus, manebit erga eum immobilis cenſura.

Vnde in Antiocheno concilio, c. 15 legitur.

Digitized by Google

¶Epiſcopus, qui ab epiſcopis ſuæ prouinciæ conſonam ſententiam reportauerit, ab alijs iudicari non poterit. C. V.

al. exceperit.

SI quis epiſcopus criminaliter accuſatus, ab ominib. [a], qui ſunt intra prouinciam, epiſcopis, acceperit †vnã, conſonamque ſententiam, ab aliis vlterius iudicari non poterit, ſed manere circa eam oportet tanquam conuenientem, quæ ab omnibus prolata eſt, firmam, ratamque ſententiam.

Subintelligendum vero eſt, niſi ad iudicem maioris auctoritatis fuerit prouocatum. Tunc enim per appellationem ſoluta ſententia firmitatem non obtinet.

Vnde Nicolaus Papa ait in epiſtola ad Carolum regem, cuius initium: [*Nunquam dolorem generat.*]

¶Semel definitum retractari non licet, niſi vbi maior auctoritas fuerit. C. VI.

Burc. l. 9. c. 49.

QVod bene ſemel definitum eſt [b], & interpoſitis iuramẽtis deliberatum, nulla debet iteratione (niſi fortaſſis, vbi fuerit maior [c] auctoritas) retractari.

Item ex concilio Sardicenſi, c. 4.

N ic. epĩs, qui in Cõuicinũ conuenerũt. Anſ. l. 2. c. 77.

¶In renouatione iudicii, beati Petri memoria eſt habenda. C. VII.

OSius epiſcopus [d] dixit. Quòd ſi aliquis epiſcopus ad iudicatus fuerit in aliqua cauſa, & putat ſe bonam cauſam habere, vt iterum iudiciũ renouetur, ſi vobis placet, ſancti Petri Apoſtoli memoriam honoremus, vt ſcribatur vel ab his [e], qui examinauerunt, vel etiam ab aliis epiſcopis, qui in prouincia proxima morantur, Romano epiſcopo †. Et, ſi iudicauerit renouandum eſſe iudicium, renouetur, & det iudices. Si autem probauerit talem cauſam, vt ea non refricentur, quæ acta ſunt; quæ decreuerit Romanus epiſcopus, confirmata erunt. Si hoc ergo omnibus placet, ſtatuatur: ſynodus reſpondit, Placet.

paulo aliter in græco.

† Adde ꝙ hic agiť, an aduocatus primæ cauſæ teneatur pro eodẽ ſalario defendere in cauſa ap de quo dic, vt p gl. in l. ita demum, C. de procu.

QVAESTIO V.

QVod autem [f] deficiente accuſatore non ſit reus cogendus ad probationem, auctoritate Gregorij probatur, qui lib. 5. epiſt. 27. ſcribens Maximo, ait.

Seu cap. 125.

SI quis epiſcopus.] CASVS. Hoc c. de delegatis iudicibus loquitur, vt dicũt Bene. & H. dicit etiam H. ꝙ prima duo capitula poſſunt ſimiliter de delegatis iudicibus intelligi: poſſunt etiam intelligi de ijs, qui bene habent priuilegium deponendi epiſcopos ſuos. Eſt ergo.

ergo caſus huius ca. Aliquis epiſcopus accuſatus fuit, & depoſitus concorditer ab epiſcopis prouinciæ. Dicitur hic, ꝙ de cætero ab alijs iudicari non poteſt: ſed ſententia firma permanebit, niſi appelletur, vt inf §. prox. cuius caſus planus eſt.

b ¶Ab omnibus.] Per hoc videtur, ꝙ ſpeciale ſit in epiſcopo, vt ab omnibus debeat abſolui, vel condemnari.

QVòd bene.] CASVS. Quæſitum fuit a Nicolao, vtrũ ſententia ſemel bene lata iuramentis etiam interpoſitis poſſit retractari. Et reſpondetur, quòd non: niſi ad maiorem fuerit appellatum.

b ¶Definitum eſt.] a iudice per ſententiam, vel etiam a quocunque. Et intellige de iuramẽto quod iudex parti defert, non quod pars defert parti: quia illud non poteſt retractari, vt C. de rebus cred. generaliter, ff. de iureiuran. admonendi. Item arg ꝙ qui iurat ſtare, vel parere ſententiæ, vel mandato alicuius, qđ põt appellare, ff. rẽ ra. hab. l. 2. §. falſus ff. iu. ſo. cũ apud. extra de ap. ad hęc 2. & c præterea & c quæſtioni.

Iuramentũ an poſſit retractari.

c ¶Maior.] Extra de iureiur. veniens.

OSius epiſcopus.] CASVS. Oſius i conc. Sardicenſi ſurrexit dicens, ſi aliqs epiſcopus fuit condẽnatus: ſi putat ſe bonam cauſam habere appellet ad Papã, & hoc ſignificetur Papæ, vel ab his epĩs, qui eum examinauerint, vel ab epiſcopis vicinæ prouinciæ; & ſi placuerit ei, renouetur iudicium, aut ſententia confirmetur. Reſpõderũt omnes, placet. Caſus, tñ non facit mentionẽ de appellatione ecõdemnati, & dicit H. [Adiudicatus,] ideſt male iudicatus.

d ¶Oſius epiſcopus] Ar. aliam eſſe cauſã appellationis a principali. arg contra 31 q. 2. Lotharius, & notaui 2. q. 6. epĩs, & §. poſt ſecundum.

e ¶Vel ab his.] Ille enim iudex, q tulit ſententiam, ſi nõ deferat appellationi, reſcribet ei ad quẽ appellatur; opinionem ſuam, & quare non deferat appellationi vt ff de app reci. vel non. l. ſciendum.

Iudex a quo reſcribere debet iudici ad quem.

QVod autem.] CASVS Hęc eſt quinta, quæſtio, qua quæritur, an deficiente accuſatore reus ſit cogendus ad purgationem: & quidem ſi propter hoc laborat infamia, cogitur ad purgationem: aliàs non, vt ſup. 2. quæſtio 5. presbyter, & cap. ſi mala fama. Eadem quæſtio tractatur ſup. quæſt. 5. vbi de hac materia ſatis dicitur. Et nota, ꝙ ſequentia duo capitula intelliguntur de illis, qui non ſunt de crimine infamati, & ideo non coguntur ad purgationem.

f ¶Quod autem.] Reus non eſt cogendus ad purgationem niſi laboret infamia, vt inf. ca. quod autem, & 2. q. 5. presbyter, vbi plen de hoc inuenies. Io. Fan.

Quòd

Digitized by Google

QVod autem.] CASVS. Maximus dum accuſaretur a quibuſdam ſupplicauit Grego. vt mitteret aliquē Cardinalem, vel legatum ad eum, vt coram eo probaretur ſe innocentem. Rñdet Grego. vtcumque eſſet excuſabile, ſi ratio vlla cogeret reum oſtendere ſe innocētem: ſed quia hoc onus accuſatorib. incumbit; ideo mādat ei, vt ad eum veniat ſine mora, forte ſe defenſurus. Sequens. §. patet.

optimam. Idem dico de hac negatione, ꝙ capitulū non fuit citatum: quod cum determinatione temporis poteſt probari, licet contrarium innuatur extra de elec. bonæ: ſed illud non eſt propter vim negationis, ſed potius ſingularitatis. Quandoque tamen negatiua probatur ſine

¶Onus probationis reo non incumbit. C. I.

QVòd autem poſtulas, vt illuc perſonam dirigere debeamus qua † [a] de his, quæ dicuntur, poſſit eſſe ꝓbatio, eſſet vtcunq; excuſabile, ſi vnquam ratio ei, qui accuſatur, neceſſitatem probationis imponeret. At poſtquā non tibi, ſed accuſantibus hoc onus incumbit, ad nos ſicut præfati ſumus, dilatione ceſſante venire non deſinas.

† qua præſente.] orig.

Item accuſatus non negationem ſed exceptionem probare debet. Codicis lib. 5. tit. de probationibus l. actor.

tit. 19. l. 23.

¶De eodem C. II.

ACcuſator † [b], quod aſſeuerat, probare ſe non poſſe profitendo, reum neceſſitate monſtrandi contrariū non adſtringit; cum per rerum naturam [c], factum negantis [d] probatio nulla ſit.

Actor] orig.

Hoc autem ſeruandum eſt, quando reum publica fama non vexat. Tunc enim auctoritate eiuſdem Gregorij propter ſcandalum remouendum, famam ſuam reum purgare oportet.

ſu. 2. q. 5. c. quanto, & c. quæ re cauſa.

CAVSA SEPTIMA.

QVidam epiſcopus longa egritudine † grauatus alium ſibi ſubſtitui rogauit, cuius precibus ſummus Pontifex annuit; & quod rogauerat, ei cōceſſit. Poſtea vero conualuit idem epiſcopus, et quod prius fecerat, cupit reſcindi: aduerſus eū, qui ſibi ſucceſſerat †: queſtionē mouet, ſuamque cathedram tāquam ſibi debitam repoſcit.

† al. inualetudine.

† al. acceſſerat.

a ¶Qua.] Ideſt, per quam 1 ſic ſu 4. q. 3 qui intendit. & ext. de præſum. cum in iuuentute.

1 Vel dic. i. coram qua. i. in præſentia eius, ſm Laur.

ACcuſator.] CASVS. Ad hoc vt lex faciat ad propoſitum Gratiani, debet hic eſſe accuſator, vt videtur dicere Beneuen. licet in l. C. ſit actor. & ſm hoc ſic pones caſum. Quidam profitebatur coram iudice, ſe non poſſe probare crimē quod obijciebat, ſed poſtulabat, vt reus cogeretur probare cōtrarium. Quæſitū fuit ab Imperatore quid iuris eſſet. Et reſpondet, quod per rerum naturā nulla eſt probatio illius, q factum negat: vnde reus ad hoc cogi nō debet. Et ſi ſit ibi actor, idem caſus, ſed intelligitur in cauſa ciuili. Seq. §. patet.

b ¶Accuſator.] Ex hac lege duæ habenē regulæ. Vna, ꝙ niſi actor ꝓbet qđ intēdit, reus abſoluit 2. Secunda eſt, ꝙ negātis factum nulla eſt probatio. Prior regula recipit exceptiones. Nam ratione præſumptionis transfertur probatio ad reum 3 vt extra vt eccle. benefi. vt noſtrum. & ext de proc. ex inſinuatione, in fi. & ff de dona. inter vi. & vxo quintus. Item cum actor intentionem ſuam fundauit iure communi, vt C de prob. ſiue 28. diſtinct. quia ſunt culpæ, & 100. diſt. contra morem. Item cum reus ſponte aſſumit ſibi onus probandi, vt ff. de proba. circa. Item in communibus iudiciis vtriuſque probatio auditur, vt extra de prob ex literis. Item cum vterque contendit ſe poſſidere extra de prob. licet. Item in crimine falſi vtriuſque teſtes audiuntur, vt C. de fal. vbi. Similiter in crimine læſæ maieſtatis, & in ſacramentis deſertis, & in proditione patriæ, & in crimine peculatus vtriuſq; teſtes audiuntur, vt C. de abo l. fallaciter. in fi. Et de ſecunda regula notabis, ꝙ triplex eſt negatiua, facti iuris, & formæ, ſiue qualitatis. Negatiua facti eſt, in qua negatur aliquid factum eſſe. hæc ſi non habet determinationem loci, vel temporis, nunquam pōt probari, vt ſi quis dicat, ſe citatū non eſſe, vel ſe non contraxiſſe cū Berta, tales improbari poſſunt, ſed probari minime de tali loquitur hic: & hoc ideo, quia negationum nō ſunt cauſæ. Si autem adijciatur tempus vel locus, tunc poteſt probari, ſi probatum fuerit de alio tempore, & de alio loco, vt extr de teſti. ex tenore, & C. de cōtrah. ſtip.

Actore nō ꝓbāte, reus abſoluitur regulariter.

2 Concor. l. qui accuſare C. de edēdo & in l. actor, aſſeuerat. C. de proba.

3 Quandoq; ecōtra a reo . ſ. in actorē transferē ꝓbatio. ff. de ꝓb. ſi pactū. & l. ſi chyrographum, & l cum de in debito. in prin. §. 1.

Negatiua eſt triplex.

ſine determinatione temporis, vt extra de proba. tertio. Sed illa potius eſt præſumptiua probatio quam violenta. Et ſic intelligitur quod eſt extra de teſti. tam literis. in fi. Item negatiua facti probatur cum habet implicitam affirmatiuam, vt extra de renun. ſuper hoc. Item negatiua iuris bene probatur, vt ff. de proba. ab ea parte, quia qui negat aliquid iuſte factū, dicit illud iniuſte factum & quia præſumitur aliquid potius iuſte quàm iniuſte factum: ideo illud tenetur probare. Negatiua formæ ſiue qualitatis dr̄ iſta: Iſte non eſt idoneus, nō eſt legitimus, nō eſt ſoluēdo. & talis eſt probāda 4 ab eo qui eā proponit, vt extra de p̄ſum. dudū, & ff. de leg. 3 cū q dā. & l eum pater, § rogo. & C. de inoffi. teſta omnimodo.

4 Scilicet ab eo qui eam obijcit ſm B qđ dic, vt not. extra de ele. bonæ memoriæ Moguntinenſis.

c ¶Per rerum naturam.] Ideſt, per conſuetudinem cauſarum. Item iſte intellectus perpenditur per id quod legitur. 35. q. 5. c. vlt in fi. ſic extra de fide inſtru inter dilectos, & ſic extra de cauſa poſſ. & proprie. cum eccleſia. & extra de fide inſtru. c 2.

d ¶Negantis.] Sic extra de cauſa poſſ. & proprie. cum eccleſia. & extra de proba. quoniam.

QVidam epiſcopus.] CASVS. ſup 6. q. 3. c. denique. facta fuit mentio de renunciatione epiſcopatus. Vnde Grat. nactus occaſionem ſubijcit cauſam iſtam, in qua tractat de renunciatione, & an prælato viuente, alius ſit

Digitized by Google

ſit ei ſubſtituendus, & de mutatione ſedis, & quibuſdā alijs, quæ oīa, vt cōpetentius agat, thema ꝓponit, duas, inde eliciens qōnes. Eſt ergo caſus. Ad preces cuiuſdam ægrotantis epī Papa loco ei⁹ aliū ſubſtituit; poſtea cū cōualuiſſet, volebat repetere cathedrā cui renunciauerat. Quod

1 Hic primum quæritur, vtrum viuente epiſcopo alius poſſit in eadem eccleſia ordinari.

2 Secundo, an iſte valeat repoſcere cathedram, quam ſua interceſſione alter accepit.

QVAESTIO I.

In concil. Aurelianenſi. 5. c. 15. Burc. l. 1. c. 186. Iuo p. 5. c. 302.

ps. 1 *QVod autem viuēte [a] epiſcopo alius ſuperponi, aut ſuperordinari non poſſit, ex concilio apud Aruerniam a celebrato definitū eſt, in quo legitur [vt nullus viuente epiſcopo, alius ſuperponatur, aut ſuper ordinetur epiſcopus niſi forſitan in eius locum, quem capitalis culpa deiecerit.]*

a ¶Aruerniam.] *Burchardus etiam, & Iuo citant ex Aruernenſi, c. 13. extat autem in Aurelianenſi quinto, c. 12.*

Item ex regeſto Gregorij Papæ, lib. 9. epiſt. 41. ad Anatolium Conſtantinopolitanum diaconum.

¶Pro moleſtia corporis ſuo honore non priuetur epiſcopus. C. I.

Poly. l. 2. tit. 17. Anſ. l. 6. c. 201. Burc. l. 1. c. 188. Iuo p. 5. c. 304.

Poly. l. 2. tit. 19.

SCripſit mihi tua dilectio, pijſſimum domnū noſtrum reuerendiſſimo fratri meo Ioanni primæ [b] Iuſtinianę epiſcopo pro ægritudine capitis, quā patitur, præcipere ſuccedi: ne forte, dum epiſcopi iura eadem ciuitas nō habet, (quod abſit) ab hoſtibus pereat. Et quidē nuſquā canones præcipiunt, ut pro ægritudine epiſcopo ſuccedat & omnino iniuſtū [c] eſt, ut ſi moleſtia corporis irruit, honore ſuo priuetur ægrotus. Atq; ideo hoc per nos fieri nullatenus poteſt, ne peccatum in mea anima ex eius depoſitione veniat. Sed ſuggerēdum eſt, vt ſi is, qui eſt in regimine, ęgrotat; diſpēſator [d] illi requiratur talis, qui poſſit eius curam omnem [e] agere, & locū illius in regimine

QVòd autem viuente.] Hæc qō diuiditur in ix. partes in prima probatur xv. auctoritatibus, ꝙ nullus debet priuari iure ſuo ſine culpa ſua, nec ēt pro infirmitate, niſi ipſe renunciauit, nec alius pōt eligi altero non renunciante, niſi de Papæ licētia ſpeciali. Scd̃a ibi. [Ne autē.] Tertia ibi, [Ecce ꝙ.] Quarta ibi, [Ambitionis.] Quinta ibi [Quod uero.] Sexta ibi, [Hoc nō ſolū.] Septima ibi, [Ecce in quib..] Octaua ibi, [Itē cū aliquis.] Nona ibi, [Hoc etiam tunc obſeruandum.] Io. de Fan. CASVS. Hic intitulatur prima qō, in qua quęritur, an viuente epō alius poſſit loco eius ſubſtitui, & rñdet, ꝙ nō niſi in caſibus. ſ. niſi deponaẗ, vt 50. diſt. poſtquā. & niſi renunciet, ut ī. ea. q. qualiter. & niſi mutetur ſedes de licentia Papæ, ut inf. e. q. qualiter. & niſi per ambitionem tranſtulerit ſe ad aliam eccleſiam: quo caſu carebit vtraque habita. ſ. & ambita, ut infra ead. ſi quis epſ. ad inſtar inuaſoris, q amittit rem inuaſam, & aliud tantundem vt C. vnde vi, ſi quis in tantam, uel niſi intrauerit monaſterium, vel canonicam regulam de licentia Papæ, vt infra ea hoc nequaquam. Probat ergo primo per concilium apud Aruerniam celebratum, ꝙ epō viuente alius ſubſtitui non debet, niſi depoſitus ſit,

a ¶Quod autem viuente.] Dicendum eſt, ꝙ non, niſi ſit depoſitus 50. diſt. poſtquam vel niſi renunciauerit de licētia Papæ, vt inf. ea. c. mutationes. Vel niſi per ambitionem ſe tranſtulerit ad aliam, quo caſu carebit habita, & ambita ī. eo. ſi quis epſ ad inſtar inuaſoris, qui amittit rē inuaſā. & aliud tantundem, vt C. vnde vi, ſi quis in tantam. In ægrotāte autem diſtinguunt quidam, ſi ægritudo eſt incurabilis vt tūc alter ſubſtituaẗ, vel etiam ſi nimis ſenex eſt, ad inſtar iudicis. ff de iud. ſi longius. C de offic. præfe. orien. l. ſi quos. Sed hoc nō admitto niſi in leproſo, qui a dignitate remouetur propter ſcandalum. extra de cler. ægrot. tua. Hoc etiā ſcias, ꝙ epileptici, & alij diuturno morbo laborantes non promouentur, ut 33. diſtin communiter. & extra de elect. cum inter. ſed promotū morbus nō deijcit, vt hic ꝙ inf c. 2. ſed non datur ei coadiutor, ut inf. c. 1. ſed ex diſpēſatione magna quandoque viuenti epō alter adiungiẗ, vt inf ea. non autē. & idem de quolibet clerico intelligas, ſed abbates facti inutiles remouentur penitus 18. q. 2. ſi quis abbas ſicut etiam fit in iudice. C. de offi. præfec. oriē. ſi quos. cum etiam ex modicis cauſis remoueantur 1 extra de ſi. per tuas. vbi autem electus ſiue confirmatus ante ordinationem ſit inhabilis, remouendus eſt, vt videtur extra de æta. & qual. c. 1. vitæ tamen neceſſaria recipiat. inf. ea. quamuis.

Epō viuente an poſſit alius ſubrogari.

1 Dn̄t qdā iuris ordine ſeruato, ut ext. de accu. ad petitionē in ſi. vbi de hoc approbat.

Hoſt. licet Ber. ibi aliud innuere videatur ꝑ eum tit. c. qualiter 2. in fi.

SCripſit mihi tua dilectio.] CASVS. Ioānes primę Iuſtinianæ epſ tanta ægritudine capitis laborabat, ꝙ epāle officiū exercere non poterat. Ne igitur ciuitas pfata dilaniaretur ab hoſte. Anatolius diaconus Cōſtantinopolitanus ſupplicauit. Gre. vt alium ſubſtitueret epiſcopum. Gregorius vero ſcribens ei dicit hoc non eſſe faciendum. Iniuſtum eſt enim, vt quis pro ægritudine ſua ſuo priuetur honore, ſed coadiutor ei detur, qui vicē eius gerat, ut Deus non offendaẗ, & ciuitas nō negligaẗ.

b ¶Primæ,] ideſt, Salonitanæ, quia ibi Iuſtinianus primo reſedit, Alij dicunt Rauennam, & nō Salonitanam eſſe primam Iuſtiniani ſedem.

c ¶Et oīno iniuſtum.] Præeſſe enim intelligitur, licet ſit infirmus, ſicut ſeruus ſeruire intelligitur licet ſit infirmus. ff. de ſta. lib. cum hæres.

d ¶Diſpenſator.] Simile. ff de tute. ſolet etiam. ubi dicitur, ꝙ ſi tutor propter longam ægritudinem non pōt adeſſe, datur ei curator, qui potius dr̄ adminiſtrator.

e ¶Curam omnem.] ideſt, res eius adminiſtrare, ſed quæ ſpectant ad pontificale officium, vicini epī ſupplebunt

Digitized by Google

Coadiutor débet hic liberam adminiſtrationem. 1 Multo fortius hoc obtinere debet in vero prælato: quod eſt verum, vt no. 5. q. 3. c. vlt. Archid.

bunt. inf ea. portiſi&es. Et hic argu. ꝙ coadiutor & administratores vel viſitatores debeant habere liberam, & gñalem adminiſtrationem 2. vt ſ. ea. quamuis. & extra de elect. cum nobis olim. in fi. & 21. q. 1. relatio. Sed quid ſi iſte nolit habere coadiutorem? Dico eum cogendum per ſuperiorem extra de cenſi. Romana. verſ. ſi vero. lib. 6. & argu ff. de mino. l. ait § 1. mult ta. n. bona præſtanẽ inuitis, vt 45. diſt. & qui emendat.

byterum ſi non per ſimoniam fuit ibi presbyter ordinatus, in alia quacunque vacante eccleſia inſtituat: ſi vero per ſimoniam, degradetur.

d ¶ Per duorum.] Idem fortè ſi per vnum, vt ſ c. ſi quis in clero 3. hic ſumit arg. ꝙ ſi epiſcopus indeterminatè

3 De hoc plene no. extra vt li non conteſt. qm. in gl. de abſentia, &c. & inf eo. §. ambitionis.

eccleſiæ (ipſo non depoſito) ac in cuſtodia ciuitatis implere, vt nec omnipotens Deus offendatur, neque ciuitas inueniatur eſſe neglecta.

¶ *Caput hoc emendatum & locupletatum eſt ex originali.*

Item libro ſecundo, epiſtola quinta ad Candidum epiſcopum.

¶ Flagellatis à Domino afflictio addi non debet. C. II.

CVm percuſſio corporalis imminet, vtrum pro purgatione [a], an pro vindicta contingat, Dei in hoc iudicium ignoratur: & ideo non debet a nobis addi flagellatis [b] afflictio [c] †: ne nos culpæ (quod abſit) offenſa reſpiciat.

Ext. de clerico ægrot. c. 1.

† Côc. text. in l. ſi ſeru'. ff. de euict. & in authẽ nauigia. cũ glo. 2. C. de fur.

¶ *In decretalibus tit. de cler. ægrotan. c. 1. affertur initium tantummodo huius capitis, & ex ipſo quid agendum ſit definitur.*

Idem Gregorius lib. 3. epiſt. 13. Maximiano a *epiſcopo Syracuſano.*

a ¶ Maximiano.] *Sic eſt emendatum ex originali tam impreſſo, quàm manuſcripto. Nam antea erat,* Clementino epiſcopo primati Bizanceno.

CVm percuſſio.] CASVS. Calumnioſus clericus corporalem patiebatur percuſſionem, cuius occaſione Candidus epiſcopus de vrbe veteri ipſum beneficio eccleſię ſpoliauit ſuper quo cũ Gre. querela pulſaretur, præcepit Candido, quatenus omnia ſibi reſtituat, quia ſi pro ęgritudine eccleſia priuaretur, & Deus offenderetur, & alij non inuenirentur, hoc exemplo deterriti, qui vellẽt eccleſiæ militare. Et iſte caſus colligitur ex decre. quæ eſt extra de cle. ęgro. cum per cuſſio.

a ¶ Purgatione.] id eſt probatione. inf. e aduerſitas.

b ¶ Flagellatis.] Sufficienter, ſed nõ ſufficienter afflictis addi poteſt, vt 21. q. 5. ſi quis a proprio & cap. ſeq. & eſt. arg ꝙ poſt pniam non poteſt quis accuſari 2. de crimine ſimiliter nec duplici damno debet quis puniri. ff. de iu. dot. iure. & ff. de cond. ob cau. ſi pecuniam §. ult. ſimiliter pœna non dẽt verti in culpam, ut ſ. d. 5. baptizari. & c. ad eius vero.

c ¶ Afflictio.] ſup. 3. quæſt. 9. iudicas. & extra de iudi. at ſi clerici. & ſup. diſt. 5. cap. 1.

Afflictio q̃nque datur afflictis.

2 Hoc arg. nõ procedit 34. q. 2. admonere. Quod dic vt no. extra de accuſ. de his.

¶ Infirmitatis cauſa loco ſuo quis priuari non debet. C. III.

PRæſentium latoris Adeodati querelam, qui ſe a ſui presbyteratus loco incongruè dicit expulſum, licet ſubditæ tibi textus petitionis explanet; tamen paulo latius iudicauimus, apertiuſque retexendam. Aſſerit nãque à Quintiano fratre, & coepiſcopo noſtro in loco ſuo pro quibuſdam ſe ſuis ordinandis negocijs relaxatũ, ægritudiniſq; cauſa per duorũ [d] menſium ſpatium ſuę ſe eccleſiæ defuiſſe: Cuius rei occaſionẽ captantem prædictũ fratrem noſtrũ, aliũ loco eius illic presbyterum ordinaſſe. Hortamur, itaq; fraternitatẽ tuam, vt cauſam eius ſolicitè perquiras, diſtricteq; diſcutias; & ſi manifeſtæ ægritudinis, ſicut dr̃, cauſa eccleſiæ ſuæ eũ defuiſſe repereris, nullum ei ex ordinatione alterius presbyteri permittas præiudicium generari: ſed in locum ſuum ſine aliqua eum fac dubietate reſtitui. & *infra*. ¶ Illud autẽ charitatem ſuam ſpecialiter admonemus, vt ſi vera fuerit huius ſuggeſtio, atq; in ſuum fuerit ordinem reſtitutus, & de presbytero, qui in loco eius, ordinatus eſt, ſubtiliter, diſtrictéq; debeas eſſe ſolicitus. Et, ſi quidem ſine datione

PRæſentium] CASVS. Adeodatus presbyter accepit a Quintiano epiſcopo ſuo licentiam, vt ad certum tempus abeſſet ab eccleſia ſua, pro quibuſdam ſuis negocijs ordinandis: ſed cum propter ægritudinem ſtetiſſet vltra tempus præfixum ei: eps eius, ſcilicet Quintianus alium ſibi ſubſtituit. Gregorius autem cum ex hoc querelam ſuſcepiſſet, ſcribit Maximiano epiſcopo Syrac. vt inquirat veritatem huius rei, & ſi inuenerit quod ægritudinis cauſa per duos menſes abfuiſſet, reſtituat eum in loco ſuo: ſubſtitutum vero preſ-

natè licentiauit clericum, non videtur eum licentiaſſe vltra duos menſes: ſed tamen hoc eſt referendum ad arbitrium boni viri conſiderato negocio. arg. ff. de verbo. obl. continuus. Ad hoc c. bene facit ff. de re mil. qui cõmeatus. nã ibi dr̃, ꝙ ſi aliquis abeſt vltra ſtatutum tps. ꝓ deſertore habetur. ſimi. bonũ arg. 21. q. 2. placuit. poteſt tñ per modicum tps purgare moram. 88 diſt. peractum. Non. n. feſtinabit iudex ad ſententiam, vbi quis iuſta cauſa abfuerit 4. vt ff. de dam infec. ſi finita §. fortè, etiam

Abſens non eſt feſtina ſnĩa condẽnandus.

4 Adde ꝙ talis ſnĩa nõ ꝓſumit ſolennis gl. in l. 2. ff. de in ius uocan.

Digitized by Google

etiam licet ad præfixum terminum reus non veniat, ſed habebit ratio viarum, tēporis, & ægritudinis, & alterius impedimenti, vt ff de vaca. mu. tempus ff. quibus ex cau ſiſ ma. ſi cui. §. 1. poteſt enim abſens iuſtam hēre excuſationem, vt extra vt lit. non conteſta. quoniam frequenter.

aliqua ad eundem ordinem peruenerit, vt in ſimoniacam hæreſim non potuiſſet incidere; in alia [a] quacunque vacante eccleſia eum volumus ordinari. Sin autem in eo quidpiam (quod auertat Dominus) fuerit tale repertum, ipſo etiam presbyteratus priuetur ordine, quem non cauſa replendæ neceſſitatis eccleſiæ, ſed ſola comprobatur ambitione ſuſcepiſſe.

† al. Albino Vienenſi.

Item Nicolaus Papa Aluino † Ianuenſi archiepiſcopo.

¶Pro infirmitate, vel ægritudine Pontifices non ſunt abijciendi, nec in eorum locum alii ſubſtituendi. C. IIII.

Iuo p. 5. c. 352.

PONtifices, qui aliqua occupantur infirmitate, vel ægritudine, abijciendi non ſunt, nec aliōs in loco eorū cōſecrari oportet, niſi ex hac fuerint luce ſubtracti. Quòd ſi de miniſterio ſibi conceſſo conqueruntur, quæ licita ſunt [b], ſacerdotes [c] expleant. In his vero, quæ his præſumere non licet [d], vicinorum [e] vſq; [f] ad recipiendam ſanitatem epiſcoporū auxilia ſubrogentur: & hoc cum cautelæ [g] ſtudio peragatur, ne per neceſſitatis occaſionem præſumptionis pullulet ambitio. Epiſcopos vero, qui Dominici gregis ſuſceperunt curam, atq; ſolicitudinem, ab adminiſtratione eorum diſcedere non oportet, vt accepti talenti pulchritudo non deleatur, ſed certamine † eorum ſalubriter augeatur, & triplicetur [fructus †.

† al. certamen.
† abeſt a multis.

Item ex libro quarto epiſtola ſecunda Cypriani epiſcopi, & martyris ad Antonianum.

¶Viuente epiſcopo alius ſibi ſuccedere non valet. C. V.

Poly. l. 7. tit. 4.
Anſel. l. 6. c. 58.
Iuo p. 5. c. 359.

FActus eſt Cornelius epiſcopus de Dei, & Chriſti eius iudicio, de clericorum pene omnium teſtimonio, & plebis, quæ tunc [h] affuit, ſuffragio, & de ſacerdotum anti-

POntifices.] CASVS. Aluinus archiepiſcōpus duas fecit quæſtiones Papæ Nicolao Prima fuit, vtrū propter ægritudinem pontifices ſint abijciendi a dignitate. Et reſpondet ꝙ non, nec alii dēnt loco eorum ſubſtitui, niſi prius de hoc ſæculo migrauerint, & pſbyteri eorum defectu ſupplere debent, & in quib. ſupplere nō vālent, ſupplebūt vicini epiſcopi, qui debent cum cautela vocari, ne eccleſiæ præiudicium fiat. Secunda quæſtio fuit, vtrum epiſcopi greges ſuos dimittere poſſint, & reſpondet quòd non.

b ¶Quæ licita ſunt. vt Miſſam canere, & prædicare, vt 95. diſ. ecce.

c ¶Sacerdotes] ideſt archidiaconi, vel decani, qui vicarii ſūt epiſcopi, vt 25. d. perlectis.

d ¶Non licet.] In his quæ ſpectant ad officium epiſcopale, quod eſt 68. d. quamuis

e ¶Vicinorum.] Sic 65. d. ſi forte.

f ¶Vſque] ſic C. de cura furio. cum alijs

g ¶Cum cautelæ.] ideſt, præſtabit cautionem de bonis eccleſiæ non vſurpandis Ioan.

g ¶Cum cautelæ.] id eſt, præſtabit cautionem quòd ex hoc ſibi nullum ius vendicabit & arg. eſt quòd quis pro poſſeſſore habetur ex eo, ꝙ fuit in poſſeſſione [3] niſi proteſtatio præceſſerit, vt hic, & ſup. 24. diſtinctio. presbyteri, & extra de iure patr. conſultationibus. arg. contra ext. de reſtitu ſpolia. olim 3. & 10. q. 3. quia, & extra de offi. deleg. conſultationibus. Ioan.

ſit ſpoliatus, alias ſecus. Pann. c. conquerente de reſti. ſpolia. & a iudice cōpetenti habent pātem licet multe faciat. Pann. c. cum cā de of delegati debet ergo appellare, vel reſtitutione in integrum verbis adumbratis petere, ceſſantib remedijs contra priuatos proditis.

3 Iſtā ſnīam videtur tenere Inn. extra de reſti. ſpo. ſæpe. in glo. ff đ iud. &c. in ſi ver Inno. plus vī, &c.

ter. Lex dicit, ꝙ ſi qui per licentiam abeſt, ſi vſque ad quinquennium non reuertitur, punitur, vt C. de aduoc. di. iu. l. vlti. lo.

a ¶In alia.] Arg. ꝙ ſi concedo alicui eccleſiam, quæ ab eo euincitur, teneor ei aliam concedere, vt extra de præben. inter cætera, quia iuuari nos beneficiis non decipi oportet, vt ff cōmo. l. in cōmodato. §. pen inf. ea. omnis & c. paſtoralis, & eſt cōtra id quod dicit lex, ꝙ donator non tenetur de euictione, vt C. de ædi. edic. ad res donatas, ſed hic non dicitur epiſcopus donare, quia habet neceſſe concedere eccleſiam. & in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit. ff. de adi. leg. l. rem legatam. Tamen de dolo poſſum agere contra donatorem, ſi mihi ſcienter det rem alienam, vt ff. de don Ariſto. §. vlt. Item ſi quis per violentiam expellitur de eccleſia, non haberet recurſum ad epiſcopum: ſicut nec emptor ad venditorem in hoc caſu, vt C. de actio. emp. & ven l. expulſus. Et not. ꝙ hoc c. ſemper conſueuit ad hoc induci, quod ſpoliatus a iudice non poſſit petere reſtitutionem [2] vt 2 q. 1. notum. Iudex enim non dicitur facere violentiam, vt 23. q. 2 c. 1 ff. quod met. cau. l. 3. Semper enim pro ſuo facto præſumitur, niſi poſſit de dolo argui, vt 2. quæſt. 6. hoc etiam. Ioan.

Eccleſia euicta, an poſſit agi contra epm qui illā contulit.

1 Ad hoc facit quia primo de cauſa cognoſcitur vt ibi patet.
2 Reſtitutionem. hoc verum ſi ritè, & iuridicè

FActus.] CASVS. Hæc quinque c loquuntur de Nouatione Papa ſchiſmatico, eiuſq; complicibus Eſt ergo caſus huius c. & ſequentis. Defuncto Papa Fabiano, electus eſt Cornelius vere ab oībus Cardinalibus, ſcilicet xvj. habito ſuffragio plebis, & antiquorum ſacerdotum, & bonorum virorum conſenſu. poſtea Nouatianus electus eſt a paucis, qui ſic intruſus Cornelium moleſtādo cœpit orbem peragrare, & catholicos deponere epiſcopos. & alios ſubſtituere. Scribit ergo Cyprianus martyr omnibus Chriſtianis, ꝙ ſolus Cornelius eſt verus Papa: ſed Nouatianus Papa, qui poſt illum Cornelium eſt electus, profanus eſt, & malus; nec dicitur ſecūdus, imo potius nullus, & hortatur Chriſtianos ne recipiant illum: quia licet nunc in initio ferueat, diu tamen durare non poteſt.

h ¶Quæ tunc.] Hic videtur, ꝙ abſentes non ſunt vocandi ad electionem, vt 10 q. 1 hoc ius, & xii de tem. & te iud cum olim. maximè ſi ſint remoti, vt extra de elect cum inter. immo, & ſi in hortis ſunt, non videntur vocandi, vt 2. q. 6. §. biduum. ſufficit enim ad citationē pul-

Abſentes an ſint ad electionem vocandi.

pulſatio campanæ, vt extr. de offi. cuſt. c. 1. & 2. extra de ele. in cauſis, & extra de poſt. prælat. c. pe. & antep. & lex dicit, illos ſolos vocãdos, q ſunt in vrbe, vt C. de legatio l. vlt. li. 10. Quod autem vocandi ſint abſentes, probatur 63. diſt. quanto alioquin plus nocet contemptus vnius, quã contradictio pluriũ, vt extra de elect. ꝙ ſicut, & c. cũ nobis olim. Nam remoti ſunt vocandi vbi tractatur publica vtilitas, vt C. de decur. curiales 2. li. 10. Solu. Sẽper vocandi ſunt vbi cõmode vocari poſſunt, vt extra de electi, quòd ſicut. ſed ſi abſentes non poſſunt intereſſe, reliq poſſũt eligere, vt ibidem dicitur. tamẽ ſi aliquis nõ poteſt intereſſe, ſi ſuo iurãmẽto fidem de hoc fecerit, ꝑmittitur ei per procuratorem eligere, q ſit de collegio, vt extra de elec. q a propter. extra ꝓuinciam tamen nõ ſunt vocandi, vt extra de elect. coram. quia poteſt abſens habere iuſtam excuſationẽ, vt extra vt lite. non cõteſt. qm̃ frequenter. Hodie autem ſuper iſta vocatione ſufficit conſuetudo eccleſiarum, per decretalem extra de elect. in Geneſi.

g ¶Initia.] Arg. contra nouitios magiſtros, qui primo feruent, & poſtea deficiunt. 23. q. 4. diſplicet, & c. non inuenitur, &c. ſi eccleſia, immo a minimis eſt incipiendum, vt 48. d. ſicut.

Sci-

quorum, & bonorum virorum collegio α, cum nemo ante ſe factus eſſet, cum Fabiani locus, ideſt cum locus Petri, & gradus cathedræ ſacerdotalis vacaret: quo occupato [a] de Dei voluntate, atq; omnium noſtrum conſenſione firmato [b], quiſquis iam epiſcopus fieri voluerit, foris fiat neceſſe eſt; nec habeat eccleſiaſticam ordinationem [c], qui eccleſiæ non tenet vnitatem. Quiſquis ille fuerit, multum de ſe licet iactans, & ſibi plurimum vendicans, profanus eſt, alienus eſt, foris eſt. Et cum poſt primum ſecundus eſſe non poſſit; quiſquis poſt vnum, qui ſolus eſſe debeat, factus eſt, non iam ſecundus ille, ſed nullus [d] eſt.

α ¶Collegio.] *Sic legitur in codicibus Cypriani impreſſis, & manuſcriptis, & Polycarpo; Ac ſimilis fere locutio eſt in ſequenti capite, & 23. q. 8. ſi quis membrorum. Antea erat,* conſenſu.

Item in eadem epiſtola inferius.

¶Non eſt epiſcopus, qui in locum viuentis irrepſerit. C. VI.

NOuatianus β epiſcopus non eſt, qui Cornelio epiſcopo in eccleſia a ſexdecim coepiſcopis facto, adulter; atq; extraneus epiſcopus fieri a deſertoribus per ambitum nititur: & cum ſit a Chriſto vna eccleſia per totũ mundũ in multa membra diuiſa [e], item epiſcopatus vnus, epiſcoporum multorum concordi numeroſitate diffuſus; ille poſt Dei traditionem poſt connexam, & vbique coniunctam catholicæ eccleſiæ vnitatem, humanam [f] conatur eccleſiam facere, & per plurimas ciuitates nouos Apoſtolos ſuos mittit, vt quædam recentia inſtitutionis ſuę fundamenta conſtituat: cumque iam pridem per omnes prouincias, & per vrbes ſingulas ordinati ſint epiſcopi in ętate antiqui, in fide integri, in preſſura probati, in perſecutione proſcripti; ille ſuper eos creare alios pſeudoepiſcopos audet: quaſi poſſit, aut totum orbem noui conatus obſtinatione peragrare, aut eccleſiaſtici corporis compaginem γ diſcordiæ ſuæ ſeminatione reſcindere; neſciens ſchiſmaticos ſemper inter initia [g] feruere, incrementa vero habere nõ poſſe: nec augere quod illicite cœperint, ſed ſtatim cum praua ſua æmulatione deficere. *& infra.* ¶Qui ergo nec vnitatem ſpiritus, nec coniunctionem pacis obſeruat, & ſe ab eccleſiæ vinculo, atque a ſacerdotũ collegio ſeparat; epiſcopi nec poteſtatem poteſt habere, nec honorem; qui epiſcopatus nec vnitatem voluit tenere, nec pacem.

β ¶Nouatianus.] *Recte aptatum eſt a collectoribus hoc initium ne ſuperiora etiam afferenda eſſent. Nam apud Cyprianum ſic legitur poſt multa:* niſi ſi epiſcopus tibi videtur, qui epiſcopo in eccleſia, &c.

γ ¶Corporis compaginem.] *Sic emendatum eſt ex aliquot vetuſtis, & Anſelmo, & ipſo originali: antea enim legebatur,* ordinis compagem.

Idem ad Florentinum Puppianum, eod. lib. 4. epiſ. 9.

a ¶Quo occupato] Ideſt, canonice ſũpto.

b ¶Firmato.] Ergo electio Papæ eſt confirmanda [1].

c ¶Ordinationem.] Argu. quòd quæ ab intruſo fiunt, non tenẽt, vt 12. q. 2. alienationes 9. q. 1. ordinationes.

ADDITIO. Ad hoc no. ext. de elect. nihil. in gl. in duobus caſibus. ext. de ſchiſmat. c. 1. ibi videas.

d ¶Sed nullus] Arg. ꝙ nullus eſt, qui malus eſt. ſim. extra de transla. inter corporalia. ſic 2. q. 7. non omnes, & 19. diſtin. ſecundum. Arg. contra 1. q. 1. quod quidam.

e NOuatianus.] ¶Diuiſa.] 24. q. 1. loquitur.

f ¶Humanã.] ideſt, non ſpiritualem.

1 Hoc tñ nõ eſt verum & ſpeciale eſt in eo quia cum eligitur cõfirmatur, & confirmãdo eligitur, vt 23. diſt. in nomine Domini.

Anſ. l. 6. c. 59.

† *conetur*] orig.

Digitized by Google

¶Non eſt in eccleſia, qui cum epiſcopo pacem non habet. C. VII.

Iuo p.5.c.360.

SCire debes epiſcopum in eccleſia [a] eſſe, & eccleſiam in epiſcopo; & ſi quis cum epiſcopo non ſit, in eccleſia non eſſe: & fruſtra ſibi blandiri eos qui pacem cum ſacerdotib. Dei non habentes obrepunt, & latenter apud quoſdam communicare ſe credunt; quando eccleſia †, quæ catholica una eſt, ſciſſa non ſit, neque diuiſa.

† *al. eccleſia catholica, quæ vna.*

Idem ad Iubaianum.

¶Suo iuri quis cedere non debet. C. VIII.

Gen. 25.

QVam periculoſum [b] ſit in diuinis [c] rebus, vt quis cedat iuri ſuo, & poteſtati; ſcriptura ſancta declarat, cum in Geneſi Eſau primatus [d] ſuos inde perdiderit; nec recipere id poſtmodum potuerit quod ſemel ceſſit.

Idem lib. 1. epiſt. 6. ad Magnum.

¶Perditionem ſibi acquirunt qui ab epiſcopis recedentes vnitatem eccleſiæ ſcindunt. C. IX.

3. Reg. 12.

DEnique quam ſit inſeparabile unitatis ſacramentum, & quam ſine ſpe ſint, & perditionem ſibi maximam de indignatione Dei acquirant, qui ſchiſma faciunt, & relicto epiſcopo alium ſibi foris pſeudo epiſcopum conſtituunt, declarat in libris regnorum ſcriptura diuina, ubi a tribu Iuda, & Beniamin decem trib. ſciſſæ ſunt, & relicto rege [ſuo [e] † alterum ſibi foris conſtituerunt: [Et indignatus eſt, inquit, Dominus in omne ſemen Iſrael, & dimouit eos, & dedit eos in direptionem, donec abijceret eos a facie ſua; quia diſsipatus eſt Iſrael a domo Dauid, & conſtituerunt ſibi regem Hieroboam filium Nabat:] Indignatum eſſe Dominum dicit, & eos in perditionem dediſſe, quòd ab unitate diſsipati eſſent, atq; alterum ſibi regem conſtituiſſent. Et tanta indignatio Domini extitit aduerſus illos, qui ſchiſma fecerant, ut etiam cum homo Dei ab Hieroboam miſſus eſſet, qui ei peccata ſua exprobraret, atque ultionem futurã prædiceret, panẽ quoq; apud illos edere, & aquam bibere uetaretur. Quod cum nõ cuſtodiſſet; & contra præceptum Dei prandiſſet, ſtatim diuinæ cenſuræ maieſtate percuſſus eſt, ut inde regrediens

† abeſt ab ori.

4. Re. 17.

3. Reg. 13.

SCire debes.] CASVS. Scribit Cyprianus ad Puppianum, ꝙ ſolus Cornelius eps: & ei obediẽtes ſunt in eccleſia. Nouatiani vero, qui cum ſacerdotibus Dei pacem non habent, & per obreptionem dignitatem arripiunt, non ſunt in eccleſia, quæ tantum vna eſt, nec poteſt eſſe diuiſa. [Cum epiſcopo non ſit:] ſcilicet in communione epiſcopi.

a ¶In eccleſia.] 6 q 2. ſi tantum. cõtra. ſed ibi ſolutum eſt. hic dicitur eccleſia epiſcopus: alibi eſt idem quod eccleſiaſtici viri, vt ſup. 63. diſt. c. alibi ponitur pro maiori parte, vt ſu. 5. d. Apoſtolica quandoq; pro congregatione fidelium. inf. de conſe. d. 1. eccleſia. Et dic per exempla varias ſignificationes, vt ext. de teſt. relatum. & extra de ver. ſig. cum clerici. ex. de vſu pal. c. 1.

QVam periculoſum.] CASVS. Cornelius Papa volebat renũciare papatui propter tribulationes, quas a Nouatiano ſuſtinebat: ſed Cyprianus dehortatur eum, & dicit hoc non eſſe ei faciendũ: quia ſibi eſſet periculoſum, ſi in tanta tribulatione eccleſiã dimitteret: & præterea ſi modo renunciaret, de cætero repetere non poſſet. Et hoc probat exemplo Eſau, qui ius primogenituræ cui renunciauit, repetere non potuit.

b ¶Quam periculoſum.] Argu. qui iuri ſuo renunciat, illud repetere non poteſt. inf. ea. eos. 23. q. 4 ſi illic. ff. de ſue. edi l 1 §. qui ſemel & C đ pac poſt quã]. e hoc nequaquã. & ff de ędil. ed. quæritur, § ſi venditor. vbi dicitur, ꝙ remittentib. actiones ſuas nõ eſt dandus regreſſus ad eas. 92. d ſi quis eps. 18. q vlt. dudum. & notaui. 6 q. 3. denique.

Iuri ſuo renuncians, illud repetere non poteſt.

c ¶In diuinis.] Tẽpore periculi, vt inf. ea. ſug. eſtum.

d ¶Primatus.] Ius ergo primogenituræ (vt dicunt) eſt dignitas talis. quia primogeniti pię alijs in feſtis ſacrificia offerebant, & ꝙ ſedebant ad dexteram patris. & quòd cibos duplicatos recipiebãt. Et dicit Gandulphus Eſau cõmiſiſſe ſimoniam: quia illud ius ſpirituale fuerat qđ vẽdidit 1. ſed eſt cõtra eũ .. quæ. 1. qui ſtudet vbi dicitur ꝙ Giezi fuit primus q commiſit ſimoniã. Sed nunquid peccauit Iacob emendo? Nõ, quia gratis hoc fuiſſe daturus, vel q̃a redemit id quod ſibi diuinitus erat debitum. ext. de diuor. gaudemus

Ius primogenituræ an ſit ſpirituale.

1 Dicit Hu. hoc eſſe falſum, q̃a nullum ſpũale vendidit: ſed quia in tali venditione peccauerit: vł ex eo qđ le. & not. de pœn. d. 3. Iudas.

Dicit L. ꝙ ĩ eo ſolo peccauit q̃a vilem cibum exarſit. 41. d. quiſquis, & idem Hug.

DEniq.] CASVS. Hoc capitulum diuidit in duas partes. In 1. parte oſtendit Cyprianus ſchiſmaticos graui pęna eſſe puniendos. Et hoc probat trib. exẽplis. ſ. exemplo decẽ tribuũ, quas Dominus captiuauit, & retruſit vltra montes Caſpios: q̃a ſegregato Roboã filio Salomonis, fecerunt ſibi regem Hieroboam filium Nabath & exemplo Abdo prophetæ, qui necatus eſt a leone: q̃a comedit panem & bibit aquam in terra decem tribuũ contra Domini prohibitionem. Et exempla Samaritanorũ, quos Dñs voluit dimitti & præteriri: q̃a ibi erant ſchiſmatici. In 2. parte, dicitur, ꝙ non prodeſt Nouatianis adorare vnum & eundẽ Deum, quẽ Cornelius adorat; quia Core & Dathan & Abyron adorabant eundẽ Deũ cum Moyſe & Aaron, tñ ſunt percuſſi ꝑ ſchiſma, qđ fecerũt, & thuribula eorũ cõflata in ſignũ perpetuũ affixa ſunt altarib. Secunda pars incipit ibi, [Qđ vero]

e ¶Rege ſuo.] Scilicet filio Salomonis Et eſt hic arg. ꝙ filij regum de iure debent eſſe reges. argu. contra 8. q. 1. Moyſes. & 93. d. legimus.

Regum filij debent eſſe Reges.

Digitized by Google

impetu, ac morſu leonis in itinere necaretur. *& paucis interiectis.* ¶Satiat adhuc [a] in Euangelio ſuo Dominus, & maioré intelligentiæ ſuæ lucé manifeſtat, ꝙ ijdé qui[a] ſe tunc à tribu Iuda, & Beniamin ſciderant, & Hieroſolymis derelictis in Samariam ſeceſſerant inter pro fanos, & gentiles computarẽtur. Nam, cum primũ diſcipulos ſuos in miniſterium ſalutis mitteret, mandauit, & dixit: [In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitaté ſamaritanorũ ne introieritis:] & Ad Iudæos prius mittẽs, gentiles adhuc præterire iubet. Addẽdo autem & ciuitatem Samaritanorum debere omitti, vbi erant ſchiſmatici, oſtendit ſchiſmaticos gentilibus adæquari.[b] *& poſt pauca.* ¶Quòd vero eundem, quem & nos Deum patrem, eundem filium Chriſtum, eundem ſpiritum ſanctum noſſe dicuntur, nec hoc adiuuare tales poteſt. Nam & Core, & Dathan, & Abyron cum ſacerdote Aaron, & Moyſe eundem Deum nouerant: pari lege, & religione viuentes, vnum, & verum Deum, qui colendus, atque inuocandus fuerat, inuocabant: tamen quia loci ſui miniſterium tranſgreſſi contra Aaron ſacerdotem, qui ſacerdotium legitimum dignatione Dei, atque ordinatione præceperat, ſacrificandi ſibi licentiam vendicauerunt, diuinitus percuſſi pœnas ſtatim pro illicitis conatibus rependerunt: nec potuerũt rata eſſe, & proficere ſacrificia irreligioſe, & illicite contra ius diuinæ diſpoſitionis oblata. Thuribula quoque ipſa, in quibus incenſum illicite fuerat oblatum, ne in vſu de cætero eſſent ſacerdotibus, ſed potius indignationis, & vltionis diuinæ memoriam corrigendis poſteris exhiberent, iuſſu Domini conflata, atq; igne purgata in laminas ductiles producuntur, & affiguntur altari, ſecundũ quòd loquitur ſcriptura diuina: [Memoriale[c], inquit, filiis Iſrael, vt an accedat quiſdam alienigena, qui non eſt ex ſemine Aaron, imponere incenſum ante Dominum, vt non ſit, ſicut Core.] Et tamen illi ſchiſma [d] non fecerant, nec foras egreſſi contra Di ſacerdotes impudenter, atque hoſtiliter rebellauerãt. Quod nunc hi eccleſiam ſcindentes, & contra pacem, atque vnitatem Chriſti rebelles, cathedram ſibi conſtituere, & primatum aſſumere, & baptizandi, atque offerendi licentiam vendicare conantur.

[a]¶Satiat adhuc.] *Antea legebatur,* Sed adhuc. *Emẽdatum eſt ex uetuſtis codicibus Cypriani, quos Romana editio hoc loco ſecuta eſt. Hoc vero utitur etiam in libro de opere, & eleemoſynis ſic ſcribens,* deprecationes ſolas parum valere, niſi factorum, & operum acceſſione ſatientur. *Ita enim habent vetuſti codices, & cæteræ editiones præter Romanam, in qua operarum culpa, eius verbi loco, poſitum eſt,* adiuuentur.

Math. 10.

inf. 24. q. 1. c. didicimus. §. quod vero.

Num. 16.

Ibidem.

Item Leo quartus Vernoni Duci Britanniæ.

¶Non eſt defendendus, qui viuentis locum inuadit. C. X.

SCiſcitaris itaq; per Gualdagariũ presbyterũ, vtrũ, cũ a Normãnis de epiſcopis depellaris,debeas de cætero in monaſterio conuerſari. In quo ſcias chariſsime frater, quòd,ſi pernicioſum eſt proretam [b] in tranquillitate nauim deſerere,quanto magis in fluctibus ? Vbi [c] non dicimus,quòd perſecutorum non fugiamus [d] (maxime paganorum)inſidias,cum ad tempus ſæuiunt,& ob multitudinem delictorũ noſtrorũ nocẽdi facultatem diuinitus [e] aſſequuntur;præſertim cum eis prodire [f] ultro non debeamus,& multos prophetas,& Apoſtolos,ipſumque Dominũ huiuſmodi fugiſſe inſecutores luce clarius cõſtet;ſed quòd præcipue nos qui tanquam arietes [g] ducatũ gregibus prębemus, imò qui & horũ paſtores ſumus,Deo auctore cũ eis in periculis pro viribus perſiſtere pro certo cõueniat:& cũ tranquillitas reddita diuina fuerit pietate ſopitaq; furentium infeſtatio;mox gregẽ requirere,& in

Io.8.

SVggeſtum.] CASVS. Multi epiſcopi propter tribulationes extrinſecas monaſterij quietẽ appetentes,greges ſibi commiſſos relinquebant,& plures in futuro relinquere volebant :qđ cum audiſſet Liberius Papa,ſcribit oĩbus epĩs hortans eos ne greges ſibi commiſſos derelinquant propter laborem vitandum, & quietem appetendã: ſed potius perſeuerent humiliter tribulationes ſuſtinendo.Et hoc ꝓbat duabus auctoritatib. ſ. Dñi, & Pauli, & exẽplo Chriſti, qui pro nobis redimẽdis paſſionem ſuſtinuit in cruce.

a ¶Decipiat.] Arg. ꝙ ſi quis dolo renũciet,ꝙ tenet renunciatio:quod non eſt verũ, vt 3.q.1.redintegranda.

SIſcitaris.] CASVS. Humifridus epũs expellebatur a Normannis a ſuo epatu: ideoque, vt tribulationes declinaret,volebat in monaſterio cõuerſari: & interrogauit Nicolaum Papam, vtrũ hoc facere poſſet: Et reſpõdet ꝙ nõ,quia periculoſum eſt ĩ tribulationib. gregẽ deſerere: ſicut periculoſũ eſt, ſi nauta nauẽ in fluctibus derelinquat : ſed dicit ei, ꝙ fugiat perſecutorum inſidias,& maxime paganorum, exemplo Apoſtolorum , Prophetarũ, & Chr̃i & reddita tranquillitate gregem requirat, & colligat in vnũ ; & doceat, vt quãuis bona tẽporalia perdant,tamen ſperent gaudia percipere sẽpiterna.

b ¶Proretam.] i.rectorem nauis, a prora, quæ eſt anterior pars nauis. — Proreta eſt nauis rector.

c ¶Vbi] i.quo exẽplo nõ dicimus ,&c.

d ¶Non fugiamus.] i.fugere debeamus.

e ¶Diuinitus.] Deus propter peccata hominũ mittat flagella & perſecutiones. 56. d.ſi gens.16.q.1.reuertimini,& 23.q.4. ſi quos.& ſecũdum quoſdam poteſtatẽ nocẽdi dat Deus qñ permittit quoſdam nocere,eo ipſo ꝙ ſe nõ obijcit. ſm alios propie dat ptãtem , ſed ipſe ex ſe hẽt ptãtem nocendi.vnde ſatanæ poteſtas nocendi Iob data fuit. Omnia enim,quę fiũt in ciuitata,aut iuſto Dei iudicio,aut eo permittente fiunt, vt 26.q.5.nec mirum Ioan. — Perſecutiones pp peccata mittuntur.

f ¶Prodire]Pugnando cum eis,qđ in nullo caſu poſſunt clerici,ſi alias poſſunt euadere.50.diſt. de clericis. Sed poſſunt alios hortari ad pugnam iuſtã,& etiam intereſſe,vt 23.q.8.igitur. & c.vt pridem.

g ¶Arietes.]Alibi dicuntur epiſcopi canes 1.2.q.7. qui nec reg iminis,

3 Ad hoc 38. d nemo.

Ad-

Digitized by Google

ADuerſitas] CASVS. Gregorius docet, ꝙ in tribulationib. non debet quis perturbari: quia ipſa tribulatio eſt probatio virtutis, & non eſt iudicium reprobationis: & ꝙ quis non debet perturbari propter aduerſitatem, probatur exemplo Pauli, qui cum veniebat in Italiam

vnum colligere; & eius animos cæleſtis patriæ pace, ac potiſſimum ſecuritate prædicata ſurſum erigere debemus. Et tamdiu ſuper eorum cautela oportet nos eſſe ſolicitos; vt ſi Dei iudicio præſentis temporis commoda fortaſſis amittunt, futuræ vitæ ſe ſperent gaudia abſque ambiguitate percipere ſempiterna.

Item Greg. lib. 7. epiſt. 126. ad Recaredum regem.

¶ Non eſt reprobatio, ſed uirtutis probatio, bonorum aduerſitas. C. XLVIII.

†al indicium.

Act. 27.

ADuerſitas, quæ bonis votis[a] obijcitur, probatio[b] virtutis eſt, non iudicium † reprobationis. Quis enim neſciat, quàm proſperum fuit, quod beatus Paulus Apoſtolus prædicaturus ad Italiam veniebat? & tamen veniens naufragium pertulit: ſed nauis cordis[c] in maris fluctibus integra ſtetit.

Ioan. 10. — Matt. 2. — Act 9. — Gloſſa ord. ad cap. 11. ad Cor. in fine, ex Aug. epiſ. 180. ad Honoratum. — Matt. 0. — Io. 8. — Gloſſa ordi. Caſſiodoro.

9 *Hoc[d] tunc ſeruandum intelligitur, quando inter ſubditos aliqui inueniuntur, quibus prelatorum uita proſiciat: quando nec ſpecialiter prælatus quæritur, nec ꝑ alios tuta poteſt eſſe eccleſia ſalus, ne ſi deſerere incipiat, quibus prodeſſe poteſt, dicatur de eo: [Mercenarius autem, & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupũ venientem, & deſerit oues, & fugit.] Cum vero ſpecialiter quæritur, fugiat exemplo Chriſti, qui à facie Herodis fugit in Aegyptum: fugiat exemplo Pauli, qui à fratrib. per murum ſubmiſſus eſt in ſporta. Vnde Auguſtinus ait: [Fugiat miniſter Chriſti, ſicut ipſe Chriſtus in Aegyptum fugit, fugiat & qui ſpecialiter quæritur, dũ per alios firma eſt eccleſiæ ſalus.] Hinc etiam ait Dominus diſcipulis: [Si uos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam.] Hinc etiam idem abſcondit ſe, & exiuit de tẽplo; quãdo Iudæi lapides tulerũt, vt iacerent in eum. Hinc & Auguſtinus ait de eodem in pſ. 54.[e] [Ecce elongaui fugiens, illud tangit, quòd Chriſtus vitabat perſequentes, ut occaſionem[f] iræ demeret, & manebat in deſertis orãs: in quo docebat nos in ſecreto cõſcientiæ orare. & quieſcere, cum à malis premimur.] Cum vero non prælatorum tantum, ſed totius eccleſię ſalus[g] quæ-*

tur, & prælatus non quæritur ſpecialiter, nec per alios eſt tuta ſalus eccleſiæ, in quo caſu ſi gregem ſibi commiſſum deſerat, dicet mercenarius. Si vero perſona prælati ſpecialiter quæritur, & ſalus eccleſiæ tuta eſt per alios; fugiat tunc prælatus, & hoc probat duobus exemplis, ſ. Chriſti, & Pauli: & tribus auctoritatibus, ſcilicet Aug. Chriſti, & Dauid. Cũ autem quæritur non ſolum prælatus, ſed tota eccleſiã: tunc non debet recedere, ſed opponere ſe debet pro populo ſuo, & animam ſuam ponere pro ouibus ſuis: & hoc de extrinſeca perſecutione. Eſt & alia pſecutio intrinſeca, quæ fit à ſubditis in occulto, qñ ꝑlatus compati debet pro peccatis aliorũ: & hoc probat quattuor auctoritatibus.

d ¶ Hoc.] ſ. ꝙ ꝑlatus maneat cum ſubditis ſuis.

d ¶ Hoc.] In hoc §. diſtinguitur quid iuris ſit in extrinſeca ſiue intrinſeca pſecutione. Extrinſeca enim perſecutio conſiſtit in manifeſtis inimicis eccleſiæ, intrinſeca in eis, q adhuc nõ ſunt pcíſi. In exteriori pſecutione diſtinguitur: aut ſolus prælatus quærit, aut totus clerus. Si ſolus ꝑlatus: ut eo recedente tuta eſt ſalus eccleſiæ, & tunc fugiet, & hoc probat exemplo Chriſti & Pauli, & trib auctoritatibus, Auguſt. Domini, & Dauid. Si nõ eſt tuta, tunc ponet animam ſuam ꝓ ouibus ſuis. Si totus clerus quæritur, indiſtincte ſe pro eis hoſtib opponet, ut 43 diſt. ſi rector

Perſecutio eſt duplex.

Prælatus an propter perſecutionem licite poſſit eccleſiã deſerere.

Italiam, naufragium paſſus eſt, & tamen in corde non fuerat turbatus.

a ¶ Bonis votis.] id eſt, propoſitis.

b ¶ Probatio.] Sup. ead cum percuſſio.

ADDITIO. Et dic probatio, id eſt, examinatio, & experimentum virtutis, id eſt, conſtantiæ. Vel probatio virtutis, ſcilicet vt probatione melior quis efficiatur, & ita appareat, vt in prædicto cap. cum percuſſio. ſecundum Hug.

c ¶ Nauis cordis.] id eſt, conſtantia fidei r.

r Sub in qua & per quã tranſire debemus tribulationes & pericula huius ſeculi, ſicut in naui mare tranſimus ad littora iuxta illud Hoc mare magnum, & ſpatioſum & ſequitur ibi, naues & per tranſibunt. Pſ. 103. Arc.

HOC ETIAM. Hæc eſt 9. pars quæſtio. in qua dicitur quando debet prælatus relinquere ſubditos, & quando non. lo. de Fant.

CASVS. Dictum eſt ſup. in c. ſuggeſtum & c. ſciſcitaris, ꝙ prælatus perſeuerare debet cum ſubditis in tpe tribulationis, licet poſſit quandoque recedere ad tempus & fugere. Nunc vero oſtendit hi tempus ſeruandum eſſe, quando inter ſubditos aliqui boni reperiuntur

ſed ſi aliàs poteſt conſuli eccleſiæ, totus clerus fugiat cum prælato. Si non poteſt, remaneant cum prælato uel omnes, vel quidam ex eis, ſi eſt altercatio inter eos de remanſuris, res ſorte dirimatur. 26. q. 2. ſors. Circa intrinſecam diſtinguitur ſic: aut omnes ſunt mali, aut quidam. Si boni ſunt commiſti malis, eos non deſeret. 23. q. 4. tu bonus. Si omnes mali ſunt, aut ſpes eſt de correctione, aut non. Si eſt, non ſunt deſerendi. Si non eſt ſpes, tũc ſunt deſerendi, ut inf. ea. c. vlt. Et nota quòd loquitur de extrinſeca perſecutione uſque ibi. [Eſt & aliud genus.] Abinde uſque de extrinſeca & intrinſeca uſque ibi, [Cum autem à uitijs.] & abinde tantum de extrinſeca 2.

e ¶ In pſalmo.] Exaudi Deus orationem.

f ¶ Vt occaſionem.] Et ita peccat qs eo ꝙ dat alijs occaſionẽ peccãdi, vt 55. d. ſi Euangelica & 22. q. 4. iter.

g ¶ Salus.] Ergo uidetur ꝙ pro rebus temporalib. non debeat prælatus mori, ut 13. q. 5. non eſt noſtrum.

2 De hac materia plene no. Inn. ext. de renũcia. niſi cum pridem. §. 1. ubi poſita eſt iſta gl. ſicut hic iacet multa addit & ibi de hoc per Hoſt.

Digitized by Google

ritur, fides[a] *impugnatur; neceſſe eſt, vt ex aduerſo aſcendant, & in die belli ſeipſos murũ opponant pro domo Domini, & animas ſuas ponãt pro ouibus ſuis: vt exemplo ſuæ paſſionis accedant, quos ſermone doctrinæ diutius confirmare non valent. Et hoc quidem de manifeſtis perſecutionibus. Eſt & aliud genus perſecutionis*[b], *in quo Apoſtolus laborabat dicens: [Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego nõ vror*[c]*? &c.] Hinc Auguſtinus in pſ.*[d] 101. *[Oſſa, ideſt, fortes, quorũ frixorium ſunt, qui ſcandalizantur: tantum enim frigitur bonos, quantum amat.] ¶ Hinc idẽ in pſ 30.*[f] *] Iraſcitur iuſtus pro peccatis palearum*[g]*, nõ tamen odit*[h]*, in quo extingueretur oculus*[i]: venter[k] *pro interioribus*[l]*, quæ turbantur, quando nec corripi poſſunt impij, quibus non † clamat*[m], quia defecit[n] in dolore vita, *videns non proficere quod prædicat.] ¶ Hinc idẽ ait in pſ. 69.*[o] *utrũque hoc genus perſecutionis diſtinguens: [Vox tribulatorum*[p] *Chriſto, ideſt, martyrum inter paſſiones periclitãtium, ſed de capite*[q] *præſumentium*[r]*. Cum illis*[s] *vox omnis iuſti; cui ex charitate, abundans iniquitas etiã Chriſtianorum eſt paſſio: ut Lot corporalem perſecutionem a nullo in Sodomis ſuſtinuit, ſed à malis factis eorum, cũ † quibus habitabat. Eſt ergo perſecutio iuſti, vel à leone*[t] *in impetu, vel a dracone*[u] *in inſidijs, unde oẽs*[x] *clament* Deus in adiutorium meum intende.] *¶ Cum aũt*[y] *vitijs ſubditorum prælatus affligitur, aliquando oĩum eſt una & inſatiabilis obſtinatio, aliquando mali inueniuntur bonis admiſti. Quãdo boni ſimul cũ malis habitant, non ſunt deſerendi boni propter malos: ne peruerſe malos euitando vincamus*[z]*, quos fugimus, ad gehennam †, ſed potius mali tolerentur propter bonos. Vnde Grego. [Abel*[a] *eſſe renuit, quẽ Cain*[b] *malitia nõ exercet*[c]*.] ferrum quippe noſtræ mentis ad acumen non põt peruenire veritatis, niſi hoc alterius eraſerit lima*[d] *prauitatis. Hinc etiã Auguſtinus: [Tu bonus*[e] *tolera malum, & c. infra de tolerãdis malis in prima cauſa ßhæreticorũ.] Idẽ ait: [Maius malum in ſeparatione bonorũ*[f] *committimus, quam*

Ezech. 13.

Io. 10.

2. Cor. 11.

Gloſſa ordi. ex Aug. ad ver. (& oſſa mea, ſicut in frixorio) & Beda 2. Cor. 12.

Eadem ne Auguſt. ad verſi. (Miſerere mei Domine.)

† *non clamat clare, ſed intus ingemiſcit.*] gloſſa ordi.

Eadem ex eodem in præfatione pſ.

† *cui non fuit diſſ. vt non ibi habitaret.*] glo. ordi.

† *al. veniamus ad gehennam.*

l. 20. Mor. c. 29. & l. 9 re. ibi. 19. 23. q. 4. tu bonus. Gloſſa ordi. in ca. 62. ad Cor. in fine ex Aug. ſermo. 18. de ver. Dñi.

a ¶ Fides.] Per hæreſim aliquam.
b ¶ Perſecutionis.] Ideſt compaſſionis.
c ¶ Non vror.] Compatiendo.
d ¶ In pſalmo.] Dñe exaudi, ibi: Quia defecerunt ſicut ſumus dies mei. & oſſa 1 mea ſicuti frixorio cõfrixa sũt.
e ¶ Frigitur.] Ideſt, confligitur, ideſt, tãtũ dolet de malorum interitu, quantum ſalutem eorum diligit.
f ¶ XXX.] In Te Dñe ſperaui, vſq; Miſerere mei Deus, quoniã tribulor, & cõturbatus eſt in ira oculus meus, anima mea & venter meus: quoniã deficit, &c.
g ¶ Palearũ.] Ideſt, malorum, qui ſunt ſine fructu.
h ¶ Odit.] Supple id in quo ſcilicet odio extingueretur 2. oculus rationis, ſi haberet illud odium. Vel dic, non odit homines, ſed peccata eorum. 86. diſt. odio.
i ¶ Oculus.] ideſt, intellectus.
K ¶ Venter.] ideſt, prælatus qui quandoq; ventoſus eſt.
l ¶ Pro interiori.] Ideſt, ſubditis.
m ¶ Non clamat.] Alte, ſed intus ingemiſcendo.
n ¶ Defecit.] Dicens, ſupple: quia defecit quaſi dicat; omnino conturbatus eſt oculus meus: quia defecit in dolore vita mea ex magna iniquitate malorum. & quare dicat hoc occulte ſubdit, uidens non poſſe proficere, &c.
o ¶ LXIX.] Scilicet, Deus in adiutorium meum intende.
p ¶ Tribulatorum.] ideſt, illa vox, Deus in adiutorium meũ eſt uox martyrum in manifeſta perſecutione, & etiam vox iuſtorum in occulta & intrinſeca.
q ¶ Sed de capite.] Ideſt, Chriſto.
r ¶ Præſumentium.] Ideſt, confidentium.
ſ ¶ Cum illis.] ideſt, martyribus, & hic innuitur intrinſeca perſecutio.
t ¶ Vel à leone.] ideſt, à diabolo aperte ſæuiendo.
ADDITIO. Sicut per Saracenos & apertos hæreticos. Archidia.
u ¶ Dracone] Ideſt, à diabolo occulte perſequendo, uel à falſis fratribus.
x ¶ Omnes.] Ideſt, tam illi qui extrinſecam, quàm qui intrinſecam perſecutionem patiuntur.
CVM AVTEM CASVS. Supra in §. proximo tractatum eſt qualiter fiat perſecutio intrinſeca, ſcilicet à ſubditis malis, & per compaſſionem: Nunc vero diſtinguitur ſic. Aut inter ſubiectos ſunt aliqui boni, aut ſunt omnes mali, & obſtinati. Si ſunt ibi aliqui boni, non debet prælatus deſerere bonos propter malos, ſed tolerare debet patiẽter, & hoc probat quatuor auctoritatibus. Si autem omnes ſunt mali & obſtinati, tunc licet prælato ab eis recedere, exemplo Beati Benedicti, qui monachos ſuos deſeruit; quia conſpirauerant in necẽ eius.
y ¶ Cum autem] Hic §. loquitur de intrinſeca perſecutione.
z ¶ Vincamus.] Ideſt magis ſumus digni gehennæ, quã ij quos fugimus.
a ¶ Abel.] Ideſt, ſimilis Abel in patientia non vult eſſe, qui non poteſt tolerare conſortium malorum nam quiſquis malos non tolerat, ipſe ſibi per intolerantiam teſtis eſt, quòd bonus non eſt, vt 23. q. 4. hæc autem, & c. tu bonus.
b ¶ Cain.] ſc. fratris Abel.
c ¶ Non exercet.] Ideſt, malos non allicit, ſignificat, ut illos corrigat.
d ¶ Lima.] Ideſt. perſecutio.
e ¶ Tu bonus.] Infra 23. q. quarta, hæc autem. c. tu bonus.
f ¶ Bonorum.] Argum. quod ſi per aliquem non ſtat quominus faciat, idem eſt ac ſi feciſſet. 43. diſtinct. Epheſus.

1 Dic, ideſt, fortes, Forte enim & robuſtiores, unde dicũtur oſſa, quæ portant carnes ideſt, infirmos ſecũdum Hug.

2 Scilicet per mortale peccatũ, ideſt: ſi odit paleas, ideſt, malos iniquum homines ſunt ſecundum H.

Bonus non eſt qui malos non tolerat.

a ¶ Coniun-

Digitized by Google

in coniunctione [a] *malorũ fugimus.*] *& infra.* ¶*Tali non imputat Deus ſua peccata, quia nõ fecit; non aliena, quia non approbauit; non negligentiã, quia non tacuit, non ſuperbiã, quia in vnitate permanſit.*] ¶*Hinc idẽ in pſal.* 54. [Quis dabit mihi pennas, ſicut columbæ: *non ait, ſicut corno. Columba a moleſtijs quærit auolare, ſed dilectionẽ non amittit, & ſemper gemit. Sic bonus vult ſeparare ſe corpore, non amore, ab his, quibus non poteſt prodeſſe:*] *& infra.* ¶[*Sed aliquando ligatur, nõ viſco cupiditatis, ſed cura & officio, vt deſerere non poſſit* [b], *niſi ſoluatur. Quod ſi non ſoluitur, tunc dicat,* Cupio diſſolui, & eſſe cũ Chriſto: Sed manere in carne neceſſe eſt propter vos; *& ſic eſt meritum ex deſiderio.* [Ecce elongaui fugiens; *non loco, ne rumpatur charitas bonorũ, ne perdatur exercitium malorum, quos Deus admiſcet, vt Iudam Apoſtolis:*] *quem quamuis ſciret furem eſſe, tamen ad prædicandum miſit, & ei Euchariſtiam dedit, docens in eccleſia tolerari malos, nec obeſſe bonis malorum conſortia. Quando vero omnium ſubditorũ eſt obſtinata malitia, nec prodeſt eis prælatorum præſentia; tum etiam corpore licet ab eis recedere: ne & illorũ nequitia ſemper in deterius proficiat, & iſti quidem fructum amittant, quem de aliorum profectu poſſent inuenire. Sic beatus Benedictus deſeruiſſe legitur, quos in necem ſuam vnanimiter viderat conſpiraſſe.*

Gloſſa ordi ex Aug.

Philip. 1.

Gloſſa interlinearis ex Aug. in pſal. 54. 23. q. 4. ſu bonus.

α ¶Vnde Auguſtinus.] *Multa in hac diſputatione citat Gratianus ex Auguſtino, quorum ſententia quidem apud illum habetur, ſed verba ipſa ſunt in gloſſa ordinaria locis indicatis. De hac vero quæſtione, quando liceat epiſcopo recedere ab eccleſia ſua, diſſerit* B. *Auguſtinus epiſt.* 108. *Honorato epiſcopo ſcripta.*
β ¶In prima cauſa.] *Indicat cauſam vigeſimamtertiam in qua primum de hæreticis ex propoſito agitur. qui mos citandi habetur, etiam* 1. *q.* 7. *neceſſaria. & alibi.*

Hinc etiam B. Gregorius Petro diacono interroganti, an liceat prælato gregem ſemel ſuſceptum deſerere, lib. 2. *Dial. c.* 3. *reſpondit dicens.*

¶Quando liceat prælatis ſubditos deſerere, vel non.

C. XLIX.

IBi adunati æquanimiter portandi ſunt mali, vbi inueniuntur aliqui, qui adiuuentur, boni. Nã vbi omnimodo de bonis fructus deeſt; fit aliquãdo de malis labor ſuperuacuus †: maximè ſi è vicino cauſæ ſuppetãt, quæ fructum Deo ferre valeant meliorem. *& paulo poſt.* ¶Sæpe agitur in animo perfectorum, quod ſilentio prætereundũ non eſt, quia cum laborem [c] ſuum ſine fructu eſſe conſiderent, in locum alium ad laborẽ cum fructu migrant. Vnde ille quoq; egregius prædicator, qui diſſolui cupit, & cum Chriſto eſſe, cui viuere Chriſtus eſt, & mori lucrum, qui paſsionũ certamina non ſolum ipſe appetijt, ſed ad toleranda hæc, & alios accendit; Damaſci perſecutionem paſſus, vt poſsit euadere, murum, funem, ſportamque quæſiuit, ſeq; latenter deponi voluit. Nunquid † Paulum mortem dicimus timuiſſe quam ſe ipſe pro amore Ieſu teſtatur appetere? Sed cum in eodem loco minorem ſibi fructum adeſse cõſpiceret; ad grauem † laborem ſe alibi [d] cum fructu ſeruauit, fortis etenim præliator Dei, teneri intra clauſtra noluit, certaminis campum quæſiuit.

† *vacua.*] orig.

Philip. 1.
1. *Cor.* 11.

Act. 9.
† *al. Num nam.*

† *& graui labore ad laborem*] orig.

Multorum auctoritatibus apparet, quando viuentibus epiſcopis alij poſſint ſubſtitui, & quando non.

a ¶Coniunctione.] Fugim' enim malũ in hoc ꝙ nõ coniungimur malis: quia ſi eſſem' cũ eis, poſſemus corrumpi cum eis: tamẽ maius malum committimus, ex hoc ꝙ ſeparamur a bonis: quia ſeparãdo nos a bonis committimus ſchiſmaꝙ facere maximũ malum eſt, vt 24 q. 1. non afferamus.

Schiſma cõmittit qui ſe a bonis ſeparat.

b ¶Non poſſit.] id eſt, non debeat propter hos quibus poteſt proficere. Ioan.

IBi adunati.] CASVS Petrus diaconus q̃ſiuit a Gregorio, an liceret prælato deſerere gregem ſemel ſuſceptũ: qui reſpondit dicens; ꝙ ſi ſubditi ſunt boni malis admixti, tolerandi ſunt mali propter bonos. ſi vero omnes ſunt mali & incorrigibiles, recedere põt prælatus ad aliũ locum, exemplo Pauli, qui de Damaſco fuit, vt alibi magis proficeret. Sequens. § patet.

c ¶Laborem.] Nota ꝙ labor nõ debet eſſe ſine mercede, vt 12. q. 2. charitatẽ. & in auth de iud §. ne autem. col. 6. vbi dicitur, ꝙ labor non debet eſſe ſine fructu. vnde verſus:

Cum labor in damno eſt, creſcit mortalis egeſtas. iuxta illud.

Operat præmia quiſque labor.

d ¶Alibi.] Idẽ facit Cyprian. vt 24. q. 1. ad nocauit §. multorũ.

Quod

Digitized by Google

QVod autẽ.] CASVS. Hæc eſt q.2. qua quæritur, vtrum recuperata ſanitate poſſit qs repetere cathedrã cui renunciauit. Et reſpondet ꝙ non: & transfert ſe G. ad aliam quæſtionem incidẽtem, ſcilicet vtrum ſacerdos, qui dimiſit celebrationẽ Miſſæ propter morbum caducum: recuperata ſanitate poſſit celebrare? & reſpondet cum diſtinctione, ſcilicet utrum quis vexet morbo epileptico vel caduco frequenter, aut raro: ſi frequẽter, oĩno dẽt ceſſare a celebratione Miſſarũ, ut inf. e. c. 1. Si raro, aut vexat cum ſpumæ iactatione, & uocis confuſæ emiſſione: & tũc nullo modo celebrare poteſt, vt infra ea. c. 2. aut vexet, ſine ſpumæ iactatione, & ſine vocis cõfuſę emiſſione: & tũc celebrare poteſt: ita tamen vt habeat iuxta ſe vicini ſolaminis adiutorem, vt ſup. ead. q. 1. illud. ſi plene eſt liberatus, non eſt quæſtio quin poſſit celebrare.

a ¶Quod autem.] Si quis de licẽtia Papæ renunciauit, & ad p̃ces eius alter ſubſtitutus eſt: certum eſt ꝙ ille non põt repetere eã, licet cõualeſcat, vt ſupra ea. q. 1. hoc nequaquam. Et ideo magiſter aliam quæſtionem tractat, vtrum ille qui abſtinuerit a Miſſa pro ægritudine, recuperata ſanitate poſſit celebrare? Et certũ eſt ꝙ poteſt 1. inf. ead. c. 1. dummodo certũ ſit eũ eſſe ſanatum. Si autem fuit dæmoniacus, vel epilepticus, debet prius per annũ eſſe liberatus. 33. diſt. cõiter. 55. d. præcepta. & ar. ff. de redhibit. actio quod ita. In ægritudine cõſtituti Miſſas celebrare poſſunt ſupra ea. q. 1. c. illud niſi ita debiles ſint, ꝙ ceptũ officium nequeant adimplere & niſi habeant morbum caducũ. 33 d. cõiter. Tñ cum diſtinctione an morbus iſte ſit cũ ſpuma & clamore, vt tunc non poſſint: vel ſine ſpuma & clamore, & tunc poſſint, vt ibi notaui, ſed quidam 2. indiſtincte dicunt, quod non debent celebrare infirmi.

1 Sub. nec diſtinguendũ eſt q̃ fuerit ęgritudo dummodo, &c. vt ſequitur.

Epilepticus an poſſit celebrare.

QVÆSTIO II.

QVod autem [a] iſte valetudine recepta ſuam poſſit repetere cathedram; nulla auctoritate ratum habetur. Celebrationem uero ſacrificiorum, ſi † infirmitatis cauſa dimiſerit, valetudine recuperata exequi non prohibetur.

† al. quan.

Vnde Alexander ſecundus ſcribit Gebonardo Viuarienſi † archiepiſcopo.

† al. Viennenſi.

¶De quodam presbytero, qui caduco morbo laborabat. C. I.

IN tuis literis continebatur ſic. Hic clericus ordinem habet presbyterij, ſed quia caduco morbo laborat, & ipſi in præſentiarum hoc agnouimus, non auſi fuimus concedere ſibi vt offerret, uel miſſam celebraret. Quia vero languor in culpa non eſt, ſuper hac re auctoritatis noſtræ decreto conſulendo deliberauimus. Conſulimus itaque, vt ſi frequenter [b] hoc morbo tangitur, ab oblatione, & Miſſarum celebratione modis omnibus prohibeatur. Indecens enim eſt, & periculoſum, vt in conſecratione Euchariſtiæ morbo victus epileptico cadat. Si vero Dei miſericordia conualuerit (quando quidem nõ culpa, ſed infirmitas eſt in cauſa) eum ſacrificare iam nõ interdicimus [c].

Iuo p. 6. c. 405.

Idem Gelaſius Ruſtico, & Fortunato epiſcopis.

¶A regimine ſuſpendatur eccleſiæ, qui in terram frequenter eliditur. C. II.

NVper Foropopulenſis † eccleſiæ clericis una cũ Sabino epiſcopo & Pelagio, & laicis propria ſuggeſtione reſerarũt, præſulem ſuum graui quadam neceſſitate vexari, cuius cũ diceret incurſione freqũeter eliſum. Qđ ne ſcandalũ fidelibus videretur ingerere, & eccleſiã Dei vbiq; poſitam hac offenſione turbare, præcipuè, cũ eodem ipſo volente huc ſe perrexiſſe firmarẽt, & ad dilectionẽ veſtrã ſcripta direximus, ut eccleſiæ, cuius rector tali caſu tenetur adſtrictus, viſitationem congruam reddatis. Verũ, quia nunc idem ipſe venit huc pontifex, falſaque oĩa de ſe iactata diſſeminat, ſub diuini cõtẽplatione iudicij, veſtręq; cõſciẽtiæ, exiſtimationiſq; reſpectu,

† al. Foropopiliẽs.

IN tuis literis.] CASVS. Quidam presbyter morbum patiebatur caducum: quare Gebonardus Viuarien archiẽps ei celebrationem Miſſę interdixit: & per illũ presbyterum conſuluit Alexandrum dictus archiepiſcopus an iſte presbyter poſſet Miſſarum ſolennia celebrare. Nunc Papa reſcribit dicens, quomodo ei cõſtitit ꝙ ille cadebat. vnde mandat ei: ꝙ ſi iſte presbyter frequenter cadit, & vexetur morbo caduco, non debet celebrare ſi autem conualuerit, non prohibeatur.

b ¶Frequenter.] Ideo quidam 3. dicunt quod ſi raro accidit, poteſt celebrare, dummodo habeat ſocium ſup. ea q. 1. c. illud uel ſupple, maxime uel diſtingue, vt 33. d. communiter.

3 Lau & H.

c ¶Interdicimus.] Sic ergo propter infirmitatem non repellitur quis ab officio diuino, vel a perceptione ſacramentorum, vt ſup d. 5. ad eius vero.

Infirmitas non repellit ab officio diuino.

NVper Foro.] CASVS. Clerici Foropopulenſis eccleſiæ una cum Sabino & Pelagio, & laicis Romam venerunt & dixerunt Gelaſio, ꝙ epiſcopus eorum lædebatur morbo caduco frequenter, aſſerentes ſe de eius voluntate ueniſſe. quare Papa illi eccleſiæ duos dedit viſitatores, ſ. Ruſticum & Fortunatũ, ſed quia idem epiſ-

Digitized by Google

ſcopus poſtea Romam pergens dixit omnia, quæ de eo dicta fuerunt, falſa eſſe: ideo Papa præcepit eiſdem viſitatoribus narrando prædicta, vt veritatem perquirant: & ſi prædictum epm inuenerunt fuiſſe repente pro lapſum cum voce confuſa, & ſpumæ iactatione, cum celebrare

tur purgatio, vt extra de cauſa poſſ. & proprie, cum eccleſia in fi.

b ¶Triginta.] Contra 33.d. communiter. Sed ibi certũ fuit eũ eſſe dęmoniacũ, ſed hic dubiũ, & omnes cibos ideo iubetur comedere, ne morb. poſſit occultari, quod phyſicum eſt, vnde ſignatur contrar infra de conſec. diſt 5. contraria 1 ideo autem hic dantur omnes carnes iſti p̃ter hœdinas, quę prouocant dæmones.

rerum fide ſolertiſſime perquiſita, ſi aliquãdo ſcilicet, vel in domo, vel in proceſſione, vel in alio quocumque loco probatur repente collapſus, voceſq; confuſas, & ſpumas ore iactaſſe; quanta fieri poteſt examinatione quæratur. Quod tamen, ſiue non poſſit aliquorum factum teſtificatione firmari, ſiue nunquam contigiſſe dicatur; non putandum eſt poſſe ſufficere, ſed certum, manifeſtumque documentum, quia de tanta re non ſegnius [a] agendũ eſt. Faciat rem tua dilectio frater Ruſticè ſui moris, & aptam magno pontifici; vt eum vel triginta [b] α dieb. tecum eſſe conſtituas, eumque carnibus indifferenter vt neceſſaria probatione compellas uti.

α ¶Triginta.] *In duobus codicibus vetuſtis legitur.* octuaginta.

Carnes hœdinæ prouocant dæmones.

1 Nõ eſt cõtra, quia hic loquitur de experimẽtis medicinæ, q̃ bona ſunt & neceſſaria, vt hic ibi autẽ loquitur de nimio vſu medicinæ, q eſt phibitus vt ꝙ non ieiunetur, vel aliud ſimile qđ eſt cõt. legem diuinã. Arch.

CAVSA OCTAVA.

Qvidam epiſcopus agẽs in extremis ſucceſſorem ſibi ex teſtamento inſtituit: inde ſuorum amicorum patrocinio in eundẽ epiſcopatum eligitur: poſt electionem pro indemnitate eccleſia canonicis iuramentum præbuit: accuſatur de ſimonia, tanquam munus ab obſequio præſtiterit: ante tempus ſententia a clericis ſuis derelinquitur: ſine literis Apoſtolicis † ad eccleſiam ſuam reuertitur epiſcopus.

† *al.* Apoſtolici.

1 *Hinc primum quæritur, an liceat epiſcopo ſibi ſucceſſorem inſtituere.*

2 *Secundo, an amicorum patrocinia in electione debeãt conualeſcedere.*

3 *Tertio, an ſit habendus ſimoniacus, qui poſt electionẽ huiuſmodi iuramentum canonicis præſtat.*

4 *Quarto, an liceat clericis ante ſententiæ tempus ab epiſcopo ſuo diſcere.*

5 *Quinto, an ſine literis Apoſtolicis † debeat redire ad propriam eccleſiam.*

† *al.* Apoſtolici.

Qvidã epiſcopus. CASVS. Quia in ſuperiori cã in illo c. petiiſti. fuit conceſſũ priuilegium Mogũtino de eligendo ſibi ſucceſſorem: ne aliquis dubitaret hoc eſſe licitum de iure communi, ideo Gra. hanc 8. cauſam ſupponit. in qua oſtẽdit, ꝙ nulli licet eligere ſucceſſorem, & ꝙ amicorũ patrocinia in electionibus conualeſcere non debent: & ꝙ nõ eſt ſimoniacus, qui poſt electionem præſtat canonicis iuramentum de indẽnitate eccleſię: & alia plura, quæ oĩa vt plenius eluceſcãt, ponit thema de quo quinque elicit quæſtiones.

Qvod autẽ.] Hæc q̃ſtio diuidit in quatuor partes: in quarũ prima probat magiſter per 4. auctor. ſanctorum patrũ, ꝙ poteſt eps ſeu pręlatus eligere ſucceſſorem: & hoc vſq; ad § [His omnibus.] vbi dat ſolutionem. poſtea quædam adiũgit ad electionẽ pertinentia. Secunda ibi, [Olim.] Tertia ibi, [Oportet eum.] Quarta ibi, [Audacter.] Ioã. de Fant.

QVAESTIO I.

Qvòd autem [c] epiſcopo ſucceſſorem ſibi inſtituere liceat, ex verbis Zachariæ Papæ conijcitur, quibus Moguntino archiepiſcopo permiſit adiutorem ſibi ſtatuere,

ſup 7. q. 1. petijſti.

CASVS. Hęc eſt 1. q. qua quæritur an liceat epiſcopo ſibi eligere ſucceſſorẽ, & certum eſt: ꝙ non, niſi p priuilegiũ hoc habeat. Primo tñ probat Gra ꝙ ſic exemplo Moguntini, & auctoritate Symmachi a contrario ſenſu, & exemplo Petri. Poſtea probat contrarium in § [ſed in Antiocheno] & in §. [His auctoritatibus.] dat ſolutionem.

Succeſſorem ſibi inſtruere nulli licet

brare prohibeant. Si autem hoc inueniri non poteſt: pręcipit Ruſtico, vt faciat eum carnibus vti xxx. diebus indifferenter.

a ¶Segnius.] Not. ꝙ in magnis rebus diligentior inquiſitio eſt facienda, vt 43. diſtin. quieſcamus, & 61. diſtin. miramur. Et ideo hic actore non probante, reo indici-

c ¶Quod aũt.] Certum eſt, ꝙ non licet 2 niſi cui hoc ſpecialiter permittitur, vt Moguntino. 7 quæſt. 1. petijſti. ne-

2 Sed cõtra vi expreſſe 16. q. [illegible]

Digitized by Google

nec obſtat 79.diſt.ſi tranſitus.vbi innuitur,ꝙ Papæ licet ſibi inſtituere ſucceſſorem.ſed dicitur ibi,ꝙ poteſt cum fratribus deliberare de ſucceſſore 1.

a ¶Decernere.]ideſt,deliberare.

SI Petrus] CASVS.Petrus Apoſtolus cum inſtare,velet verbo prędicationis, & orationi,I temporalib. Linum, & Cletum præfecit: ſed ſolum Clementē ſibi ſucceſſorem elegit, cui poteſtatem tradidit ligādi,& ſoluendi.

EPiſcopo.]CASVS.Statutum fuit in Antiocheno concilio,vt nullus eligat ſibi ſucceſſorum , & ſi factum fuerit, irritum ſit:ſed eligatur a clericis epiſcoporum iudicio.Idem eſt caſus ſequentis c.

e ¶Succeſſorem.] Verum eſt quod non poteſt de iure com-

qui ei defuncto in plenitudinem poteſtatis ſuccederet. ¶*Item ex verbis Symmachi Papæ dicentis* : [*Si tranſitus Papæ inopinatus euenerit, vt de ſui electione ſucceſſoris non poſſit ante decernere* [a], *&c.*] *apparet, quòd epiſcopi ſucceſſores ſibi inſtituere poſſunt.* ¶*Item exemplo beati Petri illud idem probatur, qui beatum Clementem ſibi ſucceſſorem inſtituit.*   Diſt.79. ſi tranſitus.

Unde Ioannes tertius ſcribit epiſcopis Germaniæ, & Galliæ, epiſtola unica, c.2.

¶Quòd Petrus Linum , & Cletum adiutores ſibi aſciuit, ſed Clementem ſucceſſorem. C. I.

SI Petrus [b] princeps Apoſtolorū adiutores ſibi aſciuit Linum,& Cletum ; non tamen poteſtatem pontificij, aut ſoluendi,aut ligandi [c] eis normam tradidit ; ſed ſucceſſori ſuo ſancto Clementi:qui ſedem Apoſtolicam poſt eum , & poteſtatem pontificalem, tradente [d] ſibi beato Petro,tenere promeruit.Linus vero,& Cletus miniſtrabant exteriora,princeps aut apoſtolorum Petrus verbo, & orationi inſiſtebat.   Anſ.l.6.c.55. Poly.l.1.tit.1.

PALEA. C. II.

VNde ipſe Clemens in epiſt.ad Iacobum Hieroſolymitanū miſſa,inter cetera ſcribit,quod Petrus adhuc uiuens Clementem in epiſcopum elegit.* ¶Simon Petrus in ipſis dieb.quib.vitæ finem ſibi præſenſit, apprehēſa manu mea repente conſurgens in aurib. totius eccleſiæ,hæc protulit verba,Clementem hunc epiſcopum vobis ordino;cui ſoli meæ prædicationis,& doctrinæ cathedram trado,quē præ cæteris expertus ſum Deum colentem,homines diligentem,caſtum,diſcendi ſtudijs deditū, ſobrium,benignum,iuſtum,patientem, & ſcientem ferre nonnullorum, etiam ex his, qui in verbo Dei inſtituuntur,iniurias.   Anſ.l.1.c.5. Clemens ep.1. Omittuntur hic aliquot verba.

Sed in Antiocheno concilio hoc omnino fieri prohibetur in quo c.23.ſic ſtatutum legitur.

¶Epiſcopo ſucceſſorem ſibi conſtituere non licet. C. III.

j EPiſcopo non licet pro ſe alterum ſucceſſorē [e] ſibi conſtituere,licet ad exitū vitæ perueniat . Quòd tale aliquid factum fuerit,irritum ſit huiuſmodi conſtitutum.Seruetur autem ius eccleſiaſticum id continens,non oportere aliter fieri,niſi cum ſynodo,& iudicio epiſcoporum [α] , qui poſt obitum quieſcentis poteſtatem habent, eum,qui dignus extiterit,promouere.   Poly.l.2.tit.37. Anſ.l.6.c.57. Burc.l.1.c.135. Iuo p.5.c.301.

α ¶Epiſcoporum.] *In codicibus Gratiani etiam manuſcriptis ſequebatur*, & electione clericorum: *quæ ſunt expuncta, quia neque in originali, neque apud cæteros collectores leguntur.*   Ideſt, in capitulis Martini Bracha.c.8

Item ex concilio Martini Papæ,c.8.

b ¶Si Petrus.] Si,id eſt,quamuis.

c ¶Aut ligādi.]Non intellige ꝙ iſti prius non habuerint poteſtatē ligandi:ſed hoc vult dicere,ꝙ iſtis ñ dedit Papa plenā poteſtatē:ne ſit cōtra 2 q.1.nemo.24.q.1.quodcunque vbi dicitur, quòd omnes presbyteri hanc habent poteſtatem.Habuerunt ergo prius hanc poteſtatem, ſed non ita tam. Iſti autem duo temporalia pauperibus erogabant : ad quod officium Apoſtoli diaconos elegerant.93. d. legimus, quod hodie hēt camerarius Papæ,& patet ꝙ Linus,& Cletus non fuerunt Apoſtolici,& hoc eſt verū, ꝙ poſt Petrum ſtatim nō fuerunt Apoſtolici, ſed Clemens fuit poſt eum Apoſtolicus , videns aūt Clemens ꝙ hoc eſſet pernicioſum exēplo ꝙ aliquis ſibi eligeret ſucceſſorē,renūciauit Papatui:&tūc electus fuit Linus:eo mortuo electus eſt Cletus:quo mortuo denuo fuit Clemen, electus,& ſic Clemēs ſecundum vnam cōputationem fuit ſecundus , & ſecundū aliam fuit quartus. vnde verſus.[Diſputat hic mūdus, quartus fueritve ſecundus.]

d ¶Tradēte.]Ad hoc inducitur capitulū.

VNde.] SED IN ANTIOCHENO CASVS Hucuſque probauit Grat. ſuperficialiter epiſcopo licere ſibi eligere ſucceſſorem:nunc autem probat contrarium.

1 Sub.ꝙ aliud eſt ꝙ ſibi ſucceſſorē eligere,nam licitū,vt ibi, iſtud vero illicitū,vt hic nam deliberare licet cuilibet prælato de ſuo ſucceſſore cum videt ſibi mortem imminere. vñ ibi dr̄ decernere.i. deliberare : non eligere , ſm Hug.

Clemens noluit eſſe Papa ſtatim poſt Petrum

Digitized by Google

communi, ſed de diſpenſatione Papæ 7.q. 1. petiiſti. nec obſt. 20. q. 3. pñs: vbi pr volebat quod eo mortuo filius eius fieret monachus, ſed ibi non erat ſucceſſio iuris.

a Episcopo.] ¶ Epiſcoporum.] Hoc requiritur in ordinatione, ſed non in electione 64 d. per totum.

Ple-

in principatu, ſed noluit; immo extraneum, & de alia tribu eligit, ſcilicet Ieſum, qui Ioſue, & Ieſus Naue dictus eſt.

d ¶ Facie.] Ideſt familiariter.

e ¶ Deus locutus eſt.] Secundum quoſdam apparuerat per Angelum in ſpecie viſibili, ſicut dicitur deſcendiſſe per Angelos 2.q.1.Deus. Ioan. autem dicit in canonica epiſtola: Deũ nemo vidit vnquam. tamen ex eo quod dicitur Moſē vidiſſe poſteriora Dei: dicunt quidam eum vidiſſe in ſpecie viſibili. — Deũ nemo vidit vnquã

f ¶ Potuit.] Quia adhuc nõ erat prohibitum hoc: ſimile 33. q. 4. obijciuntur.

g ¶ De alia tribu.] Moyſes enim erat de tribu Leui: Ieſus naue ſiue Ioſue fuit de tribu Effraim. de his tribubus habes 7. q.1. denique. — Moyſes fuit de tribu Leui.

h ¶ Non ſanguini.] Arg. ꝙ reges dẽnt fieri ꝑ electionem 93. d. legimus, & ꝗ. ead. ſi ergo niſi habeant ex priuilegio conſtituere ſucceſſorem ſibi vt 63. diſt. in ſynodo. alias etiam de iure omnes ſæculares poteſtates non dẽnt ſuccedere vt C. vt oẽs tam ciui. ꝗ mili. iud. l. vnica. i prin. quod autem Dauid in vita ſua Salomonem ſibi ſucceſſorẽ inſtituit, Iſtinctu ſpiritusſancti eſt factũ. Arg tamen cõtra 7. q. 1. denique. — Reges eligẽdi ſunt.

i ¶ Sed vitę.] Supra 40 d. nos qui.

K ¶ Rogauerit.] Ergo videtur ꝙ pręces inducãt ſimoniam. vt hic, & 1. q. 1. ſunt nonnulli. Et dici cõſueuit, quod ſi ꝑces fiũt pro digno, nõ inducunt ſimoniã, vt 1. q. 1. quibuſdam. in fi. hoc verũ eſt ſi non — Preces an inducant ſimoniam.

¶ De eodem. C. IV.

Burc. l. 1. c. 187. Iuo p. 5. c. 303. vtrique ex concilio Spalenſi.

ij Epiſcopo non liceat ante finem vitæ alium in loco ſuo conſtituere ſucceſſorẽ. Si quis autem hoc vſurpare tentauerit, talis conſtitutio irrita erit. Non ergo aliter fieri oportet, niſi cum conſilio, & iudicatu epiſcoporũm [a], qui poſt exitum prædeceſſoris poteſtatem habent dignum eligere.

Item Hilarius Papa in ſynodo Romana, c. 5.

¶ De eodem. C. V.

Poly. l. 2. tit. 18. Anſ. l. 6. c. 56. Iuo p. 5. c. 104.

Plerique ſacerdotes in mortis confinio cõſtituti in locum ſuum feruntur alios deſignatis nominibus ſubrogare: ut ſcilicet non legitima expectetur electio; ſed defuncti gratificatio pro populi habeatur aſſenſu. Quòd, ꝗ graue ſit, æſtimare. Atque ideo α, ſi placet; etiam hãc licentiam generaliter de eccleſiis auferamus: ne, quod turpe dictum eſt, homini quiſquam putet deberi, quod Dei eſt. Ab vniuerſis acclamatum eſt [b]. Hæc præſumptio nunquã fiat, Quæ Dei ſunt [c], ab homine dari non poſſun t.

α ¶ Atque ideo. *Hæc vſque ad verſi*, Ab vniuerſis. *addita ſunt ex ipſo concilio, Anſelmo, Polycarpo, & Iuone,*

In commen. ad ea verba [& conſtituas per ciuitates preſbyteros.

Item Hieronymus ad Titum, c. 1.

¶ De eodem. C. VI.

Exo. 33.

Moyſes amicus Dei, cui facie [d] ad faciẽ Deus locutus eſt [e], potuit [f] vtiq; ſucceſſores principatus filios ſuos facere, & poſteris propriã relinquere dignitatẽ: ſed extraneus de alia tribu [g] eligitur Ieſus, vt ſciremus principatum in populos, non ſanguini [h] deferendum eſſe, ſed vitæ [i]. At nunc cernimus plures hãc rem beneficium facere, vt non quęrant eos in eccleſia erigere colũnas, quos plus cognoſcant eccleſię prodeſſe, ſed quos, vel ipſi amant, vel quorum ſunt obſequijs deliniti, vel pro quibus maiorum quiſpiam rogauerit [k], & (ut deteriora [l] taceam), qui, ut clerici fierent, muneribus impetrarunt.

Num. 27.

Item Innocentius Papa II in concilio Romano, c. 16.

¶ De eodem. C. VII.

Pann. l. 8 c. 152. † *al. capellas.*

Apoſtolica auctoritate prohibemus, ne quis eccleſias, & præbendas [m], præpoſituras, capellanias †, aut aliqua eccleſiaſtica officia hæreditario iure ualeat uendica-

Plerique.] CASVS. Quidam epiſcopi in mortis articulo conſtituti, deſignabant ſibi nominatim ſucceſſores vt, non legitima electio expectaretur: ſed hoc prohibet Hilarius Papa in ſynodo: quia iura ſpiritualia non poſſunt aliquo hæreditario iure concedi.

b ¶ Acclamatum eſt.] Ab vniuerſis.

c ¶ Quæ Dei ſunt.] Vt eccleſiaſticæ dignitates 1. vt 16. q. 1 in canonibus & 23. q 8. conuenior. Io. — 17. q. 5. remoto. in fi.

Moyſes.] CASVS. Hieronymus reprehendit hic illos epiſcopos, qui inſtituebant ſibi ſucceſſores cõſanguineos, vel amicos: vel illos q vt clerici fierent, muneribus impetrabant & docet hoc non eſſe faciendum, exemplo Moyſi: qui filios potuit inſtituere ſucceſſores

ſint cõſanguinei ſui, vt extra de ætа. & qual. tuam. in fi. Io. Non credo ꝙ preces conſanguineorum inducant ſimoniã, ſi fiant pro digno, vt 1. q. 1. laiorẽ & maximẽ cũ quis poſſit ꝓ ſe rogare ſi dignus eſt, vt extra de ſim. tua. nec illa decre. tuam, contradicit ſi bene inſpiciatur. B.

l ¶ Vt deteriora.] Color eſt rhetoricus, quando dicit quod dicit ſe velle tacere: & dicitur præoccupatio.

Apoſtolica.] CASVS. Statuitur in hoc c. ne quis iure hæreditario ſibi vendicet vel poſtulet eccleſias, præbendas, præpoſituras, capellanias, vel aliqua eccleſiaſtica officia: quod ſi quis præſumpſerit, careat eiſdem in perpetuum. — Filius ſacerdotis eccleſiam paternam habere non poteſt,

m ¶ Præbendas.] Epiſcopo non licet filios inſtituere in

Digitized by Google

re,aut expoſtulare præſumat. Quod ſi quis improbus,aut ambitionis reus attentare pręſumpſerit, debita pęna mulctabitur, & poſtulatis carebit.

His omnibus auctoritatibus prohibẽtur epiſcopi,ſucceſſores ſibi inſtituere. Sed aliud eſt de ſui ſucceſſoris electione cũ fratribus deliberare: aliud eſt ex teſtamento,tãquã ſuæ dignitatis hęredẽ ſibi quærere. Illud fieri permittitur: hoc autem penitus prohibetur. Illud autẽ beati Petri apoſtoli ab illis valet in argumẽtũ aſſumi, qui tales ſibi ſubſtituũt, qualem ſibi ſucceſſorem beatus[a] Petrus quęſiuit. Verum, quia officium nõ vitæ, ſed ſanguini cępit deferri, atque ad epiſcopatum tales quiſque ſibi ſucceſſores quærere cępit, qui vel odioſi populis, uel à plebe docendi inuenirentur; idcirco ſacris canonib ſtatutum eſt, ne quiſquam ſibi ſui officii quærat ſucceſſorem ſed populi electione quęratur, qui eorum utilitati dignè deſeruiat; qui illorum utilitatem non ſua lucra quęrat, qui Chriſto ſemen uelit ſuſcitare, non ſibi diuitias congregare. Quod qui facere contempſerit, iure ab eccleſia repudiatur.

Vnde Auguſtinus contra Fauſtum Manichæum, lib. 32. cap. 10.

¶ Qui ſibi & eccleſiæ prodeſt, utroque pede calceatus intelligitur. C. VIII.

2 OLim iuſſus eſt frater pręmortui fratris uxorem ducere, ut non ſibi, ſed illi ſobolem[b] ſuſcitaret, eiuſque uocaret nomine[c], quod inde naſceretur. Quod ſi recuſaret; diſcalceatus uno pede cõſpui ſolebat in faciem. Nunc Euangelij quiſque prædicator ita debet in eccleſia laborare, ut defuncto fratri, id eſt Chriſto, ſuſcitet ſemen, qui pro nobis mortuus eſt: & quod ſuſcitatum fuerit, eius nomen accipiat. At uero qui electus ab eccleſia miniſteriũ euangelizandi renuerit; ab eccleſia ipſa merito, digneque contemnitur. Qui enim & ſibi prodeſt, & eccleſiæ, bene intelligitur utroq; pede[d] calceatus. Vnde illud. [Quã ſpecioſi pedes euangelizantium pacem, euangelizantium bona.] Qui autem curam lucrandorũ refugit aliorum, diſcalceati illius non figuratum[e] ſignificauit, ſed in ſe impletum portabit opprobrium. *Deuter. 25.* *Eſa. 52. Rom. 10.*

in paternis eccleſijs, extra. de fi. presby. præſentium. niſi per mediam perſonam, vt extra eo. ex tranſmiſſa. præbendam autem poteſt habere in eadem eccleſia, ſi eſt legitimus. extra eo. tit. ad hæc. ſed licet ſit legitimus, beneficium tamen paternum non poteſt habere: ſicut hic dicit. ſed illegitimus in eadem eccleſia ſęculari eſſe non poteſt canonicus, vt extra eo. tit. ad abolendã. tamen per illam cõſtitutionẽ vr̃ ꝙ etiã legitimus nõ poſſit habere beneficium cum patre. & hoc intelligas de omnibus deſcendentibus. argu. extra de iure pa. cõſuluit 1. extra de inſt. ad decora. & ff. de verb. ſignif. filij. Fortè aliud in collateralibus & aſcẽdẽtibus. arg. de pęn d. 1. pęnæ. licet ſit ar. cõtra extra de inſti. ad decorem. Io. ſed certè põt probabiliter dici, ꝙ hoc non extenditur ad nepotes: quia pœnæ ſunt reſtringẽdæ ff de libe. & poſthum. cum quidã. in fi. nec ſemper nomine filiorũ nepotes ĩtelligũtur, vt inſt. qui dare tut. poſ. ĩ fi. ti. B Sed qd de illo q renũciat, vt det alii forte cõſanguineo. Hanc renunciationem Papa approbat ext. de offic. deleg. ex parte 1. Sed dic ꝙ ibi fuit pura renunciatio.

1 Vbi ſm veterẽ cõpilationẽ erat illud verbum, nepotũ, q̃d hodie eſt ſublatum, Ar.

HIS OMNIBVS. CASVS. Soluit Gra. dictam contrarietatem, dicẽs ꝙ tractare cum fratribus de electione ſucceſſoris licet, ſed eligere non licet. Exemplum vero Petri nõ debet trahi ad conſequentiam. niſi ab his qui talem vellẽt eligere ſucceſſorem, qualis fuit Clemens. verũ quia cõſueuerãt eligere cõſanguineos & malos, conſtitutum eſt vt clerici, vel patroni eligant prælatos tales, qui Deo dignè ſeruire valeant. quod ſi facere recuſauerint: iure ab eccleſia repudientur quod probat per ſeq. cap.

a ¶ Beatus.] Sed nunquid adhuc Papa poſſet facere ſibi ſucceſſorem? Non quia hoc eſſet immutare ſtatutum eccleſiæ, vt 25. q. 1. quæ ad perpetuam, & quia ſtatutum facit in id tempus in quo non eſt futurum iudex. ff. de iuriſ om. iudi. cum qui.

OLim.] Hæc eſt 2 pars q. in qua redarguit electos & dignos, qui nolunt recipere prælationem: & hoc facit per 4 auctor. Io. de Fan.

CASVS. In veteri lege præcipiebatur, ꝙ frater duceret vxorẽ fratris ſui defuncti, vt ei ſobolem ſuſcitaret, quæ ſoboles defuncti fratris diceretur: quod ſi recuſabat, in faciem eius conſpuebatur, & ſcalceabatur vno pede: Exinde domus eius vocabatur domus diſcalceati. Sic vnuſquiſq; prędicator dẽt Chriſto, qui pro nobis mortuus eſt, filios ſuſcitare: qui Chriſtiani, à Chriſto vocentur. Quod ſi recuſet, reſpuitur ab eccleſia tanquam vno pede diſcalceatus: & portabit opprobrium illius non figuratum, ſed figurans: quia hoc ſignificat opprobrium illius: qui vero hoc adimplet, vtroque pede dr̃ calceatus.

b ¶ Sobolem.] Tamen iſtius erat carnalis filius, ſed erat filius mortui legalis, vt 56. diſt. Iſmael & Matthęus ponit carnales patres vbi dicit, qui genuit. Et Luca ponit legales, cum dicit, qui fuit: duos enim habebat patres huiuſmodi filius, carnalem & legalem. *Chriſti patres fuerunt duplices.*

c ¶ Nomine.] Id eſt, filium mortui.

d ¶ Vtroque pede.] Quia & de ſe curat, & de proximo.

e ¶ Non figuratũ.] Sed ẽt ſignum & figuram, & hoc eſt dicere

Digitized by Google

ſ Su. quia factum iſtius ê res & ſignificatum; factũ illius figura & ſignans, & factum iſtius, &c. vt ſeqnitur.

dicere, factum iſtius i. ſignum eſt & figuræ & figurati. Vel hoc vult dicere, ꝙ factum illius non ſignificat factũ iſtius, ſed factũ iſtius ſignificat factũ illius. Vel ideo dicit hoc, quia in facto iſtius complctur illa figura.

IN ſcripturis.] CASVS. Quidam cum eligebantur ad præ- | latures, recuſabant eas, dicentes ſe velle eſſe in contemplatione. Sed Greg. dicit, ꝙ ex hoc ſe magis eſſe dignos oſtendũt: q̄a ſicut ambientibus magis eſt dignitas deneganda: ſic eſt renuentibus concedenda. Et docet ꝙ qui eliguntur ad dignitates, & ad officium prædicandi, non debent renuere, ſi digni ſunt. Quod tribus rationibus, vel auctoritatibus probat: & hæc in prima parte. In ſecunda parte oſtendit ꝙ quietem contemplationis debemus deſiderare: ſed cum neceſſe eſt, poſtponenda eſt propter multorum vtilitatem. Quod probat duobus exemplis, ſcilicet exemplo Hieremiæ, qui cum inuitaretur ad prædicandum, dixit A,a,a, Domine neſcio loqui, quia puer ego ſum. Et exemplo Eſaiæ, qui de contemplatione obtulit ſe dicens: Ecce ego, mitte me. Sed ſciendum, quòd iſti non fuerunt cõtrarij: q̄a Hieremias nõ ex toto recuſauit, ſed timuit ſubire officiũ prædicandi. Nec Eſaias ante miſſus eſt, q̄ ſe per altaris calculũ purgatũ vidit. i. per carbonem ſumptum de altari, vbi erat ignis perpetuus ad opꝰ ſacrificij. Prima auctoritas vel ratio eſt ibi, [Et ſicut ſcriptum eſt,] &c. Secũda ibi, [Et rurſus.] Tertia ibi, [Et paſtori.] Secũda pars incipit ibi, [Quies itaque, &c.]

¶Hic verba B. Auguſtini, & in ſummam reducta, & interdum mutata ſunt, quod alijs etiam locis eſt adnotatum.

a ¶[Euangelizandi.] *Sequebatur in vulgatis*, & baptizandi: *quæ ſunt expuncta, quia in manuſcriptis non leguntur, ſicut neque in originali.*

Item Gregorius Papa in regeſto, lib. 6. epiſt. 5. ſicut capite 169. Cyriaco epiſcopo.

Iuo p 5. c. 356.

¶ Locus regiminis ſicut deſiderantibus eſt negandus, ita fugientibus eſt offerendus. C. IX.

IN ſcripturis † veſtris vos magnopere requiem quæſiſſe narratis, ſed per hoc ad paſtoralem ſolicitudinem vos congruè veniſſe [a] oſtenditis, quia, ſicut locus regiminis deſiderantibus negandus eſt, ita fugientibus [b] offerendus. ¶ Et ſicut ſcriptum eſt [c]. [Nec quiſquã ſibi ſumit honorem, ſed qui vocatur à Deo, tanquam Aaron,] † & rurſus [d] idem prædicator egregius dicit, [Si vnus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt, & pro omnibus mortuus eſt Chriſtus, vt & qui viuunt, iam non ſibi viuant, ſed ei, qui pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit,] & paſtori ſanctæ eccleſiæ dicitur, [Simon Ioannis amas me; Paſce oues meas,] ex quibus uerbis colligitur, quia ſi is, qui valet, omnipotentis Dei oues renuit paſcere, oſtendit ſe paſtorem ſummum minimè [e] amare. Si enim vnigenitus patris pro explenda utilitate omnium de ſecreto patris egreſſus eſt ad publicum noſtrum, nos quid dicturi ſumus, ſi ſecretũ noſtrum prę̨ponimus vtilitati proximorũ? ¶ Quies itaque nobis ex corde appetenda eſt, & tamẽ pro multorum lucro aliquando poſtponenda. Nam ſicut toto deſiderio debemus occupationem fugere, ita ſi deſit, qui prædicet, occupationis onus libenti neceſſe eſt humero † ſubire. Quod ex duorum prophetarum opere [f] docemur, quorum vnus prędicationis officium vitare conatus eſt, & alter appetijt. Nam mittenti ſe Domino Hieremias reſpondit dicens. [A,a,a, Domine Deus neſcio loqui, quia puer ego ſum.] Et cum omnipotens Deus perſonam ad prędicandũ quæreret, dicens, [Quem mittam, & quis ibit nobis?] vltro ſe obtulit Eſaias dicens, [Ecce ego, mitte me.] En ab vtriſque exterius diuerſa vox prodijt, ſed non à diuerſo dilectionis fonte manauit. Duo quippe ſunt præcepta charitatis, Dei videlicet amor, & proximi. Per actiuam igitur vitam prodeſſe proximis cupiens Eſaias, officium prædicationis appetijt. † Per contemplatiuam

Margin: † al. ſcriptis. — Heb. 5. — Num. 25. — 2. Cor. 5. — Io. 21. — † al. animo. — Hier. 1. — Eſa. 6.

† Concor. tex. in ſimili. in l. item eorum. §. ſi decuriones. ff. quod cuiuſque uniuer.

† Concor. tex. in l. 3. §. ſi. C. de primipi. lib. 12. & l. 2. ff. ad municip.

Electioni qualiter conſentiẽdũ eſt.

a ¶Veniſſe.] Per electionẽ. vel fortè volebant recuſare.

b ¶ Fugientibus.] Sic 40. diſt. ante omnia. C. de epiſ. & cl. ſi quęquam. & ſup. 74 diſ. epiſcopus. cõtra. Sed illud de penitus inuito: ſed ab initio aliq̄s debet cogi vt conſentiat: nã nullus eligendus eſt niſi ab initio diſſentiat. 1. q. 6 c. vlt. tepidè tamen debet diſſentire. ſicut fęmina. 32. q. 2. honorantur. aliàs ſi diceret, nolo, cũ fortè vellet: faceret contra cõſcientiam. extra de præſumptio. c. vlt. vel ſi fortè diceret, nõ ſũ dignus. licet H. dixerit quod poſſit ſimulare ſe non eſſe idoneum. arg. 22. q. 2. vtilem.

c ¶Scriptum eſt.] In epiſtola ad Hebręos.

d ¶Et rurſus.] In secũda epiſtola ad Corinthios.

e ¶ Minimè.] Ergo qui ſe dignũ credit, & prælaturam ſibi oblatam nõ recipit, mortaliter peccat, vt ſu. ca. proxi & inf. c qui epiſcopatũ.

f ¶ opere.] Arg. diuerſarum perſonarũ ſnĩam vtrãque tenere. 22. q. 2. beatus. & de conſec. diſt. 2. quotidie. & 35. q. 5. ad ſedem. Itẽ arg pro diuerſis conſuetudinibus. 12. diſt. illud. 31. diſt. aliter. & de conſecr. diſt in 4. de trina. Item arg pro diuerſitate teſtium, extra de verb. ſig. nihil obeſt. & de pę̨n. diſt 1 periculoſe. 23. q. 7. quicunque. ſup. diſt. 6. ad eius. & extra de teſti. cum tu fili.

a ¶ Ple-

Digitized by Google

Electus per quæ uerba conſentire debet.

a ¶ Plene.] Ecce reſponſio illius, qui ad epiſcopatum petitur, non dicet expreſſe nolo: quia tunc mentiretur. 22. q. 2. cum humilitatis, nec debet ſe ſtatim ingerere, ſed dicat vt dixit mutinenſis epiſcopus. Nolens volo, & volēs nolo. 16. q. 1. vos autem.

h ¶ Ex aduerſo.] i. ex eo ꝙ vnum contrarium commendatur, aliud vituperatur, vt inf. de pœ. d. 2. §. econtrario. & no. hic ꝙ optima eſt probatio, quæ fit per ſuum contrarium, vt hic, & 1. q. 1. c. 1. & 13. q. 2. animæ. ff. de off. eius cui mand. eſt iuriſdic. l. 1.

Probatio quę fit per ſuum contrarium, eſt optima.

i ¶ Sola

uo [a] in omnibus Romanæ eccleſiæ priuilegio, nullus metropolitanus abſque cęterorum omnium comprouincialium epiſcoporum inſtantia [b], aliquorum [c] audiat cauſas † [d]: quia irritæ erunt aliter actæ, quàm in cōſpectu eorum omnium vētilatæ, & ipſe, ſi fecerit, coerceatur à fratribus.

† al. cauſas eorum.

Item Anicetus Papa epiſcopis Galliæ, c. 1.

¶ De eodem. C. V.

ARchiepiſcopus [e] nihil de epiſcoporum cauſis, aut de alijs communibus, iuxta ſtatuta Apoſtolorum, abſq; cūctorū illorū agat conſilio, nec illi aſſumāt, niſi quantū ad ſuas parochias ptinet, ſine ſuo cōſēſu: qm̄ tali gaudet concordia altiſſimus, & gloriatur in membris ſuis.

Can. Apoſt. 34.

Item in eadem epiſtola, c. 3.

¶ De eodem. C VI.

SI autem aliquis metropolitanorum inflatus fuerit, & ſine omnium comprouincialium præſentia, vel conſilio epiſcoporum, aut eorum, aut aliàs cauſas, (niſi eas tātum, quæ ad propriam ſuam parochiam pertinēt) agere, aut eos grauare voluerit, ab omnibus diſtricte corrigatˉ, ne talia deinceps præſumere audeat. Si vero incorrigibilis, eiſque inobediens [f] apparuerit: ad hanc Apoſtolicam ſedem, cui omnia epiſcoporum iudicia referri † præcepta ſunt, eius contumacia referatur, vt vindicta de eo fiat, & cæteri timorem habeant.

Poly. l. 2. tit. 24.
Burch. l. 1. c. 63.
Pann. l. 4. c. 26.

† al. terminare.

Item Calixtus Papa epiſcopis Galliæ, epiſt. 2. c. 3.

¶ De eodem. C. VII.

NVllus primas, vel metropolitanus dięceſani eccleſiā vel parochiam, aut aliquem [g] de eius parochia præſumat excommunicare, vel iudicare, vel aliquid [h] agere abſque eius conſilio, vel iudicio: ſed hoc obſeruet, quod ab Apoſtolis, ac patribus, & prædeceſſoribus noſtris eſt ſtatutum, & à nobis confirmatum: id eſt, ſi quis me

Concor. Lucius epiſto. 1. c. 3.
Poly. ibidem c. 6.
Burc. l. 1. c. 60.
Iuo p. 5. c. 100. & p. 14. c. 72.
Pann. l. 4. c. 27.

ARchiepiſcopus.] CASVS. Anicet⁹ Papa ſtatuit vt archiepūs de cauſis epiſcoporum, aut cōmunibus. ſ. criminalib. nihil agat ſine conſilio ſuorum ſuffraganeorum, nec epiſcopi ſine conſenſu archiepiſcopi aliquid agant, niſi quantum ad ſuas parochias pertinet.
e ¶ Archiepiſcopus.] Hoc ca. exponit præmiſſa.
SI autem.] CASVS. Quæſitum fuit ſi archiepiſcop⁹ ſuperbe vult de cauſis criminalibus, vel ciuilibus epiſcoporū cognoſcere ſine eorū volūtate, vel eos in aliquo grauare, quid ſit faciendum: & reſpondetur, ꝙ corrigi debet à ſuffraganeis: & ſi fuerit incorrigibilis, ſignificetur Papæ, quatenus per ipſum ſic puniatur, vt cæteri timorem habeant.
f ¶ Inobediens.] Hic habemus ꝙ metropolitanus poteſt coerceri à ſuffraganeis ſic ſupra ea. ſaluo, in fin. ſimile 61. diſt. Salonitanæ. Sed qualiter ſubditi poſſunt eum coercere? Reſpondetur reprehendere 1. poſſunt ex charitate 2. q. 7. præcipimus. & c. ſecuti. Ille autem qui defert querelam ad metropolitanum, ſine appellatione patiatur diſpendium litis. arg. in auth. coll. 3. de defen ciu. circa medium. §. non habente in fin. hoc ideo quia traxit aduerſarium ſuum ad alienum iudicem, vt 11. q. 1. inolita lo.

Metropolitanus a ſuffraganeis reprehēdi poteſt.
1 Dic ꝙ eſt triplex reprehenſio, vt no. ſup. 21. d. nolite. in fi.

NVllus.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. Prima pars loquitur de ſpecialibus negocijs ſuffraganeorum. Secunda pars de communibus. Dicitur

bet agere cauſas criminales, vel communia negocia ſine conſenſu epiſcoporum, nec ipſi ſine conſenſu metropolitani vel primatis debent aliquid agere, niſi de his quæ pertinet ad propriam parochiam, vt omnia concorditer fiant. Secunda pars incipit ibi, [Sed quidquid.]
g ¶ Aliquem.] Licet non poſſit iudicare de eccleſia ſuffraganei, poteſt tamen de epiſcopo iudicare 11. q. 1. ſi clericus. Et ſic fallit illa regula. Si vinco vincentem te, multo fortius vinco te. ff. de diuer. & tempor. præſcrip. de acceſſionibus. §. 1. Item fallit. ff. qui potio. in pigno habean. Claudius, etiam libertus liberti mei. non meus libertus. vt ff. de verb. ſignifi. Modeſtinus. & non omnes quæ ſunt cum ſorore mea, ſorores meæ ſunt. 81. diſtin. legitur.
h ¶ Vel aliquid.] Ergo nec abſoluere poteſt excommunicatum a ſuffraganeo ſuo. extra de ſent. exc. per tuas. epiſcopus tamen abſoluere poteſt excommunicatum ab archidiacono. quia archidiaconus eſt vicarius epiſcopi,

Si vinco vincentē te, vinco te, q̄nq; fallit.

Excōicatum ab epo, non abſoluit archiepš.

Digitized by Google

epiſcopi,vt extra de off.Arch.cap.1.ſed epiſcopus non eſt archiepiſcopi vicarius. Quid de hoc iuris ſit, dixi 25.d.perlectis.

a ¶Irritum.].i.irritandum ſi dicas quòd habet iuriſdictionem ordinariam prouinciæ. ſed ſi ſtet proprie,tunc erit

eſſet ibi principiū capituli,vt dicit Hug. Dicit ergo Beda exponēs verba Ioannis,& dicit ꝙ Io.ſcribit ille epiſcopo de cuius manu Ioannes requirebat peccata ſubditorum eius,vt eſſet diligens: ne ſine eius conſilio de ſuis ſubditis iudicaret,niſi eſſet negligens.

Anſ.l.3.c.88: tropolitanus epiſcopus(niſi quo ad ſuam ſolūmodo propriam pertinet parochiam)ſine conſilio,& voluntate omnium comprouincialium epiſcoporum extra aliquid agere tentauerit;gradus ſui periculo ſubiacebit,& quod egerit,irritum [a] habeatur,& vacuum. Sed quidquid de prouincialium coepiſcoporum cauſis, eorumque eccleſiarū, & clericorum,atque ſæcularium neceſſitatibus agere,aut diſponere neceſſe fuerit,hoc communi † conſenſu comprouincialium agatur pontificum;nec aliquo dominationis faſtu,ſed humillima atque concordi adminiſtratione, ſicut Dominus ait: [Non veni miniſtrari, ſed miniſtrare & alibi:[Qui maior eſt veſtrum,erit miniſter veſter.] Similiter, & ipſi comprouinciales epiſcopi cuncta cū eius conſilio (niſi quantum ad parochias proprias pertinet agant,iuxta ſanctorum conſtituta patrum.*& infra.*

† *al.cum omnium.*

Matth.29. *Matth.23.*

¶Vt vno animo,vno ore concorditer ſancta glorificetur Trinitas in ſæcula.

b ¶Archieps.] Hic patet quòd archiepiſcopi ſubſunt primatibus & patriarchis, vt 21 diſtinct.cap.1. & 65.diſtin.de perſona.17.diſtinct.multis.

Archiepiſcopi ſubſūt patriarchis.

c ¶Prouocauerint.] Hic patet ꝙ nec archieps, nec primas poteſt cognoſcere de cauſis ſubditorum epiſcoporum, niſi p appellationē deuoluantur ad ipſum.11. q.1 peruenit & ext. de off.deleg.cū non ignoretis.Idem dico in legato Papę,vt dixi 2 q.6.ca. 3 præter hoc caſus eſt alter 12.d.de his.Itē cū t, abſolutus ab archiepiſcopo non vult parere epiſcopo. extra de off ord. ad reprimendam.Item cum eſt cauſa inter epiſcopum & clericum.11. q.1.ſi clericus.& ſu. 9.quæſt.2.capit.2.& hoc cum epiſcopus eſt reus. ſed ſi eſt actor, nō videtur, ꝙ archiepiſcopus ſit iudex rei,vt ex. de off. ord.paſtoralis Item cum epiſcopus non vult abſoluere excōmunicatum,vt extra de appellat.qua frōte.Item cum archiepiſcopus prouinciā viſitat.extra de præſcript. cū ex officij. ſed illud nō dico eſſe generale,niſi vt dixi ſup.ea quæſtio 2. nullus primas.Item cum eiuſdem eſt ſententiam epiſcopi iniuſtam eſſe. extra de appel. ſolicitudinē.

Archieps de cauſis ſubditorū epi cognoſcere nō poteſt.

t Illud, itē, reſpicit textū. nā in iſto caſu ſequentibus archiepiſcopus eſt iudex competens.

Item Nicolaus Papa Rodulpho Bituricenſi archiepiſcopo.

¶In ſuffraganei parochia nihil abſque eius conſilio metropolitanus agat. C. VIII.

Iuo p.5.c.56. Pann.l.4.c. 29.

CОnqueſtus eſt Apoſtolatui noſtro frater noſter Sigedodus archiepiſcopus [b] Narbonenſis, quòd clericos ſuos eo inuito ad iudicium tuū venire compellas, & de reb. ad eccleſiā ſuam pertinentibus, eo inconſulto, quaſi iure patriarchatus tui diſponas:cū hoc nec antiquitas(cui patres ſanxerunt reuerētiā) habeat;& auctoritas ſacrorum canonum penitus interdicat: niſi forte pro cauſis,quæ apud ſe terminare non poſſunt:ad te quaſi ad patriarcham ſuum prouocauerint [c]; vel ſi epiſcopus ſuus deceſſerit; res eccleſiæ ſuæ iudicio tuo [d] diſpenſare voluerint.Primates enim,vel patriarchas nihil priuilegij habere prę cęteris epiſcopis,niſi quātum ſacri canones [e] cōcedunt,& priſca cōſuetudo [f] illis antiquitus contulit,definimus:ita vt ſecundum Nicænas regulas ſua priuilegia ſeruentur eccleſijs: præterquam ſi Apoſtolica ſedes ali-

erit hic arg. ꝙ metropolitanus non habet iuriſdictionē ordinariam totius prouinciæ.Quid iuris ſit de hoc,notaui ſup.c 2.

COnqueſtus eſt.]CASVS. Archiepiſcopus Narbonenſis conquerebatur de Rodulpho patriarcha Bituricen.qui erat ſuus patriarcha, ꝙ ipſe compellebat clericos ſuos eo inuito ad ſuum iudicium venire; & res ad ſuam eccleſiam pertinentes eo inconſulto diſponebat. præcipit ergo ſibi Nicolaus,vt de cætero hoc nō faciat, niſi fuerit ad ipſum appellatum:vel niſi mortuo epiſcopo clerici voluerint res eccleſiæ diſpenſari per ipſum: quia primates nil priuilegij ſuper epiſcopos habēt,niſi quantum canones concedunt, vel cōſuetudo antiqua: vel niſi Romana eccleſia aliquem voluerit ſuo priuilegio decorare. [Epiſcopo ſcribit.] hæc ſunt verba Bedæ. [Et angelo Epheſi,]&c.ſunt verba Ioannis. Vñ melius

d ¶Iudicio tuo.]Aliter enim non poteſt. 12.quæſt.non liceat.

e ¶Canones.]Sic 18 q.2.hoc tantum.

f ¶Conſuetudo]Ergo ratione conſuetudinis poteſt aliquid peti,vt 18.q.2.ſeruitiū.ff.de pub.& vect.licitatio. § earum.ff.communia prædi venditor Arg. contra.10. quæſtio.tertia quia. Item ratione diuturnitatis ꝓbatur negatiua:quia aliter non probatur ff.de prob.ſi arbiter. Item diuturnitas conſtituit ius.ff de aqua quo.& æſti.l. hoc iure §.aquæ.extra de his.de quæ ſi.a præl.ſi cōſen. cap.ea noſcitur.& argum.3 quæſtio.6 hoc quippe.Item cōſuetudo dat iuriſdictionem, vt C. de eman.li.l.vlt.& extra de arb.dilecti.Item cōſuetudo dat priuilegium 2, vt hic,& 62.diſtinct.quia. Arg.contra.93.diſtinct.illud 100.diſtinct.cōtra morem.hoc proſecutus ſum ſup diſ. 8. fruſtra.

Conſuetudo multa tribuit.

2 Alias conſuetudo parificatur priuilegio ext. de iu. nouit.vbi de hoc.

Digitized by Google

a ¶Speciali.] Ergo Papa intotum poteſt auferre priuilegium vni eccleſiæ,& alij concedere, vt 16.q.1. frater noſter.
b ¶Et angelo.] Hæc ſunt verba Ioa.in Apoc. & deberet eſſe initium cap.
c EPiſcopo. Hæc ſunt verba Bedæ.

h ¶Iniuſte.¶Et iuſte 35.q. 9.Gregorius.
ANtiquis.]CASVS.In regulis antiquis fuit conſtitutum, vt ſiue in prouincia remota ſiue in vicina quis appellet in cauſa ciuili, vel criminali, nihil debeat innouari antequam cauſa ad Apoſtolicum deferatur.

SOLA.CASVS. Hactenus oſtenſum eſt quod archiepi & primates ſubiectos ſuffraganeorũ ſuorum iudicare nõ poſſunt illis inconſultis,niſi in caſibus cõceſſis. ne autem credatur idem eſſe in Papa,dicit nũc aliud eſſe in eo.Sola enim Ro.eccleſ.poteſt de oĩbus iudicare: ſed nullus de ea poteſt iudicare:& ad hoc inducitur.c.ſeq.

PAtet] CASVS. Dr̃ in hoc ca. quod nullus dẽt tractare, vel iudicare de iudicio ſe. Apoſ. quia ſũmũ debet eſſe quod ipſa iudicat. Et hoc probat Nicola⁹ duobus exemplis.ſ.Inn. & Gelaſij.
d ¶Patet.] Ab hoc loco vſq. in finẽ agitur de excellẽtia Papæ,& omnia e quaſi idem dicunt.
e ¶Iudicare.] Nam talis crimen ſacrilegij incurrit,vt 17.q. 4.§.qui autem.
f ¶Innocẽtius.] Familiaris eſt hęc probatio, quod vnus Papa inducit alium in teſtem: ſed hoc iõ,quia de ipſorum teſtimonio nõ eſt dubitandũ 1: ſicut Dñs mala Sodomę per angelos probauit 2.q.1. Deus.
g ¶Intulit.]Qui manus intulit ꝑpoſito, vel cõtumax eſt erga ducem, vel præſidem,capite punitur. ff de re.mil.l omne. § 1.& 2. irreuerens miles, & cõtumelia patentis capite punitur.86. d. non ſatis in fine.
FVit.]CASVS.Dr̃ in hoc c.quod ſemper fuit licentia ſedi Apo.iniuſte damnatos, vel excommunicatos reſtituere: & eos qui iniuſte damnãt, vel excommunicant punire.

Papa Papam inducit in teſtem.

1 Ad hoc, 8. q.3.talia.

quam eccleſiam, vel ipſius rectorem quolibet ſpeciali a priuilegio decreuerit honorare.

Item Beda ſuper Apocalypſim,[& Angelo b *eccleſiæ Epheſi ſcribe.]* Glo.ordi ad eum locum Apoc. 2.

¶De eodem. C. IX.

EPiſcopo c ſcribit, de cuius manu peccata ſubditorum requirit:ne ſine eius conſenſu ſubditos iudicare debeat.

¶*In gloſſa ordinaria ſic legitur,* Et angelo,] ideſt epiſcopo ſcribit:de manu cuius peccata ſubditorum requirit,& ſine cuius cõſenſu ſubditos iudicare nõ pręſumit ipſe Ioannes.

Sola enim Romana eccleſia ſua auctoritate valet iudicare de omnib.de ea vero nulli iudicare permittitur.

Vnde Nicolaus Papa ad Michaelem imperatorem in epiſtola,cuius initium [*Propoſueramus.*]

¶Apoſtolicæ ſedis iudicium a nemine eſt retractandum. C. X.

PAtet d profecto ſedis Apoſtolicæ (cuius auctoritate maior non eſt) iudicium a nemine fore retractandũ: neque cuiquam de eius licere iudicare e iudicio: iuxta quod Innocẽtius a f Papa Ruffo, & cęteris epiſcopis per Theſſaliam conſtitutis ſcribens ait: [Nemo vnquam Apoſtolico culmini (de cuius iudicio non licet retractare) manus obuias audacter intulit g:nemo in hoc rebellis extitit, niſi qui de ſe voluit iudicari] & beatus Papa Gelaſius.[Nec de eius iudicio:(ideſt Romanæ(eccleſiæ) canones vnquam pręceperunt iudicari: ſententiamque illius conſtituerunt nõ oportere diſſolui:cuius potius ſequenda decreta mandarunt.]

Anſ.l.1.c.75. Iuo p.5.c.19. Pann.l.4.c.11.

inf.eac ipſi ſunt §. nec de eius.

¶*Caput hoc apud cæteros etiam collectores,multis verbis omiſſis in ſummam quandam redactum eſt.*

a ¶Innocentius.] *In epiſtola Nicolai, & apud reliquos collectores eſt,*Bonifacius. *Verum neque in Bonifacij,neque in Innocentij epiſtolis inuentum eſt quod hic affertur. In ea vero epiſtola Nicolaus refert etiam alia quadam ex epiſtola Bonifacij ad epiſcopos per Theſſaliam.*

Item Athanaſius patriarcha Papa Fœlici I I. In tomis conc.

¶Ab alijs damnatos, vel excommunicatos Apoſtolica ſoluit auctoritas. C. XI. Iuo p.5.c.13.

FVit ſemper veſtrę ſanctę Apoſtolicę ſedi licentia iniuſte h damnatos, vel excommunicatos poteſtatiue ſua auctoritate reſtituere,& ſua eis omnia reddere, & illos,qui eos condemnauerunt, aut excommunicauerunt, Apoſtolico punire priuilegio: ſicut etiam noſtris, & anterioribus cognouimus actum temporibus.

Item ibidem paulo inferius. Iuo ibidem. † *al.cenſitum.*

¶De eodem. C. XII.

ANtiquis regulis ſancitum † eſt,vt quid-

Digitized by Google

tur, vt per ipſum ſententia confirmetur, vel infirmetur. Seq. cap. patet.

a ¶ Vt quidquid.] Id eſt, vt ſi appellatur Romam, vel à remotis, vel a vicinis partibus: nil attentaretur ante ſententiam Papæ, ſupra, diſt. 17. multis.

b ¶ Nemo.] Niſi ſe alicuius iudicio ſubmittat, vt 2. q. 7 nos ſi. & in cauſa hæreſis. 40. diſt. ſi Papa & cum ſubmittit ſe confeſſori ſuo, tenetur ei parere: & ligabit eum ſententia illius. Arg. contra eſt quod dicitur de dedicatione eccleſiarum, extra de pœn & remiſ quod autem. Item cum Papa peccat, poteſt eius peccatum etiam eccleſiæ denunciari ſecundum admonitionem Euangelij, vt ſu. 2. q. 1. ſi peccauerit. hoc determinaui 40. diſt. ſi Papa.

Papa confeſſori ſuo parere debet.

b ¶ Nequid (quamuis in remotis, aut in longinquo poſitis prouincijs) ſuper epiſcoporum querelis, aut accuſationibus ageretur, non prius tractandum, vel accipiendum eſſet, quàm ad notitiam almæ ſedis veſtræ fuiſſet deductũ, vt huius auctoritate iuxta quod a fuiſſet faciendũ, pronunciatio infirmaretur; aut firmaretur.

a ¶ Iuxta quod.] *Iuo legit.* iuxta quod fuiſſet pronũciatio, infirmaretur, aut firmaretur, *In corpore cõciliorum*, iuſta quæ fuiſſet pronunciatio, &c.

Item Innocentius Papa.

Silueſter in conc. Romano, c. 20.

¶ Prima ſedes nullius iudicio ſubiaceat. C. XIII.

Poly. l. 1. tit. 16. Deuſdedit. p. 3. Anſ. l. 1. c. 19. & l. 4. c. 39. Pann. l. 4. c. 5.

NEmo b iudicabit primam ſedem iuſtitiam temperare deſiderantem β. Neq; enim ab Auguſto, neque ab omni clero, c neque à regibus, neq; à populo iudex iudicabitur.

¶ *In omnibus vetuſtis Gratiani exẽplaribus citatur ex Innocentio. Sed fere eadẽ habentur in concilio Romano ſub Sylueſtro, cap. 20. & ex ipſo citant indicati collectores.*

β ¶ Iuſtitiam temperare deſiderantem.] *Sic etiam in Pãnormia ex Sylueſtro. Sed in vulgata cõcilij editione eſt*, quoniã omnes ſedes à prima ſede iuſtitiam deſiderant temperari.

Item Symmachus Papa.

In lib. Ennodij.

¶ De eodem. C. XIIII.

Poly. ibidem. Anſ. l. 1. c. 24. Iuo p. 5. c. 10. Pann. l. 4. c. 8.

† *al. præſulem.*

ALiorum hominum cauſas Deus voluit homines terminare; ſed ſedis iſtius preſulis† ſuo ſine quęſtione reſeruauit arbitrio. Voluit B. Petri Apoſtoli ſucceſſores cœlo tantum debere innocẽtiam, & ſubtiliſſimi diſcuſſoris indagini inuolatam exhibere conſcientiam. Nolite æſtimare eas animas inquiſitionis† non habere formidinem d, quas Deus præ cæteris ſuo reſeruauit examini. Nõ habet apud illum reus de allegationis nitore ſubſidium, quando ipſorum factorum vtitur eo teſte, quo iudice. Dicas forſitan, omnium animarum talis erit in illa diſceptatione conditio: rẽplicabo e, vni dictum: [Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam: & quæcũque ſolueris ſuper terram, erunt ſoluta & in cœlis.] Et rurſus ſanctorum f voce patet, Pontificum dignitatem ſedis eius, factam toto orbe venerabilem: dũ illi, quidquid fidelium eſt vbique, ſubmittitur: dum totius corporis caput eſſe deſignatur. De hac mihi videtur dictum per prophetam g: [Si hæc humiliatur h, ad cuius cõfugietis auxilium? & vbi relinquetis gloriam veſtram?]

† *al. de inquiſitoribus.*

Matth. 16.

Eſa. 10.

Item Anterus Papa ad epiſcopos prouinciarum Baticæ, & Toletanæ.

c ¶ Neque ab omni clero.] Arg. q concilium non põt Papam iudicare, vt extra de ele. ſignificaſti. vnde ſi totus mundus ſententiaret in aliquo negocio contra Papam, videtur q ſententiæ Papæ ſtandum eſſet, vt 24. q. 1. hæc eſt fides. Arg. contra: quia orbis maior eſt vrbe. 93. diſt. legimus.

ALiorum.] CASVS. Quæſitum fuit a Symmacho vtrũ cauſa ſedis apoſt. poſſit ab homine iudicari. Qui reſpondet dicens q Deus aliorum cauſas voluit per homines terminari: ſed Romanum Pontificem ſuo examini reſeruauit: apud quem non habebit aliquis de allegationis nitore ſubſidium: quia idem ſcilicet Deus erit iudex & teſtis, ſed alij omnes a Papa iudicantur, cui per Petrum data ſunt claues ligandi, & ſoluendi: cum ipſe ſit caput omnium, & auxilium omnium, ut dicitur per Eſaiam prophetam. Seq; duo capitula plana ſunt.

d ¶ Formidinem.] Immo ſine venia debet puniri, ſicut diabolus, qui maximus cõparatione aliorum creatus eſt, vt inf. de pœn diſtin. 2. principium.

Papa delinquens dẽt ſine venia puniri.

e ¶ Replicabo.] Hoc eſt dicere, cum ipſe ſit maior omnibus. grauius punitur cum peccat 11. quæſtio. 3. præcipuè.

f ¶ Sanctorum.] Id eſt, in ſanctis cõcilijs confirmantur.

g ¶ Prophetã.] Eſaiã.

h ¶ Si hæc humiliatur.] De archa fœderis

† De iſta hũ ſu. 32. diſt. §. ecce 2. q. 7. §. de his et. 24. q. 1. quia i qua ſignificabiẽ ſedes Romana.

Digitized by Google

ris loquitur propheta quam Iudæi ferebant ad bella.

a FActa. ¶ Corrumpunt. ſup. 6 q. 1. ex merito, &c. deteriores.

b IPſi ſunt canones]Sicut Imperator eſt lex animata in terris, vt in auth. de conſulibus, in fi. coll. 4

CVncta.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod eccleſia Romana de omnib. iudicat; ipſa vero à nemine iudicatur. Itē quod ad Papā de omni parte mundi appellatur: ab eo vero nullus appellat. In ſecunda parte dicitur, quod eccleſia Romana ſemper habuit poteſtatem, & habebit quoſlibet abſoluere, & damnare nulla ſynodo congregata. Secunda pars incipit ibi, [Sed nec illa.] Sequ c. planum eſt.

c ¶ De qualibet]Ergo à legato appellatur, vt extra de ſen & re iudic. c. vlt. & extr. de of. leg. licet. Sed nūquid à laico appellatur ad Papam? Non, niſi in his quæ ſpectant ad iuriſdictionem eccleſiæ. vt ext. de app. ſi duobus.

d ¶ Nemo.]A principe enim & à ſenatu appellari non valet, vt ff. à quibus ap non li. l. 1.

FRatres.] CASVS. Epiſcopi Hiſpaniæ auctoritate regū quoſdam iniuſte dānauerant, quos Sixtus Papa reſtituit, & præcepit epiſcopis, vt omnia eis integre reddant. niſi ipſi & principes eorum velint ab eccleſia ſeparari.

Nunc

¶ De eodem. C. XV.

FActa ſubditorum iudicantur à nobis: noſtra vero iudicat Deus. *& infra.* ¶ Deteriores ſunt qui vitam, moreſque bonorum corrumpunt[a], his, qui ſubſtantias aliorum prædiaque diripiunt. Poly. ibidem. Anſ. l. 1. c. 53. ſup. q. 6. q. 1. c. ex merito, cum ſeq.

Item Gelaſius Papa ad Fauſtum legatum. Nicolaus ad Michaelem. epiſ. 7.

¶ De eodem. C. XVI.

IPſi ſūt canones[b], qui appellationes totius eccleſiæ ad huius ſedis examen voluere deferri. Ab ipſa vero nuſquam prorſus appellari debere ſanxerunt: ac per hoc illam de tota eccleſia iudicare; ipſam ad nullius commeare iudicium: nec de eius vnquam præceperūt iudicio iudicari, ſententiamque illius conſtituerunt non oportere diſſolui, cuius potius decreta ſequenda mandarunt. Anſ. l. 2. c. 56. Iuo p. 5. c. 9. Sup. c. patet in fi.

Idem omnibus epiſcopis.

¶ De eodem. C. XVII.

CVncta per mūdum nouit eccleſia, quòd ſacroſancta Romana eccleſia fas de omnibus habeat iudicandi: neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Si quidē ad illam de qualibet[c] mundi parte appellandum eſt: ab illa autem nemo[d] eſt appellare permiſſus. ¶ Sed nec illa præterimus, quòd Apoſtolica ſedes ſine vlla ſynodo præcedente: & ſoluendi, quos ſynodus inique damnauerat, damnandi, nulla exiſtente ſynodo quos oportuit, habuit facultatem: & hoc nimirum pro ſuo principatu, quem beatus Petrus apoſtolus Domini voce & tenuit ſemper, & tenebit. In epi. ad epos per Dardaniam conſtitutos. Poly. l. 1. tit. 8. Anſ. l. 1. c. 47. & l. 2. cap. 16. & 24. Pann. l. 4. c. 9.

¶ Omnia, quæ in hoc capite leguntur, habētur in epiſtola Gelaſij ad epiſcopos per Dardaniā, ſed non eodem ordine compoſita. Caput autem ſequens, in quo multa huius ipſius capitis verba continentur, in eadem epiſtola eodem prorſus modo habetur. Itaq; fieri poteſt, ex alia epiſtola caput hoc ſumptum ſit, quæ non extat: aut Gratianus hæc duo tanquam diuerſa capitula referat, quòd apud antiquiores etiam collectores diſtincta repererit. in epiſtola etiam Nicolai ad epiſcopos Galliæ, quæ nuper eſt impreſſa in appendice bibliothecæ, hoc citatur ex Gelaſio.

Idem epiſcopis per Dardaniam conſtitutis.

¶ De eodem. C. XVIII.

CVncta per mundū nouit eccleſia, quoniam quorumlibet ſententijs ligata Pontificum, ſedes beati Petri apoſtoli ius habeat reſoluendi; vt pote, quæ de omni eccleſia fas habeat iudicandi, &c.

Item Xixtus Papa ſecundus Hiſpanorum epiſcopis, epiſt. ſecunda, c. 4.

¶ De eodem. C. XIX.

FRatres, quos timore terreno iniuſte damnaſtis, ſcitote à nobis iuſte eſſe reſtitutos: quibus ex ſancti Petri & Apoſtolica auctoritate omnia, quæ eis ablata ſunt, integerrime reddi præcipimus, ſi non vultis & vos, & principes veſtri à collegio noſtro, & membris eccleſiæ ſeparari. Anſ. l. 2. c. 25. Poly. l. 1. titu. 8. Burc. l. 1. c. 192. Iuo p. 5. c. 247.

Item Stephanus epiſcopus Gualberto Patriarchæ.

Digitized by Google

¶Cuiuslibet eccleſiæ clericos Papa valet ordinare. C. XX.

Anſel.lib.6.c.31. Iuo par.5.c.13.

NVnc vero iterato tibi ſcribimus, nolentes alicuius eccleſiæ priuilegium [a] infringere, licet Apoſtolica prærogatiua poſſimus de qualibet eccleſia clericum ordinare: deſine iam cuiuſpiam zelo Cumenſis [a] eccleſiæ antiſtitem protelare? quia ſi protelaueris, & eum conſecrare iam toties monitus non maturaueris; proculdubio ad nos veniens, conſecratus abibit.

a ¶ Cumenſis.] *Sic etiam Anſelmus, ſed apud Iuonem plenius,* Deſine iam cuiuſpiam zelo electum à clero, & expetitum à populo Lintuardum Cumenſi eccleſiæ antiſtitem protelare.

Item Nicolaus Papa Michaeli Imperatori in epiſtola, cuius initium [*Propoſueramus.*]

¶ De eodem. C. XXI.

ſupra 1.q.1. Anſel.lib.1.c.72. & lib.2.c.14.

PEr principalem [b] Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, de qua ſupra partim expoſuimus, poteſtatem, ius habemus, non ſolum monachos, verum etiam quoſlibet clericos de quacunque diœceſi, cum neceſſe fuerit, ad nos [c] conuocare: atque eccleſiaſticis exigentibus opportunitatibus inuitare.

Sed aliud eſt, quod ex temeritate aſſumitur præſumptionis: aliud quod ex neceſſitate geritur charitatis. Cum ſuffraganei archiepiſcoporum ſubditis ſuis ad malum fauere cœperint, atque circa eorum correctiones, negligentes [d] *extiterint; tunc licet metropolitanis præter illorum voluntatem; & ligandos damnare, & reconciliandos abſoluere. Cum vero epiſcopi zelo diuinæ charitatis accenſi, bonos verbo, & exemplo ædificant, & malorum vitia aſpera increpatione redarguunt: abſque talium conſilio non licet metropolitanis in eorum parochia aliquid agere, vel diſponere. Vnde in fine capituli Martini Papæ non ſimpliciter dictum eſt* [*nihil agat*] *ſed cũ determinatione,* [*nil præſumptiue aſſumat abſque eorum conſilio,*] *vt vitium præſumptionis videatur improbatum non officium charitatis. Sic & Apoſtolus quia Corinthios vidit negligenter circa correctionem fornicatoris, ſua auctoritate illum dãnauit. Ioannes vero, quia epiſcopum Epheſiorum vidit paratum ad corrigenda vitia ſubditorum, ſine eius auctoritate illos corrigere noluit: ſed illum tantum de eorum correctione admonuit.*

ſup. ead. per ſingulas 1. ſup. cum ſimus, §. probatur. ſup epiſcopi.

NVnc vero.] CASVS. Gualbertus patriarcha antiſtitem Cumenſis eccleſiæ conſecrare nolebat. ſed Stephanus ſcripſit ei, vt eum conſecraret, & quia eum adhuc non conſecrabat, iterum ſcribit ei præcipiens, vt eum debeat conſecrare: & ſi non fecerit dicit, quod ſi Romam venerit, conſecrabit eum.

a ¶ Priuilegium] Reſcriptum Apoſtolicum ſic interpretaberis, vt nulli afferat præiudicium, vt hic, & extra de conſuet cum olim, in fi 63 diſt. quanto. ſic 99 diſt. ecce C.de emanc.nec auus. 1

1 Ad idem 35. diſt. c.1. in fi. vbi de hoc. & 25. q.2 ſeruatis. in princ. ibi videas.

PEr principalem] CASVS Dicitur in hoc cap quòd Apoſtolicus habet poteſtatẽ de qualibet parte mundi monachos, vel clericos ſæculares ad ſe vocare, & opportunitatibus exigentibus inuitare ad ordinem, vel dignitatem, vel officium aliquod.

b ¶ Per principalem.] Hoc c.eſt ꝰ 1.q.1. c.per principalem, poſt principium.

c ¶Ad nos.] Sicut Papa priuat aliquem clerico ſuo, eadem ratione poteſt Imperator aliquem priuare ſeruo ſuo, C.quib.ex cau. ſerui. pro præ.liber. accipi.l.1. item alicui poteſt rem ſuam auferre. vt C.de qua dti.præſ bene. Similiter auferre poteſt & Papa beneficium 19.diſt.in memoriã. Itẽ poteſt alicui auferre ius pręſentãdi, etiam legatus Papæ, vt extra de offi. leg. dilectus. & extra de conceſſ. præb & ecc. non vacan. quia diuerſitatem. & epiſcopum deponere. Sed nunquid omnes ſimul? Non, quia ſic vniuerſam eccleſiam turbaret, quod eſſe non debet. 1.q.7. & ſi illa.

Beneficium poteſt auferre Papa.

SED ALIVD CASVS. Supra probauit Gratianus, quòd archiepiſcopus poteſt iudicare parochianũ ſui ſuffraganei eo ĩcõſulto: poſtea probauit contrarium. Nunc autẽ ſoluit dicens, ꝙ quando ſuffraganei fauent ſubditis ſuis ad malũ, & circa eos ſunt negligẽtes in corrigendo, poteſt tunc archiepiſcopus ſoluere, vel ligare inuitis ſuffraganeis. quando vero ſunt ſoliciti circa ſubiectos, non poteſt tũc eis inconſultis. Et hanc ſolutionem probat auctoritate Martini. & duobus exẽplis ſcilicet Pauli, & Ioannis.

d ¶ Negligẽtes] Magiſter dicit, ꝙ quam cito negligẽs eſt prælatus in corrigendo, ſine omni admonitione auferetur ei iudicium, 2 vel iuriſdictio ſic ſupra ead cũ ſimus. ſic extra, de acc. ſicut olim. & ex eo. quòd non vult iudex procedere, videtur quod ſtatim expirauit ſua poteſtas, vt extra de offic deleg. cum ſuper. & C.de appell ex eo. & C. de offi. præfec. Orien. ſi quos. & extra de foro compet ex tranſmiſſa. Argum. contra ſupra ead. nunc vero. & extra de ſtatu monach. in ſingulis.

Prælato negligenti auferatur iuriſdictio.

2 Sed H. intelligit poſt admonitionẽ.

Quidam

Digitized by Google

CAVSA DECIMA.

Qvidam laicus [a] *baſilicā à ſe factam à diœceſana lege ſegregare quærit: epiſcopus eccleſiam cum omni dote ſua ad ſuam diſpoſitionem pertinere contendit: tandem euincit epiſcopus, & per parochias militib. comitatus crudeliter deſæuit: quæ eccleſiæ ſunt, tanquam ſibi debita, vſurpare contendit.*

1 *Modo primum quæritur, an baſilica cum omni dote ſua ad epiſcopi ordinationem pertineat.*

2 *Secundo, an res eccleſiarum epiſcopis vſurpare liceat.*

3 *Tertio, quid nomine cathedratici a ſuis ſacerdotibus exigere valeat.*

QVÆSTIO PRIMA.

De prima quæſtione ſic definitur in concilio Ilerdenſi, c. 3.

¶ Baſilica, quæ conſecratur, à diœceſana lege non ſegregatur. C. I.

Si ex laicis quiſpiam à ſe factam baſilicam conſecrare deſiderat; nequaquam eam ſub monaſterij [b] ſpecie vbi congregatio [c] non colligitur α; à diœceſana lege audeat ſegregare.

¶ α Colligitur.] *In concilio impreſſo, ac manuſcripto ſequitur,* vel regula ab epiſcopo non conſtituitur.

Et in Vormac. c. 6. & 55. & in Moguntino ſub Arnulpho, cap. 4.

Item ex concilio Toletano 3. c. 19.

¶ Eccleſiæ cum dotibus ſuis in epiſcopi poteſtate conſiſtant. C. II.

Sic, quidam contra omnem † auctoritatem eccleſias,

In Iroſl. c. 6. Burch. l. 3. c. 20. Iuo p 3 c 23. Pann. l 2. c. 12.

† *al. canonum*

Qvidam laicus] CASVS. In ſuperiori cauſa dictū eſt quid iuris habet archiepſ ſup. ſuffraganeis ſuis. Nunc vero ſupponit x. cauſam, in qua oſtēdit Gratia. quid iuris habeat epſ in eccleſijs ſui epiſcopatus Et vt hoc competentius agat, proponit thema, de quo tres elicit quæſtiones.

Lex diœceſana, & iuriſdictionis in quibus conſiſtunt.

a ¶ Quidam laicus.] Lex diœceſana conſiſtit in recipiēdo, vel cathedraticum, vel tertiam partem decimarum, vel quartā, vel hoſpitiū. Lex iuriſdictionis conſiſtit in cōferendo, poteſt enim cōferre ſacramenta, coercere delicta, de cauſis cognoſcere Quādoque lex diœceſana cōprehendit etiam legem iuriſdictionis, vt extra de præſcr. audītis. quantū ad legē iuriſdictionis ſubſunt epiſcopo, & eccleſiæ, & monaſteria omnia. 18. q. 2 hoc tantum. & c. monaſteria. & c. cognouimus & 16. q 1. interdicimus. quantū ad legē diœceſanam ſolę ſæculares, vt infra eo. de his, & c. antiquos. 2 q. 2 ſtatuimus. ſed regulares eccleſiæ, vel monaſteria nō, vt hic & c. 1. & 16 q. 1. cū pro vtilitate. & 18. q. 2. quā ſit neceſſariū cathedraticum. n. nō ſolum. ℨ ea q. 3 inter cętera nec partē decimarū 16. q 1 cum pro vtilitate ca. queſti & c decimas nec epi n ad miſſas publicas recipiunt. 18. q 2 luminoſo. & c. dudum, præſtant tamen ſeruitium epo. vel ex prima inſtitutione, vt 18. q. 2. Eleutherius. vel etiā ratione viſitationis, vt extra de præſcr. cum ex officij. vel quod debetur ex conſuetudine, vt 18 q. 2 ſeruitium. Capellę vero monachorum ſubſunt epo quantum ad vtranque legem, 16 q 2. ſanè & extra de priuil. cum & plantare in eccleſijs, niſi pleno iure fuerint monaſterijs collatæ. ſed hoc dicemus. 16 q. 2 in principio.

De prima quæſtione.] Hæc q. diuiditur in 4. partes, in quarum prima probat Magiſter per x aucto ꝙ eccleſia cum omnibus ſuis rebus debet eſſe ſub poteſtate epiſcopi; & de rebus eccleſiæ, ſ decimis, & primitijs, & de talibus debet epiſcopus habere tertiā vel quartam, vel mediam ſecundum diuerſas conſuetudines. Secunda ibi. [Si autem.] Tertia ibi, [Viſitantes] Quarta ibi, [Quia ſacerdos] Ioan. de Fant

CASVS. Hic intitulatur prima qō, in qua quæritur, an eccleſia cum omni dote ſua pertineat ad diſpoſitionem epiſcopi. Et eſt dicendum, ꝙ omnes eccleſię pręter monaſteria ſubſunt epiſcopo quo ad legem diœceſanam, & quo ad legem iuriſdictionis, vt infra ead. q ferè per totum. & 16 q. 7. omnes baſilicæ, ſed monaſteria exempta ſunt a lege diœceſana, vt ℨ. ea c 1. & q 3. inter. & 16. q. 1. cum pro vtilitate. & hoc in fauorem religionis. ſed non ſunt exēpta a lege iuriſdictionis, vt 16 q 1 interdicimus. Idem eſt de capellis monaſteriorum Eſt autem lex diœceſana, qua epſ recipit cathedraticum, 1 tertiam ſ. vel quartam partem decimationum ſecundum diuerſas conſuetudines, & qua vocat clericos ad ſynodum vel exequias. Lex iuriſdictionis eſt qua epiſcopus poteſt clericos ordinare, altaria & eccleſias, & virgines cōſecrare, corrigere, ſuſpendere, cognoſcere de cauſis ciuilibus, & criminalibus, & generaliter ad ſuam iuriſdictionem pertinet omnia ſacramenta conferre.

1 Quod non præſcribitur ſm id quod not. 15. q. 7. quicunq; in gl. 1. in ſi.

Si ex laicis] CASVS. Quidam laicus capellam quandam conſtruxit, & cum peteret eam conſecrari, volebat eam non ſubeſſe epiſcopo quantum ad legem diœceſanam, ſicut nec monaſteria. Quæſitum fuit in concilio Ilerden. an hoc fieri poſſet. Et reſpondetur ꝙ non, ſine voluntate epiſcopi.

b ¶ Sub monaſterij.] id eſt, quaſi ibi velit monaſterium conſtruere.

c ¶ Vbi congregatio.] Sed quot homines faciunt collegium monachorum? Rñ duo, vel tres, vt ext de elec. c 1. ſm leges tres. ff de verb ſign Neratius. Sed decē hoīes faciunt populum, vt 16 q. 1. vnio ff vi bon rapt. §. prætor §. 1. & decē oues gregem, licet quatuor, vel quinque porci gregē faciant. ff de abigeis, oues. Sed duo non faciunt familiam, vt ff de verb ſign ſi detellatio. in fi.

Sic quidam.] CASVS. Quidam poſtulabant eccleſias, quas

Eccleſiæ cō cedēs aliqd an poſſit illud ab epō ad miniſtratione eripere.

quas ædificauerant ſic conſecrari, vt dos earum ad epiſcopi ordinationem nō pertineret: quare quæſitum fuit in concilio Toletano quid ſuper hoc fieri debeat. Et reſpondetur, ꝙ ſi tale quid factum eſt in præterito, corrigatur, & ſtatuitur vt de cætero non fiat: ſed omnia ſint in .

libet in traditione rei ſuæ poteſt ponere legem q̃ vult, etiam cum tradit rem eccleſiæ, vt ext. de cond. app. verū. 18. q. 2. Eleutherius. Item laicus poteſt prædium dare eccleſiæ, & in eo cenſum retinere. 11. q. 1. ſi tributum. 23. q. vlt. tributum. Similiter patronus pōt petere ſeruitium qđ inſtitutū eſt ſibi ab epō ante cōſecrationē, ext. de iu. pat. c. præterea. Quidā dicunt, ꝙ hic loquitur in eo caſu qn̄ primo dedit pure, ſed poſtea voluit adijcere conditionem, quod non licet, quia perfecta donatio non recipit conditionem, vt C. de donat. quæ ſub modo. l. perfecta. & 32. q. vlt. c. vnico. in fi. Alij dicunt, ꝙ dos eccleſiæ ſpectat ad ius publicum, vt ſu. 1. d. ius publicū. ſed ius publicū pacto priuatorum tolli nō poteſt. ff. de pact. ius publicum. ext. de ſo. comp. ſi diligēti. Tu breuiter dicas, ꝙ illud pactum eſt cōtra naturam illius contractus, & eſt contra leges. nam ſm iura, res oēs eccleſiaſticæ ad ordinationē epiſcopi ſpectant, vt inf. ea nouerint. alias ſi non obuiat honeſtati vel iuri, licite pōt pactum quod approbatum eſt præmiſſis canonib. apponi, vt in pręmiſſis canonib. nā quilibet in traditione rei ſuæ poteſt apponere legem quā vult. ff. de pa. l. in traditionibus.

quas ædificauerint, poſtulant conſecrare, vt dotem, quam eidem eccleſiæ contulerint, cenſeant ad epiſcopi ordinationem non pertinere [a]. Quod factum taliter α in præterito corrigatur, vt & in futuro ne fiat prohibeatur: ſed omnia ſecundum conſtitutionem antiquam ad epiſcopi [b] ordinationem, & poteſtatem pertineant.

α ¶Taliter.] *Sic eſt in antiquioribus editionibus, & duobus Vaticanis conciliorum codicibus: ſed in Colonienſi quatuor tomorū editione, & in Codice Lucenſi Regio, & in concilio Vormatienſi, & Moguntino, & in Pannormia hoc modo*, quod factum, & in præteritum diſplicet, & in futuro prohibetur.

Item ex concilio ſecundo Cabilonenſi.

¶Eccleſiæ, & omnia iura earum ad ordinationem epiſcopi pertinent. C. III.

Burc. l. 3. c. 146. Iuo p. 3. c. 211.

DEcretum eſt, vt omnes eccleſiæ cum dotibus [c] ſuis, & decimis, & omnibus ſuis β in epiſcopi poteſtate cōſiſtant, atq; ad ordinationem ſuam ſemper pertineant.

β ¶Suis.] *In vulgatis ſequebatur*, iuribus, *quæ vox abeſt ab omnibus collatis manuſcriptis. Apud Iuonem, & Burchardum eſt*, omnibus rebus ſuis.

Item Leo Papa quartus in epiſtola ad epiſcopos Britanniæ, c. 2.

¶Vnaquæque parochia epiſcopi prouiſione regatur. C. IIII.

REgenda eſt vnaquæque parochia ſub prouiſione, ac tuitione epiſcopi per ſacerdotes, vel cæteros clericos, quos ipſe cum Dei timore prouiderit, cui iure pertinere videtur, & circumire, vt ſibi neceſſarium viſum fuerit eccleſiaſtica vtilitate cogente.

Item ex concilio Antiocheno, c. 24.

¶Iudicio, & poteſtate epiſcopi res eccleſiaſticæ gubernentur. C. V.

12. q. 1. præcipimus ex can. Apoſt. 41.

QVæcumque γ res eccleſiæ ſunt, conuenit cum omni diligentia, & bona fide, quæ Deo debetur, qui omnia prouidet, atque iudicat, gubernari, & diſpenſari cum iudicio, & poteſtate epiſcopi, cui totius plebis animæ [d] videntur eſſe commiſſæ.

γ ¶Quæcunque.] *Græcè ſignificantius*, τὰ τῆς ἐκκλησίας, τῇ ἐκκλησίᾳ φυλάττεσθαι σὺν καλῶς ἔχειν, *id eſt*, recte habet, quæ eccleſiæ ſunt, ipſi eccleſiæ ſeruari oportet.

Item ex concilio Toletano, 4. c. 32.

b ¶Ad epiſcopi.] In eccleſijs autem monachorum abbas vel p̄ſbyter reſpondebit in temporalib. epiſcopo in ſpiritualib. vt 16. q. 2. ſane, & extra de cap. mo. in eccleſijs.

DEcretum.] CASVS. Hoc c. cū trib. ſequentib. fere eundem habent caſum, ſcilicet ꝙ eccleſiæ cum omnib. ſuis rebus debent eſſe in poteſtate epiſcopi, vt de eis diſponat & ordinet ſecundum qđ fuerit diſponendum & ordinandum, viſitando eas tempore opportuno.

t Sub. & ſic non obſtat lex prędi. in t raditionib. quę loquitur qn̄ p pactu iuri publico nō derogat. arg. ff. de pa. iuriſgentiu. Arch.

in poteſtate epiſcopi

a ¶Non pertinere.] Hic habes, ꝙ contractus tenet, ſed pactum appoſitum in contractu contra naturam contractus non tenet ſic extra de cond. appoſ. c. 1. & 16. q. 1. ſi quis laicus, & extra qui cler. vel vo. inſinuante ſic inf. de conſe. diſt. 1. ſi quis baſilicam. Sed obijcitur nōne qui

c ¶Cum dotibus.] Nihil tamen de eis diſponet citra cōſenſum prælati, vt extra de off. ord. cum ab eccleſiarū, & inf. q. 2. c. pen.

QVæcunque.] ¶Animæ.] 12. q. c. præcipimus. ADDITIO. & 12. q. 2. cognouimus.

a ¶Non

Digitized by Google

a NOuerint.] ¶Nullam.] inf.17.q.4.ſunt qui inf.16. q.7.decernimus.contra. Sed ibi habent poteſtatem tantum defendendi eccleſias 1.

DE his.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ omnia bona eccleſiarum mobilia, & immobilia in eṗorum poteſtate cōſiſtunt, ita ꝙ tertia pars oblationum eṗo reſeruetur. Quòd autē iuris ſit de hoc, in apparatu dicitur.

vel confirmandos pueros: procurationes tamen exigebant ac ſi eccleſias viſitarent, quod ex auaritia, & negligentia procedebat, & ideo ſtatutum fuit in concilio Toletano, vt hoc de cætero non faciant epiſcopi, ſed ſolicite, & diligenter ſuos greges viſitent, cupiditatem vitantes,

r Sub.hoc āt dicit, ꝙ non habēt ptātē dilapidationis. ſm L. & hic adde qđ not. 16. q.7. præ mētis in gl. vl de cōſ. d. 1. ſi quis baſilicam.
2 De hac ma, no ex de cē. cū olim vbi Ho. de hoc notando ponit hanc ſententiā, & eā attribuit Bartol. prouin. q ita ad literam ſenſit ſi cui hic dicit per Bart.

¶Baſilicarum conditores in rebus eccleſiarum nullam poteſtatem ſe habere cognoſcant. C. VI.

NOuerint conditores baſilicarum, in rebus, quas eiſdem eccleſijs cōferunt, nullam [a] ſe poteſtatem habere: ſed iuxta canonum inſtituta, ſicut eccleſiam, ita & dotem eius ad ordinationem epiſcopi pertinere. Poly.l.3.tit.12. Burc.l.3.c.203 Iuo p.3.c.255. Pann.l.2.c.4.

Item, ex concilio Aurelianenſi, c.17.

¶De eodem. C. VII.

DE his, quæ parochijs in terris, vineis, mancipijs, atque peculijs quicunq; fideles obtulerint, antiquorum canonum ſtatuta ſeruentur, vt omnia, in epiſcopi poteſtate conſiſtant: De his tamen, quæ altario acceſſerint, tertia [b] pars fideliter epiſcopis deferatur. Poly.l.3.tit.11 Burc.l.3.c.236. Iuo p.3.c.202. Pann.l.2.c.61.

Item ex eodem.c.16.

¶De his, quæ altario deferuntur, medietatem ſibi vendicet epiſcopus. C. VIII.

ANtiquos canones relegētes, priora ſtatuta credimus renouanda: vt de his, quæ in altario oblatione fidelium conferuntur, medietatem [c] ſibi epiſcopus vendicet, & medietatem ſibi diſpenſandam ſecundum gradus clerus accipiat; tam de proprijs prædijs, quàm de omni commoditate in epiſcoporum poteſtate durantibus.

Item ex concilio Toletano.

¶ *In libro manuſcripto priuilegiorum eccleſiæ Toletanæ refertur hæc tanquam caput 15. quarti concilij Toletani: ſed in duob. ipſius exemplaribus ex Hiſpania miſſis non habetur: Burchardus, & Iuo citant ex concilio Triburienſi tempore Arnulphi regis.*

¶De epiſcopis, qui diœceſim ſuam viſitare contemnunt, & ad redimendas manſiones, quæ viſitantibus debentur, clericos cogunt. C. IX.

RElata † eſt coram ſancta ſynodo querimonia plebium, quòd ſint quidam epiſcopi nolentes ad prędicandum, vel ad confirmandum ſuas per annum parochias circumire: qui tamen exigunt, vt manſiones, quibus in profectione vti debuerant, aliquo † pretio [d] redimi, & negligentiam dimittentes. Burc.l.1.c.229. Iuo p.5.c.341. † *al.Delata.* † *al.alie.*

b ¶Tertia.] Alibi dř, ꝙ nihil habeat 2 ꝑter cathedraticū, vt inf ea q.3 c.1. aliàs de medietate, vt inf. c prox. Not ergo ꝙ tpe primitiuo cum pauperes eſſent eṗi, ſtatutum fuit vt epiſcopi de epiſcopalibus eccleſijs, & omnibus bonis eccleſiæ ſumerent medietatem, vt in cap.ſeq. ſed in omnib. parochialib. eccleſijs tertiam 16 q 1 conſtitutum procedente tpe ex parochialib. tantum tertiam oblationum, & decimarum haberent, vt inf eo. 6. decreuimus. poſtmodū quartam. 12. q.2. vobis, & c.cōceſſo. & c.quatuor. Hodie aūt nec tertiam partē parochialiū habebūt niſi ad fabricā reparandā, nec illā habebūt niſi velint fabricā reparare, vt inf.q.5.c.1.& 3. Vel dic, ꝙ ſm conſuetudinem iſta dantur, vt ext de ſepul certificari. hodie aūt cū ſint diuites, nihil habebūt præter cathedraticum, vt inf q 3 c.1. Io. parochialis eccleſia tantum habet quartā decimarū, & eṗs aliā pro ſe, aliàs quartas duas retinet eṗs ꝓ fabrica, & pauperib. vt 12 q.1.conceſſo. & c.ſeq. đ alijs reditib. nihil habet de conſuetudine generali, & præſcripta eṗs, licet prædicta c & alia videanř dicere cōtrarium, & ita fuit ſententiatum pro epiſcopo Bononienſ contra eccleſiam S.Io.in Perſiceto, & hoc videtur expreſſum. 12 q 2. vobis. B.

ANtiquos.] CASVS. Statutum fuit in Aurelian. concilio, vt eṗs habeat medietatem oblationum matricis eccleſię, & clerici eiuſdem eccleſiæ aliam medietatem habebunt. Idem eſt de fructibus prædiorum, & in omni vtilitate eccleſiæ, ita ꝙ prædia, bona eccleſiæ in epiſcopis poteſtate conſiſtant.

c ¶Medietatem.] Secundum diſtinctionem decr. extra de teſti requiſiti.

REłata.] CASVS. Quidam epiſcopi negligebant ſuas parochias viſitare ſingulis annis ad prædicandum

d ¶Aliquo pretio.] Si iſti parochiales ita ſoluerunt aliquos denarios aliquot annis, nunquid eṗs poſtea poteſt ad procurationē petendam redire? arg. ꝙ ſic ext. de con. olim. argu. contra ff. quemadmodum ſerui. amit. ſi communem, vbi dicitur, ꝙ qui vna ſeruitute vtitur pro alia perdit primam. Sed quid ſi partem procurationis recipit aliquot annis, nunquid per partē intelligitur retinuiſſe totū? vſ ꝙ ſic, infra de pœn. d. 1. vulgatis, ff quemadmodū ſeru amt. ſi ſtillicidiū. § vlt & l. ſeq. vbi dicitur, ꝙ ꝑ partē retinere totum videtur, ff de ſer ruſt præd. vna eſt via. arg. contra ext de præſcr. auditis ext. de capel. mo. dilectus. Breuiter rňdeas, ꝙ in procuratione nulla currit præſcriptio. extra de præſcript. cum ex officij, vnde ſiue par-

Digitized by Google

partem ſoluerit, ſiue nihil ſemper poteſt petere procurationem, vt not. in præd. c. cum ex officij.

Præſcribi non poteſt procuratio.

a ¶ Redimant.] Tamen redimi poteſt procuratio, vt infra ead. q. 3. relatum.
b ¶ Parare.] Vel præparare.

tem fabricæ recepit. 7. ca. q. 3. vnio. aliter non tenetur. ſed tamen conferre debet cum alijs, vt 16. q. 1. ſi monachus, extra de ecc. ædi. de his 1

SI AUTEM. Hæc eſt ſecunda pars q. 1. in qua dicitur vt hic, & in ſeq. c. continetur. Io. de Fant.

1 De hoc no. eo. tit. c. 1. & 12. q. 2. quatuor. Archi.

Decre-mant [a] qui parare [b] debebant. Quæ duplex infamia, negligentiæ, & auaritiæ, ſanctę Synodo magno fuit horrori. Statuerunt itaque, ne quis vltra exerceat id cupiditatis ingenium, & vt ſolicitiores ſint epiſcopi de ſuis gregibus viſitandis.

Item ex concilio Tarraconenſi, c. 8.

¶ Annuis vicibus eccleſiæ ab epiſcopis viſitentur. C. X.

Burch. l. 3. c. 31. Iuo p. 3. c. 38.

DEcreuimus, vt antiquæ conſuetudinis ordo ſeruetur, & annuis vicibus ab epiſcopo diœceſes viſitentur, &, ſi qua fortè baſilica fuerit reperta deſtituta, ordinatori α [c] eius reparari præcipiatur: quia tertia pars ex omnibus per antiquam traditionem, vt accipiatur ab epiſcopis, nouimus eſſe ſtatutum.

α ¶ Ordinatori.] *In exemplaribus concilij impreſſis, & manuſcriptis, apud Burchardum, & Iuonem legitur*, ordinatione ipſius, *ſed ob gloſſam non eſt mutatum. Reliqua vero ex ijſdem ſunt emendata. Burchardus autem, & Iuo addunt præterea in extremo*, ex principibus nouimus ſtatutum.

2 *Si autem epiſcopus inualetudine impeditus diœceſes ſuas per ſemetipſum viſitare non poterit, viſitationis officium committat alijs.*

Vnde in concilio Toletano quarto, c. 35. legitur.

¶ Inualetudine grauatus epiſcopus, viſitationis officium alijs committat. C. XI.

Burch. l. 1. c. 87. Iuo p. 5. c. 193.

EPiſcopum per cunctas diœceſes, parochiaſq; ſuas per ſingulos annos [d] ire oportet, vt exquirat, quo vnaquæque baſilica in reparatione ſui indigeat. Quòd ſi ipſe aut languore detentus, aut alijs occupationibus implicatus, id explere nequiuerit; presbyteros probabiles, aut diaconos mittat, qui redditus baſilicarũ, & reparationes, & miniſtrantium vitam inquirant.

3 *Viſitantes autem epiſcopi, quid à clericis ſuis exquirere debeant, & quid eos docere, in concilio Bracharenſi ſecundo, c. 1. ſic ſtatutum legitur.*

¶ Quæ Viſitantes epiſcopi à clericis ſuis exquirere debeant. C. XII.

Burch. l. 1. c. 85. Iuo p. 1. c. 75. & p. 5. c. 191.

PLacuit omnibus epiſ, vt per ſingulas eccleſias epi, & per diœceſes ambulantes primum diſcutiant clericos, quomodo ordinem baptiſmi teneant, vel Miſſarum, & qualiter quęque officia in eccleſia peragant. Et ſi rectè quidem inuenerint, Deo gratias agant: ſin autem minu-

CASUS. Supra in c. decreuimus, & c. ie. lata. dictũ eſt, ꝙ epiſcopi debẽt ſuas parochias viſitare: ſed nunc dicit Grat. ꝙ ſi eſt valetudine impeditus, officiũ viſitationis alijs iniũgat.

EPiſcopum.] CASUS. Statutũ fuit in cõcilio Toletano, vt epiſcopi ſuas parochias viſitẽt: quod ſi non poſſunt presbyteros bonos vel diaconos mittãt q omnia diligenter inquirant, ſcilicet baſilicarum reparationem, & ſacerdotum.

d ¶ Annos.] Cũ neceſſaria cauſa ſubeſt, tunc ſingulis annis põt viſitare, vt hic, & 7. ca. q. 3. cauẽdo. immo tunc quãdocunq; & quotieſcunque opus eſt, poteſt omnes eccleſias viſitare, vt extra de offi. arch. mãdamus, ſed ſi non eſt neceſſitas, de triennio in trienniũ viſitabit, vt extra de off. arch. vt archidiaconus, vel hodie bis in anno, vt ext. de cenſi. cum venerabilis. Sed qualiter 2 iſtud mandatur alijs, cũ iſtud ſit officiũ archidiaconi, vt 25. diſt. perlectis? Sed loquit de ea viſitatione, quã habet epiſcopus in re ſua, vel ſecundum conſuetudinem loci dicitur.

Viſitatio quoties fieri debeat.

2 Iſta q̃ſtio melius eſſet gl. per ſe ſignata ſuper verbo pſbyteros, & ita eam ponit. Io. de Fant.

VISITANTES. Hæc eſt tertia pars quæſt. in qua dicit vt hic, & in ſeq. c. continentur. Io. de Fant.

CASUS. Dictum eſt ſupra, quod epiſcopi debent eccleſias viſitare. Nunc autem dicit Gratia. quid epiſcopi debeant docere, & quid à presbyteris requirere cũ ſuas parochias viſitant.

DEcreuimus.] CASUS Statuitur hic vt epiſcopi ſingulis annis ſuas eccleſias viſitent; & ſi qua baſilica fuerit deſtructa, præcipiatur ordinatori ſuo, vt eam debeat reparare, de omnibus autem redditibus epiſcopus tertiam tollat.

c ¶ Ordinatori.] eſt, ſacerdoti, & hoc verum eſt ſi par-

PLacuit.] CASUS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dr̃, ꝙ epi ſuas parochias viſitantes prima die debent à clericis exigere, qualiter baptiſma, & Miſſam, & cætera officia peragant, & ſi bene inuenerint, Deo gratias agant: alioquin ignaros inſtruant: erudient etiam, vt catechumeni ante xx. dies baptiſmi ad purga-

Digitized by Google

purgationem exorciſmi veniant, in quibus diſcant: Credo in Deum. In ſecunda die debent docere laicos, vt fugiant idololatriam, & omnia mortalia crimina: & quod ſibi nolunt fieri, alijs ne faciant, vt fidem rectam teneant. & hoc facto ad alium locum pergant.

oblationes auferant, & vt eccleſię à laicis non incaſtellentur, vel in ſeruitutem redigantur.

f ¶ Oblationes.] Laici ergo poſſunt cogi ad oblationes. 16. quæſt. 1. ſtatuimus. ſicut ad decimas & primitias. 16. quæſt. 1 reuertimini.

g ¶ Et

1 Ad idem 25. q. 2. in Galliarum. magis enim timendo q̃ comminando, & c. 45. diſt. licet. 1. & 2. & 44. diſt. comeſſationes 27. q. 1. de viduis. Arch.

a ¶ Ignaros.] Arg cõtra illos qui ſtatim ſuſpendũt ſimplices ſacerdotes, vt 38. diſtin. ſedulo 1. & ca. quando. Item arg. pro illo qui cõſecutus eſt præbendã dum finxit ſe ſciolum. i. ſimulatorem ſcientiæ.

b ¶ Dies.] Paſchę.

c ¶ Purgationem.] Non tamẽ ſtatim purgantur vitia. ſed ſunt ſigna futuræ purgationis, infra de conſecr. diſt. 4 ſicut.

d ¶ Alia die.] ℐ ead. q. 3. contra. inter cætera. in fine. vbi dicitur, ꝙ tantum per vnam diẽ morabitur in qualibet baſilica. ſed dic quod uno die erit cũ ſacerdote, altero cum populo.

QVia.] Hæc eſt quarta pars quæſtio in qua dicitur, & probatur quòd laici non debent accipere oblationes de altaribus vel crucibus, quæ deferuntur ſacerdotibus ratione officij, cum laici pro ſe vix orare poſſint. Ioann. de Fant.

CASVS. Laici in ciuitate Romana auferebant oblationes de altaribus, & comedebant. quare Damaſus Papa quęſiuit à Hieronymo quid de his deberet fieri. Et reſpõdet, quòd debent excommunicari, vt cæteri metu terreantur, quia cum non orent pro populo, oblationes populi comedere non debent.

e ¶ Comedere.] Hic habes decimas appellari non ſolum ipſa iura, ſed etiam ipſos prouẽtus, & ꝙ etiam prouentus non poſſunt cõcedi laicis. argum. contra extra ne pręla vices ſuas, c. vlt. Sed dic vt dicitur 1. q. 3. ſi quis obiecerit. quod ad tempus poteſt decima laicis concedi, non tamen in perpetuum.

me: docere debent ignaros [a], & hoc modis omnibus pręcipere, ſicut antiqui canones iubẽt, vt ante viginti dies [b] baptiſmi, ad purgationem [c] exorciſmi concurrant catechumeni, in quibus viginti diebus omnino † catechumeni ſymbolum, quod eſt [Credo in Deum patrem omnipotentem] ſpecialiter doceantur. Poſtquam ergo in his ſuos clericos diſcuſſerint, vel docuerint epiſcopi, alia die [d], conuocata plebe ipſius eccleſiæ doceant illos, vt errores fugiant idolorum: diuerſa crimina, id eſt, homicidium, & adulteriũ, periurium, falſum teſtimonium, & reliqua peccata mortifera: quod nolunt ſibi fieri, alteri ne faciant: & vt credant reſurrectionem omnium hominum, & diem iudicij, in quo vnuſquiſque ſecundum opera ſua recepturus ſit. Et ne poſtea epiſcopus de eccleſia illa proficiſcatur ad aliam.

De conſecr. diſtin. 4. ante viginti.
† al. omnes.

Item Hieronymus in epiſtola ad Damaſum Papam de oblationibus altaris. Tomo 4.

¶ Oblationes eccleſiæ laicis vſurpare non licet.

C. XIII. Poly. lib. 3. tit. 9.

4 QVia ſacerdotes pro omnibus orare debent, α quorum eleemoſynas & oblationes accipiunt qua fronte præſumunt laici oblationes, quas Chriſtiani pro peccatis ſuis offerunt, vel comedere [e], vel alijs concedere, cum ipſi non debeât ex officio ſuo β pro populo orare. Ob hoc Papa glorioſè mittere oportet illos præſumptores in excommunicationem perpetuam, vt & cæteri metum habeant, & amplius hæc in eccleſia ne fiant.

α ¶ Debent.] *In vulgatis, & in epiſtola impreſſa legitur,* ſolent: *ſed in pleriſque manuſcriptis Gratiani exemplaribus, & Polycarpo,* debent. *Sic etiam Lupus in regula Monachorum ex Hieronymi ſcriptis collecta cap. de contemplatione, oratione, & lectione.* ſacerdotes quoque pro omnibus orare debẽt, quorum eleemoſynas, oblationesq; recipiunt.

β ¶ Ex officio ſuo.] *Hæc abſunt à pleriſque codicibus Gratiani, & epiſtola ipſa, & Polycarpo.*

Item Calixtus Papa ſecundus γ.

γ ¶ Secundus.] *Additum hoc eſt ex pleriſque vetuſtis. Neque vero primus eſſe poteſt, cuius tempore nondum Pantheon vocabatur templum Sanctæ Mariæ rotundæ. Bonifacius enim fuit, qui tempore Phocæ Imperatoris illud Beatæ Mariæ, & omnibus ſanctis dicauit.*

¶ Minime auferantur à laicis oblationes altaribus, vel crucibus factæ. C. XIIII.

SAnctorum patrũ canonibus conſona ſancientes, oblationes [f] de ſacratiſſimo & reuerẽdiſſimo altari B. Petri, & Saluatoris ſanctę Mariæ rotundę, aut alijs eccleſiarum altarib. ſiue crucibus à laicis auferri penitus interdicimus, & ſub diſtrictione [g] anathematis prohibemus, Polyc. l. 3. tit. 9.

SAnctorum.] CASVS. Calixtus Papa duo in hoc c. prohibet, ſcilicet ne laici de altari alicuius eccleſiæ

g ¶ Et ſub diſtrictione.] de hoc dic vt 63. diſtin. Salomitanæ.

a ¶ Inca-

Digitized by Google

a ¶Incaſtellari.] Vt inde ſint propugnacula.
ADDITIO. Hoc intellige ſm quod habeẽ extra de cuſt. Euch. c. 2. & ad hoc 12. q. 1 neceſſaria. & c. nulla. Arch.

HAnc conſuetudinem.] CASVS. Damaſus prohibet in hoc c. ne Romani auferãt oblationes de altarib. & comedant: ſed ſolum ſacerdotib. relinquant, qui quotidie pro nobis orant, & hoc probat exemplo veteris teſtamenti, vbi ſolum ſacerdotib. permittebaẽ panes propoſitionis comedere. Si quis vero ꝯ conſtitutũ cccxviij. patrum Nicæni concilij venerit, anathematis vinculo ſit obligatus.

& eccleſias a laicis incaſtellari [a], aut in ſeruitutem redigi auctoritate Apoſtolica prohibemus.

Item Damaſus Papa.

¶Eccleſiarum oblationes ſub laicorum dominio non detineantur. C. XV.

Poly. ibid.

HAnc conſuetudinem, quæ contra ſanctam eccleſiã catholicam augeri † videtur, omnino interdicimus; vt nullo modo vnquam oblationes, quæ intra ſanctam eccleſiam offeruntur, ſub dominio laicorum detineãtur: ſed tantummodo ſacerdotibus, qui quotidie Domino ſeruire videntur, liceat comedere, & bibere: quia in vetere teſtamento prohibuit Dominus panes ſanctos comedere [b] filijs Iſrael, niſi tantummodo Aaron [c], & filijs eius: qui panes longe erant ab iſtis panibus, qui nunc in ſancta eccleſia offeruntur, quia illi ſub vmbra legis erant; qui vero modo ſub gratia ſpiritus ſancti, toto mundo Euãgelio corruſcante lucidiores eſſe videntur. Qua fronte, aut qua conſciẽtia oblationes vultis accipere, qui vix valetis pro vobis, nedum pro alijs Deo preces offerre? quia prauum eſt, & contra Dominicum præceptum, & detrimentũ animæ ſuæ infert, qui illud agere conatur, quod ei nulla ratione cõceditur. Quia omnibus ſanctis patribus, noſtriſq; prioribus placuit hanc ſanctionẽ fieri; & nos ſimiliter in eiſdem perſiſtere volumus, vt nullus audeat irritum facere hoc, quod conſtitutum eſt, ſi in perpetua damnatione noluerit perſiſtere. Si quis vero contra hanc regulã noſtrã, & contra regulam ſanctorum cccxviij. patrum, qui in Niceno concilio hoc conſtituerunt, temerarius præſumptor fuerit, & de cætero oblationes de ſacris eccleſijs auferre molitus fuerit; ſub anathematis vinculo ſit colligatus, & cõdemnatus. Reſponderunt omnes, fiat.

† *al. vigore.*

1. *Reg.* 21.

b ¶Comedere.] Ar. ꝙ clerici concubinarij non debent comedere bona eccleſiæ. 32 d. præter hoc Ar. contra 32. d. ſi q vero 31. d. omnino.

c ¶Aaron.] Illi vero ſacerdotes ſemꝑ comedebãt panem durum: quia quolibet ſabbato ponebantur eis illi xij panes qui fuerũt dicti panes ꝓpoſitionis. Sed nunquid de illo pane poterant paſcere familiam ſuam, vel etiam canes ſuos? nõ: ſed tãtum in neceſſitatib. poterant, quia tũc ẽt alijs licebat comedere eos. vnde Dauid & Abimelech excuſanẽ vt 25 q. 1. § ſi ergo. & §. his ita rñdetur.

Panes propoſitionis.

Præmiſſis auctoritatibus, eccleſia cum omnibus rebus ſuis ad epiſcopi ordinationem pertinere monſtrantur, & tam eccleſiæ, quàm oblationes, & facultates earum a laicorum diſpoſitione probantur eſſe immunes.

PRÆMISSIS. CASVS. Infert Gra ex ſupradictis, ꝙ eccleſię, & oblationes, & res eccleſię in epiſcopi poteſtate conſiſtunt.

QVAESTIO II.

SEd cum [d] *in epiſcoporum poteſtate facultates eccleſiæ conſtitutæ eſſe dicantur; poteſtas diſpenſandi intelligenda eſt, non diſtrahendi, vel dilapidandi.*

SEd cũ in epiſcoporu.] Hæc q. diuidit in 4 partes: in quarum prima probat, ꝙ res eccleſiæ non ſunt alienandæ niſi in caſibus, quos ponit. Secunda ibi, [Perpetua.] Tertia ibi. [Epiſcopus habeat.] Quarta ibi, [Si vero.] Io de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 2. q. qua quęritur an ẽpo liceat auferre diſtrahere, vel dilapidare res eccleſiæ. Et certe dilapidare nõ põt, nec ẽt alienare. niſi in caſib. conceſſis a iure, & hoc probatur per ſeq. c.

d ¶Sed cum] Quæritur an licet epiſcopo vſurpare res eccleſiæ. Hęc q. nõ habet dubitationem: quia conſtat, ꝙ nõ poteſt vſurpare.

Vnde in Agathenſi concilio, c. 7. legitur.

¶Res eccleſiæ aliquo modo epiſcopis alienare non licet. C. I.

CAſellas, vel mancipiola eccleſiæ, epiſcopi (ſicut priſca cãonũ ꝑcepit auctoritas) vel vaſa miniſterij, qua

CAſellas] CASVS Hoc c diuiditur in duas partes. In prima dicitur, quod omnia bona eccleſiarum mobilia, & immo-

Digitized by Google

immobilia debent eſſe in poteſtate epõrum, ita vt non liceat eis vendere directa venditione, vel indirecta: niſi imminente neceſſitate, vel vtilitate eccleſiæ, quæ primitus comprobata fiat venditio coram duobus, vel tribus vicinis epiſcopis ſubſcribentibus venditioni cũ alijs clericis. Si vero aliter fiat, irrita erit venditio. In ſecunda parte dicitur, ꝙ epiſcopus poteſt peregrinis, vel clericis concedere in vsũ poſſeſſiones minus vtiles ſaluo iure eccleſiæ. Secunda pars ibi [Minus vero vtiles.] indirecta eſt quando ſolus vſuſfructus alienatur. Et ſcias, quod hodie coram proprio epiſcopo poteſt fieri alienatio.

a ¶Pauperes.] Quia quidquid habet eccleſia, pauperum eſt. 16.q.1.quoniam qd quid.

b ¶Excepta.] 12.q. 2.ſacrorum.

EA eñ.] CASVS. Lex iſta loquit̃ tantum de poſſeſſionib. eccleſiæ Cõſtantinopolitanæ, cuius poſſeſſiones habitæ, vel habendæ debent intactæ cuſtodiri ſicut propria eccleſia.

HOC IVS CASVS. ſu. in l.antiqua iubemus, cuius pars hic ponitur ſcilicet ea enim.dictum fuit ꝙ poſſeſſiones Cõſtantinopolitanæ eccleſiæ alienari non poſſunt. Sed Iuſtinianus hoc ius extendit ad oẽm locũ venerabilem ſuper rebus immobilib. donatis ab Imperatore loco venerabili, quæ nullo modo poſſunt alienari. In alijs autẽ rebus hæc forma ſeruetur, vt ſi debitum vrget, vendantur primo mobilia.ſ.granum, & huiuſmodi [1] deinde vaſa non conſecrata, poſtea conſecrata vendantur locis venerabilibus, vel conflata cuilibet, geſtis omnibus habitis coram epiſcopo: aliter autẽ facta venditio irrita erit. Si vero de rebus mobilibus debitum ſolui non põt obligetur res immobilis pignori creditori, qui reputet fructus tam in ſortes, quam in vſus vſq; ad quartam centeſimæ quod ſi creditor nolit recipere, iurabit œconomus coram epiſcopo: & maiori parte clericorum ibi ſeruientium conſentiente: quod debitũ ex mobilibus ſolui non poteſt, poſtea per viginti dies prædium exponatur venale, & ſi nullus emere velit, detur creditori inſolutum re diſtricte æſtimata, addita in pretio decima parte totius æſtimationis, & hoc fiat cum conſenſu epiſcopi, & maioris partis capituli. Iſtud autem prædium ſit mediocre, & creditor ſit talis, qui probare poſſit pecuniam eſſe verſam in vtilitatem eccleſiæ, & aliter venditio facta non tenet, neque valet. Sed hodie ex toto hoc non ſeruatur de conſuetudine.

c ¶Hoc ius.] Quod eſt.C. de ſacroſ.eccl iubemus quod loquitur tantum de Conſtantinopolitana eccleſia.

1 Adde ꝙ ꝓ libitus alienare, poteſt res alienare quæ ſeruari nõ poſſunt. gl ſi in ca.t. de cle.ægro, lib.6.& in l. lex quę tuto res.in ſi.C. d admin. tuto.

d ¶Immobilibus.] Conſenſu tamen Imperatoris poſſunt alienari.inf.ea.precariæ.in Auth de alie.& emphy. §.ſanctiſſimas, coll.coll.9.

e ¶Ab Imperiali.] Ecce caſus vnus in quo nullo caſu poſſunt alienari res, item in alto caſu non poſſunt alienari ob aliquam cauſam .ſ. cum ſub ea conditione datæ eſſent eccleſiæ, vt non alienentur, in Authen. de alie.& emph. §.ſanctiſſimas collat.9.& extra de condi. appo c. verum, ſed hoc non eſt verum. non enim valet hoc pactum, cum ſit contra legem [2] Dei, vt 12.q.2.aurum.

Eccleſiæ res aliquã nullo modo poſſũt alienari.

commendata fideli propoſito, integro eccleſiæ iure poſſideant: ideſt, vt neque vendere, neq; per quoſcunq; contractus res, vnde pauperes [a] viuũt, alienare præſumãt [α].

α ¶Præſumant.] *In aliquot melioribus Gratiani codicibus poſt hoc uerbum ſequitur* §.quod ſi neceſſitas.*vſque in finem (qui nunc habetur. infra ead. ad finem Palea,* huiuſmodi.) *& ſic legit, qui caſum ſcripſit.*

Codicis lib. 1.titulo de ſacroſanctis eccleſiis, lege [ſancimus nemini. [Imp. Iuſtinianus: [Excepta [b] videlicet cauſa captiuitatis.] tit.2.l.17. tit.2.l.iubemus, vex. ſcientes.

Impp. Leo, & Anthemius.

De eodem. C. II.

EA enim, quæ ad beatiſſimæ eccleſiæ iura pertinẽt, vel poſt hæc forte peruenerint, tanquam ipſam, ſacroſanctam, & religioſam eccleſiam, intacta conuenit venerabiliter cuſtodiri.

Conſtitutio noua. eo.tit.auth. hos Ius. Iulianus.antec.cõſt. 7.cap.1.

Hoc ius [c] porrectum eſt ad omnem venerabilem locũ, omneque collegium, quod actio pia conſtituit, vt nec res eorum pignorentur. Et hoc perpetuo ſeruetur in his rebus immobilibus [d], quæ ab Imperiali [e] domo prędictis locis applicantur. In cæteris eatenus excipitor, ſi debitũ vrget. ¶Præterea, ſi habet ſuperflua vaſa, cum debitrix ſit, nec aliũde ſoluere valet, ne quid immobile alienetur, vel diſtrahatur; ea (geſtis habitis corã eo, cuius eſt loci ordinatio) integra, vel alijs locis venerabilibus oblata dentur, vel cõflata [f] cuilibet vẽdãtur. Qui aũt hæc acceperit contra † hanc obſeruationẽ; iiſdem pœnis ſubiaceat, q̃ in rebus immobilibus proditæ ſunt: ſi autem debitũ ex mobilibus ſolui non valet; primo res immobiles ſpecialiter dẽtur pignori, quarum fructus creditor ſibi reputet tã in ſortem [g], quam in vſuras, vſq; ad quartam centeſimæ [h].

auth. præterea] eod. titu. Iulianus conſt. 120.§.fi.

† al.citra.

Auth.hoc ius] ſup. citat.

f ¶Conflata.] Quia ad profanos vſus non debẽt redigi, vt inf de conſe.d.1.in ſancta. & 12.q.2.aurum tamen in neceſſitate poteſt obligari ad tabernam, & ſub eadẽ forma, vt ext.de pig.c.1. Dicunt tamen quidam, ꝙ nec obligati poſſunt, cum ſint res ſacræ C. quæ res pig obli. non poſſ.l.4.& dicunt ibi non eſſe nexum pignoris, ſed ſolũ detentionem habet quouſque reddatur ei ſua pecunia, ſicut aliàs. pignus detineri poteſt pro ea pecunia ꝓ qua non eſt obligatum, vt C.etiam ob chyrographaria pec. l.vnica. Idem pote dici de libero homine, qui obligatur, vt no 23.q. vlt.vt pridem.

f ¶Conflata.] Extra de pignor. nullus.infra 12.q.aurum.

g ¶In ſortem.] Literæ eſt præpoſteratio, prius.n. non putat in vſuram, quàm in ſortem, vt ff.de ſol in his.§.vlt. niſi dicas, quod hoc aliter fit in fauorem eccleſiæ.

h ¶Centeſimæ.] Vſura dicitur centeſima, quæ æquiparatur ſorti in anno.

2 Sub & priuata diſpoſitio, vt ext de teſt.regiſti.

Vſura centeſimæ.

a ¶Abſque

Digitized by Google

a ¶Abſque diſpendio.] Ideſt, ꝙ eccleſia nil dat tabellioni, ſed ſolus emptor, ſicut eſt in contractu dementis & furioſi, C. de epiſ. aud. l. pen.
b ¶Seruientium.] Argumen. contra. 63. diſtinct. quanto.
c ¶Vt

rum laboremus illa ſubtilitas eis in perniciē vertetur, vt C. ad Treb. l. pen. in princ. C. de verb. ſign. l. 3 in fin. eſt tamen regu. contra. ff. de in rem verſo, quod ſi tertius. § penul.
h ¶Proceſſiſſe.] Si extra depoſiti, grauis.

cedēdum cō tra eccleſiam ſicut contra minorem, ut dr̄ ſup illa l. C. ſi aduer. cred. l. 1. neſi nimia, & ca. ut ſequitur in gl. ſm L.

Quod ſi nolit creditor ita accipere; tūc ordinator domus apud eum, a quo ordinatur, habitis abſq; diſpendio [a] geſtis, iuret (maiore parte ibidem ſeruiētium [b] conſentiente) & debitum vrgere †, nec ex mobilibus ſolui poſſe. Quo ſubſecuto; per viginti dies rem eccleſiæ venalem eſſe publice notum ſit, vt plus [c] offerenti detur, pretio modis omnibus pro debito dando. Aliter enim res emptori non conceditur; & hoc inſcribatur, nihil eſſe factū in ea re ad damnum diuinæ domus. Emptore vero non inuēto res æſtimata diſtricte [d] creditori detur in ſolutum [e], addita [f] in pretio vniuerſæ æſtimationis decima parte, & accedente cōſenſu ordinatoris, & maioris partis ibidem ſeruientium. Sit tamen ea res mediocris inter cæteras, inſpecta ipſius qualitate, & quantitate, & onere. Et is creditor hic intelligatur qui quod credidit, probat [g] in vtilitatem diuinæ domus proceſſiſſe [h]. ¶Sicut autem alienatio rerū eccleſiæ interdicitur, ita prohibetur, ne qua ſterilis ei detur poſſeſſio, aut alioquin oneroſa [i], veluti fiſcalium nomine, vel onere. ¶Item prędium propter onus fiſcale inutile alienatur, geſtis, vt ſupra conficiendis, eodē iuro præſtito. i. ꝙ alia de cauſa nō alienatur, niſi, vt immunitas eiuſdē venerãdæ domus ſeruetur. ¶Sed & permutare principi licet pro re maiore, meliore, vel æquali, ſi reſp. hoc expoſcit, & pragmatica forma ſuper hoc præcedente. ¶Item ſibi inuicem recte [k] permutant cum vtriuſque indemnitate, eorum ſcilicet conſenſu interueniente, qui ſupra referuntur. 2 ¶ Perpetua quoque emphyteuſis in his permittitur rebus [l], ſi res in eorum geratur præſentia, quibus hoc adſignatur lege, iurantibus his, quorum intereſt, ex eo cōtractu nihil ad læſionem diuinæ domus effici: ſolito redditu ipſius rei, qui fuit, cum diuino iuri de

† al. exiſtere.

Auth. ſequenti.

Auth. itē prædium.

Auth. ſed & per mutare.
Burc. l. 3. c. 165.
Iuo p. 3. c. 184.
Authen. ſequenti.
In l. nouel. 54.
Iuo p. 3. c. 169.
Auth. perpetua.

SICVT. CASVS. Dicitur hic ꝙ ſicut res eccleſiæ alienari non debēt, ſic etiam prohibetur ne ſterilis poſſeſſio, vel tributaria eccleſiæ tribuatur.
i ¶Oneroſa.] Quæ plus habet incōmodi quam commodi. res enim transfertur cum onere ſuo, vt 16. q 1. ſi qs laicus.
PRAEDIVM. CASVS. Dicitur hic, quòd ſi eccleſia habet prædium inutile propter onus fiſcaliū, poteſt illud alienare habitis geſtis, vt ſupra dictum eſt, ſcilicet præſtito iuramento, ꝙ non alienetur niſi, vt immunitas eccleſiæ ſeruetur. [Immunitas.] ideſt, indemnitas.
SED ET PERMVTARE. CASVS. Dicitur hic, quod eccleſia poteſt permutare cum principe pro re maiori, vel æquali, Imperiali reſcripto ſuper hoc p̄cedente. Item poteſt & cum alia eccleſia cum vtriuſque indēnitate habito cōſenſu eorum, qui ſupra leguntur.
K ¶Recte.] Si p̄diū vnius alij eſt vicinū; vt auth de eccl. tit. § ſin autem. coll. 9 & extra de rerum permu. ad quæſtiones.

c ¶Vt plus] Quid ſi offerat plus quam valet? tunc tantum iuſtum pretium recipiet, licet lex dicat, ꝙ contrahentes poſſunt ſe inuicē fallere ff de minori. in cauſæ. ſed eccleſia in ſuis contractibus non debet dolum facere, vt ext. de don per tuas.
d ¶Diſtricte.] Scilicet vt conſideretur quantum inde poſſet colligi in xxv. annis & pro tanto vendatur, vt in auth. de eccl. tit coll 9. §. ſin autem hæres.
e ¶In ſolutum.] Hic inuito creditore aliud pro alio ſoluitur. contra ff. ſi cer. pet. l 2. Item datur ei res mediocris in ſolutum cum optima dari debeat. C. de ſolu. authen. niſi. Item quod tenetur probare pecuniam verſam eſſe in vtilitatem eccleſiæ. & ſic in tribus oneratur creditor: & ideo ei additur decima pars, licet hoc aliter alij intelligant, vt res valebat decem, quòd ei vendenda ſit pro vndecim.
f ¶Addita.] Hoc eſt fauore eccleſię, ſicut alias fauore libertatis quis cogitur rem ſuam vendere. 54. diſtin. fraternitatem.
g ¶Probat] Sed nunquid creditor ita curioſus erit, vt ſemper teneatur ſcire ad quem vſum conuertatur hæc pecunia: ſed ſecundum hoc nullus inueniatur, qui cum eccleſia contraheret, vt ff. de minor verum, §. ſi locupleti. & l. quod ſi minor. Sed dic quod ſufficit probare ꝙ eccleſia tunc temporis 1, egebat pecunia, vt ff. de exerci. Lucius ne ſi nimia ſubtilitate circa res eccleſia

Creditor aliqñ oneretur.

1 Idē ſentit hic L. dicens ꝙ in hoc caſu ſic eſt pro

PERPETVA. Hæc eſt 1. pars q. in qua loquitur de emphyteuſi, & ponit quid iuris ſit, & ſimiliter, de precarijs, & ponit hic 12. articulos. Io. de Fant.
CASVS. Dicitur hic, ꝙ poſſeſſio eccleſiæ poteſt dari in emphyteuſim perpetuam ſi fiat in præſenti a epiſcopi, & clericorum, œconomo iurante nihil ad læſionē diuinæ domus fieri, nec pēſio diminuatur niſi in ſextam partem de eo quod poterat haberi cū res ſit donata eccleſiæ. Sed ſit res ſit diminuta propter cladem, accipiatur penſio quanta poteſt haberi. Si vero res ſit pretioſa, de qua parum aut nihil pēſionis habeatur, re ſubtiliter æſtimata, iuſta penſio tribuatur, & ea etiam res detur in emphyteuſim, quæ videtur idonea ad hoc œconomo, & aliis gubernatoribus eccleſiæ.
PERPETVA. Vſque ad xxx. an. inſtitut. de perpe. & temp ac. in prin. vel perpetua, ideſt, quamdiu viuit. ff. pro ſocio. l. 1. & inf. e. precariæ, vel perpetua i quamdiu penſio ſoluitur, vt inſt. locati. §. adeo. ſicut excōmunicatio dicitur perpetua. i. quouſque pęnitet, vt ſu. ea. q 1. quia. & 27 q. 1 de viduis. vel vſque ad tertiam generationem, vt in auth. de nō alie. aut permu. §. emphyteuſim. & §. quia vero Leonis, coll 2.
l ¶In his permittitur rebus.] Ideſt, in reb. non multum vtilibus.

Perpetuū dr̄ multipliciter.

2 Hanc gl. ſicut iacet ponunt Go & H. ex de reb. ecc. non alie. c. nulli.

Digitized by Google

a ¶Non minuendo.] Ideſt ſi minuenda, non eſt plus minuenda,
b ¶Sextam] Non remouet quin plus poſſit dari.
c ¶Nunc penſione.] .i. quanta penſio nunc poſſit hr̃i.
d ¶Subtiliter.] .i. vt conſideretur quantum in viginti annis inde colligatur, vt in auth. de nõ alie aut pmu. §. qa vero Leois. & coll 2

1 Scilicet eo tpe quo dẽt dari in emphyteuſim. M.

QVI REGEM. CASVS. Aliquis rem eccleſiaſticam conductam, vel in emphyteuſim acceptam fecit deteriorẽ, vel penſionem per bienniũ non ſoluit. quæritur quã pœnam pati debeat. Et reſpondetur, ꝙ expelli poteſt de poſſeſſione, ita ꝙ ſoluat totius præteriti tẽporis pẽſionẽ, & damnum rei reſtituat, non petiturus ſi quid impẽderit nomine meliorationis.

e ¶Per biennium.] hoc eſt enim priuilegiũ eccleſiæ, vt ſtatim expellat colonũ nõ ſoluẽtẽ pẽſionẽ, vt arg ext. de iureiu. peruenit & c. querelam idẽ eſt in colono fiſci. ff. de publ. & vec. l. vectigalia. inter priuatos requiritur triennium 2. C. de iure emphy. l. 1. in locatione biẽnium vt ff. loca quarto. § inter.

Empyteuta non ſoluens canonẽ, expellitur.

f ¶Tẽporis] præteriti, ſm alios futuri in odiũ illius, & in fauorem eccleſię.

2 De hac materia plene no. ext de di lat. literæ, & de loca. & cõ du. potuit. & de reli do. cõſti tutus.

g ¶Impendit.] Sed huic obſtat 54. d. generalis. & ext. de in integ reſt. c 1 ſed ibi bona fide fecit ſumptus, hic mala fide, 12. q c. 2. Vulterranæ.

dem. Creditor rem reſtituet, & pecuniam ſuam non recuperabit. Emphyteuta vero cadet a re conducta; nec quod dedit repetet, & ſoluet penſionem temporis præteriti, & quod ſoluere in præſenti tenebatur ac ſi iure contraxiſſet.

SED

dicaretur, non minuendo [a], niſi in ſextam [b] partem: aut ſi ob cladem diminuta fuerit, tunc pro conſtante nunc penſione [c] in emphyteuſim detur. Quòd ſi res precioſa quidẽ eſt, parum tamen, aut nihil præſtat penſionũ, res ſubtiliter [d] æſtimanda eſt ex hac vt æſtimatione pẽſio iuſta conſtituatur, Ea tñ ſola detur in emphyteuſim, quæ ad hoc cõgrua videntur œconomo, & alijs gubernatoribus. ¶Qui rem huiuſmodi conductam, vel in emphyteuſim acceptã fecerit deteriorem, aut emphyteuticum canonẽ per biennium [e] non ſoluerit, hac lege repelli poteſt, vt tamen ſoluat totius temporis [f] penſionem, & id in quo rem læſit, reſarciat, non repetiturus, ſi quid impendit [g] nomine meliorationis. ¶Si quas vero ruinas habent memoratæ diuinæ domus, quas reædificare non valent; & hæ in emphyteuſim dentur perpetuam, emphyteuta vſuro materia habitationis depoſitæ domus, vt penſio deminuatur in tertiam partem ab ea, quæ ſtantibus adhuc ædificijs colligebatur, aut prius eo reædificante, ex additis [h] illic per æſtimationem penſionibus, medietas detur [i] religioſæ domui. Nam priore caſu, ab initio emphyteuſis præſtanda eſt penſio. ¶Qui vero res iam dictas non gratuito [k] alienationis titulo citra formam legis accepit, rem quidem cum omni incremento [l] medij temporis reſtituat. eius autem quod dedit, nullam actionem contra venerabilem [m] locum, ſed aduerſus eum, qui alienauit, habet. Donatarius autem & rem cum omni cauſa, & fructum reſtituat, & aliud [n] tantundem. Creditor quoque reſtituta re pignorata, crediti actionem contra ſolum pignoris datorem habeat. Emphyteuſis acceptor, & ab ea cadat, nec quod dedit, repetat: immo ſtatim ſoluat, quod ſoluturus eſſet vnoquoque anno, ſi iure contraxiſſet. ¶Sed melius [o] dicitur omnimodo denegandas eſſe actiones huiuſmodi acceptori. Imp. Leo.

Authen. qui rem. eod. tit.

Auth. ſi quis.

Auth. qui res. Iuo p. 3. c. 185.

SI QVAS. CASVS. Eccleſia domos habet ruinoſas. quas quidam in emphyteuſim vult recipere. Quæritur pro quanta penſione debeant dari. Et reſpon. quod ſi conductor vult vti materia deſtructæ domus. ſ. lapidibus lignis, penſio non debet minui niſi in tertiam partem ab ea quæ extantib adhuc habitationib. haberi poterat. Si vero vult domos reędificare, dabitur ea penſio, quæ inde poterat haberi ante reædificationem, & ex eo quod modo plus inde haberi poteſt quam antiquitus debit medietatem arbitrio boni viri. ita videtur ſentire H & etiam Ben.

h ¶Ex additis.] De nouo, ideſt, medietas quę accreſcit, dabitur cum antiqua penſion: 3. Alij dicunt, quod & medietas antiquæ & medietas nouæ dabitur.

3 Et ſic ſi valebat x. cum erat ruinoſa, modo valet xl. additio ẽ in xxx. & ſic habebit 30. pro penſione. &c.

i ¶Medietas detur.] Eius quæ accreſcit.

QVI VERO. CASVS. Hic tractatur de quatuor generibus hominum recipientium res eccleſiæ citra legis formã, ſcilicet de emptore, donatario, creditore, & emphyteuta, qui oẽs debent res reſtituere cũ omni incremento medij tẽporis: & pretium quod dedit, ab eccleſia non repetet, ſed ab eo, qui alienauit. Donatarius autem rem cum omni cauſa reſtituat, & aliud tantum

SED MELIVS. Hæc verba nõ ſunt de auctoritate, ſed Guarnerius appoſuit ea de lege. C. de ſacroſan. eccl. ſancimus nemini. Sed hoc corrigitur hodie per ca. 12. q. 2. Vulterranæ. & in auth. de non alienan. §. quia vero Leonis coll. 2.

K ¶Non gratuito.] Vt emptor.

l ¶Incremento.] .i. omnes fructus perceptos medio tẽpore 12 q 2 non liceat.

m ¶Venerabilem.] vt 12. q. 2. diaconi. & cap. ſi quis, &c. quidquid. C de rei vend. mancipium.

4 Idem ſentit B. in caſu, & per eadẽ iura hic infra prox. allegata. Arch.

n ¶Aliud.] Contra. 12. q. 2. diaconi vbi ſufficit ꝙ tantundem reſtituatur, ſed loquitur de alienatore, hic de eo cui eſt alienatum.

o ¶Sed melius.] Hoc appoſuit Guarnerius de lege, quæ eſt, C. de ſacroſ. eccleſ. ſancimus nemini. ſed corrigitur 4, in authen. collat. ſecunda, de no. alie. §. quia vero Leonis. & per canonem 12. quæſt 2. Vulterranæ. Vnde ſiue bona fide ſiue mala accepit, habet regreſſum ad auctorem ſuum, vt ext. de reb. eccl. non alienan. ad audientiam 5. licet arg. contra C. de euic. ſi fundum, vbi dicitur, quod malæ fidei poſſeſſor non aliter habet regreſſum ad ſuum auctorem, niſi ſit ſibi cautum de euictione. Dicunt tamen quidã, ꝙ ſi eſt malæ fidei poſſeſſor

5 Vt Mar. g in hoc caſu eſt ſecutus. Guar. & idẽ ſentiũ. L. & Go. B. & In. qui oẽs ita no. in prædi. decre ad audientiã Arc.

Digitized by Google

for ille qui recipit, tunc nec aduerſus eccleſiam nec ad uerſus alienantem habet actionem, vt 16.q.3 vniuerſas ſi eſt bonæ fideipoſſeſſor, habet actionem, aduerſus eũ tantũ q alienauit, vt 12.q.2. Vulterrane melius eſt ut dicas ſiue bona fide ſiue mala contraxerit, ſemper habet

dem de ſuo eiuſdem bonitatis & redditus cũ eo quod accepit, & cum totidem mancipijs & colonis, quòd perpetuo penes eccleſiam remanebit. ſi vero aliter fiat irritum erit. H. vero caſum ponit breuiter ſic. Hic dicitur in hac l. Aliquis vult accipere prædium eccleſiæ, in vſumfructũ vſque ad certum tempus, vel vſq; ad mortẽ ſuam non poteſt hoc facere niſi ſtatim prę̃tiũ ſuum æque bonum per omnia conferat eccleſiæ quoad proprietatem, & ſic uſque ad ſtatutum tẽpus remanebit vtrũque prędium quo ad vſumfructum. poſt ea vtrumque perueniat ad eccleſiã pleno iure. Sed primus caſus, quem poſui melius literã exponit, & ſenſum comprehendit.

¶Si œconomus eccleſiæ proſpexerit expedire, vt deſideranti cuiquam certarum poſſeſſionum, atque prædirum (vrbanorum ſcilicet, ſiue ruſticorum) ad ius eccleſiaſticũ pertinẽtium, temporalis vſus fructus poſſeſſio pro ipſius petitione præſtetur [a]; tũc eius tẽporis, quod inter vtroſque conuenerit, ſiue in diem vitæ ſuæ, ſi ab eo, qui deſiderat, poſtuletur, pacta cum eo, qui hoc elegerit, ineat œconomus, atque conſcribat, per. quæ & tempus, intra quod hoc præſtari placuerit, ſtatuatur, & manifeſtum ſit quod quiſque acceperit ad inuicem.

Ibidem continuo.

PALEA. Cap. II.

† al. placitum temporũ proprietate.

HVIuſmodi beneficii gratia, præſtãdo quidem eccleſiaſtici prædii pro tempore uſu fructu, poſt ſtatutum autem tempus, & placitum† ipſorum redditũu proprietate ad dominum & ius eccleſiaſticum recurrente firmiter: ita ſcilicet, vt ſiue completo ſpatio quod fuerit inter eos conſtitutum, ſeu mortis ſuæ tempore (ſi hoc quoque conuenerit) is, qui poſſeſſionem eccleſiaſticam, & certorum redditũum vſufructu habendi gratia interueniente pacto ſuſceperit, non minus, quàm alterius tantæ quãtitatis, quãtam acceperat, redditus cum ipſorum prædiorum, dominio, & rebus immobilibus, eorumque colonis, & mancipiis eccleſiæ derelinquat. Niſi enim hac cõditione pacta inita fuerint, ea quoque decernimus nõ ualere.

Aut. Hæc vſus eod. tit.

¶ Nam hæc vſus præſtatio locum habet in omni domo religioſa. Quo finito res vtraque pleno iure pueniat in domum iam dictam; nec tribus ſit quidẽ grauata maioribus ſit ea res, quæ datur inuicem; & eiuſdem redditus ſit.

Auth: quibuſcũque, In conc. Agatẽ ſic, c.7.

¶Quibuſcumque modis hoc ius aliis permittitur, interdicitur certis pſonis res huiuſmodi accipere, vt œconomo eiuſque cognatis [b]. Quòd ſi neceſſitas compulerit, vt pro eccleſię neceſſitate, aut vtilitate, vel in vſufructu, vel in directa venditione aliud diſtrahatur; apud duos [c], vel tres cõprouinciales, vel uicinos epiſcopos cauſa, qua neceſſe ſit vendi, primitus comprobetur, vt habita diſcuſſione ſacerdotali, eorum ſubſcriptione† quæ facta fuerit venditio, vel tranſactio [d] corroboretur. Aliter facta vẽditio, vel tranſactio non valebit [e], *& infra.* ¶Minus, vero vtiles poſſeſſiones peregrinis, uel clericis ſaluo iure [f] eccleſiæ, in vſum præſtari permittimus.

† al. preſcriptione.

a¶ Pręſtetur.] Si, extra de his quę fiũt à præla. ſine conſen. c. cum Apoſtolica &c. ſeq. ibi, [Perpetua firmitate.]

NAM HAEC VSVS. CASVS. In hac auth. dicitur qđ precaria de qua fit mentio ſupra. ea ſi ęconomus. poteſt fieri à qualibet eccleſia ita vt tempore finito res vtraque perueniat ad eccleſiam pleno iure; & res q̃ datur in vicẽ, non debet eſſe grauata tributis maiorib quam precariam œconomus non poteſt facere ſibi, nec conſanguineis ſuis.

b ¶ Cognatis] Et ſic dãnoſũ eſt alicui officium ſuum. vt 7.q.1 conſtitutum.

c ¶ Duos.] Hodie ſufficit ſolus conſenſus epiſcopi cum canonicis. 12.q.2. ſine. & ſi res venalis eſt in parochia alterius, ille iterponet decretũ, vt C. de p̃d. & alijs rebus mino. l. ſi p̃diũ & ex. de fo. cõp. lanc. Io. quod non credo verum, cum ſufficiat conſenſus epiſcopi cum capitulo. 12.q 2. ſine exceptione. B.

d ¶ Vel tranſactio.] Id eſt permutatio.

e ¶ Non ualebit.] Arg. non ualere cõtractum niſi adſit ſubſcriptio. extra de his quæ. fi. à præl. ca. 96. diſtin. bene quidem. 12 q 2 ſine exceptione.

f ¶ Saluo iure.] Id eſt, vt non intelligatur eſſe perpetua donatio temporalis 1, vt no. 16 q.1. poſſeſſiones. Sed ſi eccleſiæ datetur, tunc intelligeretur eſſe perpetua, ut extra de his quæ fi à præla. ſine conſen. ca. cum Apoſtolica, in fi. & c. ſeq.

bet actionem aduerſus alienantem.

SI OECONOMVS. CASVS. Aliquis ualebat habere vſumfructum in domo uel agro eccleſiæ vſq; ad certũ tempus, uel toto tempore vitæ ſuæ: quærebatur qualiter hoc fieri deberet: Et rñdetur ſi œconomus hoc uiderit expedire eccleſię, pacta cum eo ineat utrum ad certum tp̃s uel toto tempore uitæ ſuæ rem eccleſiæ velit habere, & hoc redigetur in ſcripturam 3 & ſm ꝙ conuenerit, dabit ſibi œconomus rem eccleſię, & ille qui accipit rem eccleſię, debet facere pactum ut finito tempore reſtituat eccleſiæ quod accepit ab ea, & tantun-

† Vt ſcilicet ceſſante inopia ad eccleſiam reuertãtur, vt di. 16.q.1. poſſeſſiones.

Digitized by Google

¶ In aliquot uetuſtis exēplaribus, in quibus paucę ſunt paleę, continenter poſt ultima verba ſuperioris capitis ſequuntur ſine ulla diſtinctione verba huius, quemadmodū & in ipſa lege Codicis. In duobus aūt vetuſtiſſimis, in quibus fere nulla ſunt palea, deeſt prior pars huius capitis vſque ad verſ. completo ſpatio: *cætera vero legunt coniunctè cū ſuperioribus, vſque ad uerſ.* quod ſi neceſſitas *Nā hic verſiculus in iiſdem exemplaribus, non hoc loco, ſed ſupra ead. c.* caſellas. *habetur, vt ibi eſt notatum.*

α ¶ Nam.] *Hęc uox non eſt in authentica, & in vetuſtis Gratiani codicibus ꝓ iſta voce eſt* N.C. *& ſignificat,* nouella cōſtitutio.

Item ex concilio Mediomatricis.

¶ Eccleſiaſticarum rerum precariæ qualiter fieri debeant. Cap. III.

j PRecariæ [a] à nemine de rebus eccleſiaſticis fieri præſumantur: niſi quantum de qualitate conuenienti datur ex proprio; duplum [b] accipiatur ex rebus eccleſiæ, in ſuo tantum, qui dederit, nomine, ſi res proprias & eccleſiaſticas vſufructuario uſu tenere voluerit. Si aūt res proprias ad præſens dimiſerit; ex rebus eccleſiaſticis triplū fructuario vſu in ſuo tantum quis † nomine ſumat: quia ſic eas quemque tractare oportet, vt rerum eccleſiaſticarum diſpenſatorem, nō vt propriarum largitorem β. ¶ Decreuit etiam ſancta ſynodus, & Imperialis auctoritas denunciauit, vt à nulla poteſtate quis cogatur facere precariam de rebus proprie Deo & ſanctis eis dicatis: cum ratio & vſus obtineat neminem, cum † non vult cōtra vtilitatem, & rationem cogi γ [c], de proprio facere beneficium ¶ Nec commutationes [d] rerum, vel mancipiorum eccleſiaſticorum quęlibet perſona ſine licentia & conſenſu regio † facere præſumat.

¶ Citatur hic canon ex concilio Mediomatris, à Burchardo aūt & Iuone ex concilio Belluacenſi. preter vltimum verſiculū, Nec commutationes. *quem citant ex Matiſcenſi: In concilio ēt Meldenſi c. 22. refertur ex eodē cōcilio belluacenſi. Extat in capitularib. editis. anno quarto regni Caroli regis, & Ludouici Imperatoris filij in uilla Colonia. c. 37 non eſt autem mutatus titulus q̄a potuit idē in omnibus illis concilijs reperi: quod in Germanicis, & Gallicis, quæ extant, ſæpe factum cognoſcitur. Aliquid etiā de precarijs habetur in concilio Rhemēſi, c. 36. & 37. & in concilio Moguntino ſub Arnulpho, c. 20.*

β ¶ Largitores.] *In cōcilio Meldenſi, & capitularibus poſt hoc verbum ſequitur continenter,* & à nulla poteſtate quis cogat, &c. *ſine uerbis illis hic interiectis, quorum tamen ſimilia afferūtur à Burchardo & Iuone ad uerſ.* Nec commutationes.

γ ¶ Cogi.] *Sic in omnibus vetuſtis codicibus Gratiani, & ad eſt gloſſa: ſed in concilio Meldenſi, & capitulari, & apud Burcardum, & Iuonem eſt* præſtitum.

Item ex concilio Belluacenſi.

¶ De eodem. PALEA. Cap. V.

ij PRecariæ de quinquenio in quinquenium ſecūdū antiquā cōſuetudinem, & auctoritatē renouētur. [*Item ex concilio Carthaginienſi.* δ]

δ ¶ Cartaginienſi.] *Etiam in Decretalibus tit. de precarijs,*

In cōcilio Meldēſi, c. 22. In adiectis capit. 37. Poly. l. 3. tit. 14. Burc. l. 3. c. 167. Iuo p. 3. c. 228.

† *al. quiſque.*

Burc. l. 3 c. 168. Iuo p. 3. c. 220.

† *al. qui.* Burc. l. 3. c. 172. Iuo p. 3. c. 233.

† *religionis.*] Iuo.

In Meldenſi, c 22 iñ fine. eadē pcarijs c. j. Burc. l. 3. c. 169. Iuo p. 3. c. 230.

PRecariæ.] CASVS. Hoc c. diuidit in tres partes. In prima parte dicit, q̄ precarię debent fieri hoc modo: Si ruſticus dat proprietatē ſui fundi tātū, & retinet vſumfructū ſibi, accipiat ab eccleſia, vſumfructū duorum fundorū ſuo nomine tm̄, & non filiorum. Si uero dat eccleſiæ proprietatem ſtatim pleno iure, accipiat ab eccleſia vſumfructū trium fundorū nomine ſuo tantū, & non filiorū. In 2 parte dicit, q̄ nulla poteſtas debet cogere eccleſiam precariā facere cū nemo debeat cogi de ſuo facere beneficiū. In tertia parte dicit, q̄ ſine licentia Regis non debet fieri cōmutatio rerū vel ſeruorum eccleſię. Secunda pars. incipit ibi, [Decreuit.] Tertia ibi, [Nec commutationes.

Precariæ ꝓcaria, & precarium differunt.

a ¶ Precariæ.] Precarię hic dicuntur q̄dā præſtationes vſuſfructus in recōpenſatione eius ꝓprietatis, q̄ dat eccleſię. praeterea precaria eſt quidam cōtractus affinis emphyteuſi: ſed in hoc differt, q̄ de quinquennio in quinquēniū renouatur, vt in palea ſeq. & ext. de preca. c. 1. q̄nq; eſt precariū q̄ precibus ad vtendum alicui datur, & illud reuocari poteſt quandocumque, nō obſtante aliquo pacto, vt ff. de preca. cū precario & extra eo. c. vlt.

b ¶ Duplum.] Videtur contradicere illi. ſup. ea ſi œconomus. vbi dr̄ q̄ tandundem dari debet: ſed lex illa benignior eſt canone 1: vel canon loquitur in eo caſu, cū ſenex eſt vel debilis, q̄ recipit rem eccleſię.

1 Vel dic, q̄ loquit quādo eccleſia dat ei, quod pōt facere in duplū, & non vltra: ibi quando ipſe dat eccleſiæ, vbi nō cogatur vltra tantūdem, & ita canon benignior eſt. Vel dic, vt ſequitur in gl. ſecundū Io. de Fant.

c ¶ Cogi.] Sed fallit, vt 7. q. 1. omnis. & vbi aliquis alijs prodeſt, & ſibi nō nocet vt ff. de aqua plu. arc. in ſumma. §. item varius. & 86 d paſce.

d ¶ Nec cōmutationes.] Hoc intelligas de rebus

Digitized by Google

de rebus collatis eccleſiæ ab Imperatore, vt ſup. ead. hoc ius in prin. vel loquitur ſecundum ſua tempora.

Epiſcopus habeat.] Hæc eſt tertia pars huius quæſtionis.

epiſco-

citatur ex concilio Carthaginienſi, ſed in nullo ipſorum eſt inuentum, potuit eſſe alicuius illarum prouinciarum concilij, extat autem in legibus Longobardicis, lib. 3. tit. 8. l. 2.

¶De eodem: PALEA. C. VI.

ext. de præcarijs.

DE precarijs, quæ a rectoribus eccleſiarum irrationabiliter fiebant, & ſe, ſuoſque ſucceſſores pœna graui obligabant, vt facta ipſorum nequiſſent diſſoluere; præcipimus, vt nemo ſucceſſor in anteceſſoris ſui pœna ſit obligatus: ſed ſuæ prouidentiæ ſit conceſſum, vt ſi anteceſſor eccleſiæ eius res irrationabiliter diſtribuit, ab eo ad ius eccleſiæ eiuſdem reuocentur.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 16.

In cap. Martini Bracarenſis ex conc. Antioch. c. 25. 12. q. 1. eps eccleſiaſticarum.

¶Res eccleſiæ diſpenſandi poteſtatem habeat epiſcopus. C. VII.

3 EPiſcopus habeat poteſtatem in rebus eccleſiæ, vt diſpenſet neceſſitatem habentibus cum omni reuerentia, & timore Dei. Participare etiam eum oportet, quæ neceſſaria ſunt: ſi tamen ipſe, aut qui cum eo ſunt, fratres indiguerint [a] aliquo: vt neceſſitatem nullo modo patiantur ſecundum ſanctum Apoſtolum dicentem: [Victu [b], & tegumento, his contenti ſumus.] Si autem res eccleſiaſticas epiſcopus, & in ſuas voluntates vſurpare voluerit & loca eccleſiæ, & fructus agrorum non cum presbyterornm, vel diaconorum conſilio, contaminauerit † aut fratribus [c], vel filiis, vel quibuſcunque propinquis ſuis dederit poteſtatem, vt per eos latenter lædantur res eccleſiæ; tunc oportet obnoxium eſſe concilio. ſin autem α epiſcopus, vel qui cum eo ſunt, presbyteri [d], aut diaconi accuſentur, qa ea, quæ vel ex reddıtu, vel ex quo libet actu ϵ eccleſiæ veniunt, in ſinus ſuos colligunt, & pauperes fraudant, & fame conficiunt; hos corripi oportet, ſecundum quòd ordinatum fuerit a ſancto concilio.

1. Tim. 6.

† *ita minauerit*] codex regius.

α ¶Sin autem·] *In capitulis habetur*, ſimiliter. *ſed melior videtur lectio duorum vetuſtorum* Gratiani *codicum*, finaliter: *propius enim accedit ad græcam concilij Antiocheni, c. 25: vnde hoc ſumptum eſt:* εἰ δὲ καὶ ἄλλως, *ideſt*, ſi autem & aliter, *vt infra* 12. *q.* 1. *cap.* epiſcopus.

β ¶Actu.] *Hæc vox in ſimili re habeatur infra* 12. *q.* 2. *Vulterranæ*. Vulterranæ eccleſiæ actus, vel patrimonium, *Græcè eſt*, ἢ καὶ ἐξ ἑτέρας προφάσεως ἐκκλησιαστικῆς, *ideſt*, vel etiam ex qualibet alia cauſa, & occaſione eccleſiaſtica.

al. *aliqua.*

4 *Si vero* [e] *contra hanc prohibitionem, aliquam † de rebus eccleſiæ epiſcopum vendere contigerit, & res ipſa eccleſiæ reſtauranda, & ipſe gradu ſuo deiÿciendus decernitur.*

In iiſdem cap.

Vnde in eodem concilio Martini Papæ, c. 14. legitur.

¶De epiſcopo, qui nulla neceſſitate res eccleſiæ vendit. C. VIII.

Burc. l. 1. c. 115. & l. 3. c. 181. Iuo p. 3. cap. 172. & 242. & p. 5. c. 319.

SI quis epiſcopus nulla eccleſiaſticę rationis neceſſitate cōpulſus, in clero γ ſuo, aut vbi forte non eſt [f] presbyter, de reb. eccleſiaſticis, aliquid præſumpſerit vendere;

CASVS Statutũ fuit in concilio Martini Papæ, ꝙ eps debet diſpenſare res eccleſiæ cum reuerentia & timore, & inde ſuſcipiat quãtum ſibi & ſuis fuerit neceſſariũ: ſi vero res eccleſiæ vſurpauerit, vel cõſanguineis dederit, eas pauperib. ſubtrahendo, ſit obnoxius concilio, & corrigatur. Sequens. §. patet.

a ¶ Indiguerint.] No qualiter exponit hoc verbũ, indiguerint, vt arctet ım ad victũ & veſtitum [1], arg. contra extra de præb. de monachis.

b ¶Victu.] Qui tñ melior, vel peior dãdus eſt ſm qualitatẽ perſonarũ, vt 41. d. non cogãtur. Et nomine cibariorũ non intelliguntur veſtimenta: ſed nomine alimentorũ intelligunt veſtes [2] & habitatio, vt ff de alimẽ. le. l. vl. & l antepen.

c ¶Aut fratrib.] Præſumitur. n. ꝙ hoc carnali amore faciat, vt 89. d. decenter. ſic ſu. ea. nam hęc vſus, ſic extra de app. poſtremo ſic ecõuerſo conſanguinitas quãque elidit ſuſpicionem, vt ex. de coha. cle. & mu. a nobis.

d ¶Presbyteri.] Aeq; puniuntur illi, qui non reſiſtunt. ſ. officiati, ſicut ipſe epiſcopus, vt C. de app. quoniam. & 2. qõ. 7. quapropter.

e ¶Si vero.] Quarta pars, in qua dr̃, vt in c. ſeq. cõtinetur. Io. de Fant.

SI quis eps.] CASVS. Quęſitũ fuit quam pœnam dẽat pati eps, qui alienat rẽ eccleſiæ nulla neceſſitate cogẽte, vel qui alienat res vacãtis eccleſię, qđ intelligit Hu nulla neceſſitate cogente. Et rñdet, ꝙ conuictus debet rem reſtituere, & poſtea deponi

f ¶Non eſt.] Quia forte mortuus eſt: quià ſede vacãte nõ poteſt.

1 De hoc ẽt leg. & no 12. qõ. 1. eps eccleſiaſticãrũ.

Alimentorũ noĩe cõprehenduntur veſtes & habitatio.

2 Adde qđ veniat appellatione alimentorum. gl. in l. cũ hi. §. qui tranſigit ff de tráſ. Bar. in l. legatis. ff. de ali. & ciba. le.

Conſanguinitas elidit ſuſpicionẽ.

Digitized by Google

poteſt alienari res eccleſiaſtica. ita 12.q. ſi qua de rebus. & melius extra ne ſe.va.uouit 1.tamen H dicit, ꝙ ſede ſacerdotali vacante: auctoritate epiſcopi poteſt fieri alienatio, vt 71.diſt.fraternitatem. & ſup.ead.q.1.decretum,& eſt argu.pro ipſo.C.qui admi.ad bo.poſt.bonorum. Sed eccleſia epiſcopali vacante, clerici nihil poſſunt alienare. Item patet hic, ꝙ epiſcopus nihil poteſt alienare ſine conſenſu ſacerdotis.12.q.2 placuit. & c abbatibus.

a ¶ Honore.] Pœna enim alienatoris indebite, eſt depoſitio. 12.q 2 Vulteranæ. & c. abbatib. & c. Apoſtolicos. 18.q.4. nullus.

ſeruili more ſeruire; quia legitur in epiſtola Petri prima, neque vt dominantes,&c.

c ¶ Duos ſolidos.] Ad plus 3. minus enim quandoque datur, vt ext. de cen. olim. & inf. ea. nec numerus. Et forte ſolidus hic appellatur aureus, & vt C. de ſportu. l.2. & in

1 Ext de re. ecc. nõ alie. dudum. vbi eſt expreſsũ Arch.

3 Inf. eo. Iter cętera. ſic extra de of. or. conquerẽte vbi not. quare dicatur cathedraticũ & quare ſynodaticum.

& res ipſas eccleſiæ propriæ reſtaurare cogatur, & in iudicio epiſcoporum deijciatur auditus, & conuictus α,& tanquam furti, aut latrocinij reus ſuo priuetur honore[a].

γ ¶ In clero.] *In codice Lucenſi regio legitur.* inſcio clero.

α ¶ Et conuictus.] *Hæ duæ voces non ſunt in capitulo Martini neque apud Burchardum, neque apud Iuonem parte tertia. Parte autem quinta abeſt præterea vox* auditus: *vetuſtis tamen omnibus Gratiani codicibus conuenit cum vulgatis.*

QVAESTIO. III.

Qvid vero[b] *nomine cathedratici epiſcopus exigere debeat, in ſecundo concilio Bracharenſi, capitulo ſecundo legitur.*

¶ Præter honorem cathedratici nihil epiſcopus per diœceſes exigat. Cap. I.

PLacuit, vt nullus epiſcoporum per ſuas diœceſes ambulans, prẹter honorem cathedræ ſuæ, ideſt duos ſolidos[c], aliud aliquid per eccleſias tollat: neque tertiam[d] partem ex quacunque oblatione populi in eccleſijs parochialibus requirat: ſed illa tertia pars pro luminaribus eccleſiæ, vel reparatione ſeruetur, & ſingulis annis epiſcopo inde ratio fiat[e]. Nam ſi tertiam partem illam epiſcopus tollat, lumen, & ſarta tecta abſtulit eccleſiæ. Similiter & parochiales clerici ſeruili more in aliquibus operibus epiſcopo † ſeruire non cogãtur: quia ſcriptum eſt: [Neq; vt dominantes in clero.] † *al. epiſcopi* i. *Pet.* 5

Item ex concilio Emeritenſi, c.16.

¶ Baſilicarum reparationi proficiat tertia, quem epiſcopus accipere conſueuerat. Cap. II.

PRiſcis quidem † canonibus erat decretum, vt epiſcopus de parochianis † eccleſijs tertiam[f] conſequeretur†, cui ſua pleniſſime ſufficere nẽ α poſſunt. Placuit huic ſancto concilio, vt nullus prouinciæ Luſitanæ epiſcopus ſentẽtiæ huius terminũ excedat, nec à qualibet parochiana eccleſia tertiam auferre præſumat: ſed quæ β exinde

† *al. quippe.* † *al. parochitanis.* † *al. ſequeretur*] ori.

b ¶ Qvid vero.] Hęc qõ. diuiditur in duas partes. In 1. ponit 5. auctor. p quas ꝓba de cathedratico, & de alijs. Secunda ibi, [Cathedraticum.] Io. de Fant.

CASVS. Hic ponitur 3 qõ. qua q̃rit, quid epiſcopus exigere debeat nomine cathedratici. & reſpondet, ꝙ duos ſolidos, vt iſ. ead. illud, præterquã à monaſterio, vt inf. ea. Iter cætera. hi aũt duo ſolidi erũt illius monetæ, quę frequẽtat in regione, vt ff. de leg. 3. nummis. Itẽ procurationes põt petere tempore uiſitationis, vt ſu. ea. q. 1. relata. Item collectas imponere, vt ext. de cen. cum Apoſtolus. Itẽ præter cathedraticum medietatẽ vel tertiam partem oblationum, vt inf. ea §. cathedraticum.

t ¶ Quid vero.] Duos ſolidos à qualibet eccleſia poteſt epiſcopus petere a nomine cathedratici præterquam à monaſterio, vt inf. ea. inter. põt tñ in neceſſitate à clericis collectam petere, ext. de cen. cum Apoſtolis. Appellaſ ẽt q̃nq. ſynodaticum, vt ext. de cen. olim quoniã frequenter in ſynodo dãtur. iſti aũt denarij erunt ſecundum communem monetam regionis, ut ff. de leg. 3. nummis. & ſi plures monetæ ſunt forte meliores dabuntur. extra de iureiur. quanto. in fi. vel ſaltem mediocres, vt ext. de cen. ex parte. Item præter cathedraticum põt ẽps petere moderatam procurationem, inf. ea. inter.

Cathedratici noĩe quid exigendum eſt.

PLacuit.] CASVS. Tria prohibentur in hoc c. ſcilicet ꝙ epiſcopus nihil debet tollere à parochialibus eccleſijs præter duos ſolidos nomine cathedratici, neque tertiam partẽ oblationũ tollat, ſed reſeruet reparationi eccleſiæ: neque cogat clericos ſibi in aliquib. operibus

inſtit. de pœna temere litigantium. in fi.

d ¶ Tertiã. ſu. e. q 1.] de his & c. decernimus, contra. inf. 12. q. 3. c. vlt. & inf. ead vnio. Solu tertiam habet, cũ vult hoc onus fabricæ ſubire.

e ¶ Epiſcopo inde ratio fiat.] Per archidiaconum de redditibus & poſſeſſionibus eccleſiæ, vt 25. di. perlectis.

PRiſcis.] CASVS. Antiquitus epiſcopus tollebat tertiam de parochianis eccleſijs, cui etiam ſuæ pleniſſime ſufficiebant. & ideo ſtatutum fuit in concilio Emeritenſi, vt nullus epiſcopus Luſitanæ prouinciæ cui ſuę ſufficiant, illam tertiam auferre pręſumat: ſed relinquat reparationi eccleſiæ.

f ¶ Tertiam] Poteſt hoc intelligi de tertia, quæ debetur ipſi fabricæ. Alij dicunt de tertia illa, quæ debetur,

ipſi

Ipſi epiſcopo, vt illam non debeat habere, ex quo abundat: niſi velit onus fabricæ ſubire.

conſequi poterat, totum in reparatione ipſarum baſilicarum proficiat.

¶ *Caput in hoc codicib. Gratiani etiã manuſcriptis corruptè citabatur ex concilio* Merech. *Eſt autẽ in* Emeritẽſi, *c. 16. cuius cõcilij duo exẽplaria ad S. D. N.* Gregoriũ *XIII. miſſa ſunt. Huius concilij, & meminit Innocentius III. in epiſtolis Romæ impreſſis, lib. 2. epiſtola* Petro Cõpoſtellano *ſcripta, his verbis,* Emeritenſe vero concilium authenticum eſſe multis rationibus aſtruebas, tuum quia cum alijs concilijs cõ inetur in libro, qui corpus canonum appellatur, quem Alexãder Papa per interlocutorem authenticum cõprobauit; tum quia de ipſo cõcilio ſumptum eſt caput. [Priſcis quidem canonibus.] quod continetur in corpore Decretorum.

α ¶ Sufficere poſſunt.] *Sublata eſt negotio, q̃ erat in vulgatis, quoniam & ab vtroq; exemplari cõcilij & à vetuſtis Gratiani codicibus abeſt & hoc modo magis conuenit cum ratione legis.*

β ¶ Sed quæ exinde.] *In exemplaribus concilij legitur.* Sed q̃que exinde conſequi potuerat; totum in reparatione ipſarum baſilicarum proficiat.

Item ex concilio Toletano 16. c. 4.

¶ Non accipiant epiſcopi tertiam partem, niſi dirutas eccleſias reparare voluerint. C. III.

VNio noſtræ congregationis † decernit, atq; inſtituit vt tertias [a], quas antiqui canones de parochijs ſuis habendas epiſcopis cenſuerunt, ſi eas exigendas crediderint, ab ipſis epiſcopis dirutæ eccleſiæ reparentur. Sin vero eas maluerint cedere; ab earundẽ eccleſiarum cultoribus ſub cura & ſolicitudine ſui põtificis, reparatio eiſdẽ eſt adhibẽda baſilicis. Quod ſi omnes eccleſiæ aut incolumes fuerint, aut quæ dirutæ erãt, reparatæ extiterint; ſecundum antiquorum canonum inſtituta, ſi tertias ſibi debitas vnuſquiſq; epiſcopus aſſequi voluerit, facultas illi omnimoda [b] erit: ita videlicet, vt circa ipſas tertias nullus epiſcoporũ quidpiã pro regijs [c] inquiſitionibus à parochianis † eccleſijs exigat, nihilque de prædijs ipſarum eccleſiarum cuiquam cauſa ſtipẽdij dare præſumat. ¶ Sed & hoc neceſſario inſtituendũ deligimus, vt plures eccleſiæ vni nequaquam committantur [d] prẽſbytero; quia ſolus per totas eccleſias nec officium valet perſoluere, nec populis ſacerdotali iure occurrere; ſed nec rebus earum neceſſariam curam impendere: ea ſcilicet ratione, vt eccleſia, quæ vſque ad decem habuerit mancipia; ſuper ſe habeat ſacerdotem; quæ vero minus decem mancipia [e] habuerit, alijs cõiũgatur eccleſijs. Si quis ſanè epiſcopo-

† al. adunationis.

† al. parochianis.

VNio.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, ꝙ ſi epiſcopi volunt recipere tertiam partem oblationum vel decimationum à parochianis ſuis, ſubire debent onus fabricæ reparandæ. ſi vero eas relinquant eccleſijs ſolicitudine ep̃orum reparentur baſilicæ à presbyteris ſi autẽ eccleſiæ nulla indigent reparatione, accipiant ep̃i illas tertias ſi volũt: ſed vltra nihil. In ſecunda parte dicitur, ꝙ plures eccleſiæ non committantur vni presbytero. In tertia parte dr̃, ꝙ eccleſia, quæ habet x. parochianos, habeat proprium ſacerdotem. illa vero quæ minus habet, alijs coniungatur eccleſijs: & qui hanc conſtitutionem deſpexerint, per duos menſes excommunicentur. Secunda pars incipit ibi, [Sed & hoc neceſſarium.] Tertia ibi, [Ea. l. ratione.]

a ¶ Tertias.] H intelligit hoc de tertia oblationum, nõ de tertia decimationũ. ſed cõtra eum eſt lex. extra de præſcrip. de quarta. Alij dicunt ꝙ ep̃s hodie nullam habebit tertiam. niſi duobus caſibus: vnus, ſi vult reparare eccleſiam: & alius, ſi incũbit onus regale, vt hic, dicitur. Sed verius eſt ꝙ ep̃s ad ſuũ commodum habet vnam tertiam per ſe & aliam quã poteſt tenere ſi vult ſubire onus fabricæ, habebit præterea partẽ oblationum tempore dedicationis, vt inf. ea. nec numerus. & 18. q. 2. Eleutherius. Sed quid ſi ep̃s partem fabricæ recepit, deinde cum eguerit eccleſia reparatione velit eccleſiæ cedere tertiã illam; dico ꝙ non poteſt r. lo. ſicut nec vſufructuarius poteſt in tali caſu vſufructui cedere. ff. de vſufruc. ſed cum vſufructuarius. & l. ſeq. ff. de aqua plu. arcẽ. is cũ quo Male dicit lo. quoniam reparare debet epiſcopus eccleſiam, poſtquã habet quartam fabricæ: quia res tranſit cum onere ſuo, vt 16. q. 1. ſi quis laicus.

Tertia oblationum an pertineat ad epiſcopum.

r Sub. ſed ep̃s cõpelli dẽt reparare, vt in l. hic alleg. ſm L. niſi forte neceſſitate corruiſſet. ff. de aqua plu. arcen. l. ſur.

b ¶ Omnimoda,] Hic apparet quod illam tertiam poteſt epiſcopus in ſuos vſus conuertere, cum eccleſia non eget reparatione. ſed forte cõtrariũ eſt 9. q. 3. vobis, vbi dicitur ꝙ annuatim reſeruabitur Sol. ibi. loquitur de illa parte. quæ pertinet ad reparationem ep̃alis eccleſiæ: hic vero de tertia parochialis eccleſiæ.

c ¶ Pro regijs] Arg. ꝙ pro itinere ad Papam, vel ad regem, non poſſunt epiſcopi vltra ſtatutum petere, vt ext. de cenſi. cũ Apoſtolus. & 16. q. 1. §. placuit.

d ¶ Committantur.] Hic eſt caſus vbi Aliquis poteſt habere plures eccleſias. Alij caſus ſunt notati 21. q. 1. in ſumma quæſtionis & c. relatio.

e ¶ Mancipia.] Cum ergo decem faciant plebem, patet

Digitized by Google

intellectus illius cap.ſup.2 q.5. præsbyter ſi à plebe.

ILlud.] CASVS. Præcepit Pelagius Creſconio illuſtri defenſori Siciliæ, vt non permittat epiſcopis Siciliæ petere à parochijs ſuæ diœc. vltra duos ſolidos nomine cathedratici: nec conuiuia nimis magna ſibi per eos fieri.

Gelaſium cuius iſtud c. eſt. Dicas ergo ꝙ loquitur de Iudæis & paganis, & tranſeuntibus, & talibus, qui non habent certum domicilium, ꝙ enim hic de pueris non loquatur, patet ex eo quod dicitur, aut in electa. Ipſi enim non poſſunt eligere.

rũ hanc noſtrã conſtitutionem parui pẽderit, ſpatijs duorum menſium ſe nouerit excommunicatione mulctari α.

¶ *Caput hoc eſt pars quarti canonis concilij 16. Toletani, cuius duo exemplaria miſſa ſunt ex Hiſpania: ex quibus nonnulla ſunt in hoc capite emendata, & addita. Habitum vero eſt concilium hic Aera. DCCXXXI. cum illud Emeritenſe habitum fuerit Aera DCCIIII.*

α ¶ Mulctari.] *In concilio ſequitur;* ita nempe, vt poſtquã ab excommunicationis interdicto ad ordinis ſui remeauerit locum, cunctas huius canonis ſanctiones modis omnibus ſtudeat adimplere.

Item Pelagius Creſconio illuſtri.

¶ De eodem. C. IIII.

ILlud te volumus modis omnibus cuſtodire, ne qui epiſcoporũ Siciliæ de parochijs ad ſe pertinentibus nomine cathedratici amplius quàm duos ſolidos pręſumãt accipere; neque compellere presbyteros, aut clerum parochiarũ ſuarum ſupra vires[a] ſuas eis conuiuia præparare. Iuo p 3. c.136.

Item Gelaſius Papa Fabiano epiſcopo.

¶ Baptizandis numerus non imponatur: nec cathedraticum vltra vetuſtum morem exigatur. C. V.

NEc numerus[b] baptizandis iuſte creditur imponendus; cum quanti petierint, vel ad regenerationẽ feſtinauerint, non ſint pro alterius voluntate repellẽdi. Et ideo frater cariſſime huiuſmodi ſuperfluam cõſtitutionẽ modis omnibus remouebis, vt vnuſquiſque, aut in vicina ſibi eccleſia, aut in electa[c] pro ſuę mentis baptizetur arbitrio. Cathedraticum etiam nõ amplius quàm vetuſti moris eſſe conſtiterit, ab eius loci presbytero noueris exigẽdum: & de his quæ die dedicationis fuerint offerentium deuotione collata, cõſuetudinem[d], quæ generaliter omnibus eccleſijs eſt præſcripta, ſeruabis.

2 *Cathedraticum, quod his auctoritatibus epiſcopis permittitur exigere, præter medietatẽ, vel tertiã partẽ oblationum, quæ etiam pro varia eccleſiarum conſuetudine ex pręmiſſis auctoritatibus epiſcopo debetur, intelligẽdum eſt: nec illa pars oblationum omniũ generaliter intelligenda eſt; ſed uel anniuerſariæ dedicationis uel quorundam etiã ſolennium dierum; prout iure epiſcopum et ſacerdotem tempore dedicationis conuenerit.*

a ¶ Supra vires.] Ne victum longi temporis breuis hora conſumat. ext. de cenſi. cũ Apoſtolus. & ſecundum quoſdam à pauperibus nil petet, vt 1. q. 2. placuit. ar. inf. c. cauendum. ſed hoc non eſt verum: quia ſi aliquis vltra vires fuerit grauatus, fiet collectio ab alijs vicinis eccleſijs, vt extra de cenſi. cum inſtantia. & c procurationes. non autem dabit epiſcopo niſi lac ad bibẽdum: ne ieiuniorũ doctrinam iubentibus buccis prædicet, vt 35. diſt. ſexto. & c. eccleſiæ. Nec bibet vltra tertiam vicẽ, vt 44 diſ in illa palea. quãdo presbyter. & comedet lardũ vel carnes vaccinas vel veruccinas cum aceto, vt C. de ero mili an. l. 1. lib. 12 ar ſu. 41. diſt. non cogantur, & c epiſcopus.

Epiſcopo viſitanti, dandum eſt lac ad bibendũ.

NEc numerus.] CASVS Fabianus epiſcopus quæſiuit de tribus à Gelaſio Papa. Primo, vtrũ certus numerus pecuniæ ſit imponendus baptizandis. Et reſpondet quod non ne baptizandi à baptiſmi gratia repellantur, Secundo vtrũ ſit exigendum pro cathedratico vltra antiquam conſuetudinem. Et reſpondet quod non. Tertio quam partem debeat recipere epiſcopus de oblationibus, quæ offeruntur in die dedicationis. Et reſpõdet ꝙ conſuetudo illa debet ſeruari, quæ omnibus eccleſiis eſt pręſcripta.

b ¶ Nec numerus.] Forte conſuetudo fuerat, ꝙ ſecundum numerum baptizandorum tantum vel plus recipiebatur: quod erat iniquum vt 1. q. 1 baptizandis & c. placuit. Ioan.

Diœceſes fuerũt à Dionyſio diſtinctæ.

c ¶ Aut in electa.] Contrarium eſt, inf. 13. q. 1. c. 1. vbi dicitur, ꝙ ideo parochiæ ſunt diſtinctæ, ne aliquis iura alterius vſurpet. Ad hoc dicunt quidam, ꝙ hoc capitulum loquitur ſecundum ea tempora quando nondum parochiæ erant diſtinctæ. ſed hoc ſtare non poteſt 1. quia Dionyſius, qui diſtinxit diœceſes, præceſſit

1 Ad hoc quod notat gl. ſup. 99. d. c 1.

d ¶ Con- ſuetudinem.] Secundum quod conuenitur cum epiſcopo tempore dedicationis. 18. q 2. Eleutherius.

CATHEDRATICVM. Hæc eſt 2 pars q. in qua loquitur de procurationibus, & exactionibus, & dicitur ꝙ procuratio vna ſola dicitur eſſe in anno. & exactio nulla niſi à iure permiſſa. extra de cenſi. cum Apoſtolus. & hoc probat per v auctoritates. Ioan. de Fan.

CASVS. Gra. dicit, ꝙ epiſcopus accepit cathedratieum præter medietatẽ vel tertiã partẽ oblationũ q̃ offeruntur in

Digitized by Google

in die anniuerſariæ dedicationis, vel alterius ſolennitatis, prout conuenerit inter epiſcopum & ſacerdotem.

DE HIS VERO. Dictũ eſt ſ. de viſitatione epõrum. Sed quia quidã crudeliter ſæuiẽdo parochias viſitabãt, ideo nunc oſtendit Grat. quid ſuper hoc tenendum ſit. Quia.]

cit ius, vt 93 diſt illud. 100. diſt. contra morem. 24 q 1. ſchiſma extra de ſim cum in eccleſia. & c. non ſatis. 1. q. 1. nullus epiſcopus 2. extra de præſcrip cauſam. Item arg. not. ꝙ ſua auctoritate quis poteſt detinere quod de iure non præſtitit, licet illud diu ſoluerit, vt C. de agric. & cen litibus. l 1. tẽpus enim non inducit obligationẽ. extra de cẽſi. peruenit, de act. & obl obligationũ fere. § placet. Prætor enim nõ tuetur iniquã poſſeſſionem. ff de publ. cum ſpõſus. §. ſi res. non enim ſufficit poſſediſſe, niſi causã poſſeſſionis probet. extra de præſcr. ſi diligẽti. ff de iti. actuqꝫ priu. l. vlt. licet enim longiſſimo tempore aliquid gratis præſtitum ſit in hoc non currit præſcriptio, vt 16 q. 1. clerici. & c. ſi epiſcopus. C de præſcr. xxx vel xl. ann. male. Arg contra 25. q 2 ſeruitium. nam libertas non dandi decimã præſcribitur 2. ext. de præſcr. de quarta. Itẽ arg. contra. 1. q. 3 quæſitum. nec cogit quis cauſam poſſeſſionis probare ꝟ ſi ſeru vend. ſi quis diuturno. Sol. nec in longa nec in lõgiſſima præſcriptione ſufficit allegare diuturnã poſſeſſionem, niſi aliquam cauſam poſſidẽdi allegẽt. Sed allegata cauſa, cũ de tempore conſtet præſumiẽ eſſe debitũ. arg. 12. diſt. illa. tñ non teneẽ probare cauſam ſiue titulũ poſſidendi: quia poteſt eſſe ꝙ non habet de hoc inſtrumenta nec teſtes, nec eſt hoc in memoria hominũ, vt 3. q 6. hæc quippe. Ioan. T. dicit cõtra: quia ſufficit ſi dicat, præſcripſi, niſi præſumptio ſit contra eum. 3

Obligatio non inducitᷓ tempore.

a Sub. cum aliquali titulo. quod dic vt not. extra de præſcr. ſi diligenti. in gloſ. ex hoc vſ. Archid. Poſſeſſio ſine cã poſſidẽdi nõ ſufficit ad præſcriptionẽ.

3 De hac materia no etiã 16. q 3 dilecto. Archid.

De his vero epiſcopis, qui per parochias ſuas crudeliter deſæuiunt, ſic eſt ſtatutum in 3. concilio Toletano, c. 20.

¶ Vltra morem antiquum à parochianis presbyteris epiſcopi nil exigant. C. VI.

Iuo p. 3. c. 137.

1. Pet. 5.

QVia cognouimus epiſcopos per parochias ſuas non ſacerdotaliter, ſed crudeliter deſæuire, & dum ſcriptum ſit: [Forma eſtote gregi, neque vt dominantes in clero,] exactiones diœceſi ſuæ, vel damna infligãt: ideo cenſemus (excepto quod veterum [a] conſtitutiones à parochijs habere iubent epiſcopos) vt alia, quæ illis huc uſque præſumpta [b] ſunt, denegentur; hoc eſt, neque in angarijs presbyteri aut diaconi, neque in aliquibus fatigentur indictionibus: ne videantur in eccleſia Dei exactores potius, quàm Dei pontifices nominari. Hi vero clerici, tam locales, quàm diœceſani, qui ſe ab epiſcopo grauari cognouerint, querelas ſuas ad metropolitanum deferre non differant, & metropolitanus non moretur eiuſmodi præſumptiones coercere †.

† al. diſtricte coercere.

Item ex concilio Cabilonenſi 2. c. 14.

¶ A parochianis ſtipendia non niſi cum charitate epiſcopi exigant. C. VII.

CAuendum eſt, ne, cum epiſcopi parochias ſuas peragant, quandam damnoſam erga ſubditos [c], ſeu erga ſocios [d] tyrannidem exerceant, nec (quod abſit) cum charitate, ſed cum quadam iudiciaria inuectione † ſtipendia ab eis exigant. Obſeruandum etiam modis omnibus, vt ſi quando eis peragrandæ parochiæ neceſſitas incumbit, in confirmandis hominibus, in inquirendis rebus emendatione dignis, in prædicatione verbi Dei, in lucris animarum potius, quàm in deprædandis, & ſpoliandis hominibus, & ſcandalizandis fratribus operam dent. Et ſi quando eis ad peragendum miniſterium ſuum à fratribus, aut ſubditis aliquid accipiendum eſt; hoc ſummopere obſeruare debent, ne quem ſcandalizent [e], aut grauent. Tanta ergo in hac re diſcretio tenenda eſt, vt & verbi Dei prædicator, vbi proprij ſumptus [f] deſunt,

† al. inuentione.

QVia.] CASVS. Quidam epiſcopi viſitando parochias ſuas in clericos crudeliter ſæuiebant eos angarijs & indictionibus fatigando. ſuper hoc vero facta querimonia in concilio Toletano conſtitutum eſt, vt de cætero talia non faciant, & quæ hactenus præſumpta ſunt, in futurum denegentur. ſi vero contra hoc venire præſumpſerint, apud metropolitanum clerici conquerantur: qui ſine mora præſumptiones debet remouere. [Angarijs.] Angariæ ſunt onera, quæ perſonis imponuntur: perangariæ poſſeſſionibus. [Indictionibus.] Id eſt illicitis exactionibus vel conditionibus.

1 Ar. contra ad hoc 25. q. 2. amputato. Arg. ad hoc ſ. 14. qõ. 1. nulli epõrũ vbi de hoc. Archid.

a ¶ Quod veterum.] Nihil ergo poteſt epiſcopus petere ab aliquo, niſi oſtendat per canones illud ſibi debitum, 1 vt 9. q. 3 conqueſtus 18. q. 2. c. 1.

b ¶ Præſumpta.] Nota ꝙ longinqua vſurpatio non fa-

CAuendum.] CASVS. Quidam epiſcopi dum viſitarent eccleſias ſuas, ſiue parochias pro confirmãdis pueris, & pro delictis corrigendis: intendebant potius dominationi & ſpoliationi, quàm lucris animarum: & in ſtipendijs exigendis ſacerdotes ſcandalizabant. quare Cabilonenſe concilium ſtatuit vt de cætero epiſcopi non faciant hoc: ſed ſi proprij ſumptus deſint eis, à clericis cum charitate accipiant: nec grauent aliquem, vel ſcandalizent. & hoc probat auctoritate Apoſtoli.

c ¶ Subditos] Scilicet laicos.

d ¶ Socios] Hic dicũtur clerici ſocij epiſcopi, alibi fratres, vt 95. diſt olim. & 8. q 1. quid autem.

e ¶ Scandalizẽt.] Exigẽdo vltra licitũ, vt 11. q. 3. nolite.

f ¶ Sumptus.] Vſ ergo ꝙ ſi habet ſumptus vnde poſſit expen-

Digitized by Google

expender e, non debet alios grauare. nã potius videntur hæc peti ex gratia q̃ de iure, vt extra de cenſ cum Apoſtolus. & ea quæ domi conſueuit expendere, debet expendere cum eſt in via, 1 vt in Auth. de man prin §. illud coll. 3. & in Auth. vt iud. ſine quoquo ſuff. §. nulli. ſi habes ſeruitutem adaquandi certum numerum pecorum: ſi plus ducis ad aquã quàm debeas, ſuperflua poſſunt à domino remoueri, vt ff de aqua quot. & æſti. l. 1. §. Trebatius. Item ſi cauſa proprij commodi venit ad eccleſiam, de proprio viuat, vt C. de ſtat. & imag. l. vlt. Hæc

à fratribus accipiat, & item fratres, illius potentia non grauentur, exemplo apoſtoli Pauli; qui, ne quem grauaret, arte, & manibus victum quærebat. — 2. Theſſ. 3.

Item ex concilio Toletano ſeptimo, c. 4.

¶Vltra duos ſolidos à parochianis eccleſijs epiſcopus non præſumat accipere. C. VIII.

INter cętera denique, quę communi conſenſu nos conferre competenter oportuit, querimonias etiam parochialium † presbyterorum Gallię α prouincię ſolertiſſimè diſcernere decuit, quas contra pontificum ſuorum rapacitates neceſſitas, vt comperimus, tandem compulit in publicum examen deferri. Hi enim pontifices, vt euidens inquiſitio patefecit, indiſcreto moderamine parochianas † eccleſias prægrauantes, dum in exactionibus ſuperflui † frequenter exiſtunt, penè vſque ad exinanitionem extremæ virtutis quaſdam baſilicas perduxiſſe probantur. Ne ergo fiat de cætero, quod conſtat hactenus inordinatè præſumptum; non amplius quàm duos ſolidos vnuſquiſque epiſcoporum præfatæ prouinciæ per ſingulas diœceſis ſuæ baſilicas iuxta ſynodum Bracharenſem annua illatione ſibi expetat inferri: monaſteriorum [a] tamen baſilicis ab hac ſolutionis † [b] penſione ſeiunctis. ¶ Cum vero epiſcopus diœceſim viſitat, nulli prę multitudine oneroſus exiſtat, nec vnquam quinquagenarium β [c] numerum euectionis excedat, aut amplius, quàm vna die per vnamquamque baſilicam remorandi licentiam habeat. Quicunque vero pontificum eorundem aliter, quàm decernimus, agendum præſumpſerit, correptioni proculdubio canonum ſubiacebit, tanquam conſtitutorum ſynodalium tranſgreſſor, & priſcorum patrum edictorum † corruptor.

† *parochianorum*

Anſel. l. 7. c. 196.
† *al. parochitanas*
† *al. ſuperfluis frequentes*

ſup. ead. placuit.
† *al. ſolutione penſionis*
Burch. l. 1. c. 86.
Iuo p. 5. c. 152.

† *al. edicti*

α ¶ Galliæ.] *In concilijs impreſſis, & aliquot Gratiani exemplaribus legitur,* Galliciæ. *In alijs autem, & emendatioribus, atque in codice conciliorum Lucenſi regio habetur* Gallicanæ prouinciæ. *Nam eo tempore archiepiſcopus Narbonenſis, & eius prouinciæ epiſcopi ad ſynodos Toletanas conueniebant; quod ex ſubſcriptionibus Toletani tertij apparet. In eo enim Nigetius Narbanenſis metropolitanus Sergius epiſcopus Carcaſſonenſis, & Nebridius epiſcopus Agathenſis, & procuratores Magalonenſis, & Nemanſenſis epiſcoporum ſubſcribunt. Eiuſdem quoque metropolitani, & ipſius prouinciæ epiſcoporum ſubſcriptiones in quarto, & ſexto Toletanis concilijs impreſſis leguntur, vt illa, quæ in manuſcriptis habentur, omittantur.*

β ¶ Quinquagenarium.] *In varijs editionibus huius concilij legitur,* quinarium. *Verum in codice Lucenſi regio, vno Vaticano, & altero Bibliotheca Dominicana manuſcriptis, & vetuſtis exemplaribus Gratiani, & Burchardo, & Iuone eſt,* quinquagenarium. *Et hanc lectionem ſecutus eſt* Innocentius *tertius in concilio Lateranenſi, c. cum Apoſtolus, extra de cenſi. & exact.*

Item Gregorius epiſcopis Siciliæ, lib. 11. epiſt. 10.

1 Sed Goffr. putat cont. quia & in ciuitate maneus, & viſitans poteſt exigere procurationes, ext. de cenſ. venerabili. Archi.

collat 2. Sed non eſt ita, vt ext. de ſimon. cum ſit Romana. in parte deciſa.

INter cętera.] CASVS. Epiſcopi Galliæ cũ viſitabant parochias ſuas ſæuas rapacitates in ſuos ſubditos exercebãt, cẽtum, vel ducentas equitaturas ſecũ ducẽdo: & ab eis vltra duos ſolidos pro cathedratico, & prãdia nimis magna exigebãt: & in eccleſia p duos, vel per plures dies morabantur, ita q eccleſias vſque ad exinanitionem perducebãt: & ideo ſtatuit concilium Toletanũ, ne vltra duos ſolidos exigant pro cathedratico, à quo monaſteria ſunt exẽpta, & vltra quinquaginta eqtaturas non ducant: nec amplius quam vna die in baſilica morẽtur: epiſcopus vero qui contra hoc fecerit, correptioni canonũ ſubiacebit.

a ¶ Monaſteriorũ.] Infra 16. quæſtio. 2. c. 1. & 2. contra infra 16. quæſt 1. cum pro vtilitate. J. 18. quæſtio 2. quàm ſit. & capitu. ſeruitium. contra.

Monaſteria ſunt exempta à lege diœceſana.

b ¶ Solutionis] Ipſa enim monaſteria à lege diẹceſana sũt exẽpta, vt hic, & 16. q. 1. cũ pro vtilitate. & 18. quęſt. 2. quàm ſit. ſed eorũ capellæ non, vt ext de capel. mona. c. vlt. & pen. & extra de prębend. de monachis.

Viſitans ſit coniectus euectionib. à iure taxatis.

c ¶ Quinquagenarium.] Hodie numerus ſingulorũ in euectionib. eſt taxatus, vt extra de cenſi. cũ Apoſtol'. nec numerus ibi taxatus recipiẽdus eſt ſi eccleſia grauet, vt ibidẽ dr̃. & ext. de exc prælat. cum ad quorudam. extra de pœn c. pen. illos ergo qui ſuperflui ſunt põt remouere ſacerdos 2: q a

2 Etiam & ep̃m põt remouere. arg. ff. de aqua quot. & ęſti. l. 1. §. item quærit. Archid.

Hæc allegatio forte hodie non tenet, quia ſi aliquis fuerit ſup. vires grauatus, alij vicini ſacerdotes tenentur conferre, vt dixi. ſu ea. illud. & extra de cēſi procurationes.

RElatum.] CASVS Epiſcopi Siciliæ graues, & oneroſi erant eccleſiis ſuis cum eas viſitabant. tandem mediante

¶Sacerdotes ab epiſcopis ſuis vltra modum non grauentur. C. IX.

REſatum eſt nobis ſanctæ memoriæ deceſſoris mei tēporib. per ſeruū Dei diaconum, qui tunc eccleſiaſtici patrimonii curam geſſit, fuiſſe diſpoſitum, vt ſacerdotes per vniuerſas veſtras diœceſes conſtituti, quoties ad conſignandos infantes egredimini, vltra modum grauari minime debuiſſent. Summa [a] enim præfixa fuerat, vobis vt audio, conſentientibus, quæ ab eiſdem ſacerdotibus pro labore [b] clericorum [c] dari debuiſſet. Atq; hoc, quod tunc placuit, ſicut nunc dicitur, minime cuſtoditur. Vnde fraternitatem veſtram admoneo, vt ſubiectis veſtris non graues ſtudeatis exiſtere.

Item Pelagius Creſconio Illuſtri.

Anſ. l. 6. c. 171. Poly. l. 4. tit. 21.

¶Secundum loci mediocritatem epiſcopis conuiuia parentur. C. X.

ILlud magnitudinem tuam minime volumus ignorare, quòd Syracuſanæ ciuitatis epiſcopus inter alia, quę in cautionum ſuarum pigna ſpopondit, hoc etiam ſpecialiter ſub interpoſitione pęnę [d] legitime promiſiſſe legitur; nunquam ſe a quolibet ſuæ diœceſis presbytero vltra duos ſolidos cathedratici nomine petiturum, nec per q̄libet aliam occaſionē quidquam in eius ſe diſpendio eſſe geſturum. Quod magnitudo tua, non ſolum a prædicto epiſcopo, ſed de omnium epiſcoporum Siciliæ perſonis competenti ſolicitudine cuſtodire non deſinat; nec ipſa quoque prandia enormia fieri, ſed ſecundum mediocritatem vniuſcuiuſque loci epiſcopo ad conſignationem venienti ſuſceptionis præparari conuiuium; quia nec eo prætextu pauperibus incuti damna volumus, aut qualibet ratione permittimus.

CAVSA VNDECIMA.

CLericus aduerſus clericum quęſtionem de prædiis agitauit, quem ad ciuilem iudicem producere voluit: reus non niſi ante iudicem eccleſiaſticum ſtare volebat; actor vero potentia ciuilis iudicis illum a poſſeſſione ſua deiecit. Quo audito epiſcopus eum ab officio ſuſpendit: ille contempta epiſcopi ſententia officium ſuum ad-

omnia ſeruentur, nec ſubiectis ſui graues in aliquo exiſtant.

a ¶Summa.] ſup. ead. q. 1. relata. ar. q̄ pactio interuenire pōt in ſpiritualibus [1] vt hic & 18. q. 2. Eleutherius. 12. quæſtio. 2. cap. quicunque. extra de deci. ex multiplici. quandoq; enim prohibetur tranſigi, vel paciſci. ſi tñ fiat auctoritate iudicis, tenet, vt extra de præben. niſi. ff. de his, q not. infa. furti § pactus ff. de tranſact. cum hi. §. ſi cui. Sed quare recipitur pecunia pro actu conſecrandi, vt hic dicit, & extra de ſim. cum ſit Romana, & non pro actu baptizādi? ideo dico ne aliqui propter paupertatē, vel auaritiā ſe ſubtrahant a baptiſmo, vt 1 q. 1. baptizandis.

b ¶Pro labore.] in 1. q. 2. c vlt. inf. 12. q. 2. charitatem.

c ¶Clericorū.] Qui laborant cum epiſcopo in viuificatione.

Pactio an in ſpiritualibus interuenire poſſit.

1 Verum eſt hoc, dūmodo ſit licita, vt 18. q. 2. Eleutherius. ſm L. ā hoc dixi 1. q. 2 q̄ pio. de hoc not. 100. di. ea. Arch.

ILlud.] CASVS. Syracuſanæ ciuitatis epiſcopus cū a Papa ordinabatur, ſub interpoſitione legitimæ pœnæ promiſit ſpecialiter quod ab aliquo clerico ſuæ diœceſis, vltra duos ſolidos pro cathedratico nihil eēt petiturus. Præcepit ergo Greg. Creſconio illuſtri vt faciat hoc obſeruari, non ſolū ab epiſcopo Syracuſanę ciuitatis, ſed etiā ab omnib. alijs Siciliæ epiſcopis: nec ipſa prandia enormia fieri ſinat: ſed ſecundū mediocritatē cuiuſcumq; loci viſitanti epiſcopo ea faciat p̄parari: ne ſub hoc prætextu dāna pauperibus inferantur.

d ¶Pœnæ.] Nota q̄ aliquis ſub pęna poteſt obligari in ſpiritualibus, vt 23. diſt. quamquam. 16. q. 1. ſtatuimus. 1. quæſtio. vlt quoties.

CLericus] CASVS In ſuperiori cauſa oſten

mediante legato anteceſſoris Greg. qui in Sicilia eccleſiaſticum patrimonium gubernabat, facta eſt compoſitio inter epiſcopos, & clericos, vt certa ſumma daretur epiſcopis quolibet anno cum eccleſias viſitarent: quam quia epiſcopi non ſeruabant, præcepit Gregorius, vt ſum eſt, quòd eccleſiæ cum omnibus ſuis poſſeſſionibus ad diſpoſitionem pertinent epiſcoporum, ſed quia poſſet aliquis dubitare ſub quo iudice clerici debeant conueniri: ſub eccleſiaſtico ſcilicet, an ſub ſæculari. ideo Gratia. hanc 11. cauſam ſubnectit, in qua oſtendit cleri-

Digitized by Google

miniſtrauit. Hoc comperto epiſcopus, ſine ſpe reſtitutionis in eum ſententiam dedit.

1 *Hic primum quæritur, vtrum clericus ante ciuilem iudicem ſit producendus.*

2 *Secundo, ſi producendus non eſt, an hac culpa ſit digna ſuſpenſione.*

3 *Tertio, ſi digna non fuerit, an contemptorem ſententię ſui epiſcopi irreparabiliter oporteat deponi.*

QVAESTIO I.

QVòd clericus[a] *apud ſæculares iudices accuſandus non ſit, Caius Papa epiſt. ad Fœlicem epiſcopum, cap. 2. ſcribit dicens.*

¶Apud ſæcularem iudicem nullus clericus conueniatur. C. I.

NEmo vnquam epiſcopum apud iudicem ſæcularem, aut alios † clericos accuſare præſumat. † *al. reliquos.*

PALEA. C. II.

j NVllus iudicum, neque presbyterum, neque diaconum, aut clericum vllum, aut iuniores † eccleſiæ, ſine licentia † pontificis per ſe diſtringat, aut condemnare prẹſumat. Quod ſi fecerit, ab eccleſia, cui iniuriam irrogare dignoſcitur, tamdiu ſit ſequeſtratus, quouſque reatum ſuum agnoſcat, & emendet.

Extra de foro compet. cap. 2. Capi l 6 c. 154. & l. 7. c. 139. Burc. l. 16. c. 22.

† *al. minores.* † *al. ſcientia] al. permiſſa.*

¶ *Apud Burchardum, & in aliquot Gratiani codicibus ex iјs, qui hanc paleam habent, & in Decretalibus tit. de foro compet. c. 2. citatur ex concilio Pariſienſi. cap. 10. Verum in concilio Rhemẽſi Trosleiano, cap. 6. refertur ex capitularibus: in quibus habetur bis, ideſt lib. 6. c. 154. & lib. 7. c. 139 Simile quid legitur in concilio Aurelianenſi 4. c. 20. & Antiſiodorenſi, c 43.*

Item Marcellinus Papa, epiſt. 2.

Et in conc. Aurelia. cap. 31.

clericos ſub eccleſiaſtico iudice eſſe conueniendos: qđ vt competentius oſtendat, thema proponit: de quo tres elicit quæſtiones.

QVòd clericus.] Hęc q. diuiditur in tres partes. In prima probat per 24. auctoritates, ꝙ epſ & quilibet clericus p clericos eſt iudicãdus, & non per laicos, niſi forsã eſſet incorrigibilis: quia actor debet ſequi forũ rei. Secunda ibi, [His ita.] Tertia ibi, [Ecõtra.] Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur prima quæſtio, qua quæritur, an clericus ante ciuilẽ iudicem ſit producendus Et diſtinguas, ꝙ cauſarum alia eſt criminalis, alia ciuilis, alia ſpiritualis. Criminalis eſt, vbi đ crimine agitur Ciuilis, vbi de poſſeſſionib. & pecunia agit. Spiritualis, vbi tractatur de reb. ſpiritualibus, ſcilicet de electione, de decimis, & primitiјs, & de iur. pat. & de vſuris. In quibus omnibus cauſis nunquam clericos debet conueniri ſub iudice, niſi ſub iudice eccleſiaſtico, vt inf. ea. nullus epiſcopus, & c. clericorũ, niſi ĩ cauſa feudi, vt extr. de iud. cæterum, & niſi ſit incorrigibilis, vt d. 17. nõ licuit. & in cauſa reconuentionis, vt ſu. 3. q. 8. cuiꝰ in agendo, & niſi Papa delegaret cauſam ſpiritualem, vel aliã laico, vt ſup. 10. q 3. illud. Laicus vero ſub iudice ſæculari debet conueniri, vt infra. ead. experientiæ, niſi in ſex caſib. Vel ſi conueniat epiſcopum ſuper rebus ſpiritualibus, vt extra de deci. quoniã, & 35. q. 6. epiſcopus Vel ſi conueniatur laicus de crimine eccleſiaſtico, vt infra ead. ſi quis cum clerico, & 6 q. 1. cap. 1. Vel niſi ſunt ruſticæ eccleſiæ, vt 89 diſtinct. iudicatum. Vel ſi iudex ſæcularis eſt negligens, vt 23. q 5. adminiſtratores, & quæſtio. 2. dominus noſter. Vel niſi ſit raptor rerum eccleſiæ, vt extra de fo. comp. cum ſit generale. Vel ſi ſuſpectus fuerit iudex ſæcularis, vel ſi habetur querela contra epiſcopum, vt in authen. vt diffe. iudi. coll. 11. §. 1. & 2. Et procedit hoc ordine in hac quæſtione. primo probat, quod clerici non ſunt conueniendi coram iudice ſæculari, vſque ad [§. Cum ergo.] Deinde probat contrarium, ſcilicet quod in ciuili cauſa coram ſæculari iudice ſunt conueniendi, in criminali coram eccleſiaſtico: quod allegando dicit. Tandem dat ſolutionem in [§. quia ergo.] in fine. Primum ergo cap. huius quæſt. planum eſt.

a ¶Quod clericus.] cauſarum alia eccleſiaſtica, alia ſæcularis. Eccleſiaſticarum alia ſpiritualis, alia criminalis, alia ciuilis. Spiritualis, eſt vbi agitur de decimis, vel matrimonijs. Criminalis vbi agitur de crimine eccleſiaſtico, ſcilicet hæreſis, vel vſurarum; cuius examinatio ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum, vt inf. ead. ſi qs cũ clerico. & 6. q. 2. c. 1. Alia eſt ciuilis ſiue pecuniaria, vbi agitur de rebus temporalibus. argu. ad hanc diſt. 16. q. 1. frater. Item ſæcularium alia eſt ciuilis, alia eſt criminalis. In his omnibus nunquam conuenitur clericus, niſi ſub eccleſiaſtico iudice, vt inf. eod. nullus epiſcopus niſi in tribus caſibus, vt in cauſa feudi, vt extra de iud. cæterum, & niſi ſit incorrigibilis, vt 17. diſtin. nec licuit. Item, & in cauſa reconuentionis. 3. q. 8. cuius in agendo Alios caſus potui inf. eo. clericũ nullus. Similiter nec laicus poteſt conueniri ſub eccleſiaſtico iudice niſi in caſibus v. vt ſi conueniat ipſum ſuper rebus ſpiritualibus, vt extra de iud. c. 2: & 3. Vel niſi ruſticæ eccleſiæ conueniantur, vt 89. diſtin. iudicatum. extra de app. ſi duobus. Vel vbi aliquis rapuerit res eccleſiæ: tunc potius ex conſuetudine quàm de iure conuenitur ſub clerico. extra de fo. comp cũ ſit. & c. ſi clericus. Itẽ ſi iudex laicus eſt negligens, extra de fo. comp. ex tranſmiſſa. & 23. q. 5. admini-

Cauſa eſt duplex.

Cauſa ſæcularis eſt duplex.

Laicus non cõuenit corã iudice eccleſiaſtico niſi in quinq; caſibus.

Digitized by Google

¶ De eodem. C. III.

Anſel. l.3.c.22.
Pann.l.4.c.31.
† *al. ſeculare iudicium*
1.q.7.laico.

CLericum α [a] cuiuſlibet ordinis abſque pontificis [b] ſui permiſſu nullus præſumat ad ſæcularem † iudicem attrahere: nec laico quemlibet clericum liceat accuſare.

α ¶ Clericum.] *In epiſtola Marcellini ſecunda, & concilio Aurelianenſi 3. vbi hoc repetitur. & in Pannormia ſic legitur,* Clericus cuiuslibet ordinis abſque pontificis ſui permiſſu nullum præſumat, &c. *Verum ob gloſſas, & citationes doctorum, nihil eſt mutatum.*

Item ex concilio Nicæno.

¶ *In concilio Nicæno hodie canon hic non habetur, ſed fuiſſe olim plures canones illius concilij ſupra diſt 16. c.*ſeptuaginta, *eſt adnotatum. quorum partem refert Iulius in reſcripto contra Orientales, vbi numero 34. habetur hoc caput: & ex eo citatur in Polycarpo.*

¶ Ab eis quiſque iudicandus eſt, quos ſibi iudices elegerit. C. IIII.

Poly.l.5.tit.4.
Pann.l.4.c.109.

IVdices autem alij eſſe non debent quàm quos ipſe, qui impetitur [c], elegerit; aut quos ſuo cum conſenſu hæc ſancta ſedes, aut eius primates [d] auctoritate huius ſanctæ ſedis delegauerint.

Item Valentinianus, Theodoſius, & Arcadius Imppp.

¶ Ad ſæcularia iudicia nullus clericus eſt pertrahendus. C. V.

In cod.Theod. l.16. tit. de epiſ.audien. cap.vlt.
Anſel.l.3.c 109.
Poly.lib.1. titu.19. & 11. quæſt.1.ſacerdotibus.
Hiſtor. eccleſiaſtic. lib.10.c.2. Ruffino auctore.
† *al. quia Dei ſolius iudicio reſeruamini*

COntinua lege ſancimus, vt nullus epiſcoporum, vel eorum, qui eccleſiæ neceſſitatibus ſeruiunt, ad iudicia ſiue ordinariorum, [e] ſiue extraordinariorum iudicum pertrahatur. Habent illi ſuos iudices; nec quidquam his, publicis eſt commune cum legibus. [f] *Item.* ¶ Conſtantinus Imperator præſidens β in ſancta ſynodo, quæ apud Nicæam congregata erat, cum querelam quorundam conſpiceret coram ſe delatam, ait: Vos à nemine diiudicari poteſtis: quia ad † Dei [g] ſolius iudicium reſeruamini.

β ¶ Præſidens.] *Quàm humiliter ibi ſe geſſerit Conſtantinus docet Euſebius 2 lib. de vita ipſius, cap. 10. Socrates lib. 1. cap. 5. Theodoretus lib. 1. cap 7.*

miniſtratores. Vel ſi ſuſpectus fuerit iudex ſæcularis. Vel ſi haberetur querela contra ipſum poteſt adiri eccleſiaſticus iudex, vt in Auth. vt diff. iud. collat. 9. §. 1. & 2. & §. penult. non tamen propter negligentiam eccleſiaſtici iudicis clericus poteſt conueniri coram laico iudice, vt extra de iudic. qualiter, in fine.

CLericum] CASVS. Duo in hoc c. prohibentur; ſ. vt nullus clericum ad iudicem ſæcularem trahat, maximè ſine cōſenſu ſui epiſcopi. Item quod nulli laico liceat clericum accuſare.

a ¶ Clericum] Etiam depoſitum, 1 vt 81. diſt. dictum. Nec etiam coniugatum 32. diſt ſi qui vero. Nec ob. extra de apoſtat. c 1. quia ibi loquitur cum talis non vult gaudere priuilegio clericali: quia forte ſit maritus viduæ: nam tunc perdit priuilegium, vt 84 diſt. quiſquis clericus. Idem dico de ſeruientibus, 2 & mancipijs clericorum, vt 89 diſt. indicatum & idem priuilegium habet familia quod dominus, vt extra de iudæ ad liberandam quia libertus forum patroni ſequitur ff. ad munic. aſſumptio 12 quæſt 2. eccleſiarum ſeruos. Item vxores clericorum: quia ſortitur forum vxor ex perſona viri, vt ff. de iuriſd. omn. iud. cum quædam. & eodem gaudet priuilegio vxor & filius quo clericus, vt C. de epiſc. & cle. l. 1. & 2. ſed illa, quę non eſt legitima vxor, non ſortitur forum à perſona viri. ff ad munic. de iure. §. vlt. Ioan. quòd dicit de coniugato, falſum eſt, vt extra, de cle coniug. Ioannes. & fortè idem eſt, in depoſito, cū ſit exauctoratus, vt 50. diſtin. accedens. B.

b ¶ Abſq; Pōtificis.] Hodie nec cum conſenſu epī poteſt, vt ext. de fo cōp. ſi dili gēti. aliàs ab officio ſuſpēditur, vt 3. q. 6. non liceat. præterea cauſam pdit, vt ꝭ. ea. inolita. & c. placuit.

IVdices] CASVS. Reus & actor contendebant de iudicibus eligendis. quæſitum eſt in Nicæno cōcilio, ad cuius petitionē debent dari. Et reſpondet, ꝙ illi iudices debent dari quos reus elegerit, ſupple, cum conſenſu alteri⁹ partis, vel illi quos ſedes Apoſtolica, vel eius primates delegauerint.

c ¶ Qui impetitur.] Arg. iudices eſſe dandos ad arbitrium rei vt hic, & 15. q. 7. ſi autem. & 3. q 6. peregrina. & 4. q. 5 qſquis Sed cōtra ff de iud. obſeruandū. vbi dicitur, quòd ille iudex non eſt dandus, quem altera pars nominatim petit. Sed potes ibi illud, altera, intelligere de actore, non de reo. 2 Vel dic, ſi nō poſsūt concordare actor & reus, tunc dabuntur ſm petitionem rei, vel ſupple. in omnibus iſtis iſtud, & actoris. Vel dic quòd hoc c. loquiť in criminali cauſa tūc n. ex plurib. epiſcopis poteſt eligere reus quem vult, vt 3. quæſt. 8. accuſatores.

Iudex an poſſit dari ad arbitrium rei.

2 Huic ſolutioni ob extra de offic. deleg. cū R. vbi eligit actor,

d ¶ Primates.] Id eſt, epiſcopi, qui concilium celebrat auctoritate Papæ 3

COntinua.] CASVS. Valentinianus, Theodoſius, & Arcadius conſtituerunt hac lege præſente, vt nec epiſcopus, nec clericus protrahatur ad iudicem ſæcularem ordinarium vel delegatum. Similiter Conſtantinus Imperator præſidens in Nicæna ſynodo, cum quidam coram eo de clericis conquererentur, ait clericos à nullo laico, ſed ab eccleſia iudicandos.

e ¶ Ordinariorum.] Id eſt, ad ordinarios, vel delegatos ab Imperatore.

f ¶ Cum legibus.] Quæ dicunt clericum poſſe trahi ad ciuilem iudicem, vt ꝭ. ead ſi quis cum clerico.

g ¶ Quia ad Dei.] Id eſt, clericorum, qui dij appellantur, vt ꝭ. ead. ſacerdotibus.

1 Cū adhuc habeat characterē, arg. 32 quæſt. 7. liciuè

2 Idem dicit hic L cuius fuit maior pars huius gloſ & hæc dicit motus canone eodē l. indicatū. Vxor ſequiť forum viri.

3 Vnde non intelligas in hoc demonſtrare Nicænam ſynodum: illa. n. non habuit primates: vel cum dr̄, hęc sāctā ſedes, intelligiť de ſede Romana Archid.

Nullus

Digitized by Google

[Item ex concilio Matiſconenſi primo, c.8.]

¶ De eodem. PALEA. C. VI.

ij NVllus clericus alium clericum ad iudicem ſæcularem accuſare, aut ad cauſam dicendam trahere quocunque modo præſumat: ſed omne negocium clericorum aut in epiſcopi ſui α, aut presbyterorum cum archidiaconi præſentia finiatur. Quod ſi quis clericus hoc adimplere diſtulerit; ſi minor fuerit, vno minus de quadraginta ictus † accipiat: ſi vero honoratior, triginta dierum incluſione mulctetur. Burch.l.16.c.21. † *al.ictibus*

α ¶ Aut in epiſcopi ſui.] *In concilio Matiſconenſi legitur,* aut in epiſcopi ſui, aut in presbyteri, aut in archidiaconi præſentia finiatur, *verum in prima collectione Decretalium Bernardi, tit. de foro competenti, c.2. caput hoc refertur eodem modo atque in hac palea.*

Item Marcellinus β epiſt.2. ad epiſcopos Orientales.

β ¶ Item Marcellinus.] *In vulgatis citabatur ex Bonifacio ad epiſcopos Galliæ, ſed in aliquot vetuſt s legitur,* Marcel. *Eſt enim hoc caput in ſecunda epiſtola Marcellini, & ipſi tribuit Iuo. ſequens autem eſt, quod in vetuſtis Gratiani exemplaribus, & à Burchardo & Iuone citatur ex Bonifacio ad epiſcopos Galliæ, vt ibi etiam dicetur.*

¶ De eodem. PALEA. C. VII.

QVæcunque contentiones inter Chriſtianos ortæ fuerint, ad eccleſiam deferantur, & ab eccleſiaſticis viris terminentur. Et ſi obedire γ noluerint, quouſque obediant, à liminibus eccleſiæ excludantur. Burch.l.3.c.139. Iuo p.3.c.205.

γ ¶ Et ſi obedire.] *Hinc vſque ad finem non leguntur in ipſa epiſtola; ſunt tamen apud burchardum & Iuonem.*

Item Bonifacius ad epiſcopos Galliæ.

¶ *Hoc adſcribebatur Marcello, ſed vt dictum eſt in proxima ſuperiore notatione, in vetuſtis codicibus Gratiani, & apud Burchardum, & Iuonem parte 5. c.278. tribuitur Bonifacio: & ſic eſt mutatum. Fere eadem habentur apud Iulianum anteceſſorem nouel.123.c 10. quod in alijs, quæ nomine Bonifacij citantur, ſolet euenire. Et Iuo eadem parte, c.369. hoc ipſum caput citat ex libro conſtitutionum, additis nonnullis verbis, quæ ſunt apud Iulianum.*

¶ Neque pro ciuili, neque pro criminali cauſa epiſcopus apud ciuilem iudicem producatur. C. VIII.

iij NVllus epiſcopus neque pro ciuili, neque pro criminali cauſa apud quemuis iudicem ſiue ciuilem, ſiue militarem producatur, vel exhibeatur. [a] Magiſtratus enim, qui hoc iubere auſus fuerit, amiſſionis cinguli [b] condemnatione plectetur. Auth. nullus epiſcopus. C. de epiſcopis & clericis. Burch.l.1.c.168. Iuo p.5.c.278. & 369.

Item Sylueſter Papa in ſynodo Romana, c.14.

¶ Quilibet clericus non eſt in publico examinandus. C. IX.

TEſtimonium clerici aduerſus laicum nemo recipiat [c]: nemo enim † clericum quemlibet in publico [d] examinare præſumat, niſi in eccleſia. Burch.l.2.c.204. Iuo p.6.c.278. Pann.l.4 c.89. † *al.etiam*

¶ I*n ſynodo Romana ſub Sylueſtro c.14. & in Pannormia legitur eodem modo atque apud Gratianum, ac propterea nihil eſt mutatum. Verum in epilogo eiuſdem concilij habetur:* Teſtimonium laici aduerſus clericum nemo recipiat. *Et eodem mo-*

NVllus epiſcop⁹. CASVS. Statuit Bonifacius Papa: vt nullus epiſcopus producatur in ciuili vel criminali cauſa ad ciuilem iudicem vel militarem: ſi vero iudex hoc iubere audeat, amittet omnia bona ſua, & à dignitate repelletur ſiue deponetur. Quæ autem ſequũtur, plana ſunt vſque ibi, [Epiſcopus nõ flagitetur. Honore,] id eſt, iure prætorio: vel honore iudicis, litigatoris. [Excepta,] id eſt, priuilegiata, vel excepta ab hac neceſſitate per leges.

a ¶ Vel exhibeatur.] Sed nunquid tenetur venire, & allegare forũ, vt extra de appell cum parati? no: quia citatio nulla eſt. Nam vbi quis citari non poteſt vel ratione perſonæ, vel ratione tẽporis, vel cauſæ: non tenetur venire, vt notaui 3. q.2. ſi epiſcopus. & q.1.c.2. & ff. de fer. l.prima. — Citatio nulla nõ arctat citatum.

b ¶ Cinguli.] Nota ꝙ eccleſiaſticus iudex priuat etiã laicum ſua dignitate, vt 32. quęſt. 5. pręceptum, in fi.

TEſtimonium.]

c ¶ Recipiat.] In cauſa criminali, vt extra de teſti. de cætero.

d ¶ In publico.] Scilicet foro 1 ſæculari ne ſit contra diſ.23. c. illud, inf. 15. q.5. cap.1.

1 Præcipuè cũ iſta c. de ſe expurgante loquant. hęc autẽ de teſte loquũtur. Archid.

a ¶ Nec

a ¶Nec honore.] ideſt, iure prætorio.
b ¶Ad teſtimonium.] a iudice ſæculari.
c ¶Excepta.] Ab hac neceſſitate.
d ¶Iureiurando.] Hæc ſunt verba Gratiani: nec dicit verum, nam epiſcopi bene tenentur iurare, vt 2. quæſt. 4. nullam. de ſuis miniſtris ad epiſcopum, vt propoſitis ſacroſanctis Euangelijs dicat veritatem prout nouerit, ſecundum quod decet ſacerdotes. Et a principio vſque ibi, [Sed iudex.] verba ſunt Gratiani, qui credidit, quod epiſcopus non debet iurare ſed certe iurat, ſed librum non

do legitur in capitulis Hadriani, cap. 72. in concilio Triburienſi, cap. 4. & ex ipſo apud Burchardum, & Iuonem.

Tit. 3. le. 7. & in cod. Theodoſ. lib. 11. tit. 39.

Item codicis lib. primo, titulo de epiſcopis, & clericis Imperator Theodoſius: [*Nec honore* [a], *nec legibus epiſcopus ad teſtimonium dicendum flagitetur.*] ¶*Item dixit. Epiſcopum ad teſtimonium* [b] *dicendum admitti non decet. Nam, & perſona dehonoratur* †, *& dignitas ſacerdotis excepta* † [c] *confunditur.*]

Ibidem.

† al. inhonoratur.

† al. exepta.

Nouella conſtitutio.

[*Epiſcopus non flagitetur ad teſtimonium iureiurando a* [d], *ſed Euangelijs tantum corā poſitis.*] ¶*Item:* [*Sed iudex mittat* [e] *ad eum ex ſuis miniſtris, vt propoſitis ſacroſanctis Euangelijs, ſciendum quid decet ſacerdotes, dicat quæ nouerit.*]

Nouella 123. §. præterea nulli] apud Iulianum nouel. 123. cap 9.
Iuo p. 5 c. 369.
Aut. ſed iudex cod. de epiſc. & clericis.

a ¶Iureiurando.] *Dictio hæc non eſt in nouella. Et verba Græca, quæ ad hoc faciunt ſunt hæc:* οὐδενὶ δὲ τῶν ἀρχόντων ἐξέσται τοὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους ἀναγκάζειν εἰς δικαστήριον παραγενέσθαι ἐπὶ τῷ εἰπεῖν μαρτυρίαν, *ideſt*, Præterea nulli magiſtratuum licebit Dei amantiſſimos epiſcopos cogere, vt præbendi teſtimonij cauſa in ius prodeant.

Item Sylueſter in epilogo concilij Romani.

¶Clericus ad ciuilem iudicem clericus perducens anathema ſit. C. X.

SI quis clericus accuſans clericum in curiam introierit, anathema ſit.

Subaudiendum eſt, ſi publicorum cognitio cognitionem petierit: epiſcopale namque iudicium nihil obeſt ab Imperatore poſtulare.

In Mileuitano c. 19 & in Afric. c. 71.

¶*In antiquis etiam codicibus citatur Carthaginienſe octauum, quo nomine refertur ſignificari concilium Mileuitanum, in quo caput hoc extat c 19.*

¶Proprio priuetur honore publici iudicij cognitionem ab Imperatore poſtulans. C. XI.

PLacuit, vt quicunque ab Imperatore cognitionem publicorum iudiciorum petierit [f], honore proprio priuetur. Si autem epiſcopale [g] iudicium ab Imperatore poſtulauerit, nihil ei obſit.

Sic & ſequentes [h] *auctoritates intelligēdæ ſunt, quib. clericorum cauſas non niſi clerici cognoſcere iubentur.*

Vnde Gelaſius Papa ſcribit Ezechiæ † *comiti.*

† al. Zeiæ.

¶A ſæculari iudice clericus non eſt audiendus.

C. XII.

CHriſtianis gratum ſemper debet eſſe quod ab eorū poſcitur dignitate præſtandum: quia Deo ſeruien-

tangit manibus: ſed manibus extenſis ſuper librum iurat; ſicut feci fieri in cā patriarchæ Graden. & epiſcopi Venetorū, qui iurauerunt de veritate dicenda: in qua aſſeſſor fui.
e ¶Iudex mittat] Extra, de teſti. q teſtiū. ff. de iureiur. ad perſonas.
PLacuit] CASVS. Dicitur hic, quod ſi aliquis ingreditur ad Imperatorem, vt ibi contra aliquem clericum cauſam tractet criminalem, deponi debet. ſi vero rogat Imperatorem, vt ſcribat epiſcopo, quod ſibi iuſtitiam faciat, non punitur.
f ¶Petierit] Ergo ex ſola correctione libelli perdit q̄s cām 1 & ſic eſt cōtra, ff. de in ius vocan. ſi libertas. & ff rem ra ha. l. amplius. vbi habes, quod non incidit in pęnam ſi deſiſtat ab agendo. Sic ergo videtur, quod quandoque cōfugitur ad ſęcularem iudicem propter deſidiam eccleſiaſtici iudicis, vt 16. q. 7. filius. ſicut econuerſo recurritur ad eccleſiaſticum iudicem a ſæculari, vt inf. 23 q. vlt. ſæpe & c. his & c. ſi vobis & extra de foro comp. licet. & c. ex trāſmiſſa. ſed non eſt hoc verum, vt extra de iud. qualiter. in fi.
g ¶Epiſcopale.] In his quæ ſpectant ad iudicium Imperatoris, vt extra de foro compe. verum. Vel intellige quod Imperator rogat epiſcopum cognoſcere de cauſa.
SIC ET SEQVENTES. CASVS. Superiores auctoritates prohibent clericum ante iuſticem ſæcularem protrahendum, ſic & ſequentes auctoritates ſunt intelligendæ.
h ¶Sic & ſequentes.] ideſt ſicut præmiſſæ auctoritates dicunt, quòd non niſi coram clericis ſint conueniendi clerici, ſic, &c.

1 Quod præcedit nō bñ colligitur ex textu, licet dicat quod priuetur honore: & ſm hoc non [illegible] qđ ſequitur.

Iudice eccleſiaſtico negligente nō recurritur ad ſæcularem.

nullam. & 3. q. 9 hortamur, ſed hoc eſt priuilegium eius, quod non tangit Euangelium, ſed tantum a longe manus eleuat verſus ipſum, videtur tamen quod ſecundum canones tenetur tangere Euangelium, vt 1. q 7. quoties. Io. Quod non debeat tangere, hodie determinatur extra de iur. calu. c. vlt. B.

Epiſcopus iurans non tenetur ſacra tangere.

EPISCOPVS NON FLAGITETVR. CASVS. Statuit Iuſtinianus in hoc cap. vt iudex mittat aliquem

CHriſtianis] CASVS. Hoc cap & ſequens de eadem, materia loquunt. Quidam manumiſit duos ſeruos ſcilicet

Digitized by Google

ſcilicet Fauſtinianum, & Syluestrum in pueritia ſua, & eo viuente facti ſunt clerici, poſt mortem cuius manumiſſoris Theodora, & filij ſui conabantur trahere illos, ante iudicem ſæcularem per archidiaconum Crumentinum, qui hoc à rege impetrauerat, vt in ſeruitutem redigerentur, ſuper quo cum conqueſti fuiſſent, præcepit Pa. Ezec. comiti in hoc cap. Chriſtianis, vt ſi aduerſarij eorum ad iudices delegatos a Pa. venire cõtemplerint, eos a violentia tueatur. [Depenſo.] Ideſt, tranſmiſſo. In c. ſeq. delegat cauſã Criſpino, & Sabino epis, narrando eis totum factũ, & præcepit eis, vt citent ad ſuum iudicium quiſquis illos voluerit cõuenire.] Per eorum abſentiam.] ideſt, dũ eſſent abſentes [Moderatoris] ideſt, iudicis ſæcularis. Promiſit iſte archidiacon' ꝙ ipſi ſtarẽt iudicio ſæculari [Calcatis.] .i. ſpreto iure eccleſiaſtico, & humano. a ¶ Cœleſtem militẽ] Clerici .n. milites Chriſti ſunt 1 23 q. vlt. reprehenſibile. b ¶ Cõtempſerint] ſi non veniunt ad iudiciũ iſti actores, in optione rei eſt an velit, vt circumducatur edictũ, vel quod admittantur probationes 2 ſuæ. ſed iudex auditis probationib. ſuis non pronunciabit eũ liberum, ſed ſeruum illius non eſſe, niſi euidẽtiſſimas probationes habeat, vt ff. de li. cau. diui fratres, vel iudex pt imponere actoribus perpetuum ſilentiũ. C. de ing ma. l. diffamari. c ¶ Refugit.] Sic 74. diſtinct. honoratur, & 3 quæſt. 9. decreuimus. d S Ilueſter.] ¶ Viuente] Hoc multum facit pro eis eũ pater eos non reuocauit, vt filij nõ poſſint reuocare, vt ff. de prob. Procula. e ¶ Patris] Secundũ legem antiquam hæres qui nõ adimplebat voluntatem defuncti, omni ſucceſſione priuabatur C de fideic. l. vlt. hodie autem hoc tenet in extraneo hærede; ſed ſi filius inſtitutus hæres non implet voluntatem defuncti, priuetur ſucceſſione, tel. ſta tamen ſibi legitima, vt C. de fideicom. authen. amplius, & forte lex præualet in hoc caſu huic canoni. Inn. tamen idem dicit quod hic dicitur. extra de vot. & vo. redem. licet in fi. vnde poteſt dici, ꝙ canon iſte corrigat authenticam. f ¶ In veſtro.] Aucto ritate enim epiſcopi voluntas defunctorũ mandat executioni ext de teſta. ſi hæredes 3.

1 Vel eccleſ. 2. 50 d. clericum.

2 Quibus ſe probarẽt ingenuos ff. de li. cau. ordi- ordinata ſm L.

Hæres non adimplès defuncti voluntatẽ qualiter puniatur.

3 Vbi de hoc intelligũt ꝙdam hoc in in relictis ad pias cauſas, vt patet in eo quod legi. & not. extra eo. tit. c. tua. verſ cũ igitur & ca. nos quidem in fi. Arch.

tibus beneficium negare non conuenit. Silueſter itaque atque Fauſtinianus, qui ſe a cunabulis clericos confitentur, a Theodora ſe opprimi per violentiam conqueruntur, quia dicunt ſe ingenuos, atque Deo auctore, priſtinæ conditionis nexibus abſolutos, in ſortem deterrimæ iterum ſeruitutis addici, & per auctoritatem regiam contra leges publicas, cum clericali cingulo tenerentur adſtricti per archidiaconum vrbis Grumentinæ eſſe conuentos; cum conſtet eum, qui cæleſtem militem [a] pulſat, non niſi eius forum debere ſectari. Et ideo dilecte fili depenſo ſalutationis affatu, ſupradictos clericos tibi commendo, vt ſi ad delegatorum iudicium, eorum aduerſarij † venire contempſerint [b], ſublimitatis tuæ tuitione valleantur: ne quid illis, aut ſurreptio, aut inimica legibus violentia neceſſitatis imponat: quia, qui iudicium refugit [c], apparet eum de iuſtitia diffiſum.

† al. aduerſaria venire contempſerit.

Idem Criſpino †, & Sabino epiſcopis.

† al. Criſpo.

¶ Non niſi ad epiſcoporum iudicium clericus vocetur. C. XIII.

Iuo p. 6. c. 108.

SIlueſter, & Fauſtinianus eccleſiæ Grumentinæ clerici lacrymoſa nobis inſinuatione conqueſti ſunt, libertatẽ ſibi domini ſui benignitate conceſſam, hæredem eius oppreſſione pulſari, ſibique in clericatus officio pene a cunabulis ſeruientibus, etiam manumiſſore viuente [d] in eodẽ actu nihilo minus conſtitutis, diuinis miniſteriis † impendere ſeruitium non licere, cum (ſi petitionem veritas ſubſequatur) contra patris [e], & auctoris ſui factum venientibus vt indignis, hæreditas legibus auferatur: nec eis liceat hæreditatem capientibus contra auctoris ſui proſilire iudicium. Et ideo, fratres chariſsimi, quoniam ſe etiam ab archidiacono dictæ eccleſiæ queruntur oppreſſos, qui per eorum abſentiam moderatoris iudicium promiſit eos eſſe ſecuturos, calcatis omnibus [rationibus †, & contra leges diuinas, & publicas pulſatis, forum ſuum putauit auferri; in veſtro [f] iudicio, quiſquis ille eſt qui clericum laceſſit, adueniat; vt eccleſiæ iura, quæ vetuſtis principes aſsidua ſanctione firmauerunt, imperitis clericis non negentur.

† al. myſterijs.

ſup. ea. Chriſtianis.

† abeſt à multis.

Item Alexander omnibus orthodoxis per diuerſas prouincias Chriſto Domino famulantibus, epiſt. 1. c. 1.

¶ Ante iudicem ciuilem ſacerdotes non accuſentur. C. XIIII.

Poly l. 1. tit. 2.

RElatum eſt ad huius ſanctæ, & Apoſtolicę ſedis apicem (cui ſummatum diſpoſitiones cauſarũ, & om-

R Elatum.] CASVS. Apoſtolus præcepit cauſas Chriſtianorum ad eccleſias deferri: ſed relatum fuit ad Apoſtolicam ſedem, ꝙ quidã æmuli Chriſti, & inſidiatores

Digitized by Google

tores eccleſiæ ſacerdotes apud ſæculares iudices accuſabant: quare etiam Papa ſcripſit omnibus Chriſtianis, quòd tales accuſatores præuaricantur in Deum, & non obediunt præceptis eius.

a ¶ Chriſtianorum.] Hoc obtinuit ſecundum primitiuum

Xperientia.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod ſi aliquis clericus vult laicum conuenire, apud iudicem prouinciæ ſæcularem, ſuas accuſationes proponat & ſi laicus vult clericum conuenire, ad epiſcopum propriũ recurrat, vel ad ſynodum conſtitutam, vbi quæſtio vertitur, i. vbi eſt res de qua agitũ, vel vbi crimen quod intendit. eſt cõmiſſum. Item dicitur in ſequẽti c. in quo ſupradicta probantur per regulam legis præcipientis actorem ſequi forum rei.

nium negotia eccleſiarum ab ipſo Domino tradita ſunt, quaſi ad caput ipſo dicente principi apoſtolorum Petro: [Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.] quòd quidam æmuli Chriſti, eiuſque ſanctæ eccleſiæ inſidiatores, ſacerdotes Dei ad iudices publicos accuſare præſumant: cum magis Apoſtolus Chriſtianorũ [a] cauſas ad eccleſias deferri, & ibidem terminari præcipiat. Taliter præuaricantes præuaricati ſunt in Deum ſuum, & non obediunt præceptis eius.

Matth. 16.

1. Cor. 6.

Item Pelagius Benegeſto Defenſori.

¶ Actor rei forum ſequatur. C. XV.

EXperientiæ tuæ præſenti auctoritate mandamus, vt in cauſis, in quibus quælibet eccleſiaſtici officij perſona loco petitoris exiſtit, quemquam laicum pulſatura apud ſuæ prouinciæ iudicem ſuas proponere actiones non deferat. † In ijs vero negotijs, in quibus eccleſiaſtici officij perſona pulſatur, totius ſubmoto pulſationis obſtaculo, ad epiſcopi, vel presbyterorum [b] in loco, vbi quæſtio vertitur, conſtitutorum occurrat indifferenter examen.

† Tex. eſt pro hoc in l. 1. & in criminali. C. de iuriſ. om. iud. & in l. fi. C. vbi in rem act. non detur.

Item † Sergio cancellario.

† *al. idem.*

¶ De eodem. C. XXI.

SI quiſquam clericus, ſiue inferioris, ſiue potioris gradus petitur exiſtat, & contra laicam perſonam ſuas dirigat actiones; iſte modis omnibus non alibi, quam apud prouinciæ iudicem negotium ſuum dicturus occurrat. Si quis autem laicus clericum cuiuſcumque gradus duxerit eſſe pulſandum, ad epiſcoporum iudicium in eadem ciuitate, vel territorio conſtitutorum proponat eis, quas ſe habere exiſtimat, actiones. Quem ordinem legib. per omnia conuenientem, atque conſentaneum demonſtrari illa regula [c] manifeſtat, quæ præcipit actorem forum ſemper ſequi pulſati. Clericis vero pulſatis in epiſcopali iudicio forum competere, principalium quoque ſanctionum deſignat auctoritas.

ſup. 3. q. 6. neminem

b ¶ Presbyterorum.] Hoc intelligit H cũ cauſa his delegatur ab epõ: alias epiſcopus ſolus iudex eſt ordinarius, vt ſup c. plona. Vel expone. vel pro &, vt 15. q 7. epiſcopus. Vel dic quod prælatus quilibet, q ex electione habet prælaturam, habet etiam iuriſdictionẽ, vt ext de off ordin. cum ab eccleſiarũ. ext. de elect c. 1. ſed qui nõ eſt electus ab vniuerſitate, vel collegio, non eſt iudex ordinari⁹. iudicẽ. n. facit aut conſenſus populi, vt 93. diſt. legimus in fi. & in authẽ. de defen. ciui §. interim, colla. 1. aut cõſuetudo, vt 9. q. 3. conqueſtus. C. de eman l. 1. & l. fi.

c SI quiſquam.] ¶ Regula.] Quæ eſt ſupra 3. quæſt. 6. neminem. C. de iuriſdictione omniũ iudicum, iuris ordinem.

Item ex concilio Agathenſi, c. 32. legitur.

¶ Epiſcopo non permittente apud ſæcularem iudicem clericus pulſari non debet. C. XVII.

2 CLericum nullus præſumat apud ſæcularem [h] iudicem, epiſcopo nõ permittente, pulſare: ſed ſi pulſatus fuerit, non reſpondeat, vel † proponat [c]: nec audeat criminale negotium in ſæculari iudicio proponere.

Iuo p. 6. c. 367. inf. ea. clericum nullus.

† *al. nec.*

SI quis vero non obediat epiſcopo, extollere atq; exaltare ſeſe deſiderans, quærens etiam obumbrare merita epiſcopi ſimulata affectione † doctrinæ aut humilitatis, aut miſericordiæ; is a vero deuius ſuperbit: quoniam veritatis ea eſt regula, ut nihil facias commendandi [b] tui cauſa †, quo minor alius fiat: neque ſi quid boni habes, id ad deformationem [c] alterius, & vituperationem exerceas. ¶Non defendas improbum, & ſancta in-

† Cõcor. cũ hoc tex. iuncta ſua gl. 1. l. nam hoc. ff. de cond. indebi. & l. nec auus. C. de eman. li.

SI autẽ.] CASVS. Docet hic Clemẽs, ꝙ oẽs clerici & principes & populi ſi epĩs non obediãt, infames erunt & ab eccleſia repellũtur. Sequens c. patet.

a ¶Principes.] Ergo Imperatores ſubſunt epiſcopis, & ab eis poſſũt excõicari 96. diſt. duo mitius tñ cum eis r. agendum eſt, quam cum alijs, vt 12. q. 2. de rebus. & ſi in plurib. epõpatib. habet Imperator domicilium quilibet poteſt eum excommunicare. ff ad muni. aſſumptio.

Imperator ab epõ excõmunicari poteſt.

1 Adde arg. cõtra ſu. e. q. ꝑcipue. ver. deterius. 25. q. 1. nulli. Arch.

SI quis.] CASVS. Hoc c. diuidiĩ in tres partes. In prima parte diciĩ, ꝙ nullus dẽt ſuperbire cõtra ſuum epm exultando: nec aliqd facere ſimulãdo, vt eius auctoritatẽ obumbret quia regula veritatis eſt, vt nullus faciat aliquid cõmendãdi ſui cauſa, vt alius vĩtuperetur. In ſecunda parte diciĩ ꝙ improbus defendi non debet, nec improbo ſancta debent cõmitti. In tertia parte diciĩ, ꝙ iterũ redargui & impugnari nõ debet, cuius crimẽ eſt incognitũ. Scđa pars incipit ibi, [Non defendas improbum.] Tertia ibi, [Neque iterum.

b ¶Cõmẽdandi.] Nã aliorũ honores alijs nõ debẽt eſſe occaſio nocendi, vt C. de ſta & ima l. vlt. nec aliqs dẽt illud appetere, per qđ honor aliorũ minuaĩ, vt 99. d. nullus: nec tibi debes cõſulere cũ alterius iniuria 22. q. 3. primũ. nec aliqd facias ĩ domo tua, qđ vicino noceat: vt ff. reg. iur domum. ſi tamẽ facias aliqd eo propoſito, vt tibi ꝓſit, licet alij noceat: non peccas arg ff. de aqua pluia arcen l. 1. §. [Denique.] ff. de danno infecto, fluminũ. §. vl. & l. ſeq.

c ¶Ad deformationem.] C. de ſta. & ima. l. vlt.

Digitized by Google

a ¶ Iterum arguas.]id eſt, multoties.

ABſit.]CASVS. Quidam ſubditi propter ſuſpicionẽ dilectorum ſuis epiſcopis non obediebant. vnde quæſitum fuit ab Antero Papa, quam pœnam pati deberent. Et reſponſum eſt, quod in veteri lege tales lapidabantur, vel decapitabantur. ſed in nouo teſtamento debent anathematizari.

b ¶ Siniſtrũ.]Hoc eſt verũ in his quæ poſſunt trahi ad bonũ & ad malum: vbi ſp in meliorem partẽ eſt interpretandum, vt 41. diſt. cap. 1. & extra de reg. iur. eſto te. Si ergo cleric⁹ amplectitur mulierẽ, interpretabit quod cauſa benedicendi eam hoc faciat, vt 96. diſt. in ſcripturis. tamen quandoque canon ſolam conſabulationem interpretatur in deteriorem partem, vt 12. q. 1. nec aliqua.

Clericus amplectens mulierem præſumitur bene agere.

c ¶ Aut gladio.]Hic habes, quod olim inobedientia capite puniebatur. ergo & hodie repelleretur a promotione. 54. d. multos. non tñ quælibet inobedientia capite puniebatur: ſed ſola illa, quæ ſchiſma inducebat, vt 7. q. 1 denique. & in fi. & de hoc notaui. 4 q. 1. in prin.

Inobediẽtia an ſit capite punienda.

d ¶ Dæmonũ.] Hoc olim fiebat ad literam 1. hodie tamen Satanę traditur, vt citius conuertatur, vt inf. c. audi in princi. & c. omnis Chriſtianus.

1 Vt 45. diſt. §. Salomon.

qui ſcelerate. qñque infligitur a ſacerdote loco pœnæ eo vult pœnitere, qñq; a canone, ſ. cum quis cõicat excõicato. in his duobus caſibus eſt neceſſaria reconciliatio, vt inf. ea. excellentiſſimus. 50. d. in capite. Si ergo quis ſit excõmunicatus, ſemp a ſuo excõicatore eſt abſoluendus.

Excõicatus a quo eſt abſoluendus.

digno committenda † non arbitreris. ¶ Neque iterum [a] arguas †, & impugnes eum, cuius crimen non deprehenderis.

† al. committendo arbitreris.

† al. vrgeas.

Item Anterus Papa epiſcopis Hiſpaniæ.

¶ Epiſcopo non obediens, dæmonum ore diſcerpitur. C. XIIII.

Hieronymus ad Heliodorum.

ABſit, vt quidquam ſiniſtrum [b] de hisarbytremur †, qui Apoſtolico gradui ſuccedẽtes, Chriſti corpus ſacro ore conficiunt: per quos nos etiam Chriſtiani ſumus: qui claues regni cœlorum habentes, ante † iudicij diem iudicant. Veteri quidem lege habetur: quicumque ſacerdotibus non obtemperaſſet, aut extra caſtra poſitus lapidabatur a populo, aut gladio [c] ceruice ſubiecta contemptum expiabat cruore †. Nunc vero inobediens ſpiritali animaduerſione † truncatur, & eiectus ab eccleſia rabido dæmonum [d] ore diſcerpitur.

† loquar.] orig.

† quodammodo ante] Hiero.

Deut. 17.

† mucrone] Hier.

† Adde ad hoc text. in l. 3. § qui ſtationis. & §. in bello. ff. de re milita- ri.

Item Petrus in ordinatione Clementis.

¶ Quibus Papa eſt inimicus, his nec loqui debemus. C. XV.

Clemens epiſt. 1.

SI inimicus [e] eſt iſte Clemens alicui pro actibus ſuis; vos nolite expectare, vt ipſe vobis dicat, &c. *vt ſupra in tractatu ordinandorum. vbi agitur de obedientia minorum erga maiores.*

Anſ. l. 1. c. 6. Iuo p. 13. c. 22. d. 93. inimicus.

Item Fabianus epiſcopus, epiſt. prima.

¶ Excommunicatus eſt, qui excommunicatis communicat. C. XVI.

SIcut Apoſtoli [f] ſtatuerunt dicentes: [Cum excommunicatis non eſt communicandum: & ſi quis cum excommunicatis, auerſando † [g] regulas, ſcienter ſaltem [h] in domo [i] ſimul locutus fuerit, vel orauerit [k]; ille communione [l] priuetur.]

can. Apoſt. 11. Burc. l. 11. c. 35. Pann. l. 5. c. 95. † al. auertendos

SI inimicus]CASVS. Dicitur hic, quod ſi Papa eſt alicui inimicus, omnes debent eum vitare, nec debent expectare, vt ipſi moneantur a Papa. Hoc planius habetur ſupra 93. d. ſi inimicus.

e ¶ Si inimicus] Ab hoc loco incipit tractare de duplici excommunicatione. Et no. quod quædam excommunicatio eſt ſimplex ſiue minor, quæ ſeparat a ſacramentis, & ab ingreſſu eccleſiæ. Alia ſolennis, quæ proprie dicitur anathema, quæ ſeparat etiã a cõione fidelium. De vtraque iſtarum hẽs 3. q 4. Angeltrudã. Maior excõicatio imponitur, vel pro maiori crimine, vel pro cõtumacia. Minor infligitur, p quolibet mortali, vt inf. ea. audi. & imponitur ſiue pœnitenti, ſiue nõ pœnitẽti: vel a ſeipſo 2, vel a ſuo ſacerdote loco pœnę: pœnitens tñ melius facit ſi auctoritate ſacerdotis abſtinet a ſacramentis, vt de pœn. diſt. 1. in actione. Impœnitenti autem imponitur quandoque a Deo: ſ. quando eſt in mortali peccato tunc n. quantum ad Deum priuatus eſt ſacris, vt infra ea. audi qñq; a ſeipſo, & male, ſ. cum non vult pœnitere & ceſſat a ſacramentis, quia hoc ſibi putat ſufficere pœnam ſine pœnitentia, vt de pœn diſtin. 1. ſunt qui arbitrantur ſed ſi non putat ſibi ſufficere, ſed abſtinet quia putat ſe indignum, beneſacit, vt de conſecr. diuid. tur,

'Excõicatio duas habet ſpecies.

2 Vt de pœ. d. 1. porro alias incipit, facilius. inf. c §. euidenter Arch.

dus, niſi vel ſit appellatũ ab eo, vel ipſe ſit negligens, vt dixi ſu. ea ſi epiſcopus forte. Sed ſi canone eſt excommunicatus, poteſt abſolui a ſuo ſacerdote, ſecundum diſtinctionem, extra de ſent exc nuper. Hæc autem pœna eſt non ſeruantis excommun icationem. Si clericus eſt, deponitur, vt ſup ead. ſi quis presbyter. ſi laicus, tardius abſoluitur. infra ea qui iubente.

SIcut Apoſtoli.] CASVS. In hoc c. & tribus ſequẽtib. fere idem dr, ſ. quod cum excõicatis ſcienter non cõicetur. ſi q vero eis cõic nuerit, vel palam, vel occulte, ſi clericus eſt, deponatur, ſi. laicus eſt, excõmunicetur.

f ¶ Sicut Apoſtoli.] Paulus ſtatuit 2. q. 1. multi. & Ioan. 24 q. 1 omnis.

g ¶ Auerſando.] id eſt, contemnendo.

h ¶ Saltem.] Nedum a ſibi.

i ¶ Domo. ¶ id eſt, ſub eodẽ tecto, vt 35. q. 6 epiſcopus in ſynodo. largius ſumi tur domus. ff. ad Sill l. 1. §. e.

K ¶ Vel orauerit.] Si ergo excommunicatus intrat eccleſiam, omnes exibunt, vt 24. q 1. omnes, qui. ſacerdos tamen ſi incipit Miſſam, non exibit, quia nõ relinquet officium inexpletum, 7. q 1. nihil.

Excõicatus non intret eccleſiam.

l ¶ Communione] Scilicet maiori, quia iam inciderat in minorem, ſup. ea. q. ſi quis presbyter.

Excom-

Digitized by Google

Excõicatus an poſſit abſolui aduerſario ignorante.

1 Ar. ad hoc extra. lib.6. de app. Romana. §.ſententia .quia merita cauſarum, &c. extra de in integ. reſt. eum ex litteris, Arch.

a EXcommunicatos. [vtriuſq.] Scilicet, excommunicãtis & excommunicati. Per hoc cap. dixerunt quidam, quod ignorante aduerſario non poſſet excommunicatus abſolui: quod falſum eſt, vt extra de ap. qua fronte, niſi pro crimine ſit excommunicatus. tunc tunc enim oportet vt primo ei ſatisfaciat, vt extra de verb ſig. ex parte 1. in fi Vel dic, quod ſi iudex ad querelam alicuius excommunicauit aliquem; tunc non abſoluet eum antequam ab aduerſario intelligatur, an ſit pro manifeſto delicto excõicatus, vel nõ, vt inf e ſeruetur ſi autem iudex non ad alicuius querelam excommunicauit aliquem tunc ſuperior ipſum ſtatim poteſt abſoluere, vt in conſt. Inno. ex de app. cum ſpeciali.

b ¶ Nec aue.] 24. quæſt. 1. omnis qui recedit.

α ¶ Saltem.] *In epiſtola Fabiani eſt*, ſcienter pſallat in domo, aut ſimul locutus, &c. *Sed lectio Gratiani videtur magis conſentire cum canone Apoſtolico*, εἴτις ἀκοινωνήτῳ, κἂν ἐν οἴκῳ, συνεύξηται, οὗτος ἀφοριζέσθω, *quæ Dionyſius vertit*; Si quis cũ excommunicato, ſaltem in domo orauerit, iſte communione priuetur.

Item Calixtus Papa epiſtola ſecunda, cap.2.

¶ De eodem. C. XVII.

† al. quoſque,

Polyc.l.7. tit.1. Anſ.l.12. c.14. Burc.l.11.c.38. Iuo par.14.cap.23.& 102. Pann.l.5. c.94. can. Apoſt.11.

EXcommunicatos quoſcumq, † à ſacerdotibus nullus recipiat ante vtriuſque [a] partis iuſtam examinationẽ: nec cum eis in oratione, aut cibo, aut potu, aut oſculo cõmunicet; nec aue [b] eis dicat: quia quicunque in his, vel alijs prohibitis, ſcienter excommunicatis communicauerit; iuxta Apoſtolorum inſtitutionem, & ipſe ſimili excõmunicationi ſubiacebit.

Item Iſidorus in regula monachorum, c. 18.

¶ De eodem. C. XVIII.

Polyc. ibidem. Burch.l.11.ca.31. & 32. Anſ.l.12.c.16. Iuo p 14. ca.95. & 96.

CVm excõmunicato neque orare, neq; loqui (niſi quę ad eandem excommunicationem pertinent) nec veſci liceat. Si quis enim β cum eo aut palam, aut abſconſe locutus fuerit; ſtatim cum eo communem excommunicationis contrahet pœnam.

¶ *Prior pars huius capituli vſq; ad verſ.* Si quis enim *habẽt in regula ſancti Iſidori (quæ miſſa eſt ex Hiſpania) cap 18. ex qua citat hoc* Smaragdus *in expoſitione regulæ ſancti Benedicti, c.26. excepta tamen iſta clauſula*, niſi quæ ad eandem excommunicationem pertinent, *quæ neque in regula B. Iſidori legitur, neque apud Smaragdum.*

β ¶ Si quis enim.] *Hæc vſq; ad finem refert Smaragdus ex quodã magiſtro monachorum, quod notabitur infra ea.c. ſi qs frater.*

c CVm excõmunicato. ¶ Statim.] Ergo eſt canon iſte latæ ſẽtẽtiæ minoris excõmunicationis 2. præterea ſi non corrigit ſe, excommunicatur per ſententiam, vt inf ea c proxi.

2 Sic inf. ſic quis frater. Arch.

Item ex concilio Carthaginenſi 4. c.73.

¶ De eodem. C. XIX.

Polyc. ibidem. Anſ.l.14. c.18. Burc.l.11. c.44 Iuo par 14.cap.28.& 108. Pann.l.5. c.99.

QVi communicauerit, vel orauerit cum excommunicato; ſi laicus γ eſt, excommunicetur [d]; ſi clericus, deponatur.

γ ¶ Si laicus.] *Ita apud Burchardũ, & Iuonem par.14.c.108. & in Pannormia. Sed in concilio ipſo cũ varijs codicibus collato, & apud Iuonem eadem parte.c.28. legitur*, ſiue clericus, ſiue laicus, excommunicetur.

d QVi communicauerit ¶ Excommunicetur.] Si communicat in crimine & criminoſo, eſt pari excommunicatione cum ipſo ligatus, nec põt abſolui niſi ab excõicatore: ſed ſi communicat ei ſed non in crimine: tunc poteſt à ſolo ſacerdote abſolui. extra ea. nuper.

Item ex decreto Honorij Papæ.

¶ *Burchardus etiam, Anſelmus, &* Iuo *p.14.c.113. citant ex decretis Honorij. Sed idem* Iuo *eadem parte, c.65. hoc ipſum tribuit Ioanni octauo in concilio apud Rauennam.*

Polyc. ibidem. Anſ.l.14. c.18. Burc.l 11. c 44. Iuo par 14 ca.65.& 118.

¶ Excommunicatorum nomina vicinis omnibus palam, & publice annuncientur. C. XX.

† al. omnium.

CVræ ſit omnibus epiſcopis [e] excommunicatorũ omnino † nomina tam epiſcopis vicinis, quàm ſuis pa-

CVræ.] CASVS. Dĩ hic ꝙ epi nomina excõmunicatorũ debent tã vicinis epis q̃ ſuis parochianis idicare vt eis nõ communicent. debẽt etiam ex præ foribus eccleſiæ ponere, vt nec ſui parochiani nec extranei poſſint aliquo modo prætendere ignorantiam, & excõmunicati eccleſiaſtico aditu excludantur.

e ¶ Epiſcopis.] Hic habes ꝙ literis epi creditur, & habes expreſſe extra de proba poſt ceſſionem. & inſtrumẽtis aliorum principium creditur ſi conſuetudo regionis hoc habet, vt extra de fi. inſtru cum dilectus. Sed obijcitur cum viua vox potior ſit quã mortua, quare non creditur verbo epi in talibus, vt 6.q.2 ſi tantum. & c placuit. nec Papa epo credit, qui dicit ſe excõicaſſe alium, vt extra de reſtit. cum

Literis epiſcopi an ſit credendum.

Digitized by Google

tu fili. qñq; .n. elogia ex mala fide ſcribuntur vt ff. de cuſto. & exhi. re. diuus nec ſcripturæ tabellionis creditur, niſi habeat teſtium ſubſcriptionem, vt in authen. de hære. & fal. §. ſancimus. coll. 1. nec inſtrumento procuratoris. extra de procu. cap. 1. nec inſtrumento iudicis, vt extra de teſtibus, cum à nobis. 1. Et H. dicit ꝙ ſemper ſtatur ſigillo epi, quia obtinet vicem publici inſtrumenti extra de ſide inſtru. ſcripta. & de fideiuſ. peruenit. Alij dicũt, ꝙ non creditur ei niſi redactũ ſit in publicam formam, vt in authen. vt nulli iud. §. ſi vero. colla 9. & C de don. in donationibus. Vel niſi habeat ſubſcriptionẽ teſtiũ, & ſi nõ ſi per publicam manum factum quia forte ibi non ſunt publicæ pſonæ, vt 26. q. 2. § poteſt. Hodie expeditum eſt circa ordinem iudiciorũ, quod non præſumitur pro iudice niſi quantum alias probari poteſt. extra de proba. quoniam contra. in omnibus alijs præſumo ꝓ ſententia iudicis, ſ. quod ſit iuſta ex animo & ex cauſa, & quãtum ad ius ligatoris vt conſtitutione, cũ ſpeciali extra de appel.

Primo qñ quis anathematizatur. ſicut fecit Paulus de fornicatore Corinthio, quem tradidit ſatanæ in interitum carnis, vt ſpitus eius in die iudicij ſaluaretur, quod non ſolum per Apoſtolos, ſed per eos qui in eccleſia præſident, ſit quotidie: & dñr homines tradi ſatanæ,

ſ Hæc decr. loquitur in ciuitate Beneuentana, vbi notarij dñr iudices & hoc eſt veritas ſm Innocen.

rochianis pariter indicare †, eaque celebri loco poſita præ † foribus eccleſiæ cunctis cõuenientibus inculcare: quatenus in vtraq; diligentia, & excommunicatis [a] vbique eccleſiaſticus aditus excludatur, & excuſationis cauſa omnibus auferatur.

†al. pro

† Concor. tex. in l. monumentorũ. cum gl. C. de religio. & ſump. fu. & l. inſtra & l. rõnes C. de probatio.

2 *Verũ hoc de nominatim excommunicatis intelligitur. Excõmunicationis enim pœnã dupliciter ſubimus & dũ reatum incurrimus & dum ſententia notamur.*

Vnde Hieronymus in librum Iudicum, homilia ſecunda.

Origen. hom. 2. ad c. 2. Iudicum.

¶*In hoc & ſequenti capite citatur B. Hieronymus, quòd ipſe has Origenis homilias Latinas fecit, ſicut etiam ſupra diſt. 36. c. ſi quis. eſt adnotatum.*

¶Duobus modis aliquis ſatanæ traditur. C. XXI.

AVdi denique Apoſtolum dicentem de eo, qui peccauerat: [Tradidi, inquit, huiuſmodi hominem ſatanæ in interitũ carnis, vt ſpiritus ſaluus fiat,] Vides ergo, quia non ſolum per Apoſtolos ſuos tradidit Deus delinquentes in manus inimicorum; ſed & per eos, qui eccleſiæ præſident, & poteſtatem habent non ſolum ſoluendi, ſed etiã ligandi, traduntur peccatores in interitum carnis, cũ pro delictis ſuis à Chriſti corpore ſeparãtur. Et vt mihi videtur, dupliciter etiam nunc traduntur homines de eccleſia in poteſtatem zabuli. Vno modo quo ſuperius diximus, cum delictum eius manifeſtum ſit eccleſię, & per ſacerdotes de eccleſia pellitur, vt notatus ad omnibus erubeſcat: & cõuerſo cõueniat illi illud, quod ſequitur, [vt ſpiritus ſaluus fiat in die Domini noſtri Ieſu Chriſti] Alio aũt modo quis traditur zabulo, cum peccatum eius manifeſtum non eſt hominibus: Deus autem qui videt in occulto, perſpiciens eius mentem, & animam, vitijs ac paſſionibus ſeruientem, & in corde eius non† ſe diligi, ſed aut auaritiam aut libidinem, aut iactantiam, vel alia huiuſmodi; iſtum talem ipſe Dominus tradit ſatanæ [b]. Quomodo eum tradit ſatanæ? Diſcedit à mẽte eius, & auertit ſe, & refugit à cogitationibus eius malis, & deſiderijs indignis, & relinquit domum cordis eius vacuam.

1. Cor. 5.

Ibidem.

†non ſolum amorem ſæculi, ſed orig.

Cum ergo per ſentẽtiam quis nominatus fuerit; cũ eo communicare non debemus. Cum autẽ ſolo reatu, occultè excommunicationis contraxerit pœnã; nõ eſt ab eius cõmunione ceſſandũ. Vnde Dominus in Euãgelio tunc demũ peccatorem dixit habendum ſicut ethnicũ & publi-

Matth. 18.

a ¶ Excommunicatis.] Arg. quod contra ea quæ publicè facta ſunt, nemo poſtmodũ audiẽdus eſt, vt 8. q. 1. licet. 54. diſt. nulli, 16. diſt. quod dicitis. 22. qõ. 4. qui & humanis Arg. contra 82. diſt. propoſuiſti in fi.

VERBVM. Hæc eſt ſecũda pars q. in qua vult probare, ꝙ non tenemur vitare oẽs excõicatos, ſed illos ſolos, qui ſunt excõicati nominatim: & ponit multos modos excommunicationis. & hoc probat per 7. auctoritates ſanctorum patrum. Ioan. de Fant.

CASVS. Dictum eſt ſu. quod excõicatis non eſt cõicandum. Nunc vero dicit hoc eſſe intelligendum de nominatim excõicatis, quibus non eſt cõicandum. Et oſtẽdit Gra. quod dupliciter qui excõmunicatus ſit, ſ. à communione fidelium, cui nunquam eſt cõicandum, & à corpore Chriſti propter mortale peccatum quoſt egit, cui quãdiu toleratur ſine peccato communicamus, quod probat per ſequens c.

AVdi deniq;] CASVS Oſtendit Hieron. in hoc cap. quod dupliciter dñ quis excõicari, & tradi ſatanæ, tanæ, cum à tota eccleſia ſeparantur. Secundo non excommunicatus quis vel traditur diabolo. cum per occultum peccatum, quod ſolus Deus in abſcondito videt, ſeparatur à Deo. [Vacuam] à gratia Dei.

b ¶ Satanæ] Satanæ dicitur tradi, quia diabolus in eo habet poteſtatem quaſi in pecore ſuo, vt 24. q. 1. § his. auctoritatibus in fine.

CVM ERGO CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis c. quod cum nominatim excõicato communicare non

Digitized by Google

non debemus. quod probat duabus auctoritatibus, ſ. Euangelij & Pauli Apoſtoli: cum eo vero, qui propter mortale delictum quod commiſit, eſt excõicatus, poſſumus communicare: & hoc probat auctoritate Vrbani.
a ¶ Quidam.] Infra 24. quæſt. 2. cap. 1. Nolite

ſiue de terra promiſſionis vſque ad hodiernum diem, qui ſpiritualiter ſignificant malos Chriſtianos, quibus eccleſia communicat. Et auctoritate Euangelij, vbi dr, ꝙ zizania non ſunt eradicanda, vel eruenda à frumento, ne ſimul eradicetur & triticum, per quam zizaniam deſignatur, ꝙ occulti peccatores debẽt ab eccleſia tolerari, de quibus dicit Nolite mittere ſanctũ canibus, neque margaritas ante porcos. Manifeſti autẽ peccatores ſi incorrigibiles ſunt, non debent in eccleſia tolerari. [Patiamini,] tolerando malos manifeſtos. [Faciatis] eijciendo malos occultos. Beneuent. tamen dixit in caſu ſuo, quod occulti & manifeſti peccatores ſunt tolerandi, ſed litera contradicit Beneuent.
b ¶ Oſtendat] Supple qui hoc ad literã vt intelligere.
ADDITIO Nec ſemper etiã ad literam intelligendę ſunt auctoritates. de cõſecr. diſtin. 2. acceſſerunt. 37. diſt. relatum. 33. quęſt 4. ecce argum. extra de verb ſignif. præterea ff de leg 3. non aliter. 26. qo. 5. nec mirum. Archid.
c ¶ De zizanijs.] Id eſt de occultis peccatoribus.
d ¶ Vtraq; creſcere.] Id eſt, malos eſſe cũ bonis.
e ¶ Triticum.] Arg. ad quæſtionem, vbi vnus interfectus eſt ab vno de tribus. ſi dubitat a quo: quod ratione dubitationis omnes debeant promoueri: quia ratione dubitationis vitioſa & ſuperflua tolerantur. 13. q. ſecunda, non æſtimemus. extra de ſepul. ſacris, ſimile 14 q. 5. denique. & ſanctius eſt impunitũ, &c. ff. de pœn. abſentem. arg. contra de pęn. diſ. 5. ſi quis vero. ff. ad le. Aquil. ita vulneratus, 6. q. 2. ſi tantum, & cap. placuit. Item eſt hic argum. quod ratione connexionis permittitur, quod

1. Cor. 5. — Vide infra eo. cap. ad menſam.] in notatione. — 24. q. 2. ſané quod.

canum, cum eccleſiam audire contempſerit. Apoſtolus quoque non ait: ſi quis frater eſt fornicator: ſed, ſi quis frater nominatur fornicator, &c.) ſententia nominationem intelligens. Hinc etiam Vrbanus Papa II. Guitmundo epiſcopo: (Sane quod ſuper Ricardo) Require in cauſa: (Quidam [a] epiſcopus in hæreſim lapſus.) Hinc etiam Chriſtus in Euangelio zizania dixit eſſe toleranda vſque ad meſſem. — *Matt.* 13.

Hinc etiam Hieronymus. — Origenes hom. 21. ad c. 15. Ioan.

¶ Mali à bonis penitus ſeparari non poſſunt.

C. XXII.

NOlite recedere à Domino in hodierno † die.) hoc eſt, donec ſæculum ſtat: oſtendat [b] ergo mihi, quomodo Hiebuſæus, donec ſæculum ſtat, habitet cum filijs Iuda in Hieruſalem: quippe cum ne ipſi quidem filij Iuda habitent in Hieruſalem. Ideo ergo nec iſtud verum eſſe poterit, quòd Hiebuſæi cum Iudæis habitent in Hieruſalem, quandoquidem ne ipſi quidem habitant in ea. Sed nos intelligamus hæc ſpiritaliter, aſſumentes Euangelij parabolam, quæ dicit de zizanijs [c]: (Sinite vtraque creſcere: [d] ne forte cum vultis eradicare zizania, eradicetis ſimul cum ipſis etiam triticum [e].) *& infra.* ¶ Audi ergo ſcripturam dicentem; quia non potuerunt filij Iuda diſperdere Hiebuſæos: ſed habitauerunt cum ipſis vſque in hodiernum diem in Hieruſalem. Vnde deprecor vos, qui fideles eſtis, vt ita vitam veſtram, & conuerſationem ſeruetis, ne in aliquo vel ipſi ſcandalum patiamini, vel alijs ſcandalum faciatis. ſed ſit vobis ſummi ſtudij, ſummæq; cautelæ; ne quis in hanc ſanctam congregationem veſtram pollutus introeat: ne quis Hiebuſæus habitet vobiſcum. Vides ergo, quia dicit ſcriptura; quòd non potuerunt eijcere filij Iuda Hiebuſæos de Hieruſalem. Hiebuſęus autem interpretatur conculcatio. Ergo, quia nõ poſſumus eijcere iſtos, qui nos conculcant; eos ſaltẽ, quos poſſumus, quorũ peccata manifeſta ſunt, eijciamus. Vbi enim peccatũ non eſt euidens, eijcere de eccleſia neminẽ poſſumus; ne forte eradicantes zizania, eradicemus ſimul cum ipſis etiã triticum. Mouet me tamen quod dixit; quia nõ potuerunt eijcere Hiebuſęos, i. eos, qui interpretatur conculcatio: & ideo videamus, qui ſunt in eccleſia conculcantes. Illi ſine dubio, de quibus dicit Dñs in Euangelijs: [Nolite mittere ſanctum canibus, neq; margaritas [f] veſtras ante porcos, ne forte cõculcent eas pedib. ſuis, & conuerſi elidant vos.] Iſte eſt ergo Hiebuſæus conculcatio: qui indigni † audiunt verbum Dei? & cum audierint, neque vt infideles diſcedunt, neque permanent vt fideles: ſed percepta myſteriorum notitia,

† al. vſque in hodiernum diem — *Matt.* 13. — *Iſa.* 15. — *Matt.* 7. — † al. indigne

Dubitatio facit vitioſa tolerari.

NOlite recedere.] CASVS. Hiero. oſtẽdit in hoc c. ꝙ peccatores occultos non poſſumus euitare: & probat hoc auctoritate veteris teſtamenti, vbi legit, ꝙ filij Iuda non potuerunt eijcere Hiebuſæos de Hieruſalem, aliàs non licet. ſic 11. diſt. tantis, & c. cum omnibus. & ff. de min. denique. & l verum, & l. etiam. & quid iuris ſit de hoc, quæſtionibus notaui. B.
f ¶ Neque margaritas] ſ. 43. diſt. in mandatis.

Quando

QVādo.] CASVS. Docet Hieron. in hoc c. quòd quando multitudo eſt in ſcelere, ita vt etiam iudices pro pretio iudicent, & pauperes vitent, & audire contemnant, quia non habent quid offerāt; taceat tūc prælatus, ne det ſanctum canibus, & mittat margaritas ante porcos: ſed imitetur potius Hierem. dicentem, Solus ſedebam: quia amaritudine repletus eram.

a ¶ Quando.] Arg. ex hoc ca. quod non nocet taciturnitas, quando non prodeſt contradictio, vt notaui. 28. diſtin. diaconi.

b ¶ Accipiant.] ſup. 43. diſt. in mādatis.

AD mēſam.] CASVS. Io. Chryſoſtomus oſtendit hic, quod cū paganis, licet ſint peccatores, & à Deo ſeparati, comedere poſſumus, & alias communicare: ſed cum Chriſtianis anathematizatis nō poſſumus. & hoc utrūq; probat auctoritate Apoſtoli. [O quanta,] ironicè loquitur.

c ¶ Permittimus.] ad hoc, vt eos lucremur 23 q. 4 infideles. cū Iudæis tn̄ non poſſumus comedere, vt 28. q. 1. omnes. ſed nec hodie cum paganis licitū eſt comedere, cū & ipſi diſcernant cibos ſicut Iudęi. Hæc ergo eſt cauſa, quare poſſumus cōicare paganis, & non excōicatis; cum tamen & illi [1] ſint membrū diaboli, vt eos lucri faciamus: tamē ideo quia non multū curarēt, licet eos vitaremus: ſed excōmunicati erubeſcunt, ſi non cōmunicatur eis, vt ī. ead. c. audi denique.

1 Scilicet pagani. Excommunicatis cōicari nō poſſumus, ſed bene paganis.

& fidei noſtræ ſecretioribus ſcrutatis, conuerſi poſtmodum impugnant nos, & contradictionibus ſuis corda noſtra dirumpunt, conculcantes verbi Dominici margaritas, & ornamenta fidei maculantes. De iſtis ergo dicitur; quia non potuerunt filij Iuda eijcere Hiebuſæum de Hieruſalem vſque in hodiernum diem.

Item idem ſuper duodecim prophetas. Hierony. in Amos prophetam, c. 5. circa medium.

¶ Porcis & canibus ſancta, non ſunt committenda.
C. XXIII.

QVando [a] ergo vir eccleſiaſticus, & prudens, atque intelligens multas impietates in ea, quæ vocatur domus Dei, eſſe cognouerit, & non ſolum multas, ſed & fortes, & quæ opprimere poſſint iuſtitiam, & in tantum doctorum rabiem proceſſiſſe, vt accipiant [b] pretium in iudicio, & omnia pro muneribus faciant, pauperes quoque deuitent in portis, & audire contemnant; taceat in illo tempore, ne det ſanctum canibus, & ne mittat margaritas ante porcos; qui conuerſi conculcent eas, & imitetur Hieremiam dicentem, [Solus ſedebam, quia amaritudine repletus ſum:] & illud in Pſ. [Singulariter ſum ego, donec tranſeam.] *Matt. 7.* *Hier. 15.* *Pſal 140.*

Item Ioannes Chryſoſtomus hom. 25. ad cap. 11. epiſt. ad Hebræos.

¶ Cum pagano comedere, ſed cum excommunicato minimè licet. C. XXIIII.

AD menſam quippe paganorum ſi volueris ire, ſine vlla prohibitione permittimus. [c] *& infra.* ¶ Si enim quis frater, inquit, nominatur inter vos.] fratrem in hoc loco omnem fidelem ſimpliciter intellige, non monachum tantum. Quid autem eſt quod facit fraternitatem, niſi lauacrum regenerationis, quod facit poſſe vocari Deum patrem? *& infra.* [¶ Si quis, inquit, nominatus [α] fuerit frater fornicator, aut auarus, aut ebrioſus: cum huiuſmodi nec cibum ſumere.] Cum autem de paganis ageret, non ita: ſed [Si quis vos vocauerit ex infidelibus (paganos ſignificans,) & vultis ire, omne, quod apponitur vobis, comedite. Si quis frater nominatur ebrioſus, &c.] O quanta integritas †. Nos autem non ſolum non fugimus ebrioſos, ſed etiam imus ad eos, participantes cum eis. *1. Cor. 5.*

† *al. diligentia* ἀκρίβεια

α ¶ Nominatus.] *Gratianus putauit Chryſoſtomum eo modo interpretari iſtam vocem, quo ferè interpretatus eſt Auguſtinus ſupra 2. q. 1. c. multi. Locus integer Græce ſic habet.*

Καὶ οὐδὲ τὸν Παῦλον δέδοικας, εἰς μὲν ἑλλήνων τράπεζαν, εἰ βούλοιο μέθα, ἀκωλύτως συγχωροῦντα ἀπελθεῖν, εἰς δὲ τὰς τῶν πλεονεκτῶν οὐδὲ βουλομένους ἐῶντα; ἐὰν γάρ τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ᾖ, φησί. ἀδελφὸν ἐνταῦθα λέγων πάντα τὸν πιστὸν ἁπλῶς, οὐ τὸν μονάζοντα. τί γάρ ἐστι τὸ ποιοῦν τὴν ἀδελφότητα; τὸ λουτρὸν τῆς παλιγγενεσίας, τὸ δυνηθῆναι καλέσαι πατέρα τὸν θεόν. ὥστε ὁ μὲν κατηχούμενος, κἂν μοναχὸς ᾖ, οὐκ ἀδελφός· ὁ δὲ πιστός, κἂν κοσμικὸς ᾖ, ἀδελφός ἐστιν. εἴ τις φησὶν ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος. οὐδὲ γὰρ ἴχνος τότε μονάζοντος ἦν, ἀλλὰ πάντα πρὸς κοσμικοὺς διελέγετο ὁ μακάριος οὗ-

EVI-

Digitized by Google

τος. ἐάν τις φησὶν ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος, ἢ πόρνος, ἢ πλεονέκτης, ἢ μέθυσος, τῷ τοιούτῳ μηδὲ συνεσθίειν. ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τῶν ἑλλήνων οὕτως. ἀλλ' ἐάν τις ὑμᾶς καλέσῃ τῶν ἀπίστων (τουτέστιν ἑλλήνας λέγων) καὶ θέλετε πορεύεσθαι, πᾶν τὸ παρατιθέμενον ὑμῖν ἐσθίετε. ἐάν τις ἀδελφὸς ὀνομαζόμενος ᾖ φησι μέθυσος. βαβαὶ πόση ἡ ἀκρίβεια. ἡμεῖς δὲ οὐ μόνον οὐ φεύγομεν τοὺς μεθύσους, ἀλλὰ καὶ ἀπερχόμεθα πρὸς αὐτοὺς, μεθέξοντες τῶν παρ' αὐτῶν. idest.

† In Veronenſi eſt πρός.

1.Cor. 5. Et neque Paulum veritus es; ad menſam quidem græcorum ſi voluerimus ire, non prohibentem ad menſam autem auarorum, & aliena auferentium nec volentes quidem permittentem: [Nam ſi quis, inquit, qui frater nominatur inter vos.] fratrem hoc loco dicens omnem fidelẽ ſimpliciter, non monachum tantum. Quod autem eſt, quòd facit fraternitatem? lauacrum regenerationis, id ꝙ poſſumus Deum vocare patrem. Proinde, qui cathecumenus eſt, etiam ſi monachus ſit, non eſt frater: qui vero fidelis eſt, etiam ſi ſæcularis ſit, frater eſt: [ſi quis, inquit, qui frater nominatur.] Neque enim veſtigium tunc monachi erat: ſed omnia ad ſæculares loquebatur tunc beatus Paulus:] Si quis, inquit, qui frater nominatur, fuerit fornicator, aut auarus, aut ebrioſus, cum huiuſmodi nec cibum ſumere.] Cum autem de græcis ageret non ita, ſed: [Si quis vocat vos infidelium.] græcos ſignificans: [& 1.Cor. 10. vultis ire: omne quod vobis apponitur manducate.] [Si quis, inquit, qui frater nominatur, ſit ebrioſus] Papè quanta diligentia. Nos autem non ſolum non fugimus ebrioſos, ſed etiam abimus ad eos, vna ſumpturi quæ ab ipſis.

Euidenter itaque ex præmiſſis apparet, quòd eorum communionem vitare non cogimur, qui ſententia notati non ſunt. Sed ipſius ſententia notatio multipliciter intelligitur. 1.Cor. 11. *¶ Aliquando enim arcetur quis a liminibus eccleſiæ, & a communione corporis, & ſanguinis Chriſti, vel teſte [a] conſcientia, iuxta illud Apoſtoli: [Probet ſe homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat: quia qui indigne manducat & bibit, iudicium ſibi manducat & bibit.] Item illud Proſperi: [Facilius ſibi Deum placabunt, &c.] require infra cauſa 33. Maleficiis impeditus, quæſtione [b] prima de pœnitentia [c]. Vel ſententia eccleſiaſtica ſicut pœnitentes, quibus tempore præfinito [d] beneficium reconciliationis impenditur. Hæc ſententia [e]* Gen. 3. *excommunicatio vocatur: quia a communione corporis, & ſanguinis Chriſti notatum prohibet: ſicut & Adã ab eſu ligni vitæ excommunicatus eſt, Domino dicente: [Videte, ne forte ſumatis de ligno vitæ.] Qua ſententia non ſeparatur quis a conſortio fidelium. Eſt & alia ſententia, quæ anathema vocatur: qua quiſque ſeparatur a conſortio fidelium, de qua ſupra: [Cum excommunicatis nolite communicare.]* ſup. ead. multis capitibus habetur ſententia. 3.q.4.c.ſi. *¶ Hanc diſtinctionem licet cuique aduertere ex auctoritate Ioannis Papæ: [Engeltrudem [f] vxorem Boſonis, &c.] require ſupra in cauſa: [Quidam epiſcopus a propria ſede deiectus.] Item*

EVIDENTER ITAQ. E. CASVS. Concludit Gra. ex ſupradictis, ꝙ eorum peccatorũ cõionem vitare nõ cogimur, qui nõ ſunt ſnia notati. Et oſtdit, ꝙ notatio trib modis itelligit. Primus modus qñ aliquis committit mortale delictũ ꝑ quod ſentit ſe indignum cõione corporis, & ſanguinis Chriſti: iſte notatus eſt conſcientia teſte. Secũdus modus eſt, qñ iniungitur alicui pœnitentia, vt vſque ad certum tps a corpore Chriſti abſtineat, vt poſtea reconciliet: & cu iſtis duobus generib. hoium poſſum⁹ cõicare. Tertius modus eſt, qñ aliquis anathematizatur, cũ quo ñ eſt cõicandũ: & hãc triplicem ſniam excõicationis ſiue notationis probãdam inducũt quædam capitula, q iã habuimus & quædam quæ infra habentur. Si autem ab omnib excõicatis abſtineamus iam eſſet falſum quod dr ſup. 6 q. 2 c. ſi tantũ, & c. placuit. Primus incipit ibi, [Aliquando enim.] ſecũdus ibi, [Vel ſententia.] Tertius ibi, [Eſt & alia.

a ¶ Vel teſte.] Ergo aliquis cõtra ſeipſũ fert ſniam, vt 21 di. nunc autem, arg. cõtra quia nemo ſibi imperare põt, vt ff. de arbi. l. pen. melius tñ eſt, ſi hoc faciat auctoritate ſuperiotis inf. de pœ. d. 1. in actione. B. Imperare ſibi nemo pt.

b ¶ Quæſtione.] i. diſtinctione. nam tractatus de pœ. per diſtinctiones diuidit.

e ¶ De pœnitentia.] inf. de pœ. d. 1. § itẽ ſicut.

d ¶ Tpe præfinito.] in Cœna Domini 1. 1 Vt 50. diſ. capite de cõſec. d. 2. in cœna aliás. inci pit a quibuſdam. Arch.

e ¶ Snia.] Sic iudex ſæcularis poteſt aliquem excõicare. i. a legitimis actib. prohibere, vt ff de pœn l. minoris.

f ¶ Engeltrudẽ.] ſupra 3. q. 4. c. vlt.

a ¶ Si

Digitized by Google

a ¶Si quis domum.] 17.q.4.quiſquis §.ſi quis domum ſup 5.q 1.

b ¶Ab ingreſſu] G.vr hic ſentire, q q clericũ verberat tm̃ eſt ſeparatus a ſacramentis, & ab ingreſſu eccleſiæ: nec obſtat ille canon, ſi qs ſuadente. 17.q.5. q a anathema ibi eſt idẽ qđ ſeparatio: hoc tñ non tenet eccleſia, & cõtra eum eſt extra de app.peruenit r Ioã. Fauen. voluit eũ corrigere, & dixit talẽ eſſe excõicatum, ſed nõ vitandũ antequã denuncietur: ſed expreſſe contra eũ eſt ext de ſent.exc.cum non ab homine.

r Vbi Vin. idẽ nõ qhic dr̃. Archid.

tus, nullus ei cõicare præſumat. ſi vero contrafecerit & ipſe excõicetur, & hoc verum eſt de præſentib. vel etiam de abſentibus qui nouerunt clericum, vel laicum anathematizatum [Excõicetur,] Id eſt pro excommunicato habeatur quo ad ſacramenta eccleſiæ.

i ¶Epi-

c ¶Vrbani] inf ca. quibus epiſcopi.

d ¶Cæterum.] Q.d. bene diſtinguo inter excõicatos ſimpliciter, & anathematizatos, vt ſ. illi ſint vitandi, iſti non.

e ¶Si tm̃.] Su.6.q.2. placuit.c & vlt.

f ¶Item Greg.] Contra id quod dixerat ſimpliciter excõicatos nõ eſſe vitãdos, modo oſtendit omnes excõicatos eſſe vitandos.

ROgo.] CASVS. Maximus nominatim excõicatus erat ſicut dicitur. 63. d.Salonitanæ. & 93. d.c.miratus. ſed quidam presbyteri ei cõmunicabant. Præcepit ergo Greg. clero, & populo Salonitano, vt illi ſacerdotibus non cõicent: & intellige, q cõicabãt ei in crimine, vel erat excõmunicatus cum omnib. ſuis fautoribus iſte Maximus.

g ¶Rogo.] Verbum rogãdi hic præceptiue ponitur. monemus. n. quos habemus charos, vt 28.q.1. ſic. n & alibi rogo, non ponitur deprecatiue. ff. de neg. ge. ſi ſerui mei rogatu ſed ponitur rogare pro mandare. ſic ponitur mandare p rogare. 21.q.4 Guiliſarius.

Rogo qualiter ponitur. 2 Et ita ponit contra ꝓpriam ſignificationẽ ipſius verbi. ſic alias ex æqualitate cõtractus verba accipiuntur contra propriam ſignificationem, ff. de cui Lucius. in fi ff. loc. & cond. l ex cõdicto §. Papin. vbi ꝑ c ho. Arc.

ex auctoritate eiuſdem: [Si quis domum [a] Dei violauerit, &c.] require infra in cauſa xvij. [Quidam presbyter infirmitate grauatus.] ¶Item ex auctoritate Silueſtri Papæ: [Præſenti decreto cenſemus, &c.] require ſupra in cauſa: [In infamiã cuiuſdam epiſcopi.] Iuxta igitur hanc diſtinctionem intelligenda eſt illa auctoritas Innocẽtij Papæ ſecundi: [Si quis ſuadẽte diabolo, &c.] vt infra in cauſa: [Quidam presbyter.] vt iuxta etymologiam vocabuli anathemati, id eſt ſeparationi ſubiaceat, qui in edictum illud inciderit, qui a corpore, & ſanguine Chriſti, & ab ingreſſu [b] eccleſia ſe alienum facit: qui impius manus in clericum iniycere auſus fuerit: qui etiam a nullo epiſcoporum abſolui, id eſt more pœnitentiũ reconciliari poterit: niſi primum Apoſtolico conſpectui ſe repreſentare curauerit. ¶Illud autem Petri de Clemente: [Si inimicus eſt iſte Clemens, &c.] de ſententia notatis intelligendum eſt ſicut & illud Vrbani. [Quib epiſcopi non communicant. &c.] vt infra in ead. cauſa. Cæterum [d] falſum eſſet illud Vaſenſis concilij ſecundi: [Si tãtum [e] epiſcopus alieni ſceleris ſe conſcium nouit.] Itẽ, & illud: [Placuit, vt ſi quando epiſcopus, &c.] require ſupra in cauſa. [Duo fornicatores, & infamia notati.]

17.q.4. quiſquis, §. idem. ſi quis domum.

5.q.2.c.2.

17.q.4.

ſup.cap.

6.q 2.

Item Gregorius [f] clero, & populo Salonitano a. Ibidem.

a ¶Salonitano.] *In regeſto B. Gregorij, lib.5.c.148. leguntur hæc verba in epiſt.48. ſcripta clero, nobilibus, ac populo Iaderæ conſiſtentibus*, al. Iadertino.

¶Communicare non licet iis, qui excommunicatis communicat. C. XXV.

ROgo [g], hortor, & moneo, vt a prohibitæ vos communionis conſortio per omnia ſuſpendatis: ne cuiquam ſacerdoti, ſupraſcripto Maximo communicanti [h], contra animam ſuam quiſquam veſtrum communicare præſumat.

Item ex concilio Toletano primo, c. 15.

¶Nullus clericorum, vel laicorum ad domum excommunicati accedat. C. XXVI.

vj SI quis laicus abſtinetur; ad hunc, vel domum eius, vel clericorũ, vel religioſorũ nullus accedat. Similiter, & clericus ſi abſtinetur; a clericis deuitetur. Si quis cum illo colloqui, aut conuiuari fuerit deprehenſus: etiam ipſe abſtineatur. Sed hoc ptineat ad eos clericor, qui eiuſdem epiſcopi [i] ſunt, & ad omnes, qui commoniti [k] fuerint de eo, q abſtinetur, ſiue laico quolibet, ſiue clerico, Ino p 14.c.10.

h ¶Communicanti.] In ſacris, ſm Hug vel dic. q Maximus fuit excommunicatus cum omnib. ſuis fautoribus, vel iſti communicant ei in crimine: alias excommunicatio non deſcenderet vſque ad tertiam perſonam. inf. ea. quoniam multos. nec ob 19. diſt Anaſtaſius, quia ibi communicabant ei in crimine hæreſis.

SI quis laicus] CASVS. Statutũ fuit in concilio Toletano, q ſiue clericus ſiue laicus ſit anathematiza-

i ¶Epiſcopi.] Iſti enim non poterant ignorare ſententiam ſui epiſcopi, vt 12.q 2. qui humanis.

K ¶Commoniti.] Ar. q ſufficit, ſi alicui dictũ eſt de excõicatione alicuius, vt ipſum teneat vitare, vt ex de ele. venerabilẽ vltra mediũ, in parte deciſa, & de poſtu. prælat. ad hęc ar cõt. ext de cler. exc min. illud? Reſp. prima ſnia vera eſt, qñ excõicatio alicuius peruenit ad alium per famã publicã, alias forte ſecus eſſet, vt in contrario.

Excõicatio vita aduſẽt.

SED

Digitized by Google

SED HOC. Hęc eſt tertia pars q. in qua dr, ꝙ hæc regula de vitandis excõicatis habet locum in excõicatis noĩatim, & ad hoc probãdum inducit ix. c. Io. de Fant. CASVS. Supra dictũ eſt in c rogo. ꝙ clericus Salonitanus nõ communicaret ſacerdotibus communicantibus Ma-ſacerdotibus, qui licet non fuerint nominatim excommunicati: fuerunt tamen anathematizati pariter cum Maximo nominatim excommunicato. ſic enim dixit Greg. excommunico Maximum cum omnibus ſibi fauentibus. & ad hanc ſolutionem probandam inducit duas concordantias.

3 *Sed hoc* [a] *ſpecialiter in his, qui excommunicatis nominatim communicant. Vnde Vrbanus:* [*Sane quod ſuper Richardo, &c.*] *infra in cauſa:* [*Quidam epiſcopus in hæreſim lapſus.* [b]] *Item Nicolaus Papa in cap.* [*Excellentiſſimus* [c] *Rex Carolus, &c.*] *infra circa finem huius cauſæ.*

24. quæſt. 2.

Item Vrbanus omnibus epiſcopis, &c.

¶ Sententia paſtoris timenda eſt, licet iniuſte liget.

C. XXVII.

Poly. lib. 6. tit. 1. Anſel. l. 6. c. 145. & l. 12. c. 25. Burch. l. 11. c. 1. Iuo p. 14. c. 74.

QVibus epiſcopi non communicant, non communicetis [d]: & quos eiecerint, non recipiatis. Valde enim eſt timenda ſententia epiſcopi, licet iniuſte liget [e].

Item ex octaua ſynodo.

¶ Excommunicationis contrahit pęnam, qui excommunicatis communicat. C. XXVIII.

ſupra ead. cum excommunicato. Burch. l. 11. c. 32. Iuo p. 14. c. 96.

vij SI quis frater aut palam, aut abſconsè cum excommunicato fuerit locutus, aut iunctus communione; ſtatim cum eo excõmunicationis contrahat pœnam.

¶ *Canon hic neque habetur in octaua ſynodo, quæ habita fuit tempore Nicolai primi, neque in alia, quæ & ipſa nominatur octaua ſub Ioanne octauo celebrata, quæ in bibliotheca Vaticana ſeruantur. Multa vero, quæ à Gratiano ex octaua ſynodo citantur, in regulis Baſilij, Iſidori, & alijs ſcriptis ad monachos pertinentibus inuenta ſunt. Hoc quidem ſupra ead.* cum excommunicato, *fuit tributum Iſidoro, quemadmodum etiam à Burchardo, & Iuone. Sed Smaragdus in expoſitione regulæ B. Benedicti, c. 26. cum antea egiſſet de monacho à ſuo præpoſito excommunicato, hæc ſcribit valde ſimilia,* Hinc quidam magiſter Monachorum ait: [Si quis vero frater aut palam, aut abſconſe cum eo fuerit locutus, aut coniunctus, communionem cum eo excommunicationis contrahat pœnam.] *quæ lectio conuenit cum lectione Burchardi & Iuonis.*

Item ex concilio Carthaginienſi ſecundo, c. 7.

¶ De eodem. C. XXIX.

Poly c. 7. tit 1. Burch. l. 11. c. 43. Iuo p. 14. c 28. & 107. Pann. l. 5. c. 98.

QVi merito facinorum ſuorũ ab eccleſia pulſi ſunt, ſi ab aliquo epiſcopo, aut presbytero, vel clerico fuerint in communionem ſuſcepti, etiam ipſe pati [f] cum eis crimine teneatur obnoxius, refugiens [α] [g] ſui epiſcopi regulare iudicium.

α ¶ Refugiens.] *In concilio cum multis impreſſis, & manuſcriptis codicib. collato legitur,* refugientes, *apud Burchardum vero, & Iuonem,* refugientibus, *quod conuenit cũ canone Græco, qui eſt nouus. omnia vero hæc verba,* refugientes ſui epiſcopi regulare iudicium, *in recentioribus conciliorũ editionibus nõ*

Sequentia duo c. plana ſunt. [Excommunicationis.] Id eſt ſuſpenſionis à ſacramẽtis & ingreſſu eccleſiæ. Ita dicit Hugo.

a ¶ Sed hoc.] vult dicere, quod Maximus fuit excõmunicatus cũ omnibus ſuis fautoribus. Nec obſt in 24. q. 2 c. 3. &] ead. excellentiſſimus.

b ¶ Lapſus.] 24 q 2. ca. 3.

c ¶ Excellẽtiſſimus] infra ead. excellentiſſimus.

d QVibus epi.] ¶ Non cõmunicetis] Sim. 7. q. 1. ſcire debes. 93. diſt. c. 1. Nec obſt. 6. q. 2. ſi tantũ. quia hic loquitur cũ conſtat de ſentẽtia: 1 ſed ſcitur eam eſſe iniuſtam.

1 Sub. quæ eſt iuſta ex ordine iudiciario.

e ¶ Liget.] Dum tamen error nõ ſit expreſſus in ſententia. extra ead. per tuas.

QVi merito.] CASVS Quæſitum fuit in cõcilio Carthagin. quã pœnam pati debeat epiſcopus presbyter, vel clericus, ſi ſic ẽter communicent excõmunicatis. Et reſpõdetur, ꝙ pari crimine obnoxius teneri debet. quod intelligit H. quo ad ſacramenta, & ingreſsũ eccleſiæ. Sequentia duo c plana ſunt.

f ¶ Pati.] Quid ergo ſi eps cõicat alicui excõicato à ſimplici ſacerdote? iam ligatus eſt, à canone. Sed à quo abſoluetr? Decret. dicit, ꝙ cõicans excõicato, à ſuo prælato, id eſt à metropolitano. Sed dicas, ꝙ à ſimplici ſacerdote abſoluendus. ext. de pęnit & remiſſ ꝙ autẽ. & ita poteſt abſolui niſi cõmunicet ei in crimine, ext. c.

Excommunicato communicans à quo abſolui debet.

Maximo nominatim excõicato, propter quod videtur, vt etiam ab illis, qui non ſunt nominatim excommunicati ſit abſtinendum. Soluit autem hoc Gratia. & dicit quod illi ſacerdotes non fuerunt nominatim excommunicati cum Maximo. ita dicit Hug Gratia. ſentire. vel ſecundum Beñ. illud cap. rogo. intelligitur, de illis nuper. videtur tñ ꝙ ſic in ſuſpenſo à iure poſt pœnitentiam non requirit aliqua abſolutio, ſic nec in excõicato à canone: quod non eſt verum, vt in c nuper, in fine. Sed quid ſi Papa cõicet excõmunicato? ille non eſt ligatus: quia non ligat ipſum canon. 25. q. 2. §. his ita.

g ¶ Refugiens] Id eſt, contemnens.

Clericus

Digitized by Google

a Clericus.] Intellectum huius c. habes ſupra e.q. ſi epiſcopus forte.

b Nemo.] ¶ Sed Chriſtus] ex hoc c. dicit P. Hiſpanus haberi cauſam, quare non poſſit appellari à ſnia excõicationis, cum Chriſtus eum liget, à cuius ſnia nõ pot appellari. Alia eſt ratio, quia nemo excommunicatur niſi pro cõtumacia 1. infra e. nemo. & nõ auditur contumax appellãs, vt 2 q. 6. §. eſt autem quando. ver. ſunt etiam quorum. Quidam autem illã aſſignant rationem, quia excommunicatio ſecum trahit executionem ſuam. ext. de ap. paſtoralis. vnde ſicut ab executore non appellatur, ita nec ab hac ſnia. Sed hoc non valet: quia qñque appellatur ab executore, cum ſ. excedit modũ, & ſentẽtia qua quis abſoluitur ab alio, ſecum trahit executionem: tamẽ appellatur ab ea. extra de ap. qua fronte.

Appellari non põt ab excõmunicatione.

1 De hoc no. ſup. ea. epiſcopi ſi.

pit ligare 2. 24. q. 3. notandum. in fi. ſed ideo maxime eſt timenda, quia maxima eſt pœna, vt 24. quæſt. 3. corripiantur.

2 Ad hoc infra e. §. cum ergo in fin.

Presbyteri.] CASVS. Require caſum huius c. ſup. 2. q. 6. placuit. Sequens capitulũ planum eſt. Irrita.] Id eſt,

ſunt hoc loco ſed poſt verſ. ſuſcepti, *A Sorienſi autem codice regis catholici omnino abſunt.*

Item ex concilio Carthaginienſi quarto, c. 66.

¶ Qui ſententiam epiſcopi putat eſſe iniuſtam, recurrat ad Synodum. C. XXX.

Clericus [a], qui epiſcopi circa ſe diſtrictionem iniuſtam putat, recurrat ad ſynodum.

Item Ioannes Chryſoſtomus, hom. 4 ad c. 2. epiſtolæ ad Hebræos.

¶ Vincula eccleſiaſtica non ſunt contemnenda. C. XXXI.

ij. Nemo contemnat vincula eccleſiaſtica. Non enim homo eſt, qui ligat, ſed Chriſtus [b], qui nobis hanc poteſtatem dedit, & dominos fecit homines tãti honoris. Iuo p. 14. c. 48. Pann. l. 5. c. 38.

p

Item Auguſtinus de verbis Apoſtoli, ſermone 68.

¶ *Sic etiam citat Iuo p. 14. c. 50. ſed p. 2. c. 94. coniunctè cũ multis alijs verbis videtur citare ex libris de vnico baptiſmo.*

¶ Satanæ traditur, qui ab eccleſia excommunicatur. C. XXXII.

Omnis Chriſtianus, dilectiſſimi, qui à ſacerdotibus excommunicatur, ſatanæ [c] traditur †: quomodo? ſcilicet, quia extra eccleſiam [d] diabolus eſt, ſicut in eccleſia Chriſtus: ac per hoc quaſi diabolo traditur, qui ab eccleſiaſtica communione remouetur. Vnde illos, quos tunc Apoſtolus ſatanæ eſſe traditos prædicat, excommunicatos à ſe eſſe demonſtrat. Iuo p. 2. c. 94. & p. 14. c. 50. † *al. tradi dicitur.* 1. *Tim.* 1. 1. *Cor.* 5.

Omnis.] CASVS. Dicit in hoc ca. quod omnis qui excommunicatur, ſatanæ traditur: q͂a ſicut extra eccleſia eſt diabolus ita in eccleſia Chriſtus. vnde qui ab eccleſia remouetur, quaſi diabolo traditur, & ſic exponit eccleſia de traditis ſatanæ ab Apoſtolo.

c ¶ Satanæ.] Dum tamẽ iuſta de cauſa excommunicetur, vt 23 q. 3. ſi qs nõ recto.

d ¶ Extra eccleſiã.] argum. quod qui ſemel excommunicatus eſt, amplius excõmunicari non poteſt quia qui extra eccleſiam eſt, non põt magis eſſe extra eam argu. contra 3. q. 4. Engeltrudã. De hoc ibi notaui.

Idem tractatu 27 ad c. 6. Ioannis.

¶ De eodem. C. XXXIII.

Nihil ſic debet formidare Chriſtianus, quam ſeparari [e] à corpore Chriſti. Si enim ſeparatur à corpore Chriſti; non eſt membrum eius. Si non eſt membrum eius, nõ vegetatur ſpiritu eius. Quiſquis autem inquit Apoſtolus, ſpiritum Chriſti non habet, hic non eſt eius. *Rom.* 8.

Itẽ Hieronymus a: [Quorũ remiſeritis peccata, &c.] Id eſt, quibus eccleſiã interdixeritis, niſi reconciliati per ſatisfactionem fuerint; ipſis ianua regni cæleſtis clauſa erit. *Matth.* 16. Iuo p. 14. c. 53.

a ¶ Hieronymus.] *Hæc non ſunt inuenta apud B. Hieronymum, ſed in epiſt. 2. Eutychiani, quem citat Iuo.*

Item ex concilio Mileuitano, c. 22. Et Afric. c. 92.

¶ Vicini epiſcopi audiant eos, qui de iudicijs epiſcoporum ſuorum queruntur. C. XXXIIII.

Presbyteri [f], diaconi, vel cæteri inferiores clerici, in cauſis quas habuerint, ſi de iudicijs epiſcoporũ ſuorũ queſti fuerint, vicini epiſcopi eos audiant, & inter eos, 2 q. 9 placuit, vt presbyteri.

Nihil.] CASVS. Dicit hic Au. q͂ Chriſtianus nihil debet magis timere, q͂ ſeparari à corpore Chriſti, q͂d eſt eccleſia: q͂a ſi ab eo ſeparatur, non eſt membrũ eius, nec ab eo vegetatur. Et hoc probat duabus auctoritatibus, Pauli ſcilicet; & Hieronymi [Sic] Id eſt, tantum.

e ¶ Quàm ſeparari.] iuſte, alias non obeſt, vt extra eo. à nobis inf. ea. quid obeſt. tñ. ſi contemnitur, ſtatim incipit

eſt, irritanda de facto, ſi eſt ipſo iure irrita. ſed non facit hoc c. directè ad propoſitum Gratia.

f ¶ Presbyteri.] Hoc c. habetur ſupra 2. q. 6. placuit.

Irri-

Digitized by Google

quidquid eſt, finiant, adhibiti ab eis ex conſenſu epiſcoporum ſuorum. Quòd ſi & ab eis prouocandum putauerint, non prouocent niſi ad Africana concilia, vel ad primates prouinciarum ſuarum. Ad transmarina autem qui putauerit appellandum, a nullo intra Africam in communione ſuſcipiatur.

¶ Huic capiti in vulgatis codicibus propoſitum erat nomẽ Palea: *ſed in omnibus veteribus Gratiani exemplaribus habetur. Citatur autem ſupra 2.q.6 placuit.*

2 q 6. Irritam. ex Fęlice.

Item ex concilio Carthaginienſi 4.c.28.

¶ Iniuſta epiſcoporum damnatio, irrita eſſe cenſetur. C. XXXV.

IRritam eſſe iniuſtam † [a] epiſcoporum damnationem, & idcirco a ſynodo retractandam [b].

† *al. & iniuſtam.*

Item ex concilio Carthaginienſi 5.c.12.

Et in Afri.ca. 46. & Vorma.c. 71.

¶ Qui cauſæ ſuæ adeſſe, & innocentiam ſuam aſſerere voluerit, intra annum excommunicationis hoc faciat. C. XXXVI.

RVrſus [c] cõſtitutum eſt, vt quoties clericis conuictis, vel *α* confeſſis in aliquo crimine, vel ꝑ vtil tatẽ eorũ, quorum verecundiæ parcitur, vel propter eccleſiæ opprobrium aut inſolentem inſultationem hæreticorum, atque gentilium, ſi forte cauſæ ſuæ adeſſe voluerint, & innocentiam ſuam aſſerere; intra annum excõicationis hoc faciant. Si vero intra annum cauſam ſuam purgare contẽpſerint; nulla eorum vox poſtea penitus audiatur.

Polyc.l.7.tit.1. Burc.l.2.c.182. Iuo p.6.c.232.

α ¶ Vel.] *In omnibus locis indicatis legitur*, &. *Sed manuſcripta Gratiani exemplaria concordant cum vulgatis. In aliquibus tamen eſt*, conuicti clerici, vel confeſſi. *Apud Iuonem vero legitur*, vt aliquoties clerici conuicti, & confeſſi; *& vocem*, aliquoties, *habet etiam Burchardus.*

Item Gelaſius.

¶ Audientiam ſibi negat, qui excommunicationis ſuæ cauſam agere intra annum differt. † C. XXXVII.

Poly. l ibid. Anſ l 12.c.24. Burc.l.11.c.47. Pann.l 5 c.135.

† *al. diſſimulat.*

QVicunque intra anni ſpatiũ ciuiliter, ſiue publicè [d]

a IRitam] ¶ iniuſtam.] irritandam. Vel prout ſonat.
b Retractandum.] De facto ſi eſt ipſo iure irrita, vt extra de app ad præſentiam.

RVſus.] CASVS. Beneuẽtanus ſic ponit hunc caſum. Quidam clerici fuerunt de quibuſdam criminibus accuſati: citati noluerunt venire, propter quod fuerunt excommunicati, quæſitum fuit in concilio Carthaginienſi qualiter vlterius ſit procedendum? Et reſpõdet, ꝙ quamuis contumacia faciente ſint conuicti, vel confeſſi, tamen vt eorum parcatur verecundiæ, ad euitandam inſultationem hæreticorum, vel gentilium, intra annum expectantur, intra quem, ſi venerint, cauſam ſuam defendant: ſi vero non venerint intra annum, poſtea nullo modo audientur. Idem ſentit Hug & Io. quia qui ſtat in excommunicatione per annum, iuris interpretatione pro conuicto habetur de crimine ſuper quo accuſabatur, nec de eo auditur vlterius: ſed de excõicatione, vel contumacia qñcunque voluerit ſatisfacere auditur, iuxta illud. In qua cunque hora peccator, &c.

26.q.6.c.cognouimus. [Purgare.] Ideſt, venire ad iudiciũ, vt de cauſa cognoſcatur, vt ſic purgetur, vel condemnetur. Quidam tamen intelligunt hoc cap. de clericis infamatis, qui ſe purgare contemnunt.

contemplationi, & orationi, ab omni ſtrepitu temporalium ceſſare conuenit: vt ſunt clerici, & Deo deuoti, vide licet conuerſi [a], κλῆρος enim Græcè, latinè ſors. Inde huiuſmodi homines vocãtur clerici, id eſt ſorte electi. Oẽs enim Deus in ſuos elegit. Hi namq; ſunt reges, ideſt ſe, & alios in virtutibus regentes, & ita in Deo regnum habent. Et hoc deſignat corona in capite. Hanc coronam habent ab inſtitutione Romanæ eccleſiæ in ſignum regni, quod in Chriſto expectatur. Raſio vero capitis, eſt temporalium omnium depoſitio [b]. Illi enim victu & veſtitu contenti, nullam inter ſe proprietatem [c] habentes, debẽt habere omnia communia. Aliud vero genus eſt Chriſtianorum, vt ſint laici. λαὸς enim Græcè, eſt populus Latinè. His licet temporalia poſſidere, ſed nõ niſi ad vſum [d]. Nihil enim miſerius eſt, quàm propter nummum Deum cõtemnere. His conceſſum eſt vxorem ducere, terram colere, inter virum & virum iudicare, cauſas agere, oblationes [e] ſuper altari apponere, decimas reddere: & ita ſalua ri poterunt, ſi vitia tamen benefaciendo euitauerint. Aug. ſer. 21. ad fratres in heremo.

Item Gregorius Auguſtino Anglorum epiſcopo, reſponſionum, c. 1. & 2. Ioan. diac. in vita l. 2. c. 37.

¶ Clerici nihil poſſideat. C. IX.

QVia tua fraternitas monaſterij regulis erudita ſeorſum [f] non dẽt fieri † à clericis ſuis in eccleſia Anglorum, quæ auctore Deo nuper ad fidem perducta eſt; hanc dẽt inſtituere conuerſationem, quæ in initio naſcentis eccleſiæ fuit patribus noſtris: in quibus nullus eorum ex ijs, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat; ſed erant illis omnia communia. ¶ Si qui vero [g] ſunt clerici extra ſacros ordines conſtituti, qui ſe non poſſunt continere, ſortiri vxores [h] debent, & ſtipendia ſua exterius accipere: quia & de eiſdem patribus, de quibus præfati ſumus, nouimus ſcriptum, [quòd diuidebatur ſingulis, prout cuique opus erat.] De eorum ergo ſtipendio cogitandum, Anſ. l. 7. c. 3. † *al. viuere.* 32. diſtin. ſi q vero. *Reſp. 2.* *Act 4.*

& quod eſſet officium vniuſquiſque. Hier. ergo reſcribit ei aſſignando duo genera hominum, ſcilicet clericos & laicos. clericorum eſt officium diuina contemplari, orationibus & diuinis officijs inſiſtendo: & ab omni ſtrepitu temporalium ceſſare. iſti dicuntur reges: quia ſe & alios reges in virtutibus debent & in ſignum huius rei geſtant coronam in vertice. Laicorũ vero officium eſt ducere vxorem, terram colere, & ea quæ continentur, in fin. capi. & oſtendit qualiter vtriq; interpretent.

a ¶ Conuerſi.] Conuerſi omnes dicũtur eccleſiaſticæ perſonæ, vt 17 q 4. quiſquis, & verberans talem incidit in canonem. extra de ſent. excom non dubium. & habebunt habitum illorum cum quibus conuerſantur, vt 16. q. 7. in nota. & licet conuerſi hic dicantur Deo deuoti, non tamen tenentur continere, nam quidam talium profitentur, quidam non, vt 27. q. 1. vt lex. nam acolythi ſunt eccleſiaſticæ perſonæ, tamen non tenentur continere, vt 32. diſt. ſi quis eorum. quia poſſunt contrahere matrimonium legitimum. Item licet templarij ſint eccleſiaſticæ perſonæ, tamen poſſunt mouere arma ex permiſſione eccleſiæ. Conuerſum verberãs incidit in canonem.

b ¶ Depoſitio.] Sic ſupra di. 23. prohibete. & ſi capilli, qui remanent, deſignãt q aliqua debemus retinere ad ſuſtentationem.

c ¶ Proprietatem.] Rerum eccleſiaſticarum: tamen bene cõcedendũ eſt, q clericus ſit dñs fructuum collectorum, ſed licet proprietas fructuum ſua ſit: tamen non poteſt eam in morte eius alicui largiri ratione teſtamẽti: ſed intuitu eleemoſynæ ſic, vt extra de teſta. ad hæc ſicut hæres licet ſit dominus rerum, quas tenetur per fideicommiſſum reſtituere alij: tamen nihil poteſt inde alienare. ff. ad Treb. deducta §. vlt. & l. quidam § 1. quis.

d ¶ Ad vſum.] Prohibetur etiam laicis ne ſeruent pecuniam, vt 47. di. ſicut hi hoc ideo ne quis in auaritiam incidat: aliàs bene licet: quia non debet quis omnia bona ſua ſtatim effundere, vt 86. diſt. non ſatis. & dic non niſi ad uſum, id eſt, non ad abuſum, bene enim poſſunt habere proprium. Pecuniam ſeruare vtrũ licitum ſit.

e ¶ Oblationes.] Immo præcipitur eis oblationes dare vt 16. q. 1. ſtatuimus infra de conſ. diſt. 1. omnis Chriſtianus 10. q. 1 qui ſacerdotes.

QVia tua.] CASVS. Tres quæſtiones fecit Aug. Gregorio: quibus quæſtionibus Greg. tres dat reſponſiones: Prima fuit, an clerici Anglorum debeant proprijs renunciare, & communiter viuere. & reſpondet q ſic, vt habetur in principio c. Secunda fuit, an clerici coniugati. & in minoribus ordinibus conſtituti debeant habere ſtipendia eccleſiaſtica Et reſpondetur q ſic, ſicut eſt à patribus ſcriptum, q diuidebant, &c qui ſub regula eccleſiaſtica ſunt tenendi. Tertia fuit ſi quid ſupereſt communiter viuentibus de annuo reddítu, quid debeat inde fieri. Et reſpondet quod debet pauperibus erogari: & hoc probat auctoritate Chriſti dicentis: Quod ſupereſt. &c. Secunda pars ibi [Si qui vero ſunt] Tertia ibi, [Communiter autem viuentibus.]

f ¶ Seorſum.] Ergo monachus epiſcopus factus non poteſt habere proprium. ſed ſi hæreditas aliqua deuoluitur ad eum, erit eccleſiæ, vt 18. quæſt. 1. cap 1. in fin. Monachus factus eps ꝓpriũ hẽre non poteſt.

g ¶ Si qui vero.] Supra diſt. 32. ſi qui vero. & cap. placuit, hoc hodie non tenet 1. extra de cler. coniug. Ioannes & c 1. Hæc eſt vera ſnĩa ſecũdum Vin & Inn. & quod hic dr̃ eſt ius vetus: & ſtatur hodie ei q dr̃ in decre hic alle. de cle coniug. c. 1. Arc.

h ¶ Vxores] Si ſint clerici, nunquid ergo dormiunt cum alijs, vt ſup ead neceſſaria. nõ quia eſſet inhoneſtum tñ

vxo-

Digitized by Google

vxorato. Item, cantabunt ne cum clericis? quod videtur: quia aliter non perciperent ſtipendia, & quod hic dicitur, ſpeciale eſt in Anglicis: nec enim ſimul habebit qs eccleſiaſticum beneficium, & vxorem. extra de cler. con iug. diuerſis, & c. Ioannes. a ¶Sub

quod non eſt verum.

S Cimus]. CASVS. Quidam clerici catholici vouerant ſe nihil proprium velle habere: quod votum male ſeruabant. hortatur ergo Papa Vrbanus illos omnes ad communem vitam habendam, exemplo Apoſtolorum, quibus erant omnia communia, & vt votum quod fecerunt Domino, fideliter cuſtodiant, ne damnationem, ſed præmiũ ſibi acquirant: quoniam melius eſt nõ vouere, quàm votũ, prout melius poteſt non adimplere: grauius enim puniũtur qui votum, vel fidẽ non ſeruauerunt, q̃ illi, qui nũquam votum fecerũt, & ſemper ſine fide fuerũt.

d ¶Pollicitationẽ.] Nota quod ex nuda pollicitatione, quã quis facit Deo, pōt conueniri 22. quæſt. 5. capitu iuramenti. ſic ex nuda pollicitatione facta Reipublicæ, vt ff. de polli ci. l. 1.

Pollicitatio nuda quãque obligat.

e ¶Aut fidem] Hic videtur Vrbanus ſoluere q̃ſtionem Aug. 6. q. 1 quæro in fine. Dicunt tamen quidã magis puniendũ eſſe illum, qui ſemper fuit infidelis: quã illum, qui quandoque fuit bonus: nã iſtius opera quandoque viua fuerunt. tamen hæc litera contradicit eis r.

N Olo.] CASVS. Ad euidentiam huius c. nota q̃ Aug. facit tres conſtitutiones. Primo cõſtituit, nullum ordinare clericum niſi proprijs renunciet. ſed quidã vt clerici fierent, proprijs renunciabant; quod poſtea male ſeruabant. quare Auguſt. videns hoc eſſe multis occaſionem peccandi, primam cõſtitutionem retractauit, vt infra capi.

atque prouidendum eſt: & ſub eccleſiaſtica regula [a] ſunt tenendi: vt bonis moribus viuant, & canendis pſalmis inuigilent, & ab omnibus illicitis cor, & linguam, & corpus Deo auctore conſeruent. Communiter † autem viuentibus iam de faciendis portionibus [b], vel exhibenda hoſpitalitate, & adimplenda miſericordia nobis quid erit loquendum? cum omne, quod ſupereſt, in cauſis pijs, ac religioſis erogandum eſt? Domino, & magiſtro omnibus dicẽte: [Quod ſupereſt [c], date eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis.]

† *al. communi autem vita.*

Luc. 11.

Item Vrbanus Papa omnibus catholicis, epiſt. vnica, cap. 1.

¶Clericis omnia communia eſſe debent.

C. IX.

An ſ. l. 7 c. 4. Iuo p. 3. c. 139. † *al. bonos.*

S Cimus vos non ignorare, quia hactenus vita communis inter omnes † Chriſtianos viguit, & adhuc gratia Dei viget: & maxime inter eos, qui in ſortem Dñi ſunt electi: id eſt clericos; ſicut in actibus legitur Apoſtolorũ: [Multitudinis autem credentium erat cor vnũ, & anima vna: nec quiſquam eorum, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat: ſed erant illis omnia communia.] *& infra.* ¶Quicunque veſtrum communem vitam ſuſceptam habet, & vouit ſe nihil proprium habere; videat, ne pollicitationem [d] ſuam irritam faciat: ſed hoc, quod Domino eſt pollicitus, fideliter cuſtodiat, ne damnationem, ſed præmium ſibi acquirat; quoniam ſatius eſt non vouere; quàm votum, prout melius poteſt, non perficere. Grauius enim puniuntur, qui votum fecerunt, aut fidem [e] perceperunt, & votum non perfecerunt, aut in malis vitam finierunt, quàm illi, qui vitam ſine voto finierunt; aut ſine fide mortui ſunt, & tamen bona egerunt opera.

Act. 4.

In ead. epiſt. c. 6.

Item Auguſtinus in ſermone de communi vita clericorum.

¶De eodem. C. X.

Serm. 51. ad fratres in heremo. In conc. Aquiſgran. cap. 112. Beda 2 Cor. 8. 11. q. 3 non ſunt audiẽdi.

Anſ l. 7 c 6. Rom. 12. & 2. Cor. 8.

N Olo [f], vt aliquis de vobis inueniat male viuendi occaſionem. Prouidemus enim bona, vt ait Apoſtolus non ſolum coram Deo, ſed etiam coram omnibus hominibus. Propter nos conſcientia noſtra ſufficit nobis: propter vos fama noſtra non polluit, ſed pollere debet in vobis. Tenet quod dixi, atque diſtinguere. Duæ res ſunt

a ¶Sub eccleſiaſtica regula.] Hic patet, q̃ ſi aliquis in minoribus ordinibus conſtitutus ducat vxorem, non tamen poteſt more laicorum viuere: nec poteſt conueniri coram ſæculari iudice: nec verberari ſine ſacrilegio, vt 20. q. 3. eos. & 81. d. dictum. Io. quod falſum eſt, vt extra de cler. coniug Ioannes. B.

Monachi nõ tenentur ad decimas.

b ¶Portionibus.]. Id eſt, dandis decimis. monachi enim communiter viuentes non dant decimas, vt inf. 16. q. 1. decimas ext. de deci. fraternitatem.

Decimas ſoluere pauper nõ tenetur.

c ¶Quod ſupereſt.] Videtur ergo quòd ſi aliquis ita pauper eſt: quod ei non ſufficiant ſua, videtur q̃ non teneatur dare decimas: quia nullo præcepto ſibi aliquis tene[tur] ſubtrahere neceſſaria, vt 86. diſtin. non ſatis. in fine, certe volens potius habere claudos quàm mortuos Tertio iuxta voluntatem ſuorum clericorum primam conſtitutionem confirmauit: ſicut continetur in hoc cap. in quo ſtatuit, vt nullus clericus habeat proprium. Quod multipliciter oſtendit, rationes plures aſſignando, & ſi habuit, non poteſt facere teſtamentum: immo deponetur. facit etiam mentionem de prima conſtitutione, & eius retractatione inf. ca certe. Sequens. §. qui non vult. patet.

f ¶Nolo] Aug. fecerat tres conſtitutiones: prima fuit q̃ clerici non poſſent habere propria: ſed illa male ſeruabatur, & plurimi erant tranſgreſſores: ideo ſecundo reuocauit eam, vt inf. c. certe. Tertio de cõſenſu clericorum ſuorum

Digitized by Google

conſcientia,& fama. Conſcientia neceſſaria [a] eſt tibi, fama proximo tuo. Qui fidens conſcientiæ ſuæ negligit famā ſuam, crudelis eſt. *& infra.* ¶Nulli liceat in ſocitate noſtra habere aliquid proprium: ſed ſi forte aliqui † habēt, nulli licet:& qui habuerint, faciunt quod non licet. *& infra.* ¶Enthecam nobis habere non licet. Non.n.epiſcopi eſt ſeruare aurum [b], & a ſe reuocare mendicantis manū. Quotidie tam multi petunt, tam multi gemunt, tam multi inopes nos interpellant, vt plures triſtes relinquamus: quia, quod poſſimus dare omnibus, non habemus. Non habeamus ergo enthecā. *& infra.* ¶Qui habere voluerit proprium,& de proprio viuere,& cōtra iſta præcepta facere; parum eſt vt dicam, non mecum manebit, ſed nec clericus erit. Dixeram [c] enim,& ſcio me dixiſſe, quòd ſi nollent ſuſcipere vitam ſocialem mecum, non illis tollerem [d] clericatum: ſed ſeorſum manerent, ſeorſum viuerēt quomodo noſſent, Deo viuerent, & tamē ante oculos poſui, quantum mali ſit a propoſito cadere. Malui enim habere cæcos, vel claudos [e], quàm plāgere mortuos [f]. Qui enim hypocrita eſt, mortuus eſt. Quomodo ergo, quicunque voluiſſet extra manere,& de ſuo viuere, non tollerē ei clericatum: ita modo, quia placuit illis, Deo propitio, ſocialis hæc vita, quiſquis cum hypocriſi vixerit, quiſquis inuentus fuerit habens proprium, non illi permitto, vt inde faciat teſtamentum, ſed delebo eum de tabula clericorum. *Item ſupra.* ¶Qui non vult *a* mecum manere,& in communi viuere, habeat libertatem; ſed videat, vtrum habere poſſit fęlicitatis hæreditatem †.

† *aliquid*] orig.

inf.2.q.vobis.a.

Serm. 51.

Ser.52. in extremo.

† *al. æternitatem.*

¶*Initium huius capitis vſque ad verſ.* Qui habere voluerit *legitur in ſermone 2. de communi vita clericorum, ſeu 52. ad fratres in heremo: cætera vero partim in ſermo. 53. ad fratres in heremo, ſiue ſermone 3. de communi vita clericorum, partim in eodem 52. ſiue 2. de quibus ſermonibus adnotatum eſt ſup. d. 86. Partem huius capitis refert Beda in comment. 2. Cor. c. 8. ſub hoc titulo,* Ex ſermone de vita,& moribus clericorum.

a ¶Qui non vult.] *In ſermone ipſo præcedit. c. certe ego infra eadem, & paucis interiectis ſequitur,* qui hoc non vult, habeat libertatem,&c.

Item ſermone tertio de communi vita clericorum.

¶Non licet habere proprium ijs, qui ſuis renunciant,& communiter viuere ſpondent. C. IX.

Et epiſt. 109. ad monachas.

NOn dicatis [g] aliquid proprium: ſed ſint vobis oīa communia. *& infra.* ¶Quicunque autem in tantum progreſſus fuerit malum, vt occulte ab aliquo literas, vel quodlibet munus accipiat; ſi hoc vltro confitetur, parcatur illi,& oretur pro illo. Si autem deprehenditur, atq; conuincitur, ſecundum arbitrium presbyteri, vel præpoſiti grauius emendetur. *& infra.* ¶Cum *a* huius noſtræ congregationis fratres non ſolum facultatibus, ſed volūtatibus proprijs in ipſa ordinationis ſuſceptione renunciauerunt,& ſe per promiſſam obedientiam penitus aliorum poteſtati,& imperijs in Chriſto, & pro Chriſto ſubdiderint; certum *ß* eſt eos nihil habere, poſſidere [h], dare,

ſuorum confirmauit primam conſtitutionem, vt in hoc c.
a ¶Neceſſaria.] 11. q. 3. ſentit. cōtra. hoc ibi ſolutum eſt.
b ¶Aurum.] 16. diſt. fratrem, quod loquitur de illis, qui ante retractationem tenū ciauerāt proprijs,& tamen volunt habere proprium.
c ¶Dixeram.] In ſecunda conſtitutione quam feceram.
d ¶Non illis, tollerem.] id eſt, non præcluderē eos fieri clericos.
e ¶Claudos.] Quia adhuc temporalibus non renunciauerant.
f ¶Mortuos] id eſt, qui renunciauerunt proprijs,& tamē volunt habere propriū.
NOn dicatis.] CASVS. Dicit Aug. in hoc c. ꝙ qui renūciauerūt mūdo proprium habere nō poſſunt: & ſi literas vel munus aliquod occulte receperint: ſi ſponte confiteātur, parcetur illius. ſi autem de hoc cōuicti fuerint, ſecundum arbitrium ſui præpoſiti, vel presbyteri puniuntur. Tales enim nihil poſſunt habere vel poſſidere, vel dare, vel accipere ſine licentia ſuperioris,& ſi de eius licentia aliquid receperint, de accepto fiat quod ſuperiori placuerit.
g ¶Non dicatis.] Extra de accuſa. ex parte. extra ne cler. vel monac. non magnopere.
h ¶Poſſidere.] Nunquid pauperi fame morienti tenentur ſubuenire ſine licentia? ita. nec obſtat. 1. q. 1. non eſt putanda quia in hoc caſu quilibet ei ſubueniret. res enim, quæ nobis ſuperabundant pauperum ſunt, vt 47. d. ſicut hi. Si autem eſt in ſcholis, de licētia agere poteſt,& mutuare ſicut filiusfamilias, vt C. ad Mac. l. vl. ff. de iud. ſi lōgius §. filiusfamilias. arg. ex. de off. iud. deleg. ꝑterea. ff. de iuriſdi. omn.

Digitized by Google

Religioſus ēt in veſte ꝓprietatē non habet.

omn.iud.l.2. Sed nunquid veſtis eſt ſua, quam habet: vel nunquid dicitur poſſidere res temporales, vel veſtem? non videtur: quia veſtis qua ſemper vtitur ſeruus, de peculio domini eſt. ff.de peculio, id veſtimentum ſed ſeruus non poſſidet ea, quæ ſunt in peculio, vt ff.de

vel accipere debere ſine ſuperioris [a] licentia. Quòd ſi propinquus, vel amicus, uel quilibet fratrum cuiquã aliquid offerre voluerit; primo quidem Priori inſinuetur: & ſic ſuſcipiatur, ſi ipſe mandauerit. De quo tamen nihil fiat aliud, niſi quod Priori placuerit.

¶ *Caput hoc ſumptum eſt ex ſermone 3. de communi vita clericorum, in quo regula B. Auguſtini continetur, ac repetitur in epiſtola 109. ſed in ea ad monachas oratio conuertitur.*

α ¶Cum huius noſtræ.] *Hæc vſque ad ver.* certum eſt, *non ſunt inuenta apud B. Auguſtinum.*

β ¶*Hæc habentur in primæ regula c.4.*

Idem tractatu 50. ad c.12. Ioannis.

¶De eodem. C. XII.

EXemplum [b] Domini accipe conuerſantis in terra. Quare habuit loculos, cui Angeli miniſtrauerunt; niſi quia eccleſia ipſius, loculos ſuos habitura erat? Quare furem admiſit; niſi ut eius eccleſia fures [c] patienter toleret.

Item Proſper de vita contemplatiua, lib.2.c.9.

Et io concil. Aquiſgran.c.35.

¶Eccleſiarum prępoſiti, rerum diſpenſatores efficiuntur. C. XII.

EXpedit facultates eccleſię poſſideri, & proprias perfectionis amore contemni. Non enim proprię ſunt, ſed communes [d] eccleſię facultates: & ideo quiſquis omnibus, quæ habuit, dimiſſis, aut uenditis fit rei ſuę contemptor, cũ prępoſitus [e] fuerit factus eccleſię, omnium, quę habet eccleſia, efficitur diſpenſator. Denique ſanctus Paulinus, ut ipſi melius noſtis, ingentia prędia, quę fuerunt ſua, uendita pauperibus erogauit: ſed cum factus eſſet epiſcopus; non contempſit eccleſię facultates, ſed fideliſſime diſpenſauit. Quo facto ſatis oſtendit & propria debere propter perfectionem contemni; & ſine impedimento perfectionis poſſe eccleſię facultates, quę † ſunt profecto communes, poſſideri. Quid ſanctus Hilarius?

† *quæ ſunt profecto communia*] orig.

EXemplum.] CASVS. Dictum eſt ſu ꝙ clerici nõ debent habere propria Sed quia poſſet aliquis dicere, ꝙ eccleſia non debet habere propria eadem ratione, quia ſi haberent clerici non poſſent ea poſſidere: ideo Gratianus ab hoc loco vſque ad §. his omnibus probat ꝙ eccleſia poteſt habere propria, & poſſeſſiones, & ꝙ clerici noĩe eccleſię poſſidere poſſunt, etſi nomine ſuo nihil poſſideãt. Probatur ergo in hoc ca. ꝙ eccleſia loculos & poſſeſſiones habere poteſt: & hoc probat exemplo Domini, qui loculos habuit, & qui furem admiſit, vt oſtenderet, quod quãdo eccleſia perſecutionẽ patitur a furibus, id eſt malis, patienter ferat. B.

b ¶Exemplum] Ab hinc oſtẽdit, ꝙ eccleſia poſſit habere proprium: & hoc vſq. ad §. econtra.

c ¶Fures.] Id eſt, occultos peccatores ſi. 23.q.4 tu bonus. extra de tẽpo. ord c. vl.

EXpedit.] CASVS. In hoc c. oſtendit Proſper, quod eccleſia poteſt habere poſſeſſiones. & hoc probat duob. exemplis, ſcilicet Paulini, qui ſua pauperibus erogauit: nihilominus tamen factus epiſcopus, poſſeſſiones eccleſiæ poſſedit & diſpenſauit. Et Hilarij, qui omnia reliquit pauperibus: qui factus epiſcopus nõ ſolum res eccleſiæ poſſedit, ſed etiam acquiſitis innumeroſis hæreditatibus fidelium poſſeſſiones eccleſiæ augmẽtauit. qui epiſcopi ſi ſciuiſſent eſſe peccatum eccleſiam habere poſſeſſiones, nũquam eas diſpenſandas ſuſcepiſſent.

Eccleſiaſticarum rerum dominium apud quẽ eſt 4 Et cum oĩa eius ſint, hoc tũ ſp cialius ſup.1.q.

3 Saluator. ver. quiſque. cap res quæ 16.q.1. in canonib. ver ſi quis. & hoc verum ſm Ray. & Vin. Arch.

ff de acquir. poſſ quod ſeruus. Item qui ab alio poſſidetur: ipſe nihil poſſidet, vt ff. de adulte.[1] ſic eueniet. Sed dicas, ꝙ ex permiſſione pręlati ſui poſſunt poſſidere, vt ext de ſta monac. c. monachi. Et nota quòd monachus ratione contractus nec agere poteſt, nec conueniri [1]: ſicut ille qui ceſſit bonis, vt ff de arbitr. item ſi vnus, in princ. Sed hoc notaui 11.q.1. de perſona. Item cum monachus dicatur ſeruus, vt 54 diſt. multos. ergo non habet liberum arbitrium. vt 32 q.5. c. vnico. nec enim velle videtur qui ex neceſſitate obtẽperat. ff de regu iur l. velle. Item agere non poteſt de iniuria ſibi illata, ſed tamen eius prælatus poteſt agere [2]. niſi prælatus abſit, nec reliquerit procuratorem ad inſtar filij familias. ff. de iniu. ſed ſi vnus. § ait prætor.

1 Ext. de fideiuſſ. de quibuſdam. vbi de hoc.

2 Quod dic vt not. extra de ſent. exc. parochianis.

3 Vt ext. de reſcr. cum dilecta de conſue cum dilectus. Arch.

a ¶Sine ſuperioris] Ext de off ord. quarto habet tamẽ ius eligendi; & ius accuſandi ſuum pręlatum ſiue abbatem, & illud poteſt facere ſine licẽtia abbatis, quia hoc iure ius conceditur ext de accuſ ex parte.

d ¶Communes.] Quæritur quis ſit dominus rerum eccleſiaſticarum, aut quid pauperes dicuntur eſſe domini? arg. ꝙ ſic. 16.q.1. quoniã quidquid Poteſt dici, ꝙ eccleſia ſit domina, vt 16.q.3. inter memoratos ſicut hæreditas eſt domina. vt ff. de acquir. re do. hæreditas. Alij dicunt, ꝙ ipſe Deus 4 vt infra ea. q.2 qui Chriſti, qui abſtulit. Vel dic dominium eſſe apud clericos, ſicut dominium rerum vniuerſitatis apud ciues. inſtitu. de re di. §. vniuerſitatis. dicuntur etiam pauperes domini, quia inde ſuſtentantur.

ADDITIO. De hoc etiam no. extra de verb. ſign cauſa. & per Innoc & Hoſt extra de cauſa poſſ. cum ſuper & ibi videas. Arch.

e ¶Cum præpoſitus.] Et confirmatus. nam ante non poteſt adminiſtrare. niſi ſit valde remotus, vt extra de e.c. quod ſicut, & c. nihil.

Digitized by Google

a ¶Si ſcirent.] Simile 7.q.1 omnis qui arg. bonum pro illis qui ſuis renunciauerunt, quod ſemper præſumitur illos iuſtam cauſam & litem fouere, & eſt bonum. ſimi. ext de no. ope. nunc c.1.

g ¶Concederet.] Ergo Imperium eſt apud eccleſiam Romanam. vt 96. diſt. in illa palea, Conſtantinus.

h ¶Synodo.] Nam ante eum non fuerunt generales ſynodi congregatæ, vt 15. d. c. 1.

i ¶Baſilicas.] De conſe. d. 1. nemo.

Videntur

QVoniam. Velina.] Not. plurium eccleſiarum viſitationem vni committi. Et eſt arg. quod ratione propinquitatis aliquid ſtatuitur contra ius. ſic extra de poſtu ad hoc. & ſi 10 remotionis. 63. d cum longe.

c ¶Conſtitutæ.] 7.q.1. conſtitutum, & ſu. 61. d. obitum.

d ¶Melchiades.] Falſus eſt titulus: quia Melchiades fuit proximus ante Silueſtrū, & eius tempore eſt Conſtantinus conuerſus. 96. d in illa palea, Conſtantinus.

FVturā.] CASVS. Dicebant quidā quod eccleſia nō deberet recipere prædia: & hoc probāt exemplo Apoſtolorū, qui in Iudæa prædia nō recipiebant, ſed pretia prædiorū, vt pauperes ſuſtentarent. quibus Melchiades Papa reſpondet dicēs, quod ideo Apoſtoli in Iudæa prædia non recipiebant, quia præuidebant eccleſiam ad Gentes tranſituram quod cum factum eſſet, principes Romanorum facti ſunt Chriſtiani: de quibus Conſtantinus fuit vnus, qui legem edidit, vt cuique vellet fieri Chriſtianus, & eccleſiam fabricaret, & prædia eccleſiæ donaret: & ipſemet multa donauit: & eccleſiam beati Petri inſtituit & ſedē imperialē ei reliquit: & ab illo tempore cœpit eccleſia poſſeſſiones habere: & Chriſtiani cœperūt eccleſias ædificare, & ſeipſos cōſecrare.

e ¶Romani.] Ergo Imperator eſt dominus totius mūdi ſu. 7.q.1 in apibus.

f ¶Primæ.] Vr ergo quod eccleſia beati Petri ſit prior eccleſia beati Ioānis Apoſtoli Lateran. 2.10 q.1. ſāctorū, ſed expone primæ beati Petri. i. Apoſtoli: vel primæ, id eſt, Apoſtolicæ.

a Ad hoc facit expreſſe ſu. 3.q.6 dudum. vbi L. approbat iſtā ſniam. Alij contra quia eccleſia Lateran. eſt patriarchalis, ſed eccleſia beati Petri nō, nec ēt epālis, ſed ē de epatu Portuenſi. & iō exponunt vt ſequitur, & hoc tenet H.

nonne & ipſe omnia bona ſua aut parentib. reliquit, aut vendita pauperibus erogauit? Is tamen, cum merito perfectionis ſuæ fieret eccleſiæ Arelatenſis epiſcopus; quæ illa tunc habebat eccleſia, non ſolum poſſedit, ſed etiam acceptis fidelium numeroſis hæreditatibus ampliauit. Iſti ergo tam ſancti, tam perfecti pontifices, factis euidenter clamant poſſe, & debere fieri quod fecerunt. Qui vtique homines tam ſæcularium, quam diuinarum rerum ſine ambiguitate doctiſſimi, ſi ſcirent [a] res eccleſiæ debere contemni; nunquam eas debuerant, qui omnia ſua reliquerant, retinere †.

Addita ex ori. hæc clauſula.

† *al. ſuſcipere.*

Item Gregorius Fœlici epiſcopo de Acropoli, lib. 2. epiſtola 29.

¶Diaconi, vel quælibet religioſæ perſonæ regularem vitam ducere cogantur. C. XIIII.

Anſ. l. 7. c. 7.

QVoniam Velina [b], Buxentina, & Blandana eccleſiæ, quæ tibi in vicino ſunt conſtitutæ [c], ſacerdotis noſcuntur vacare regimine; propterea fraternitati tuæ earum ſolenniter operam viſitationis iniunximus: illud præ omnibus commonentes, vt ibi præfatarum eccleſiarum, ſiue diœceſeos earum, vel diaconi, vel religioſæ perſonæ inuentæ fuerint, diſtricte, canoniceque viuant.

Item Melchiades [d] papa.

¶Quare in primitiua eccleſia prædia vendebantur. C. XV.

Poly l. 1. tit. 10.
Burc l. 3. c. 2. & 5.
Iuo p. 3. c. 4 & 3.
Pann. l. 2. c. 3.

FVturam eccleſiam in gentibus Apoſtoli præuidebant, idcirco prædia in Iudæa minime ſunt adepti, ſed pretia tantummodo ad fouendos egentes. At vero, cum inter turbines, & aduerſa mundi ſuccreſceret eccleſia; eouſque peruenit, vt nō ſolum Gentes, ſed etiam Romani [e] principes, qui pene totius orbis monarchiam tenebāt, ad fidē Chriſti, & baptiſmi ſacramenta cōcurrerent. Et quib. vir religioſiſſimus Conſtātinus primum, fidem veritatis patenter adeptus, licentiam dedit per vniuerſum orbem, ſub ſuo degentes imperio, non ſolum fieri Chriſtianos, ſed etiam fabricare eccleſias, & prædia tribuere poſſe cōſtituit. Denique idem præfatus princeps donaria immenſa contulit, & fabricam templi primæ [f] ſedis beati Petri principis Apoſtolorum inſtituit: adeo, vt ſedem Imperialem, quam Romani principes poſſederant, relinqueret, & beato Petro ſucceſſoribus q. † ſuis profuturam concederet [g]. Idem vero præſidens in ſancta ſynodo [h], quæ apud Nicæam congregata eſt, cum querelam quorundam conſpiceret coram ſe delatā, ait; Vos a nemine diiudicari poteſtis; quia ſolius Dei iudicio reſeruamini. Dij etenim vocati eſtis: & idcirco non poteſtis ab hominibus iudicari. Ab illo etenim tēpore, & deinceps, viri religioſiſſimi nō ſolum poſſeſſiones, & prædia, quæ poſſederant, ſed etiam ſemetipſos Domino conſecrarunt, ædificantes baſilicas [i]

† *al. ſuiſque præſulibus.*

Digitized by Google

Videntes.] CASVS. Hoc.c. diuiditur in quatuor partes. In prima parte oſtenditur ratio, quare eccleſia habet poſſeſſiones. ſcilicet quia plus vtilitatis confertur eccleſiæ de poſſeſſionibus quàm de pretio: cum ex his plura poſſint fidelibus miniſtrari. In ſecunda parte dicitur, ꝙ res eccleſiæ debent eſſe in poteſtate epiſcoporum. ex quibus debent communiter viuentibus neceſſaria miniſtrare. In tertia parte dicitur, quo nomine cenſeantur res eccleſiæ, ſcilicet hoc nomine, oblationes. In quarta parte continetur pœna vſurpantis res eccleſiæ. Secunda pars incipit, ibi, [Ipſæ vero.] Tertia ibi [Ipſæ. n.] Quarta ibi, [ideo]

in ſuis fundis in honorem ſanctorum martyrum per ciuitates, ac monaſteria innumera: in quibus cœtus Domino ſeruientium conueniret.

¶ Cæteri etiam collectores Melchiadem citant: quod conſtare nõ poſſe recte animaduertit auctor gloſſæ. Fit enim in hoc capite mẽtio Nicenę ſynodi: quo tempore (vt ex ipſa ſynodo Euſebio, & cæteris hiſtoricis apparet) iam Melchiades obierat. Habetur autem integrum in ſcripto de primitiua eccleſiæ, & munificentia Conſtantini quod in collectione Iſidori, Lutetiæ bis impreſſa, ſequitur ſtatim poſt decreta Melchiadis, quemadmodum ſupra diſt. 88. ad c. decreuit. ad notatum eſt.

Item Vrbanus Papa epiſtola vnica c. 1.

¶ Quæ prædia fidelium hodie ab eccleſia non alienentur. C. XVI.

Anſ. l. 7 c 6. Burc. l. 3. c. 3. Iuo p. 3. c. 5.

Videntes autem ſummi ſacerdotes, & alij, atque leuitæ, & reliqui fideles, plus vtilitatis poſſe cõferre, ſi hæreditates, & agros quos, vendebant, eccleſijs, quibus præſidebant, epiſcopi traderẽt; eo quod ex ſumptibus eorum tam præſentibus, quàm futuris temporibus plura, & elegantiora miniſtrare poſſent fidelibus communẽ vitam † ducentibus, quàm ex pretio ipſorum: ceperunt prædia, & agros, quos vendere ſolebant, matricibus [a] eccleſijs tradere, & ex ſumptibus eorum viuere. ¶ Ipſæ vero res in ditione ſingularum parochiarum epiſcoporũ (qui locum tenent Apoſtolorum [b]) erant, & ſunt vſque adhuc & futuris ſemper debent eſſe temporibus. Et quibus epiſcopi, & fideles diſpenſatores eorum, omnibus communem vitam degere volentibus, miniſtrare cuncta neceſſaria debent, prout melius potuerint, vt nemo in eis egens inueniatur. ¶ Ipſæ enim res fidelium oblationes appellantur, quia Domino offerũtur. *& infra c. 3.* ¶ Memoratis ergo augmentationibus, ac cultibus in tantum eccleſię, quibus epiſcopi præſident, Domino adminiculante creuerunt, & tantis maxima pars earum abundat rebus; vt nullus ſit in eis communem gerens † vitam, indigens: ſed oĩa neceſſaria ab epiſcopo [c], ſuiſq; miniſtris percipit. ¶ Ideo ſi aliquis extiterit modernis, aut futuris temporibus, qui hæc auellere nitatur, iam dicta damnatione feriatur.

† *al. fidem.*

† *al. ei gens] al. degens.*

Item Auguſtinus tractatu 62. in Ioannem.

Et Beda ad. c. 13. Io. & ibi gloſſa ordin.

¶ De eodem. C. XVII.

Anſ. l. 5. c 32. Poly. l 3. tit 24.

Habebat Dominus loculos: & à fidelibus oblata conſeruans, & ſuorum neceſſitatibus, & alijs indigentibus [d] tribuebat. Tunc primum eccleſiaſticæ pecuniæ forma eſt inſtituta: vbi intelligeremus, quod præcepit, non cogitandũ [e] eſſe de craſtino, nõ ad hoc fuiſſe præceptum, vt nihil pecuniæ ſeruetur à ſanctis; ſed ne Deo pro iſta ſeruiatur, & propter inopiæ timorem iuſtitia deſeratur.

Matt. 6.

a ¶ Matricibus.] videtur ergo ꝙ tantum matrices eccleſiæ olim. habuerunt prædia & poſſeſſiones. vnde videatur ꝙ illa ſolennitas, quæ in alienatione rerum eccleſiæ ſeruari præcipitur 10 q 2. caſellas aliâs hoc ius tantum de maioribus eccleſijs intelligatur: cum enim olim eccleſiæ erant tenues, maior erat inquiſitio adhibenda in alienatione. ſed cũ hodie augmentatæ ſunt poſſeſſiones eccleſiæ: ſufficit conſenſus capituli eccleſiæ; ad alienationem faciendam vt infra ea. q. 2. fine.

Eccleſiaſticæ res facilius poſſunt alienari hodie quàm olim.

b ¶ Apoſtolorum.] Epiſcopi tenent locũ Apoſtolorum, vt hic, ſcilicet quo ad dignitatem, monachi quo ad renunciationem propriorum, & communem vitam 16. q. 1 ex auctoritate, omnes ſacerdotes quo ad ſacramẽtorum diſpenſationem. 11. q. 3. abſit 21. d. in nouo. 68. d. quorum vices.

Apoſtolorũ locum tenẽt viri eccleſiaſtici diuerſimode.

c ¶ Ab epõ.] extra de præb. c. epiſcopus. ADDITIO Et ſic habes hic, ꝙ epiſcopus per ſe vel per alium tenetur prouidere cuilibet clerico in ti genti 70. d. ſanctorum. H.

Habebat.] CASVS. Probatur in hoc c exemplo Domini, ꝙ eccleſia poteſt habere poſſeſſiones: quia Dominus loculos habuit & qđ dixit, non eſſe cogitandum de craſtino, non ita intelligendũ eſt, vt nihil habeamus, ſed ne Deo propter mundana ſeruiatur ſequens §. patet.

d ¶ Indigentibus.] argum. de eleemoſynis fieri eleemoſynæ. 16. q. 1. decimæ tributa.

e ¶ Cogitandũ.] ſupra 1. q. 7.

Digitized by Google

1.q.7.conuenientibus. contra, vbi dicitur, de futuris inquiramus: & futuris caſibus debemus occurrere 23. diſ. in nomine, Solutio cautela non prohibetur, ſed ſolicitudo nimia, per quam cultus diuinus minuatur. 47. diſt. c. omnes huius. & cap. ſicut hi.

Solicitudo nimia eſt prohibita.

f ¶ Cadere.] ideſt, non aſſumere.
g ¶ Sanctitatem.] id eſt, minus periculum eſt eſſe manifeſtum q̃ occultum. & ſic non eſt contra 32. q. 4. nemo vbi dicitur quod tolerabilior eſt culpa, ſi lateat.

ECONTRA. CASVS. Amodo vult Gratianus, quod clerici poſſint habere propria. quod verum eſt iis qui renunciauerunt proprijs: in quo caſu loquitur vſque ad §. De rebus.

HIS OMNIBVS. Hæc eſt ſecunda pars quæſt. in qua probat, quod poſſunt habere propriũ tam clerici, quam epiſcopi, & eccleſiæ. & hoc probat per 11. auctor. Io. de Fant.

2 *His omnibus auctoritatibus claret, quòd clericis nullo modo licet habere quid proprium: quod ſi habuerint, non clerici erunt; non tamen clericatus eis tollendus eſt.*

Vnde Auguſtinus in ſermone 2. de communi vita clericorum. al. 52. ad fratres in heremo.

¶ Clericatus non tollitur eis, qui volunt habere aliquid proprium. C. XVIII.

Certe ego ſum, qui ſtatueram, ſicut noſtis, nullum ordinare clericum, niſi qui mecum vellet manere: aut veniet recedere [a] à propoſito; recte illi tollerem [b] clericatum: quia deſereret ſanctæ ſocietatis promiſſum, cœptumque conſortium. Ecce [c] in conſpectu Dei, & veſtro muto conſilium. Qui volunt habere aliquid proprium, quibus non ſufficit Deus, & eccleſia; ſua maneant vbi volunt, & vbi poſſunt: non eis aufero clericatum: nolo habere hypocritas. Malum [d] enim eſſe quis neſciat? malum [e] eſt cadere [f] à propoſito: ſed peius eſt ſimulare propoſitum. *Et poſt pauca.* ¶ Si non † ſeruat ſanctitatem [g] foris, dimidius cecidit: ſi vero intus habuerit ſimulationẽ, totus cecidit. Nolo vt habeat neceſſitatem ſimulandi. Scio quomodo homines ament clericatum. Nemini eum tollo nolẽti mecum communiter viuere. Anſ. l. 7. c. 8.

† Si: ſeruat.] orig.

Econtra ſunt aliæ auctoritates, quibus conceditur propria habere, non ſolum alijs, ſed etiam epiſcopis.

Vnde in concilio Agathenſi, c. 48. legitur.

¶ De rebus proprijs, vel acquiſitis epiſcopi hæredibus ſuis derelinquant. C. XIX.

Epiſcopi de rebus proprijs, vel acquiſitis [h], vel quidquid de proprio habẽt [i], hæredibus ſuis, ſi voluerint, derelinquant. Quidquid vero de prouiſione [k] ſuæ eccleſiæ fuerit, ſiue de agris, ſiue de fructibus † [l], ſiue de oblationibus; omnia † in iure eccleſiæ reſeruare cẽſuimus.

† *al. frugibus.*
† *al. omnia iure.*

CErte.] CASVS. Aug. fecerat conſtitutionem quandã ſcilicet, quod nullũ ordinaret clericum niſi communiter viueret, & proprijs renunciaret & ſi inueniretur tranſgreſſor, deponeretur. Poſtea clerici renunciabant & fiebant tranſgreſſores. quare Aug. conuocatis omnibus clericis ſuis mutauit conſtitutionem quàm fecerat, volens potius habere claudos, i. propria habentes, quam hypocritas, id eſt tranſgreſſores: quia ſi habet propria, dimidius cadit, id eſt, imperfectus eſt: ſed ſi renunciat proprijs, & habet poſtea propria, totus cadit: quia perfectionem non ſeruat exterius nec interius in anima.

a ¶ Recedere.] ideſt non aſſumere propoſitum. i. renunciandi vt ibi: Cadent à latere tuo.

Non habet proprietas. non n. inde cadit q non ſuſcipit ſecũdum Hug.

b ¶ Tollerem.] ideſt non admitterem.

c ¶ Ecce.] arg. aliquẽ venire contra factum ſuum. 17 q 2. Conſaldus. 35. q. 9. quod qs 22. q 4 in malis & c. iurauit. 55. diſt. pœnitẽtes. ff. de iis quibus vt. indig. tutorem. Contra 32. q. 5. horrendus. Argu. contra, 7. q. 1 quam periculoſum 8 q. 2. dilectiſſimi. 17. q. 4. ſunt qui opes, C. de tranſa. ex cauſa. C. de cap. & poſt. li re. nec nos C. de remiſſio. & pig. debitum. ff. de acqui. hære. qui ſuperſtitis. ff. de adopt. poſt mortem. contra. ff. de ſerui. ruſtic. præ. per fundum. Ioan. Solu. quilibet poteſt venire contra factum ſuum vbi eſt expreſſum in iure. alias non. 55. diſt. pœnitentes B.

Facto proprio poteſt quis contrauenire.

d ¶ Malum.] id eſt, occaſio mali: quia rei familiaris cura ſine peccato vix poteſt exerceri. 25. diſtin. qualis. Vel intellige proprie, peius enim eſt per hypocriſim peccare, quam manifeſte, vt extra de hære. cum ex iniuncto. ff. de ritu. nup. palam, & plus eſt veneno occidere quam gladio. C de maleſi. l. vnica. & plus eſt perſuadere quam compellere ff. de ſer. corrup. l. 1. §. vlt. & ſic non obſtat 32. q 4. nemo.

Hypocrita plus peccat quam manifeſte delinquens.

e ¶ Malum.] hoc ſcilicet.

EPiſcopi.] CASVS. Statuitur in hoc c. q̃ ſi epiſcopi habent aliquid de rebus proprijs, poſſunt relinquere cui velint. Sed quidquid de rebus eccleſiæ habuerunt totum eccleſiæ reſeruent.

h ¶ Acquiſitis.] de proprio. Vel dic acquiſitis non occaſione eccleſiæ vt extra de teſta quia vos.

i ¶ Habent] de hoc dicemus infra ea. q. 4. cap. 1.

K ¶ De prouiſione.] Clerici de rebus mobilibus nihil in vltima voluntate poſſunt dare niſi talis ſit eccleſiæ conſuetudo, vt extra de teſta. ad hæc. & c. relatũ. §. licet.

Clerici nihil poſſunt dare in vltima voluntate.

l ¶ De fructibus.] nondum perceptis. arg. ff. quemadmodum vſusfruc. amit. l. ſi vſusfructuarius, in fine. immo etiam de perceptis non poſſunt condere teſtamentum. extra de teſta. quia nos admonet.

Manife-

Digitized by Google

Manifeſta.] CASVS. Dicitur, ꝙ manifeſtum debet eſſe iis. qui circa epiſcopos morantur, quæ ſunt res eccleſiæ, & quæ ſunt res propriæ epiſcoporum, ne ſi tranſitus inopinatus emergat, propter confuſionem res epiſcopi pro rebus eccleſiæ, vel conuerſo detrimentum patiantur.

Sint manifeſtæ.] CASVS. Dicitur ꝙ res propriæ epiſcopi, & res eccleſiæ debent eſſe ſeparatæ, vt epiſcopus in obitu ſuo ſine interdictione, vel contradictione quibus voluerit propria relinquere poſſit: iuſtum enim eſt. vt nec eccleſia nec propinqui epiſcopi detrimentum patianẽ, & in cauſas incidant, vel lites. Sequens c. planum eſt, & inducitur a cõtrario ſenſu, quaſi non ſufficiant ei ſua propria.

In cap. Martini Bracha. ex can. 4. conc. Antiocheni mutatis verbis, ſed ſalua ſententia.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 15.

¶De eodem. C. XX.

Manifeſta [a] autem debent eſſe, quæ ad eccleſiam pertinent, his qui circa [b] ipſos ſunt, presbyteris, & diaconis; vt ſi epiſcopo contigerit inopinatus tranſitus, res eccleſiæ nullo modo poſſint minui, & perire; neque res propriæ epiſcopi importunitatem patiantur pro reb. eccleſiæ: vt nec eccleſia incurrat damnum, nec epiſcopus in ſuis rebus pro rebus eccleſiæ proſcribatur.

Idem ſtatutum eſt in canonibus Apoſtolorum, c. 40. vbi legitur.

¶De eodem. C. XXI.

Anſ. l. 9. c. 167.

Sint manifeſtæ [c] res propriæ epiſcopi (ſi tamen habet proprias) & manifeſtæ Dominicæ [d]: vt poteſtatem habeat de proprijs moriens epiſcopus ſicut voluerit, & quibus voluerit derelinquere: nec ſub occaſione eccleſiaſticarum rerum ea, quæ epiſcopi eſſe probantur [e], intercidant. Fortaſſis enim aut vxorem habet, aut filios [f], aut propinquos, aut ſeruos [g]. Et iuſtum eſt hoc apud Deum & homines; ut nec in eccleſia detrimentum patiatur ignoratione rerum pontificis; nec epiſcopus, vel eius propinqui ſub obtentu eccleſiæ proſcribantur, & in cauſas incidant [h], qui ad eum pertinent, morſque eius [α] iniurijs malæ famæ ſubijciatur.

† al. δυσφημία.

α ¶Morſque eius.] *Antea legebatur,* mortiſque eius iniurijs infamentur. *Reſtitutus eſt locus ex priſca verſione, cui totum reliquum caput conuenit. Græcè eſt,* καὶ τοῦ αὐτοῦ θάνατον δυσφημίαις περιβάλλεσθαι, *ideſt,* & eius mors maledictis vndiq; appetatur.

Item in eiuſdem canonibus, c. 41.

¶Ex rebus eccleſiæ epiſcopus ſi indiget, ſibi, & ſuis neceſſaria ſumat. C. XXII.

1. Cor. 9.

Ex his autem, quibus epiſcopus indiget (ſi tamen indiget [i]) ad ſuas neceſſitates, & peregrinorum fratrũ vſus & ipſe percipiat, vt nihil ei poſſit [β] omnino deeſſe. Lex enim Dei præcipit, vt qui altario deſeruiunt, paſcantur de ipſo.

β ¶Ei poſſit.] *Legitur etiam,* eis poſſit *Nam & in græcis codicibus partim eſt* αὐτοῦ *partim* αὐτοῖς.

Item ex concilio Antiocheno. c. 25.

c ¶Sint manifeſtæ.] Ideſt. diſtinctæ.

d ¶Dominicæ.] ideſt eccleſiæ.

e ¶Probantur.] Ex hoc c. & in auth. de eccl. titu. § interdicimus, coll. 9 ff. de dona. inter vir. & vxo. Quintus Mutius. C. e. tit. etiã videtur, ꝙ ſemper res acquiſitę præſumũtur eſſe de bonis eccleſiæ, niſi ꝓbetur contrarium. Arg contra. C. arbitrium tut ſi defunctus ibi. n. dr̃, quod tutor qui nihil ante habebat, poſtea per induſtriã ſuã multa potuit fuiſſe lucratus. vnde pupillus cogitur ꝓbare illas ſuas eſſe. Tu dicas, ꝙ ſi eps̃, vel alius prælatus pmiſtim vtitur reb. ſuis & eccleſiæ cum non ſit facta diſtinctio, cogẽtur hæredes epĩ probare illas res nõ eſſe eccleſiæ: ſicut vxor cogitur ꝓbare res aliquas non eſſe mariti, quia promiſcue vtit reb mariti vt ſuis. Vel aliter diſtinguas. Si certũ eſt, ꝙ eps̃ ante epiſcopatum habuit propriũ; tunc incumbit eccleſiæ onus probandi res acquiſitas eſſe tã tum de rebus eccleſiæ. arg. inf. q 4 ca. 1. & 2. Vel dic, quod ſi poſſ. mortẽ epiſcopi eccleſia inuenitur in poſſeſſione rerũ, tũc hęredibus incumbit probatio. Sed ſi hęredes ſunt in poſſeſſione, tunc eccleſia probabit, vt inf. e. q. 5. c. 1. in fine.

Clericorum bona an præſumantur eſſe de bonis eccleſiæ.

f ¶Aut filios.] ſup. diſt. de Syracuſanæ. contra. Sed hoc permittebatur tempore Apoſtolorum, quorum 1, canon iſte eſt.

r Ar. contra ſu e. q. c 2. & ſeq. Dic ꝙ licet illo tp̃e primitiuo ñ liceret clericis hr̃e propria: tñ Apoſtoli inſtinctu ſpiritus ſancti preuiderunt eccleſiam & clericos poſſeſſiones habituros. ſu. e. futuram & ſic potuit eſſe iſte canon. Apoſtolorũ. Arch.

a ¶Manifeſta.] Facit ergo inuentarium, vt 28. d.. de Syracuſanæ.

b ¶His qui circa.] Ideſt, vicedominis, vt 89. diſt. volumus. & capit. ſequenti. qui erit teſtis adminiſtrationis ſuæ alij erunt teſtes vitæ ſuæ, ſupra 2. quæſt. 7. cum paſtoris.

g ¶Aut ſeruos.] Quos poteſt facere & liberos.

h ¶In cauſas incidant.] Ideſt, litigare cogantur.

i Ex his] ¶Indiget.] Quia de reb. eccl. non debet quis paciſci, ſi habet propria, vt 1. q. 2. clericos. & c. paſtor.

Digitized by Google

EPiſcopus.] CASVS. In concilio Antiocheno ſuper quatuor querimonia facta fuitde epiſcopis. Primo quòd res eccleſiæ vertebant in ſuos vſus. Secūdo, ꝙ res eccleſię ſine conſcientia clericorum detrectabant. Tertio, ꝙ domeſticis & cōſanguineis & propinquis de reb. eccleſiæ poteſtatem dabant, vt per huiuſmodi pſonas res eccleſiæ lęderent. Quarto, ꝙ quidam ex eis paupertib. almonam ſubtrahebant. vnde ſermo pdicationis, & hi q res eccleſiæ diſpenſabant, infamabantur: quare ſtatutum fuit in concilio Antiocheno, vt epi habeāt rerum eccleſiaſticarum poteſtatē ad ſui & fratrū ſuorū victum & veſtitum, ſi indigent ſi vero ſuper prædictis quatuor accuſati & conuicti fuerint, pœnas ſuſtineant.

a ¶Epiſcopus.] Hoc c. habes 10. q. 2. eps.

b ¶Vſib.] Hinc oſtēditur qua neceſſitate clerici debēt eſſe cōtenti, ſ. vt habeant victum & veſtitum; & ita refertur hic neceſſitas ad naturę neceſſitatem. & eſt arg. cōtra illos, qui dicunt ſe p p neceſſitatē habere plures eccleſias.

c ¶Fructus.] Ergo res mobiles non poteſt dare ſine conſcientia 1. cleri ſui. extra de do. c. 2.

d. ¶Cōſcientia] inf. ea q. 1 fine. & c. aliena tiones.

e ¶Propinquis.] inf. 89. d. decenter.

1 Hoc nō verū. ex. de don. cęterū vbi de hoc. & inf c.e.vl. 12. q. 1 poſſeſſiones. in gl in fi. Arch.

¶Res eccleſiaſticas epiſcopus diſpenſet.

C. XXIII. — Anſ. l. 6. c. 163.

EPiſcopus [a] eccleſiaſticarum rerum habeat poteſtatē ad diſpenſandum erga omnes, qui indigent, cū ſumma reuerentia, & timore Dei. Participet autem & ipſe quibus indiget (ſi tamen indiget) tam in ſuis, quam in fratrum, qui ab eo ſuſcipiuntur, neceſſarijs vſibus [b] profuturis: ita vt in nullo qualibet occaſione fraudentur, iuxta ſanctum Apoſtolum ſic dicentem: [Habentes victum, & tegumentum, his contenti ſumus.] *1. Tim. 6.* Quòd ſi contentus iſtis minime fuerit, conuertat autem res eccleſiæ in ſuos vſus domeſticos, & eius cōmoda, vel agrorum fructus [c], non cum presbyterorum conſcientia [d], diaconorumque pertractet, ſed horum poteſtatem domeſticis ſuis, aut propinquis [e] aut fratribus, filijsque committat, vt per huiuſmodi perſonas occultè res [a] lædantur eccleſiæ; ſynodo prouinciæ pœnas iſte perſoluat. Si autem & aliter accuſetur epiſcopus, aut presbyteri, qui cum ipſo ſunt, quòd ea, quæ pertinent ad eccleſiam, vel ex agris, vel ex alia qualibet eccleſiaſtica facultate ſibimet vſurpent; ita ut ex hoc affligantur quidem pauperes; criminationi vero, & blaſphemijs tam ſermo prædicationis, quam ij, qui diſpenſant, taliter exponantur; & hos oportet corrigi, ſancta ſynodo id quod condecet, approbante.

a ¶Occultè res.] *In verſione Dionyſii legitur*, vt per huiuſmodi perſonas occultè cæteri † lædantur fratre, eccleſiæ, *& concordat cum alia antiqua verſione, quæ & ipſa eſt in tomis conciliorum*, vt per eorum ſecretam diligentiam eccleſiaſtici ludi videantur. *Græcè in codibus, qui lecti ſunt habetur*, εἰς τὸ διὰ τῶν τοιούτων λανθανόντως βλάπτεσθαι τοὺς λόγους τῆς ἐκκλησίας *id eſt*, vt ex his rationes eccleſiæ latenter lædantur. — † *al. cætera lædantur eccleſiæ.*

Item in canonibus Apoſtolorum, c. 41.

¶Res eccleſiæ ſint in epiſcopi poteſtate. C. XXIIII. — Anſ. l. 6 c. 160.

PRæcipimus, ut in poteſtate ſua epiſcopus eccleſiæ res habeat. Si enim animæ hominum pretioſiores † [f] illi ſunt creditæ †, multo magis [g] oportet eum curam pecuniarum gerere, ita vt poteſtate eius, indigentibus omnia diſpenſentur per presbyteros [h], & diaconos, & cum Dei timore, & omni ſolicitudine † miniſtrentur. Et his autem, quibus indiget, &c; *vt ſupra.*

† *pretioſa*] orig. † πιστευτέον. 1. credendæ. † εὐλαβείας. 1. integritate. — ſup ea. c. ex his autem.

PRæcipimus.] CASVS. Quæſitum fuit an epi. deant habere poteſtatem de reb. eccleſiæ. Et rñdetur ꝙ ſic ad diſpēſandum eas per preſbyteros & diaconos cum timore & ſolicitudine. Et hoc pbatur argumento a maiori, quia animæ hominum multo pretioſiores rebus ſunt illi commiſſis.

f. ¶Pretioſiores] Sic inf. 16 q 7 c 1.

g ¶Multo magis.] Simile eſt qđ oſtendit ius, ex quo mulier credit ſe viro de corpore, dignum eſt, vt credat de dote reſtituenda, unde non tenet vir dare fideiuſſorē de dote reſtituenda, niſi vir haberet in facultatib. ex. de do. inter vi. & vxor. per veſtras. C ne fideiuſſ. do. den. l. 2. — Vir pro dote non tenetur fideiuſſorem dare.

h ¶Presbyteros.] ſup. 80. d. c. volumus.

Cum ergo in cōcilio [i] Agathenſi, & Martini, et canonibus Apoſtolorum dicatur: [Sint manifeſta res propria epiſcopi,] cū in eiſdē canonib. & in concilio Antiocheno

CVM ERGO, CASVS, Concludit Gratia. ex c. epi, & ex c. manifeſta, & ex c. ſint manifeſtę. & ex c. epi, ꝙ epiſcopis licet habere propria: ſed ex hoc mouet quandam quæſtionem, cum epiſcopus habeat propria, quare dicit ſup in c. nolo ꝙ clericus habens propria non erit clericus? cui quæſtioni reſpondet Gratian. pro ſuo arbitrio, dicens quoſdam epiſcopos in oriente habere vxores, & filios, & quoſdam clericos in occidente in minoribus ordinibus habere vxores, & filios, quibus licet habere propria alijs vero clericis, qui ab infantia clerici facti ſunt, non licet habere propria niſi retinēdo ſua, a ſumptibus eccleſiæ abſtineant. & ad hoc inducit ſequens capitulum.

i ¶Cum ergo in concilio.] Concludit ꝙ clerici poſſunt habere propria.

a ¶Quo-

Digitized by Google

a ¶ Quomodo ergo.] Modo quærit de contrarietate illorum capitu. ſup. nolo. & ſup. ea. expedit.
b ¶ Sed notandum eſt.] Male ſoluitur 1. Sed dic. vt dixi ſup. ea. in princip. quæſtionis.
ILli autem.] CASVS. Quidam clerici proprijs renunciare nolebant. quæſitum eſt à Proſpero an ſine peccato poſſint hoc facere? Et reſpondet quod ſic, ſi præbendam diſpenſatori relinquant: qui quodammodo ſua relinquũt quando contenti rebus prop.[s] nihil de rebus eccleſię accipiunt.

1 Quod nulla nititur ratione, nulla fulcitur veritate, Lau. Hu.

†al. rebus.

Præcipiatur, vt epiſcopus participet res† eccleſiæ ſi tamẽ indiget; nonne patenter oſtenditur, quod epiſcopus habeat libere propria? Dicendo enim: [ſi indiget rebus eccleſiæ.] notat eum habere propria quę fortaſſe ſuis neceſſitatibus non ſufficiunt. Quomodo ergo[a], clericus, ſi proprium habere voluerit, clericus non erit? & eps habens propria nõ ſolum non deſinit eſſe epiſcopus, verumetiã cunctas eccleſiaſticas facultates in ſua iubetur habere poteſtate; ¶ Sed notãdum eſt[b], epiſcopos orientales vxores habere & filios quoſdam autem ex noſtris partibus, cũ in laicatu ſiue in minoribus ordinibus cõſtituti habeant vxores & filios, ſiue morte vxoris interueniente, ſiue continentia pari voto ſeruata, ad ſacros ordines accedere. His omnibus conceditur habere propria ad ſuos, & ſuorum vſus. Qui autem ab infantia ſacræ militiæ traditi ſunt, nullo modo eis permittitur habere ꝓpria: quia nulla eſt eis excuſatio proprietatis: niſi fortaſſe retinendo ſua, à ſumptibus eccleſiæ abſtineant. Quod fieri poſſe Proſper de vita contemplatiua, l. 2. c. 12. teſtatur dicens.

¶ De ijs qui tam infirmi ſunt, vt ſuis rebus renunciare non poſſint. C. XXV.

ILli autem, qui tam infirmi[c] ſunt, vt poſſeſſionib. ſuis renunciare non poſſint; ſi ea, quæ accepturi erant diſpenſatori[d] relinquant nihil habentibus[e] conferenda, ſine peccato[f] poſſidere ſua: quia & ipſi quodammodo ſua relinquunt; quando proprijs contenti rebus, nihil eorum, quę labori, vel ordini ſuo deberi arbitrantur, accipiunt.

De rebus vero eccleſiæ, quæritur, an liceat eas per prębẽdas diuidi, vt annuos redditus quiſque ſibi ſpecialiter vẽdicet. Hoc non poſſe fieri, argumento, & auctoritate probatur: clerici ſucceſſores eorum ſunt, de quibus dicitur: [Multitudinis autem credentium erat cor vnũ, & anima vna.] Neceſſe eſt ergo, vt eorum ſequãtur vitã, quorum in eccleſia gradũ adminiſtrãt. Non ergo aliq̃d propriũ ſibi vendicabũt, ſed erunt eis omnia cõmunia.

Act. 4.

Item Vrbanus Papa ait in epiſtola vnica. c. 2.

Anſ. l. 5. c. 35. Poly. l. 9. tit. 15.

¶ Res eccleſię quaſi communes epiſcopus diſpenſet. C. XXVI.

REs eccleſiæ non qua propriæ[g], ſed vt communes & Domino oblatæ, cum ſummo timore non in alios quam in præfatos vſus ſunt fideliter diſpenſandæ.

Item ex ſynodo habita Romæ ab Eugenio Papa II. cap. 16.

¶ Non liceat epiſcopo res eccleſiarum in proprios vſus conuertere. Cap. XXVII.

NVlli epiſcoporum liceat res mobiles, aut immobiles de ſubiectis plebibus, alijſque pijs locis in pro

c ¶ Infirmi.] Scilicet animo.
d ¶ Diſpenſatori.] ſcilicet ſuo: vel diſpenſatori, id eſt, epiſcopo.
e ¶ Nihil habentib.] Id eſt, pauperibus. 16 q. 1. c. fin.
f ¶ Sine peccato.] patet quod ſi clerico ſufficiant propria, non habebit eccleſiaſtica, vt 16 q. 1. quoniã quidquid. 1. q. 2 clericos & c. paſtor. & if. c. ſi priuatum. 10 q. 3. cauendũ. Sed contra nemo ſuis ſtipendijs cogitur militare ext. de ſimo. cum ſit Romana. & qui altario deſeruit, &c vt ſu. c. ex his. Solu hoc ca. de conſilio loquitur vel de clericis vagabundis vel loquitur de oblationib. quę illis non ſunt communicandæ, vel poſſunt habere dona eccleſiaſtica. non vt ibi reſeruent, ſed vt diſtribuant pauperibus. 16 quæſt. 1. ca. fin.
DE REBVS. CASVS. Hic Gra mouet quãdã quæſtionẽ incidentẽ, an poſſeſſiones eccleſiæ poſſint diuidi per prębẽdas. Et primo probat, quod non exemplo apoſtolorum, & duobus c. ſeq. Sequens cap. patet.
Si quis vero pro compendio ſuarum rerum, eccleſiæ rebus detrimentum intulerit, vel ſi occaſione rerum eccleſiaſticarum in rebus proprijs detrimentum paſſus fuerit; viciſſim qui lucrum ſentiunt, detrimentum patientibus reſarcient.

Vnde in concilio Bracharenſi 3. c. 8. legitur.

¶ Reſarciantur detrimenta ſacerdoti, vel eccleſię, quę alterius occaſione alter ſenſerit. C. II.

QVicũque ſub hoc neglectu [b] res diuinas laborare [c] diſtulerit, placito ſpeciali diſtringendus eſt: qualiter ſi de rebus, ſeu augmentis eccleſię quęſtum laboribus ſuis propriè auxit [d], & ex hoc eccleſiaſticis rebus aut neglectum [e] laboris exhibuit, aut minorationem, vel perditionem induxit; quidquid in rebus eccleſiæ minuit, illi reſtituat; ex cuius rebus, atque ſuffragijs ſuos conuictus fuerit ampliaſſe labores. Quod ſi aliquid pro vtilitatibus eccleſiæ, aut ſubſtantiæ expendit, aut diſpendi, vel perditionis quidpiam pertulerit; ſi hoc comprobari potuerit, totum illi à rebus eccleſiæ eiuſdem reformabitur †, pro cuius [f] vtilitate id expendiſſe probatur. †Idem Pan. cõſ. 10. lib. 2.

Si vero de rebus eccleſiæ tantummodo aliqua acquiſiſſe noſcuntur; & ad nomen eccleſiæ inſtrumenta debent componere, nec aliquibus poterunt illa donare.

Vnde in Agathenſi concilio, c. 54. legitur.

¶ De his, quæ ſacerdotes emunt, ad eccleſię nomen ſcripturam faciant. C. III.

PResbyter, dum diœceſim tenet, de his, quæ emerit, ad eccleſiæ nomen ſcripturã faciat, aut ab eius, quam tenet, eccleſiæ ordinatione diſcedat.

Extra de pecul. cler. c presbyter. Burc. l. 3. c. 119. Iuo p. 3. c. 95. Pann. l. 2. c. 51.

¶ *Caput hoc ab Iuone etiam, & auctore Pannormia citatur ex Agathenſi, in quo extat, In decretalibus vero tit. de pecul. cler. ex concilio Arelatenſi: & apud Burch & in prima collectione decretalium ex concilio Arauſico.*

QVÆSTIO V.

T*Eſta-*

---

ratione, vel collatione hoc vult dicere, quòd computabit quantum de ſuis rebus, & quantum de rebus eccleſiæ dedit pro re empta, vt ſecundum hoc diuidatur inter eccleſiam & hæredes defuncti 1. Sed pone, poſtquam adeptus eſt eccleſiam: nullos ſumptus voluit facere de patrimonio ꝓprio: ſed quidquid emit, emit de patrimonio proprio tantum: & ſolis redditibus eccleſię fuit vſus. Videtur ꝙ cõputandi ſunt illi ſumptus, quos facere conſueuit, vel quos facturus fuiſſet de ꝓprio patrimonio, ac ſi nõ haberet eccleſiã, vt ff. de pet. hæred. ſed & ſi. §. adeo autem, in fi. Et ſic propriè ponitur hoc verbum compẽſatione. Item non debet negligere lucrum eccleſię propter lucrum ſuum, vt infra c. proxi. Vel intellige, ꝙ hoc dicit quando dubium eſt, an de rebus eccleſiæ, an de ſuo patrimonio emerit, nam tunc diuidi deberet ſecundum quantitatem ſui patrimonij, & rerum eccleſiæ. 2

Acquiſita de bonis eccleſiæ, & de bonis clericorum, ad quos pertinebunt.

1 Et qui plus dedit maiorem partem habebit, ff. de vſufr. ſed & ſi quis, §. interdũ, ſm Lau.

2 Eccleſiæ. Panor. in c. vlt. de pecu. cler. Claua. verſic. clericus.

a ¶ Conquiſitio.] Id eſt, conquiſitum. ſic C. communi diuid. ad officium. ff de vſu fruct. ſed & ſi quis, §. interdum.

SI QVIS. CASVS. Supra oſtenſum eſt quid iuris ſit de rebus proprijs clericorum, & de rebus eccleſię. ſed quia occaſione rerum eccleſiaſticarum clerici in rebus proprijs patiũtur detrimẽtum, vel econuerſo: ideo dicit Gratianus, quod viciſſim debent ſibi reſtituere detrimentum. & ad hoc inducit ſeq. cap.

QVicunque] CASVS. Docet in hoc cap. concilium Bracharenſe, quod ſi prælatus res proprias augmentando aliquod detrimentũ vel damnum rebus eccleſiaſticis intulerit: totum debet eccleſiæ reſarcire Si vero aliquid de rebus proprijs pro vtilitatibus eccleſiaſticis expenderit, vel occaſione eccleſiæ in rebus proprijs paſſus eſt detrimentum: & ſi hoc probare potuerit, totum ſibi de rebus eccleſiæ reſtituatur. Quæ autem ſequuntur plana ſunt vſque ad quæſtionem.

b ¶ Neglectu.] Id eſt, quia negligit res eccleſiæ, augendo ſuas.

c ¶ Laborare.] Id eſt, periclitari vel colere,

d ¶ Propriè auxit.] .i. in reb. proprijs locupletatus eſt.

e ¶ Aut neglectum.] Hic habes, ꝙ ſi prælatus aliquid negligit acquirere eccleſiæ ſuæ cum poſſet, & maluit ſibi acquirere: quòd hoc imputatur ei: & de hoc tenetur ad inſtar tutoris, vt C. arbi. tut. quidquid. nec enim præponere debet vtilitatem ſuam vtilitati eccleſię, ſicut nec tutor vtilitatem ſuam vtilitati pupilli. ff. de admin. tuto. §. 1. ff. commo ſi vt certo §. commodatum, in fi. & 7. q. 1. præſentium, & placuit.

Prælatus tenetur acquirere eccleſiæ ſuæ.

f ¶ Pro cuius.] Sic extra de procur. eum cauſa.

TEſtamenta vero.] Hæc diuiditur in duas partes. In prima probat per 5. cap. ꝙ presbyter vel alius clericus poteſt de rebus proprijs facere teſtamentum. Secunda ibi, [Sed ſi epiſcopus.] Ioan. de Fant.

CASVS.

Digitized by Google

CASVS. Hic intitulatur 5. q. qua quæritur an liceat clericis condere teſtamentum, & certum eſt quòd ſi habent propria, qui non renunciauerunt proprijs, de rebus proprijs poſſunt condere teſtamentum, vt inf. c. 1. & 2. minus autem idoneos hæredes non poſſunt inſtituere

N Vlli dubium.] CASVS. Lucidius epiſcopus conqueſtus eſt Grego. ꝙ Conſtantinus ſuus anteceſſor reliquit Luminoſæ ancillæ, & fratribus ſuis in teſtamento & nomine legati quædam mobilia, quæ ipſe Conſtantius acquiſierat poſt tempus ſuæ ordinationis. Et reſpô. Grego. ꝙ ſicut res in epiſcopatu acquiſitas alienare non poteſt prælatus: ſic res proprias poteſt relinquere cui vult. Vnde propter hoc eccleſia nô debet præiudiciũ pati, ſi pôt conſtare res legataa poſt ordinationẽ acquiſitas. ipſe aũt rurſus Luminoſam illam ſup his reb inquietabat. præcipit ergo Greg. ſibi, ꝙ ſine cauſæ cognitione nihil de his quæ poſſidet Luminoſa, auferre pſumat. H vero ſic caſum breuiter ponit. Conſtantius epiſcopus teſtamentum fecerat: in teſtamẽto legauerat quędam Luminoſę, quæ dicebantur fuiſſe eccleſiæ. Lucidius eius ſucceſſor volebat ea reuocare ſcribit ergo ei Gregor. vt de hoc cognoſcatur ordine iuris: & ſi conſtiterit illa fuiſſe eccleſiæ, ordine iuris reuocentur. Nam ex quo illa eſt in poſſeſſione, nôn debet ei auferre ſine iudiciali cognitione. ſed prior verior eſt, & magis videtur literæ conſonare.

b ¶Vt ſi hoc] Ideo epiſcopo incũbit ꝓbationis [1] onus, quia ille erat in poſſeſſione, vt dixi ſu. ea. q. 1. ſint manifeſtæ.

[1] Idẽ Bal. in auth. ex teſtamento, in 7. col. in vet. 11. c de col. facit qđ not. Bar. in l. ſi in ter. ff de reb. dubijs, & lo. An. in addi. ad Spe. in ti. de ac §. 1. ſu ꝑ verbo. ſed quid ſi dubitatur. & moderni legiſtæ in l. cum fundus. §. ſeruũ, circa fi. ff. ſi cer. pet.

O Bitũ.] CASVS. ſignificatũ fuit C. quod Theodorus epiſcopus in obitu ſuo de rebus eccleſię teſtamentum condiderat, quare Papa ꝓcepit cuidam, vt ſubtiliter ĩquirat, an de rebus eccleſiæ teſtamentum condiderit qđ ſi inuenerit, oĩa đ reb. eccleſię alijs relicta modis oĩbus reſtituantur eccleſiæ.

menta [a] *vero non licet eis conficere, niſi de rebus proprijs.*

† al. Deodato.

Vnde Gregorius ſcribit Deuſdedit α † *epiſcopo, lib. 10. epiſt. 42.*

α ¶Deuſdedit.] *Antea legebatur* Lucidio. *Reſtituta eſt inſcriptio ex originali; quæ inſcriptio integra eſt ſupra ead. q. 2. res in epiſcopatu. illud enim caput in hoc continetur.*

¶Quomodo de rebus eccleſiæ licet teſtari ſacerdotibus. C. I.

ſup. ead. q. 2. res in epiſcopatu.
Poly. l. 4. tit. 19.

NVlli dubium eſt, quia ſicut ſacerdotibus res in epiſcopatu acquiſitas nulla eſt alienãdi licentia: ita de his, quas ante habuerint, quidquid iudicare voluerint, nô vetantur. Itaq; fraternitatem tuam tempore, quo ad nos fuit, quæſtam eſſe recolimus, quòd quædam mobilia β, quæ Conſtantinus deceſſor veſter Luminoſæ ancillæ Dei filiæ fratris ſui, teſtamenti ſerie, legati titulo reliquit, iam epiſcopus acquiſiſſet, decreuiſſeque nos, vt ſi hoc [b] conſtaret, nullum ex his eccleſia veſtra præiudicium pateretur. Quod & vos oportet recolere, & moleſtiam aliquam prædictæ ancillæ Dei non facere, nec ei ſine cognitione de his, quæ poſſidet, quidquam auferre.

β ¶Mobilia.] *In originali impreſſo, & manuſcripto eſt,* immobilia. *ſed non eſt mutatum propter doctiorum ſcripta: nonnulla vero alia ſunt emendata.*

Idem lib. 4. epiſt. 22. ſeu c. 66. Cypriano diacono.

¶De eodem. C. II.

OBitum Theodori epiſcopi dilectionem tuam iã credimus cognouiſſe. Sed quia ipſe teſtamentum dicitur condidiſſe, ſubtiliter † te (ne quid de rebus eccleſiæ ſuæ conſumpſiſſet) oportet inquirere. Et ſiquidem eum exinde aliquid incongrue minuiſſe didiceris; ita age, vt res ipſæ ab eo, cuius intereſt [c], modis omnib. reparentur.

† Adde an & quando ſubtilitas ſit approbãda vel non. not. in c inter corporalia. de transla. prælat ff. de ver. obli. l. ſeruũ, §. ſequitur.

Idem Gregorius Mariniano epiſcopo Rauenãti, lib. 5. epiſt. 1. ſeu c. 101.

¶Quæ monaſterijs ab epiſcopo conferuntur, reuocari non debent. C. III.

QVia Ioannes α quondã deceſſor tuus, dum viueret, ſæpius a nobis expetijt, vt ea, quæ in monaſterio illo contulerat, quod iuxta eccleſia ſancti Apollinaris ipſe conſtruxerat, noſtra debuiſſemus auctoritate firmare, & nos facturos hoc eſſe promiſimus; fraternitatem ve-

re, vt 24. q. 2. ſane de rebus autem eccleſiæ teſtari non poſſunt, niſi tantum de ſuo eccleſiæ recompenſent, vt inf. c. ſi epiſcopus.

a ¶Teſtamenta.] Nec aliquid dare, nec teſtamentum cõdere licet de rebus eccleſiæ, ſi tamen conſuetudo habet, poteſt mobilia aliqua dare, vt extra de teſta. ad hæc, & c. quia.

c ¶Intereſt.] ſ. vt hæres vniuerſa reſtituat, vt 16. q. 6. ſi epiſcopum, & ſup ea q. 2. ſi epiſcopus.

QVia Ioannes.] CASVS. Ioannes archiepiſcopus Rauennas quoddam monaſteriũ conſtruxerat iuxta eccleſiam ſancti Apollinaris in ciuitate Rauennæ: & ſupplicauit Grego. vt bona, quæ illi monaſterio contulerat confirmaret, poſtea in mortis articulo con-

Digitized by Google

ſtram neceſſario duximus adhortandam, vt nihil de his, quæ illic contulit, atque conſtituit, aliquo modo patiatur imminui: ſed omnia firma ſtudeat ſtabilitate ſeruari. Huius igitur monaſterij, & collectarum illic rerum, quia in teſtamento, quod condidit, feciſſe noſcitur mentionem; ſciendum vobis eſt, non ea nos ideo cōfirmaſſe, quoniam ſupremam [a] eius ſequimur voluntatem: ſed quia ei hoc (ſicut diximus) viuenti promiſimus. Hæc itaque ſic ſolicite fraternitas veſtra implere feſtinet; quatenus & quæ inſuprаſcripto monaſterio [b] conſtituit, & a nobis ſunt firmata, ſeruentur; & illa, quæ in dammum dari, vel fieri per teſtamentum ſuæ decreuit eccleſiæ, nullam prohibente lege, obtineant firmitatem.

α ¶Ioannes quondam deceſſor tuus.] *Hæc verba non ſunt hoc loco apud B. Gregorium, ſed ex ſuperioribus huc comportata.*

Item ex concilio Hiſpalenſi.

¶Sic etiam citant Burchardus, & Iuo; & in Hiſpalenſi primo habentur nonnulla ad hanc rem facientia. Sed integrum caput habetur in concilio Pariſienſi, lib. 1. c. 16. & in capitularibus lib. 5. c. 175. refertur inter alia decreta concilij Pariſienſis.

¶Quæ ante ſuam ordinationem, vel poſt hæreditaria ſucceſſione acquiſiuit epiſcopus, cui vult derelinquat. C. IIII.

FIxum ab hinc, & perpetuo manſurū eſſe decreuimus, vt epiſcopus res ſui iuris, quas aut ante epiſcopatū, aut certe in epiſcopatu [c] hæreditaria ſucceſſione acquiſiuit, ſecundum auctoritatem canonicam quidquid vult, faciat, & cui vult, conferat. Poſtquam autem epiſcopus factus eſt; quaſcunque res de facultatibus eccleſię, aut ſuo, aut alterius nomine, qualibet conditione comparauerit; decreuimus, vt non in propinquorum ſuorum, ſed in eccleſiæ, cui præeſt, iura deueniant.

Burc. l. 1. c. 210.
Iuo p. 5. c. 328.

De rebus vero eccleſiaſticis teſtari licet epiſcopo, ſi tantundem de proprijs reſtituat.

Vnde in Agathenſi concilio, c. 51. ſtatutum eſt.

¶Quomodo poſſunt eſſe rata, quæ de eccleſiæ proprietate teſtamento legantur. C. V. — Et in Epaunēſi c. 17

SI epiſcopus cōdito teſtamento aliquid de eccleſiaſtici iuris proprietate legauerit [d]; aliter non valebit, niſi tātundem [e] de iuris proprij facultate ſuppleuerit.

Burc. l. 1. c. 212.
Iuo p. 5. 326.

2 *Sed ſi epiſcopus, vel q̃libet ex gradu eccleſiaſtico inte-*

conſtitutus teſtamentum condidit de rebus eccleſiæ, & præcipit in teſtamento, vt quæ præfato monaſterio contulerat irreuocabiliter apud ipſum remanerent, quo mortuo ſucceſſor eius Marianus volebat omnia reuocare. Sed cum fuiſſet ſignificatum Gregorio, confirmauit ea, quæ illi monaſterio fuerant ꝑ Ioānē collata: non ꝙ eius ſequatur vltima voluntatē: ſed quia promiſerat hoc ſibi viuenti: vnde Greg. mandat Mariano archiepiſcopo, vt omnia illa firma ſtudeat ſtabilitate ſeruare: ſed omnia iſta quæ ratione teſtamenti ſunt data, vel facta ī damnū eccleſię ſuę, nullam habeant firmitatem.

a ¶Supremam.] Nota, ꝙ licet ſit magnus fauor vltimæ voluntatis: tamen potius ſequitur hic volūtatem viuentis quàm morientis 1 Idē arg. ꝙ licet aliqua voluntas non valeat tanquam teſtamentum: valeat tamen tanquā ſimplex donatio: ꝙ eſt cōtra l. 1. ff. de iure codi. Sed videtur quod poſt mortem epiſcopi non poſſit rata haberi donatio facta ab ipſo, quia oportet ſcilicet ꝙ eo tempore rata habeatur, quo poteſt donatio fieri, vt ff. de acqui hære. ſi quis alicui ff. de bo poſſ. l. 3. §. acquirere. & l. vlt. ſed ſecus eſt, q̃a nec mors, nec furor, nec petentis pœnitentia impedit ratihabitionem, vt ff. rem ratā hab. bonorum.

1 Hoc ideo q̃a ipſa vltima voluntas fuit illegitima: alias nihil eſt ꝙ ita debeat, & c. C. de ſa. ſan. eccl. l. 1 ſm L. qui dicit, ꝙ hæc volūtas eſt deambulatoria ſicut, & circa depoſitum, ff. de po. l. 1. §. penul. Sed arg. contra ff. de lega. 3. ſi quis ſup. in prin. Arch.

b ¶Monaſterio.] Sed nonne canon permittit ei legitimam portionem dare monaſterio ad conſtituendam monaſterium? ſic: ſed non ad dandum. Vel fuit hic vltra legitimam portionem datum, ſup. ead. q. 2. bonæ, & ca. ſi quis.

FIxum ab hinc.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Hiſpalen. cui debet epiſcopus relinquere res, quas ante epiſcopatum, vel poſtea acquiſiuit hęreditaria ſucceſſione? Reſpondetur ꝙ poteſt relinquere cui vult: illa vero quæ de rebus eccleſiæ ſuo nomine, vel alterius comparauit, in iura ſuæ eccleſiæ tantum deueniant. Sequens §. cum c. ſeq. per ſe planus eſt.

c ¶In epiſcopatu.] Contra in authen. de ecc. titu § interdicimus coll. vlt. vbi dicitur: Quocumque modo res aliquas acquiſiuit poſt epiſcopatū: niſi iure cognationis ad eum peruenerint, non poteſt eas relinquere alij quàm eccleſiæ, ſed illud non tenet.

d SI epiſcopus. ¶Legauerit.] Licet enim hæres teneatur redimere legatam a defuncto, vel dare eius æſtimationem, vt inſtit. de leg. §. non ſolum. ſecus tamen eſt cū legatur res eccleſiæ 2 vt extra de teſta. filius.

2 Vide Bal. & Alexā. de Imo in l. cū alienam.

e ¶Niſi tantundem.] vt ſup. ead. quæſt. 2. ſi quis qualibet.

SED SI EPISCOPVS. Hæc eſt 2. pars huius q. Io. de Fan.

CASVS.

Digitized by Google

CASVS Dictum eſt ſup. ꝙ epiſcopus, vel clericus res ꝓprias poteſt relinquere cui vult. Nunc vero oſtendit Grat. ꝙ ſi epiſcopus, vel clericus ab inteſtato decedat, nec aliquos habeat conſanguineos, qui ei ſuccedant, eccleſia omnia vendicabit, vt inf. c. 1. & 2.

Si I cubi.] CASVS In concilio Tarraconen ſtatutū fuit, vt ſi epiſcopus deceſſerit ab inteſtato, presbyteri & diaconi ipſius eccleſiæ de rebus ipſius faciant inuentarium a minimo vſque ad maximum: ita vt ſi quis aliquid de illis fuerit furatus, & de hoc conuictus, ſecundum tenorē furti reſtitutionem faciat.

Si ſtatus defunctus fuerit, nec aliqui inuenti fuerint, qui iure cognationis ei ſuccedant; eccleſia ſua ei ſuccedat in integrum: nec licebit alicui aliqua ex rebus eius præſumere.

Vnde in Tarraconenſi concilio, c. 1. ſtatutum eſt.

¶Epiſcopo inteſtato eccleſia ſuccedat in integrum. C. VI.

SIcubi defunctus fuerit epiſcopus inteſtatus: poſt defunctionem eius [a] a presbyteris, & diaconis de rebus ipſius inuentarium fideliter conſcribatur a minimo vſq; ad maximum, id eſt de vtenſilibus, vel de omni ſupellectili: ita tamen, vt ſi quis exinde, vel præſumpſiſſe aliquid, vel occulte fuerit tuliſſe conuictus; ſecundum furti tenorem reſtituat vniuerſa.

[a] ¶Defunctionem eius.] *Antea legebatur*, hanc diffinicionem. *Emendatum eſt ex varijs conciliorum editionibus & duob. codicibus Vaticani, quemadmodum & nonnulla alia. In codice autem Lucenſi regio legitur* poſt depoſitionem eius.

Item ex concilio Triburienſi.

¶De eodem. C. VII.

Burc. l. 2. c. 207. Iuo p. 6. c. 232.

QVicunque ex gradu eccleſiaſtico ſine teſtamento, & ſine cognatione deceſſerit; hæreditas eius ad eccleſiam, vbi deſeruiuit, deuoluatur [a]. Similiter de ſanctimonialibus [b].

¶*Burchardus etiam, & Iuo citant capitulum hoc ex concilio Triburienſi, cui præfuit Arnulphus. Sed in eo, quod extat, non habetur. Simillima leguntur apud Iulianum anteceſſorem nouella. 131. cap. 18.*

CAVSA XIII.

DIœceſani cuiuſdam baptiſmalis eccleſiæ cladibus bellorum preſſi, hoſtili metu compulſi, domicilia ſua tranſtulerunt in aliam diœceſim: prædia tamen antiqua non deſierunt colere: cœperunt perſoluere decimas illi eccleſiæ in cuius diœceſim tranſierunt: & apud eam ſibi elegerunt ſepulturas. Tranſactis quinquaginta annis clerici, quibus quondam perſoluerant decimas, cœperunt mouere quæſtionem cœperunt in eos, qui ab iſtis accipiunt † primitias, & decimas; veniunt ad cauſam.

† *al. acceperunt.*

1 *Modo primum quæritur, ſi illi quorum domicilia ſunt in diœceſi huius baptiſmalis eccleſiæ, debeant perſoluere decimas illi eccleſiæ, & celebrare ſuas exequias apud eccleſiam, in qua quondam hæc fiebant a parentibus eorum.*

2 *Secundo, an præſcriptione temporis, ius percipiendi decimas, & funerandi tollatur.*

QVicunque.] CASVS. Dicitur quod ſi quis clericus ſine cognatione ab inteſtato deceſſerit, hæreditas eius deuoluatur ad eccleſiam.

a ¶Deuoluatur] Eccleſia enim eſt ei ꝓximus hæres, vt extra de pœn. presbyteri 1 contrarium tamen eſt huic, ext. de ſucceſſ. ab inteſtato. cap. 1. & 2. ſed illud fuit locale. Vel illud intelligitur ſecundū illud.

1 Arg. huius decr. presbyteri. & huius c. quicunque dicūt quidē, ꝙ ſi ab inteſtato d̄cedit, & hēt vxorē ꝙ vxor non præfertur eccleſię, ſed ar. contra. C. de epi. & cler. ſi quis presbyter, ſup. ea. q. 1. ſint manifeſtæ. ſm L.

b ¶De ſanctimonialibus.] Argu. eſt hic pro ſanctimonialib. Teutoniæ. quòd poſſunt hr̄e propria, q̄a veſtē religioſam poteſt quis habere in domo propria. 27. q. 1. de viduis. ad idem ait 27. q. 1. ſi quis rapuerit. tamen taliū monialium vita condemnatur. 18. qō. 2. perniciosam. Io.

DIœceſani cuiuſdam.] CASVS. Supra dictum fuit in 12 cauſa ꝙ quidam clerici non debent habere propria. Sed aliquis quæreret vnde viuere debent: oſtendit Gratianus, quod de decimis & oblationibus viuere debent: ſed quia de decimis & oblationibus & ſepulturis ſæpe oritur contentio inter clericos & etiam laicos: ideo G. ſubnectit hāc 13. cauſam, in qua oſtēdit quid de d̄cimis, & oblationib. & ſepulturis ſit obſeruandū. Et vt competentius agat, proponit thema, de quo duas elicit quæſtiones. Eſt ergo caſus thematis talis. Quidā laici hoſtili metu cōpulſi in aliā diœceſim domicilia tranſtulerāt antiqua tñ prædia ſemper colebāt, quorū decimā tio-

Digitized by Google

tiones per quinquaginta annos ſoluerant illi eccleſiæ, ad quam transierunt: & apud eam ſibi ſepulturas elegerunt: elapſis quinquaginta annis clerici quibus quondam ſoluerant, & a quibus transierunt, cœperunt mouere quæſtionem.

nendum ſit de diuiſione parochiarũ: & Diony reſcribit ei dicens. ꝙ ipſe diuiſit parochias & cœmeteria eccleſiarum, vt nullus alterius parochiæ terminos, vel ius inuadat: ſed vnuſquiſque plebem ſibi commiſſam intra terminos ſuos ita cuſtodiat, vt pro ſuis actibus glo-

QVAESTIO I.

QVòd priori [a] eccleſia hac omnia iure perſoluenda ſint, actores his argumentis probare contendunt. Conſtat vnamquamque baptiſmalem eccleſiam habere diœceſim ſibi legitime aſſignatam: ſicut & parochiales eccleſiæ habent parochias ſibi diſtributas.

Vnde Dionyſius Papa Seuero epiſcopo, epiſt. 2.

¶Singuli ſacerdotes proprias debent habere eccleſias. C. I.

ECcleſias ſingulos ſingulis presbyteris dedimus: parochias, & cœmiteria eis diuiſimus [b]: & vnicuique ius proprium habere ſtatuimus: ita videlicet, vt nullus alterius parochiæ terminos [c], aut ius inuadat: ſed ſit vnuſquiſque ſuis terminis contentus, & taliter eccleſiam, & plebem ſibi commiſſam cuſtodiat, vt ante tribunal æterni iudicis ex omnibus commiſſis rationem reddat, & non iudicium, ſed gloriam pro ſuis actibus accipiat. Poly l.4 tit.31. Burc.l.3.c.43. Iuo p.3.c.47. Anſ.l.5 c.71. Pann.l 2.c.42.

In diœceſi autem deſignata quæcunque prædia coluntur; prouentus decimationum baptiſmali eccleſiæ aſſignatus debet ſolui. Quia ergo prædia hæc intra terminos noſtræ diœceſis continentur; & prouentus decimationum nobis legitime aſſignatus, noſtræ eccleſiæ perſoluendus eſt.

2 *His ita reſpõdetur. Decimæ a Deo conſtitutæ ſunt per Moyſem, vt perſoluerentur a populo filijs Leui pro miniſterio, in quo deſeruiebant ei in tabernaculo. Non accipiebant filij Leui decimas, niſi ab eis, pro quibus offerebant* Num.18.

QVòd priori.] Hæc q. diuidit̃ in tres partes: in prima quarum probatur, quod poſtquam eccleſiæ ſunt limitatæ, non debent decimæ ad alios vſus tranſire: nec mutari de parochia & hoc proſequitur vſque ad § illũ, [His itaque,] &c. Secunda ibi, [His itaque.] Tertia ibi, [Ad hęc.] Io. de Fãt.

CASVS. Hic intitulatur prima q qua q̃ritur cui eccleſiæ ſint perſoluẽdæ decimæ. Et certum eſt, ꝙ decimæ prædiales ſunt perſoluendæ illi eccleſiæ intra cuius terminos p̃dia ſita reperiuntur, vt 16. q. 1. ſi quis laicis. & c. de decimis. niſi præſcriptio impediat. Perſonales vero, vtputa de artificio, vel negotiatione, ſunt perſoluẽdæ illi eccleſiæ vbi per totum circulum anni audit diuina, vt 16 qõ. prima quæſtio. Et procedit hoc ordine G primo probat, quod decimæ ſunt perſoluẽdæ priori eccleſiæ: poſtea probat, quod ſunt perſoluẽdæ illi eccleſiæ, ad quam ſe tranſtulerunt, inducens actores & reos allegantes, & viciſſim ſibi reſpondentes.

Decimę cui eccleſię ſint dandę.

a ¶ Quòd priori] Hic ponit primam q an decimæ ſint dandæ illi eccleſiæ a qua ſe transferunt: vel ad quam ſe tranſtulerunt. Diſtingue ergo, aut decimæ ſunt prædiales: aut perſonales. Si prædiales, ſemper dandæ ſunt illi eccleſiæ vbi prædia ſunt ſita, vt 16. q. 1. ſi quis laicus. Si perſonales ſunt, quæ proueniũt ex artificio, vel negotiatione: tunc ſunt dandæ illi eccleſię vbi recipiunt ſacramenta, vt 16. q 1. queſti. ſicut illi ciuitati eſt tributum ſoluendũ vbi agri ſunt, vt ff. de cen. forma 1. Et hęc diſtinctio probatur extra de deci. ad Apoſtolicæ. tamen prędiales decimæ dantur ſecundum conſuetudinem loci. ext. de dec. cum ſint homines. & hæc vera ſunt circa veteres decimas: & dicẽdum eſt circa nouas, vt ſemper dandę ſint illi eccleſię, in cuius parochia ſita ſunt prędia ſed ſi parochia non eſt limitata, in arbitrio eſt epiſcopi cuius eccleſię dentur noualium decimę, vt ex. ea. quoniam. Item in dubio eccleſijs matricibus potius quam capellis dabuntur decimę, vt extra c. nuncios in parte remota. & in dubio ibi potius dabuntur vbi audiuntur frequentius diuina, vt extra eod. ad Apoſtolicę.

1 §. ſi vero qs ff. de cu. bo dã. l. 2. §. 1. arg. bonũ. C. de mul. in quo loco mu. ſex. con giu l. vna. in fi. li. x. auth. de eccle. tit. §. ad hoc. Arch.

ECcleſię] CASVS. Seuerus conſuluit Dion. quid tenendum ſit de diuiſione parochiarũ ...

riam a Domino percipiat.

b ¶ Diuiſimus] Iſte Diony. diuiſit, vel diſtinxit terminos eccleſiarum, ſed non terminos epiſcopatuum, quia in gentilitate fuerunt diſtincti. vt 80. d. c. 1. ſimiliter termini prouinciarum ſunt diſtincti ante tempus Chriſti, vt 99. d. c. 1.

c ¶ Terminos.] Propter hoc inducitur c.

IN DIOECESI. CASVS. Concludunt actores ex ſupradicto cap. quod decimę illi eccleſię ſunt perſoluẽdę intra cuius terminos reperiuntur prędia, de quibus decimę debent perſolui: & ideo concludunt decimas illorum prędiorum, de quibus contentio vertitur, ſuę eccleſię eſſe perſoluendas: cum intra terminos eiuſdem prędia ipſa colantur.

HIS ITAQVE RESPONDETVR. Hęc eſt ſecunda pars queſtio. in qua probat contra, ſcilicet quod ibi debent dare decimas vbi percipiunt baptiſma Ioan. de Fant.

CASVS Nunc rei reſpondẽt allegationibus ſupradictis oſtendentes decimas illas non actoribus, ſed ſibi tantum ſoluendas, cum ipſi eis ſpiritualia quotidie miniſtrent. & hoc probatur 16. auctoritatibus, quas legendo literam per te videbis, ſi diligenter inſpexeris. & quę ſatis ſunt faciles.

Digitized by Google

Primitiæ vt decimæ ſoluendæ ſunt.

¶ Et primitias.] Primitiæ ergo debitæ ſunt ſicut, & decimæ. 16 q. 1. reuertimini. Quantitas primitiarum non eſt determinata, ſed qui plus dabat, quadrageſimam dabat partem: qui minus, ſexageſimam; & ſic licitum erat dare inter lx. & lx. quantum quiſque volebat. hoc erat in aridis, & liquidis. Sed qui dabat primitias animalium, dabat vnum de ducentis, vt ait. Hiero. ſuper Ezechielem & extra de deci. c. 1.

preces, & ſacrificia. Quia ergo nos ſeruimus Domino in tabernaculo, offerendo pro iſtis preces, & ſacrificia; & ipſi debent nobis perſoluere decimas, & primitias[a] ¶ Item, cum decimæ darentur filijs Leui; non electione offerentis perſoluebantur, vt contempto Leuita, qui ſecum erat, ipſe eligeret, cui vellet decimas dare. Nam dictum eſt: Deuter. 14. & 16. *[Leuita qui tecum moratur, & intra muros tuos habitat, comedet eas.] Ideo ex ſingulis tribubus, ciuitates ad habitandum acceperunt: vt vnaqueq; tribus illis perſolueret decimas, qui ſecum erant. Nam Moyſes præcepit filijs Iſrael (ſicut legitur in Deuteronomio)* Deuter. 12. *[In loco quem elegerit Dominus Deus veſter, vt ſit nomen eius in eo; illuc omnia, quæ præcipio, conferetis, holocauſta, & hoſtias, & decimas, ac primitias manuum veſtrarum[b], & quidquid præcipuum eſt in muneribus veſtris, quæ vouiſtis Domino. Ibi epulabimini coram Domino Deo veſtro vos, & fili, & filiæ veſtræ, famuli, & famulæ, atque Leuita, qui in vrbibus veſtris commoratur, Neque enim habet aliam partem, atque poſſeſſionem inter vos.] & infra. ¶ [Decimam frumenti, vini, & olei tui, primogenita armentorum, & pecorum, & omnia, quæ voueris, & ſponte offerre volueris, & primitias manuum tuarum coram Domino Deo tuo, comedes ea in loco, quem elegerit Dominus Deus tuus, tu & filius tuus, & filia tua, ſeruus[c], famula, atq; Leuita, qui manet in vrbibus tuis.] ¶ Quia ergo nos intra muros vrbis iſtorum ſedemus, & eis habitatione iuncti ſumus; rite ab eis decimas accipimus, Itē ait propheta:* Pſ. 103. *[Producens fœnum[d] iumentis, & herbam ſeruituti hominum.] Fœnum, & herba ex terra producitur: ſed quibus? iumentis irrigantibus eam, id eſt hominibus colentibus eam* †al. eum. *, & in hoc ſeruientibus ipſi. Item Apoſtolus[f]:* Gal. 6. *communicet aūt is, qui catechizatur[g] verbo, ei q̄ ſe catechizat, ī oībus bonis] Hoc Galatis, Corinthiis aūt, ꝓbat ſpecialiter ſibi deberi ſumptus, qui eis ſpecialia miniſtrauit dicens.* 1. Cor. 9. *[Si nos uobis ſpūalia ſeminauimus; magnū eſt ſi nos carnalia ueſtra metamus[h]?] Itē,* Ibidem. *[Si alij poteſtatis[i] ueſtræ participes ſunt; quare nō potius nos?] Item, [Quis plantat uineam: & de fructu eius nō edit?] Nos plantauimus uineā, & nos uultis fructus eius edere? Item præcepit Dominus per Moyſem, ut nemo mittat falcē in alienā meſſem.* Deuter. 23. *Hæc meſſis noſtra eſt, & nos uultis falcem in eam mittere? Item. Non alligabis os boui triturāti.* Deuter. 21. *] Nos ſumus boues triturantes: nos uultis alligare os noſtrum, & de noſtra tritura uictum nobis quæritis? Item Apoſtolus,* 1. Cor. 9. ſed paulo aliter. *[Qui altario ſeruiūt, de altario uiuant.] Sed nunquid de eo, cui non ſeruiunt? Item, [Qui in ſacrario operantur, cum ſacrario participant.] Sed nunquid cum illo, in quo non operantur? Nos ſeruimus altario: nos ei participare uultis? nos uero uacuos, & inanes dimittere quæritis: Item Apoſtolus:* 2. Tim. 2. *[Laborantē agricolam oportet primum accipere de fructibus ſuis:]*

b ¶ Manuum veſtrarum.] Arg. ꝙ non excuſantur monachi, qui proprijs manibus colunt agros, quin teneantur dare decimas: cū illud ſit præceptum Domini; ſed illi legis latori nemo pōt contradicere, vt 27 q. 2. ſunt qui dicunt. nec licet diſpenſare contra præceptum Domini, vel Apoſtoli. 25. q. 1. ſunt qdā. De hoc dicemus. 16. q. 1. decimas. & c reuertimini.

Monachi an teneātur ad decima.

c ¶ Seruus.] Videtur hic ꝙ laici cum clericis debeant vti decimis. & ſic eſt contra 16 q 7. c. 1. Sed prout Hiero. teſtatur, in veteri teſtamento, quatuor modis dabantur decimæ. Primo de omnibus bonis, quæ habebat populus, decimam dabat Leuitis. Secundo de reſiduis nouem portionibus ſumebant decimam, & de hac ter in anno, cum aſcendebant in templum, paſcebant ſe & Leuitas. de illa hic loquitur. Item de reſiduis portionibus ſumebant decimam, & reſeruabant ad vſus pauperum, & pupillorum. Item decimabant reſiduas partes, & ipſā deferebant in templum; de qua hic dicitur. Adhuc dabatur quarta decima. nam de illa decima, quam populus offerebat Leuitis, ſumebant Leuitæ partem decimam, & offerebant eam ſummo ſacerdoti: & inde fiebant panes propoſitionis e. Hodie nec vna bene datur, & ō fame & penuria, & alijs pœnis maledcti ſumus. 16. q 1. reuertimini.

Decimæ olim dabantur quatuor modis.

e Hæc dicebatur decima decimæ hæc ſignificabat carnē Chriſti, quæ in ſacrificiū eſt oblata: ſicut illa offerebatur in illis panibus propoſitionis, qui fiebant ex illa, ſm Hug.

d ¶ Fœnum.] Id eſt, temporalia.

e ¶ Seruientibus.] Id eſt, prædicatorib. ſeruientibus alijs.

f ¶ Item Apoſtolus.] ad Galatas 5.

g ¶ Qui catechizatꝰ.] id eſt, inſtruitur.

h ¶ Metamus.] Quaſi dicat, non. 1. q 1. noſtri.

i ¶ Poteſtatis.] Sed ſi

Digitized by Google

ita poteſtatiuè vtuntur alij veſtris ſicut voſipſi, cur non magis etiam nos, qui intendimus ſaluti veſtræ?

a ¶ Nec vltimum.] Quandoque tamen dicitur primus non reſpectu vltimi, vt extra de verbor. ſignificatio Ioſeph.

b ¶ Paſcit.] Argum. bonum quod ibi dandæ ſunt decimæ, de grege, vbi grex paſtus eſt, & vbi concepit, non vbi moratur: nã & boues dicuntur eſſe de illo fundo, vbi laborant, non vbi morantur. vt ff. de fund. inſtruct. l cum quidam. nam ſeruitus paſcendi pecora eſt prædialis ſeruitus, cũ vſus tantũ predij conſiſtit in paſtu pecoris, vt ff. de ſer. ruſti. prædi. pecoris. & quod ſit de foro illius vbi grex ſuus paſcitur, probatur. quia ibi poteſt conſtituere tugurium, vel officinam. vt ff de ſer. ruſt. præd. veluti. ſed ratione tugurij, vel officinæ ſit quis de foro alterius, vt ff de iud. hæres. §. 2. hoc dicto ſequitur inconueniens: quia eadem ratione dabũtur decimæ vbi grex parturit, & vbi fœtus paſcitur. Præterea coloni non dant decimas 1. vbi laborant dominis ſuis, ſed vbi recipiunt ſacramenta, vt 16. q. 1. queſti.

Decimæ pecorum vbi ſunt dandæ.

1 Scilicet pſonales.

c ¶ Sapere.] Ironicè loquitur, quaſi dicat: magna ſapientia eſt velle illud quod non potes: ſcilicet de alieno viuere.

d ¶ Pſalmum.] Id eſt, ſpiritualia.

e ¶ Tympanum.] Id eſt, temporalia.

f ¶ De decimis] Inf. 16. q. 1. de decimis.

ADDITIO. Dicit L. quod illud cap. ſophiſticè inducitur, quia loquitur de perſonalibus decimis tantũ, hic autem agitur de prædialibus. & idem hic tenet Io. de Fant. Archid.

g ¶ Sinere.] Sponte.

h ¶ Vel.] Ideſt, ſaltem.

CASVS. Hic reſpondet actores ſupradictis allegationibus, rationes pro ſe multiplices inducendo, & in ſumma concludunt, quod oblationes quotidianæ debent perſolui illi eccleſiæ, vbi quotidiana officia percipiuntur: decimæ vero prædiorum priori eccleſiæ per-

vos autem econtra quæritis? Nos ſumus agricolæ laborãtes: vos primum uultis percipere de fructibus noſtris? immo non primum: quia nec ultimum[a] nobis relinquere uultis. A prioribus enim incipientes, paulatim ſerpitis: & totum uſurpare contenditis: ut pro nobis uideatur dictum, fruſtatim lupus comedit agnum. Item: [Quis militat ſtipendijs ſuis unquam? quis paſcit[b] gregem, & de lacte eius non edit?] Nos militamus: & uos ſtipendia noſtræ militiæ nobis quæritis. Nos gregem paſcimus: & uos lac eius, & lanam accipere nobis uultis. Sapere[c] eſt, de alieno labore uictum quærere: ſi ſapere eſt, uelle quod non poſſis. ¶ Item Dominus dixit diſcipulis ſuis: [In quãcunque domum intraueritis, in eadem manete, edentes, & bibentes quæ apud illos ſunt. Cum autem intraueritis primum dicite, pax huic domui.] Nos domum hanc ingreſſi ſumus, & ei pacem obtulimus: uos autem quaſi otioſi alieno cibo paſci gaudetis? Videte, ne in uos uertatur illud: [Vide, quid faciat otium, & cibus alienus.] ¶ Item propheta: [Sumite pſalmum[d], & date tympanum.] Iſti à nobis ſumunt pſalmum, & nos ab eis quæritis tympanum[e]? ¶ Item Leo quartus: [De decimis[f] non tantum nobis, ſed etiam maioribus noſtris iuſto ordine uiſum eſt plebibus tantum, ubi ſacroſancta baptiſmata dantur debere dari.] ¶ Quibus autem plebibus debẽtur; illis, à quibus baptiſma accipiunt, an alijs? Nos eos baptizamus; & nos ab eis decimas ſumitis? Honeſta iſta interpretatio eſt: utinã inueniatis, qui ſic pro nobis interpretẽtur. Quia ergo nos rigamus populũ hunc, imbrẽ doctrinæ ei miniſtrantes, quia colimus, cũ uomere prædicationis, corda eius ad fidem aperientes; ſi non uultis ſinere[g], uel †[h] patiamini[i] nobis eum fructificare, & qualia uobis fieri non uultis nobis inferre cauete, ne ſi pergitis dicere, quæ uultis, audiatis[k], quæ non uultis.

2. Cor. 9. — Terentius — Luc. 10. — Terentius — Pſal. 80. — 16.q.1. de decimis. — † al. ſaltem patimini — Tob. 4. Mat. 7. — Terentius.

3 ¶ *Ad hæc. Callida quidem, & multiplici argumentatione iura noſtra auferre contendit, ita, ut ſi fides uerbis adhiberetur, nõ uerba pro uerbis, ſed res pro uerbis reportaretis: Sed Deo propitio, ſi uerba[l] dediſtis, uerba recipietis. ¶ Arguitis nos quòd ea, quæ nobis debentur, ſubripere quærimus, quia noſtra perſequimur. Sapienti[m] quidem, & philoſophico ore prolata ſẽtẽtia: ſuũ perſequi, eſt ne aliena rapere? Vnde ad uos hæc ſentẽtia manauit: niſi quia tãto ardore noſtra cõcupiſcitis, ut ueſtra putetis nobis auferri, cum nos noſtra conſequimur? Vnde, cum cauſa noſtra debitum finem ſortita fuerit, exclamabitis, ah miſer, crucior tantum bolum eſſe ereptũ ex faucibus.*

Terentius.

i ¶ Patiamini.] Scilicet coactè.

K ¶ Audiatis.] Verbum eſt Terentij: Qui dicit quod vult, audiet quod non vult.

AD HAEC CALLIDA. Hæc 3 pars q. in qua inducit plura argumenta, & finaliter concludit Ioan. de Fant.

perſoluantur, comparantes ipſos reos muri, igni, & ſerpenti. & ad probandum decimas priori eccleſiæ fore perſoluendas, inducunt cap. 16. queſt. 1. ſi quis laicus

l ¶ Verba.] Res dare pro rebus, pro uerbis uerba ſolemus.

m ¶ Sapienti] Ironicè loquitur.

a ¶ Re

Digitized by Google

Sed videte, ne damnum effuſi vnguenti vobis recompenſare [a] quæratis. Conſtituiſtis vos plantatores vinearum, foſſores agrorum, trituratores arearum, rigatores camporum, & multa alia huiuſmodi officia uobis aſſumpſiſtis: & debita uobis obſequia a nobis ſubtrahi conqueſti eſtis. Sed nos non negamus quod ueſtrum eſt. Boui triturantis paleæ, & tegumenta ſeruantur: Sint hæc uobis, & grana nobis relinquite. Paſtinatores [b] uinearum, foſſores agrorum, rigatores camporum, trituratores arearū, diurna mercede accepta, prouenientes fructus dominis relinquunt. Vos ergo recepta mercede ueſtri operis in quotidianis oblationibus, & alijs obſequijs, quæ pro ſpiritualibus quæ a nobis accipiunt, quotidie feruntur; prouenientes fructus decimationū, & primitiarum nobis relinquite. ¶ Item præcepit Dominus diſcipulis ſuis, ut comederent & biberent ea, quæ apud auditores ſuos erant; ſed non iuſſit eis, ut dominos de domibus ſuis eijcerēt, & reb. ſuis ſpoliarent. Non facile inuenietis qui tales hoſpites libenter ſuſcipiant. Mus in pera, ignis in ſinu [d], ſerpens in gremio male ſuos remunerant hoſpites. Vnde in prouerbijs dicitur: [Qui ſerpentem in ſinu ſuo nutrit percutietur ab eo.] Tales inueniatis nobis [e] hoſpites, quales nobis eſſe uultis. Non ſufficit uobis edere, & bibere quæ in domo noſtra ſunt, dum quotidianos fructus oblationum percipitis; ex quibus uictum & ueſtitum habeatis: quib. cum Apoſtolo debetis eſſe contenti: ſed non uultis, quia imitatores eius non eſtis: ſed potius nos de domo noſtra expellere, & rebus noſtris nos penitus expoliare contenditis, dum nec etiam eorum decimationes nobis relinquere uultis. Vt autem uniuerſaliter omnia colligantur, cuncta, quæ pro nobis inducta ſunt, ſiue de laborante agricola, ſiue de eo, qui ſuis ſtipendijs non militat, ad hunc articulum deferimus, ut fructum ueſtri operis, quē adeo recipere contenditis, in oblationibus, & quotidianis obſequijs iſtorum recipiatis: decimationes uero eorum, quæ nobis debentur, intactas nobis relinquite: nedum quæritis uſurpare quod ueſtrum non eſt, iuſta animaduerſione etiam illud cogamini amittere, quod uobis aliquo modo uidebatur competere. Quod autem hæ decimationes nullo iure uobis debeantur, facile probamus. Dicitur enim in quodam concilio; [Si quis laicus [f], uel clericus, ſiue utriuſque ſexus perſona proprietatis ſuæ loca, &c.] Sicut in eodem capitulo in cauſa monachorum nota inueniuntur. Si ergo laicus, vel clericus, uel qualibet perſona, loca ſuæ proprietatis vendens, aut donans prouentum decimationū ab eccleſia, cui legitime aſſignatus eſt, nullo modo poteſt abſtrahere; nec iſti de diœceſi ad diœceſim tranſeuntes, decimas ſuorum prædiorum, quæ intra terminos noſtræ parochiæ continentur, nobis auferre poſſunt. Quantum enim ad ius percipiendarum decimarum attinet, idem eſt poſſeſſorem de diœceſi ad diœceſim tranſire, quod poſſeſſionem de diœceſano ad diœceſanum transferre.

a ¶ Recompenſare] hoc eſt dicere, videre ne ita contriſtemini de illa amiſſione, quod propter hæc deteriora committatis; ſ. ſuſpendatis vos, ſicut fecit Iudas q attriſtabatur de effuſione vnguenti, de quo proposuerat decimam partē furari, ſicut de alijs reb. conſueuerat: vnde vt recōpenſaret illud dānum, vendidit Dnm pro xxx. quæ ſunt decima pars trecentorū tanti enim potuiſſet vendi vnguentū. & ad ſimilitudinē Iudæ camerarij ſemper furantur decimam partem illorum quæ dantur dominis ſuis 1.

Iudas quare ſe ſuſpendit.

1 Ad idē quod le. & no 1. q. 1. Chrs. Arc.

b ¶ Paſtinatores.] Paſtinare idem eſt quod colere ſic ponitur. ff. quod vi aut clam. l. ſemper. §. 1.

c ¶ Recepta.] i. ſi deberetis, recipere aliquid, deberetis tantum mercedem recipere, vnde non confitetentur, quod aliquid recipere deberent. extra de teſt. ex tenore

d ¶ In ſinu:] Hæc verba habes ext. de Iudæ. & ſi Iudæos.

ex. de Iudæis, c. etſi. citatur hoc tāquam vulgare prouerbiū. *Serpens in gremio*] 1. *Tim.* 6.

e ¶ Vobis] Sic 25. q. 2 ſic decet ſimile. 11. q. 3 priuilegium, & ext. de ſimo. quia, in fine.

f ¶ Laicus] Vt 16 q. 1. ſi quis laicus.

16. q. 1. ſi quis laicus.

AD hæc. Decimationes.] Hæc quæſtio diuidit in 12. par.

QVAESTIO SECVNDA.

AD hæc, † Decimationes iſtæ, & ſi iure nobis debentur,

† Addequòd hæc dictio. ad hæc, aduerbialiter, & continuatiue ponitur idē in l 1 §. ad hęc C. de auna. excep.

Digitized by Google

12. partes. In prima quæritur vtrũ præſcriptione tollant decimæ, & probat, ꝙ ſic per c. ſeq. Secunda ibi, [Nunc autem.] Tertia ibi, [Vnaquęque] Quarta ibi, [Quòd de libero] Quinta ibi, [Quia ergo] Sexta ibi, [Oblationes.] Septima ibi, [Item quæritur.] Octaua ibi, [Quibus peccata.] Nona ibi, [De obſeruatione.] Decia ibi, [Lugere] Vndecima ibi, [De mortuis] Duodecima ibi, [De his autem.] io de Fant.

CASVS Hic intitulatur ſecunda qõ. qua quæritur, an præſcriptione temporis ius percipiendi decimas, & ius funerãdi tollatur; & reſpondet, ꝙ ſic, quadragenaria præſcriptione, vt infra 16 q. 4. volumus. olim tamen præſcriptio currebat tricennalis, vt ĩ c. 1. & continet hæc quæſtio duos articulos. Primus eſt circa ius decimãdi, vt in hoc §. Secũdus circa ius funerandi, vt inf. ea §. quò. Reſpondent ergo rei in hoc primo articulo, quod licet iure territorij priori eccleſiæ decimæ ſint perſoluendæ, tamen a ſua actione excluditur prior eccleſia tricẽnaria, vel quadragenaria præſcriptione, & ad hoc inducit ſeq. c. [Ad hæc] Ideſt, contra hæc, vel præter hæc.

præſcribi, vt contra epiſcopum, vt extra de præſcript. de quarta. Item vna eccleſia poteſt præſcribere decimas intra parochiam alterius eccleſiæ, vt ext. de præſcri. ad aures. ſimiliter ius funerandi præſcribitur ſecundum leges vt C. de relig. monumentorum. ſimiliter alia ſacramẽta eccle-

vt aſſeritis [a]*; tamen tricennalis* [b] *obiectio vobis ſilentiũ imponit. Omnis enim poſſeſſio tricennaria præſcriptione tollitur, vel quadragenaria (ſicut poſſeſſiones religioſarum domorum) vel centenaria ſicut prædia ſanctæ Romanæ eccleſiæ.*

Vnde Gelaſius Papa ait epiſcopis Siciliæ, epiſt. 2.

¶Quæ triginta annis ab epiſcopis poſſidentur, iure ab eis vendicantur. C. I.

FAcultates [c] eccleſiæ, necnon & diœceſes, ſi quæ ab aliquibus poſſidentur epiſcopis, iure ſibi vendicẽt, quod [d] tricennalis lex concluſit; quia & filiorum noſtrorum principum ita emanauit auctoritas, vt vltra xxx. [e] annos nulli liceat pro eo appellare [f], quod legum tempus excluſit.

16 q. 3. c. 2. §. illud etiam.
Anſ l. 5 c. 19.
Burc l. 3. c. 149.
Pann. l. c. c. 65.

At illi contra. Cuius auctoritate nobis ſilẽtium imponitis eiuſdẽ auctoritate veſtra ora claudimus. Ait enim idem Gelaſius: [*Nulla* [g] *præſumptione ſtatum parochiæ*

16. q. 3. licet in regulis.

a ¶Vt aſſeritis.] Hic de vna exceptione trãſitur ad aliã. ſi quis enim ſuccubuerit in vna exceptione, tranſire ad aliam poteſt, & etiam ad contrariam tranſire poteſt, vt extra de præſcrip. audiris. ff de excep. nemo ſimiliter de vna actione poteſt tranſire ad contrariam, qui in vna ſuccubuit, vt extra de iud. exam nata. & C de inoffic. teſt. contra maiores. & ff de euict. minor Sed quid ſi mutauit; ꝙ omnes exceptiones proponeret intra certum terminum? non videtur, ꝙ poſſit vnam poſt aliam proponere, vt extra de exceptio. paſtoralis. Nam etiam qui vnam exceptionem propoſuit, ſi poſtmodum cum illa ſuccubuit, vult aliam proponere, debet hoc facere intra terminum præfixum, vt inſtit. de excu. tut. § qui ãt. Ad hoc dico, ꝙ ſi alicui competerent plures exceptiones, quæ non ſunt contrariæ: in eo caſu ſi intra præfixũ terminum non proponit omnes exceptiones; ſi in vna ſuccubuit, non auditur in altera: & ſic intelligitur inſt. de excu. tut. § qui aũt, & ext. de excep. paſtoralis. ſi aũt ſunt contrariæ, vt ſi primo dixit ſe exemptum, tũc licet ſuccubuerit, nihilominus poſt tp̃s præfixũ poteſt aliã proponere, vt C. de inoffic. teſt. l. contra maiores. Sed in actionib. ita eſt dicendum, quod ſi alicui competebant plures actiones, & poterat eligere qua vellet agere, eligendo vnam, ſi in illa ſuccubuerit, non poterit tranſire ad aliam 1, vt ff de tribu. quòd in hæredem, § eligere Item qui negat ſe aliquid debere, ſi vincatur, poteſt adhuc alia exceptione vti, niſi in caſibus a iure expreſſis, vt ff de reg. iur. nemo ex his. Nam ſi quis neget numeratam pecuniam ſibi, ſi poſtmodum conuictus eſt, & velit dicere ſe ſoluiſſe, nõ audietur, vt C de non. nu. pe. in authen. contra qui. & ita non eſt inconueniens, ſi de vna exceptione trãſit ad contrariã ſic 24. q. 1. quiſquis. ext. de teſtib. ex tenore. ſic ext. de excep. cũ venerabilis.

b ¶Tricennalis.] Hic tacite aunectit ſecundam quæſt. ſcilicet an ius decimarum, vel etiam ius funerandi poſſit præſcribi. Et eſt expeditum, quod ius, i. liberas non dandi 2. decimas a clerico nomine eccleſiæ ſuæ poteſt

Actiones plures habens vna electa ꝑdat alias.

1 Adde an hoc ſit indiſtincte verũ per Cy. in l. edita. & ibi etiam Bald. C de eden.

Decimæ an poſſint præſcribi.

2 De hoc ẽt not. 10. q 3. quia in gl. 2

eccleſiaſtica præſcribũtur, vt ext de relig do. cõſtitutus. Si quæras qualiter præſcribuntur decimæ, cum nõ continue dentur, & ſeruitutes præſcribi non poſſunt, cum non continuo poſſideantur, vt ff de ſer. ſeruitutes? Reſp. licet perceptio decimarum non ſit continua, tamen ius percipiendi eſt continuum Vel aliter licet perceptio non ſit continua, tamen cauſa percipiendi. (.i. præceptũ Domini, quod perpetuum & continuum eſt) perpetua eſt. & naturalis. & hoc ſufficit ad præſcriptionẽ, quod cauſa ſit perpetua & naturalis, vt ff de ſer. vrba præd. ſo tamen. ibi enim dicitur, ſi cauſam a cęlo habet, continuum dicitur.

FAcultates.] CASVS. Quidam epiſcopi poſſeſſiones aliarum eccleſiarum, ſimiliter & diœceſes aliorum epiſcoporum xxx annis poſſiderunt. Quæſitum fuit a Gelaſio, vtrum ſint tuti, vel ſecuri tanti temporis præſcriptione. Et reſpond. quod ſic, quia principũ ita emanauit auctoritas, vt poſt xxx annos nulli ſuper his liceat iudicem interpellare. [Concluſit,] Ideſt, acquiſiuit [Excluſit,] illas poſſeſſiones ab epiſcopis quorum erant.

c ¶Facultates.] Sic conſtrue, facultates eccleſiæ, quæ ab aliquibus epiſcopis poſſidentur, ſupple ipſi epiſcopi iure ſibi vendicent, ideſt, defendant.

d ¶Quod.] Ideſt, quia tricennalis lex concluſit, ideſt, acquiſiuit illas poſſeſſiones eis. Vel pone caſum, quòd ille epiſcopus, qui præſcripſerat res alterius, cecidit a poſſeſſione illarum rerum: tunc enim licite poſſet eas vẽdicare a poſſeſſore, vt decimaſexta q tertia, § poteſt.

e ¶XXX] Cum eccleſia præſcribit contra priuatum 3. ſed ſi eccleſia præſcribit contra eccleſiam, & priuatus contra eccleſiam, requiruntur xl. anni, vt 16. q 3. §. poteſt. in fine.

3 Ar. ad hoc ext de pſcri. illud. vbi de hoc. Arch.

f ¶Appellare.] Ideſt, interpellare.

AD ILLI. CASVS. Per c. ſup. dictum videbatur imponi ſilentium actoribus: & ideo actores eccleſiæ nituntur claudere os rei, eiuſdem Gelaſij auctoritate, quę eſt 16. quæſt. 3. licet in regulis. ubi dicitur, ꝙ ſtatus parochiarum temporali præſcriptione diuelli non poteſt. & ideo decimationes priori eccleſiæ aſſignatas nullus ſibi debet vſurpare.

g ¶Nulla.] Infra 16. q. 3. licet in regulis.

a ¶Vin-

Digitized by Google

rum,&c.] Si ergo temporalis obiectio diœceſim ſemel conſtitutam diuellere non poteſt: patet quod nec nobis patrocinabitur, ut ſtatum parochiæ noſtræ mutantes, decimationes nobis quondam legitime aſſignatas, uindicabili [a] uſurpatione nobis uendicetis. ¶ Quomodo autem diſtinguenda ſint hæ auctoritates; in cauſa monachorum inuenietur.

16. q. 4.

2 *Nunc autem* [b] *quæritur de iure funerandi; quæ harũ eccleſiarũ habeat ius tumulãdi iſtos. Sicut Hieronymus ſcribit, coniugati in uno ſepulchro uidentur eſſe ponẽdi. Ait enim.*

In q. hebraicis in Geneſim, & de locis hebraicis.

¶ In ſepulchro parentum ſuorum filij ſunt collocandi. C. II.

Poly.l.1.tit. 5. Burc.l.3.c.160. Iuo p.3.c.223.

EBron dicitur eſſe ciuitas quatuor [a] virorum; quia in ea ſepulti ſunt tres patriarchæ in ſpelunca duplici [c] cum tribus vxoribus ſuis, ideſt, Abraham & Sara Iſaac, & Rebecca, Iacob & Lia, præter [d] ipſum Adam, & Euam vxorem ſuam. Tobia dicit ad filium ſuum. [Cum acceperit Deus animam meam; corpus meum ſpelies, & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius: & cum ipſa compleuerit tempus ſuum; ſepelias eam iuxta me in vno ſepulchro. *Ibidem.* ¶ Quos coniunxit [e] vnum coniugium; coniungat vnum ſepulchrum: quia vna caro ſunt; & quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.

Tob.4. & 14.

Burc.l.3.c.161. Iuo p.3.c.224. *Matth.19.*

a ¶ Quatuor.] *Sic emendatum eſt cum antea legeretur,* trium, *Sic enim legitur apud B. Hieronymum in quæſtionibus hebraicis in Geneſim, de locis hebraicis, & in epitaphio Paulæ Addictio hebraica ſignificat quatuor, & quatuor Patriarchæ hic numerãtur, qui ibi ſepulti ſunt: Abraham, Iſaac, Iacob, & Adam cum vxoribus ſuis.*

Aliquid ſimile 9. confeſſ.c.11. ex ſententia aliqñ matris ſuæ.

Item Auguſtinus.

C. III.

Poly.ibid. Bur.l.3.c.162.& 165. Iuo p.3. c.225. & 226.

VNaquæque mulier ſequatur [f] virum ſuum, ſiue in

a ¶ Vindicabili.] Id eſt, iniuſta Io. de Fan.

QVOMODO. CASVS. Non ſoluit hic G. contrarietatem duorum præmiſſorum cap. Gelaſij: ſed ſeruat reſolutionẽ inf. 16. q. 3. Poſtea aũt annectit ſecundũ articulum huius quæſt. ſcilicet, vtrum ius funerandi præſcriptione tollatur. & certum eſt, quòd ſic, cũ quadragenaria præſcriptione omne ius, & omnis actio tollatur. procedit G. ſic in hoc articulo Primo inducit actores allegantes. Secundo reos reſpondentes. Probant ergo actores, ꝙ ius funerandi ad ſuam eccleſiam debet pertinere: quia vxores, & filij in ſepulchro uirorum, & parentum ſunt collocandi: quod probat ix. auctoritibus, & exemplis.

NVNC AVTEM. Hæc eſt 2. pars q. in qua probat per c. Hierony. (ſuperficialiter tamen) ꝙ omnes conſanguinei debent ſimul ſepeliri. Ioan. de Fan.

b ¶ Nunc autem.] Hic explicatur alter articulus primæ quæſtionis, ſcilicet, vbi iſti ſint ſepeliendi. De hac materia loquuntur varie iura. H. dicit ꝙ quilibet poteſt ſepeliri in ſua eccleſia, vbi audiuit diuinum officium, vt extra de ſepul. in noſtra. niſi in tribus caſibus, ſi velit tranſire ad epiſcopalem eccleſiam, vt inf. ea. vbicunque, vel ſi eligit ſepulturam in loco magis religioſo, vt extra de ſepul. fraternitatem. uel ſi velit ſepeliri in ſepulchris parentum ſuorum, vt inf. ead. placuit. Ego credo, ꝙ libere poteſt quis eligere ſepulturam vbicunque uoluerit [1], ut extra eo. titu. cum liberum ſit, dum tamen legitimam portionem relinquat priori eccleſiæ, ut eo. tit. nos inſtituta, etiam apud locum minus religioſum, ut extra eo in noſtra, & omnia contraria intelligas, qñ eſt illectus, uel qñ ex contemptu, uel temeritate deſerit ſuã eccleſiam, uel quando legitimam portionẽ non uult relinquere eccleſiæ priori; parentes tamẽ non poſſunt filijs intra annos diſcretionis eligere ſepulturam, niſi hoc habeat conſuetudo, ut ext. de ſepul. de uxore. & extr. eo. tit. in noſtra. in fi. ſi quis autem in caſu non conceſſo receperit corpus alienum, etiam ſepultum reddere cogetur, cum omnibus quæ occaſione ipſius receperat, ut extra eo. fraternitatem. in fi. & extra eo. c. 1. & 2.

Sepulturę electio vni cuique libera eſt.

1 Dummodo hoc non faciat exodio, vel temeritate. inf. c. placuit. ſm L. & H.

EBron.] CASVS. Dicit in hoc ca. Hie. uxores eſſe ſepeliendas in ſepulchris uirorum ſuorum. & hoc probat exemplo quinq; uirorum ſcilicet, Abrahæ, Iſaac, & Iacob, Adæ, & Tobiæ. Seq duo c. patẽt per ſe.

c ¶ In ſpelunca duplici.] Id eſt, quia duo receptacula habuit in uno recipiebantur maſculi, in alio fœminæ.

d ¶ Præter.] Hæc dictio, præter, hic ponitur excluſiue 2. ſic 35. q. 3. ff. de pigno. act. l. 1. in fin.

ANimæ [a] [b] defunctorum quatuor modis ſoluuntur, aut oblationibus ſacerdotum, aut precibus ſanctorum, aut charorum eleemoſynis, aut ieiunio cognatorum. ¶ Curatio vero funeris, cõditio ſepulturæ, pompa exequiarum, magis viuorum ſolatia ſunt, quàm ſubſidia mortuorum. Si aliquid prodeſt impio ſepultura pretioſa; oberit pio vilis, aut nulla. *& infra.* ¶ Nec ideo tamen contemnenda, & obijcienda ſunt corpora defunctorum, maximeque iuſtorum, ac fidelium *& infra.* ¶ Vbi & illud ſalubriter diſcitur, quanta poſſit eſſe remuneratio pro eleemoſynis, quos uiuentibus, & ſentientibus exhibemus: ſi neque hoc apud Deum perit, quod exanimis [c] hominum membris officij, diligentiæque perſoluitur.

a ¶ Animæ.] *Horum verborum vſque ad ver.* curatio, *nullus auctor inuentus eſt. Et Burchardus citat ex dictis Origenis, Iuo ex dictis Gregorij.*

Item Auguſtinus in Enchiridio, c. 109. & 110.

¶ Ante diem iudicij, ſacrificijs, & eleemoſynis mortui iuuantur. C. XXIII.

Sent. 4. diſt. 45. Anſ. l. 7. c. 170.

TEmpus, quod inter hominis mortem, & vltimam reſurrectionem interpoſitum eſt, animas [d] abditis [e] receptaculis continet, ſicut vnaquæq; digna eſt vel requie, vel ærumna pro eo, quod ſortita eſt in carne, dũ viueret.

b ¶ Animæ.] Hoc c. eſt quaſi pars illius, non ęſtimemus.

c ¶ Exanimis] .i. exanimatis. i. mortuis, & eſt hic arg. ꝙ magis meretur homo impendendo aliquid viuis quàm mortuis. Vnde patet, quod ſicut ieiunium alicuius liberat mortuũ, multo potius alteri' ieiunium prodeſt viuo. quod concedo ſi ille eſt vicinè coniũctus illi, vt dixi 83. d. presbyter, in gloſ. & ita.

Ieiuniũ pl' ꝓdeſt viuis quã defunctis.

TEmp'.] CASVS. Licet Beneuen. diuiſerit hoc cap. in duas partes, ego tamen Bart. B. hoc ca. diuido in quatuor partes. In prima parte dicit̃, quòd inter mortem hominis & iudicium futurũ animæ morantur in locis nobis occultis, prout quæque digna eſt requi e vel ærumna. In ſecunda parte dicitur, ꝙ beneficia viuorum proſunt defunctis, q in pręſenti vita ita egerunt vt ſibi prodeſſent. In 3. parte dr̃, ꝙ hęc beneficia nõ proſunt ſumme bonis, vel ſũme malis, ſed mediocriter bonis & mediocriter malis. In 4. parte dr̃ ꝙ pro ſumme bonis fiunt gratiarũ actiones: ſed pro non valde malis ꝓpitiatione: ſed valde malis beneficia nõ ꝓſunt, ſed ſunt conſolationes viuorũ: ſed in mediocriter bonis operant̃ plenã remiſſionẽ: in mediocriter vero malis mitiorẽ dãnationẽ Scd̃a pars incipit ibi, [Neq; negandũ eſt.] Tertia ibi. [Eſt enim q dã.] Quarta ibi, [Et poſt pauca.]

Orandũ ne eſt pro his q in mortali pctõ deceſſerunt.

a ¶ Pro impijs.] Sed nunquid eccleſia orabit pro illis quos conſtat deceſſiſſe in mortali? Videtur ꝙ ſic: quia eis viuis communicauit: ergo & mortuis, vt 24. q. 2. ſane. arg. contra 21. q. 3. Cyprianus? Reſpond. ſi euidens eſt aliquem deceſſiſſe in mortali, vt cum quis ſuſpendit ſe, vel præcipitat, aut alio modo ſe interficit, pro illo non eſt orandum, vt 23. quæſtio. 5. placuit. & quæſtio. octaua, quicumque clericus. ſecus ſi eſt dubium. vnde ſi aliquis occiſus eſt in ebrietate: non oratur pro illo, vt extra de reliquijs, audiuimus. & 23. quæſtione 5. placuit.

d ¶ Animas.] Non ſumme bonas: nam tales credo ſtatim ad cœlos volare, iuxta illud. Gaudent in cœlis animæ ſanctorum. 25. d. ſanctorum.

e ¶ Abditis.] Id eſt, locis nobis occultis: Ex his verbis

 vide-

Digitized by Google

videtur, ꝙ Auguſtinus dubitabat quo animę defunctorum recedant, cum infernus ſit ſub terra. & cœlum ſit ſupra, vt 23.q.4.hęc autem.

a ¶ Pro baptizatis.] Tantum proſunt orationes cuilibet, ſi fiant generaliter * pro oib. ſicut ſi fierent ſpecialiter pro quolibet, vt inf de conſ.d.5 non mediocriter.

b ¶ Propitiationes.] Ideſt, vt Deus propitius ſit eis

c ¶ Pro valde.] Hic Aug. diſtinguit quatuor genera hoium, ſcilicet valde bonos & valde malos, mediocriter bonos & mediocriter malos. pro valde bonis non eſt orandum. iniuriā enim facit martyri, qui orat pro martyre, vt extra de celeb. Miſ. cum Marthę, §. vl. Itē nec valde malis proſunt, ſed mediocriter bonis, proſunt, vt citius liberētur ab igne purgatorij *, mediocriter malis ꝓſunt ad hoc vt minus puniātur, nunquam tamen liberabuntur: & ſecundum hoc etiam patet, ꝙ oratione ſpeciali oramus ꝓ illis q deceſſerunt in mortali. dummodo nō ſint ſumme mali: licet ar. contra ſu. ea. pro obeuntib. ſed pone ꝙ aliquis dat eleemoſynā pro eo, qui deceſſit in mortali peccato, qui eſt mediocriter malus, eleemoſynæ, vel orationes ꝓſunt talib ad mitiorē pœnam, vt hic dicit, ergo aliquantulū de pœna ſublatum eſt 1. Ponamus quod cēteſima pars pęnæ ſit ſublata per vnam eleemoſynā: ſi ergo dentur centum eleemoſynæ, tota pœna erit remiſſa: ergo ille liberatur. qd hic negatur. Ad hoc dico, ꝙ ſi prima eleemoſyna tollit cēteſimam partē pœnæ, ſecūda eleemoſyna etiā tollit tantam pœnam, ſed non tantum in quantitate, ſed tantam in proportione, & ſic ſemper aliquid remanet de pœna: & ſic ſolue illud quod obijcitur de indulgentijs, ꝙ ſi propter oblationem vnius denarij tollitur quarta pars peccatorum mortalium, vel venialium, per oblationē ſecundi denarij tollitur tantum in proportione, non tantum in quātitate. & ſemper aliquid remanet; licet omne argentum effunderetur.

DE OBSERVATIONE. Hæc eſt 9. pars quæſt. in qua continetur quod in ſeq.c. declaratur. Io. de Fant.

CASVS. Dictum eſt ſup. ꝙ ſacrificia, vel eleemoſynæ, & huiuſmodi fiunt pro mortuis: ſed quia hæc obſeruantur circa diuerſos dies: ideo vnde ſumpſit initium talis obſeruatio, videamus: & propter hoc inducit ſeq.c. Quia.]

Hoc cæteris parib. nō eſt verum. vide S. Th. quol. 2. art. 14.

Hoīum genera quatuor ſunt.

Vide Sa. Th. 4 ſen. d. 45. 2 q. ar. 2.

Eleemoſynæ defunctis proſunt.

1 Hoc vult dicere: pria eleemoſyna tollit centeſimam totius pęnæ, ſecūda non totius cēteſimam, ſed reſiduū. & ſic de alijs & ſic ēt itelligit q̄d inf. dicitur. Arc.

¶Neque negandum eſt defunctorum animas pietate ſuorum viuentium releuari, cum pro illis ſacrificium mediatoris offertur, vel eleemoſynæ in eccleſia fiunt. Sed hæc eis proſunt, qui cum viuerent, vt hæc ſibi poſtea poſſent prodeſſe, meruerunt. ¶Eſt enim quidam viuendi modus, nec tam bonus, vt nō requirat iſta poſt mortem; nec tam malus, vt ei, non proſint iſta poſt mortem. Eſt vero talis in bono, vt iſta non requirat: & eſt rurſus talis in malo, vt nec his valeat, cum hæc vita tranſierit, adiuuari. Quo circa hic omne meritum comparatur, quod poſſit poſt hanc vitam releuari quiſpiam, vel grauari. *& poſt pauca.* ¶Cū ſacrificia altaris, ſiue quarumcunq; eleemoſynarum pro baptizatis [a] defunctis omnibus offeruntur; pro valde bonis gratiarum actiones ſunt: pro non valde malis propitiationes [b] ſunt; pro valde [c] malis, etſi nulla ſint adiumenta mortuorum, qualeſcunque viuorum conſolationis ſunt. Quibus autem proſunt; aut ad hoc proſunt, vt ſit plena remiſſio; aut certe, vt tolerabilior fiat ipſa dānatio.

9 *De obſeruatione autem tertij, ſeptimi, trigeſimi, vel quadrageſimi diei quæritur, vnde exordium ſumpſerit.*

Ambroſius in lib. de obitu Theodoſij Imperatoris dicit fere in principio.

¶Quare certi dies in mortuorum commemoratione ſeruentur. C. XXIIII.

QVia alij tertium α diem, alij triceſimum, alij ſeptimum, alij quadrageſimum obſeruare conſueuerunt; quid doceat lectio [d], conſideremus. [Defuncto, inquit, Iacob, præcepit Ioſeph pueris ſuis ſepultoribus, vt ſepelirent eum, & ſepelierunt ſepultores Iſrael, & repleti ſunt ei quadraginta dies. Sic enim dinumerantur dies ſepulturæ. Et luxit eum Iſrael β ſeptem diebus:] Hæc ergo ſequenda ſolemnitas, quam præſcribit lectio. Sic etiam in Deuteronomio ſcriptum eſt: [Quia planxerunt filij Iſrael Moyſem diebus triginta: & conſumati ſunt dies luctus.] Vtraque ergo obſeruatio habet auctoritatem, qua neceſſarium pietatis † impletur officium.

Poly l. 8 tit. 7. Anſ. l. 7. c. 169.

Gen. 50.

Deuter. 34.

†Scilicet humanæ conſolationis, & officij humanitati debiti, vt docet Ambro in lib. de Abraham patriarcha, & Io. Chryſ. c. vbicunque. inf ead.

α ¶Alij tertium.] *Apud B. Ambroſium legitur.* Quia alij tertij tertium diem, & triceſimum; alij ſeptimum, & Quadrageſimum. *Verum in miſſalibus Romanis tam antiquis quam recentioribus, & Ambroſianis nulla eſt mentio diei quadrageſimi, neque in in c. nullus ſup. d. 44 & inf de conſec. d. 5. ex concilio Nannetenſi. Eſt tamen frequens apud Græcos.*

QVia.] CASVS. Quęſitū fuit ab Ambr. vnde ſumpſit initium obſeruatio 3 7. & 30. & 40. diei in officijs mortuorum. Et rn̄det: ꝙ a veteri teſtamento: & hoc probat auctoritate Gen. & Deut nam filij Iacob ſeruauerunt aromatib. conditum in Aegypto xl dieb & cū portarent eum ſepeliendum in ſpelunca dupl ci, luxerunt eum 7 dieb. Similiter legitur, ꝙ filij Iſrael luxerūt Moyſen 30. dieb. De initio tertij diei non dr̄ aliqd in hoc c.

d ¶Lectio.] Scilicet Geneſis 50.

LV-

Digitized by Google

LVGERE. Hic incipit x. pars q in qua probat per 4. c quod non debemus plangere mortuos ex diffidentia tanquam non debeant reſurgere 10 de Fan.
CASVS. Supra facta eſt mentio de luctu, & ideo ponit Hic Gratianus qualiter ſit lugendum, & quod lugere nimium ex deſperatione futuræ reſurrectionis non liceat ſed intuitu pietatis licet, vt infra ea. habentur.

QVàm præpoſterũ.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes in prima parte, oſtenditur, ꝙ ſicut ſerui rebelles à dominis ſuis non remunerantur, ſic nos cęleſtibus prēmijs non honoramur: cum quotidie dicamus. Fiat voluntas tua ſicut in cœlo & in terra: & tamen dolentes & inuiti de hoc ſæculo recedimus, quando vocamur à Domino. In ſecunda parte dicit Cyprianus. ꝙ Deus multoties ſibi reuelauit, vt inter homines p̄dicaret mortuos nō eſſe lugendos: quia non amittuntur, ſed præmittuntur in patriam vitæ ad inſtar proficiſcētium & nauigantium. Secunda pars incipit ibi, [Nobis quoque.] Seq ca. planum eſt.

β ¶ Iſrael ſeptem.] *Codices B. Ambroſii habent* & Iuxit eum Aegiptus ſeptuaginta diebus : *quemadmodum habet editio lxx. & vulgata. Sed tamen viſa eſt ferri poſſe lectio hęc, quę eſt in omnibus etiam Gratiani manuſcriptis: quoniam paulo poſt in eodem c. 50. Gen. hęc adduntur de Ioſeph, & cæteris filijs Iſrael.* Veneruntque ad aream Adad, quæſita eſt trans Iordanem: vbi celebrantes exequias planctu magno, atque uehementi impleuerunt ſeptem dies.

10 *Lugere autem, & triſtari tam pro noſtra quam, pro aliorum morte Cyprianus prohibet, dicens in ſermone de mortalitate.*

¶ Nec pro noſtra nec pro aliorum morte triſtari debemus. C. XXV.

QVàm prępoſterum eſt, quàmque peruerſum, vt cum Dei voluntatem fieri poſtulemus [a]: quando euocat nos, & accerſit de hoc mundo Deus non ſtatim vocati eius imperio pareamus: obnitimur, & reluctamur: & peruicacium more ſeruorum ad conſpectum Domini cum triſtitia, & mœrore perducimur, exeuntes iſtinc neceſſitatis vinculo, non obſequio voluntatis: & volumus ab eo præmijs cæleſtibus honorari, ad quem venimus inuiti [b]. *Item paulo inferius.* ¶ Nobis quoque ipſis minimis, & extremis quoties reuelatum eſt, quàm frequēter, atque manifeſte de Dei dignatione præceptum eſt; vt conteſtarer aſſidue, & publice prædicarem, fratres noſtros non eſſe lugendos accerſione† Dominica de ſæculo liberatos: cum ſciamus non eos amitti, ſed præmitti; recedentes præcedere, vt proficiſcentes, & nauigantes ſolēt.

†*al. accerſitione.* †*al. vt.* *Pſal. 23.*

a ¶ Poſtulemus.] cũ dicimus, Fiat uoluntas tua & eſt argum. ꝙ opere id complere debemus quod voce poteſtamur. diſt. 23. pſalmiſta.
b ¶ Inuiti.] Sic 23 q. 5 ad fidem. & ſic eſt arg. ꝙ non debemus cōſequi commodũ ex eo quod inuiti facimus, vt ff ad Tre. ſi patroni, §. ſecũda, ſic 17. queſtio. quarta, ſunt qui opes. 8. quæſtio prima, ſciendum.

Item Ioannes Chryſoſtomus hom. 26 in c. x1. epiſtola ad Hebræos.

¶ Ex puſillanimitate mortuos lugere contingit. C. XXVI

VBicumque [c] ſepeliamur; Domini eſt terra, & plenitudo eius Omnino fit, quod oportet fieri. Lugere autem & deplorare, & lamentari eos, qui de hac vita decedunt, ex puſillanimitate contingit.

c VBicũque.] [Libera fortuna mors eſt: capit omnia tellus, Quæ genuit: cœlo tegitur qui non habet vnam] Argu contra. [Mollius oſſa cubant manibus tumulata ſuorum.]

Hic autem ex diſperatione futuræ reſurrectionis intelligitur. Vnde & Apoſtolus non ſimpliciter ait: [Nolumus nos ignorare de dormientibus, vt non contriſtemini.] ſed addit: [Sicut & cæteri, qui ſpem non habent.] Pietatis nãque affectu, & humanitatis intuitu mortuos lugere non prohibemur: ſicut nonnullos ſanctorum, aliorum exequijs pias lacrimas impendiſſe legimus.

1 Theſſ 4.

HOC AVTEM. CASVS Nunc ſoluit Grat dicens non eſſe lugendum ex deſperatione futuræ reſurrectionis: & hoc probat auctoritate Pauli: ſed propter pietatē lugere non prohibemur, ſicut multos ſanctos legimus feciſſe: & ad hoc inducit duo ſequen. capitulo.

¶ Qui ſpem futuræ reſurrectionis habent de mortuis triſtari non debent. C. XXVII.

Et in regeſto B. Gregorij lib. 7. epiſt. 111. Anſ. l. 7 c 171. Bur l 19 c. 129. Iuo p. 15. c. 139.

HAbent forſitan illi iuſtam longi doloris excuſatio-

HAbent.] CASVS. Non eſt mirum, ſi pagani lugent mortuos ſuos, quia excuſationem habent

Digitized by Google

habent, cum de alia vita non confidant. Sed nos Chriſtiani nimium cõtriſtari de obeuntibus non debemus, ne quodammodo diffidere videamur: & hoc probatur exemplo Apoſtoli dicentis: Nolumus vos ignorare, &c. [Apud alios,] id eſt, laicos aut idiotas.

a ¶ Neſciunt.] Id eſt, non credunt. Ioan.

QVi diuina.] CASVS. Quæſitum fuit in concilio Toleta vtrũ mortui ſepeliendi ſint cũ pſalmodia & luctu. Et reſpondet q̃ cum pſalmodijs ſic, & lugere non debemus: quod probatur auctoritate Apoſtoli dicentis: De dormiẽtibus autẽ, &c. & hoc quilibet epiſcopus parochianis ſuis prohibeat; religioſis tamen hoc ſpecialiter prohibetur.

b ¶ Religioſis.] Illi n magis tenentur abſtinere ab huiuſmodi luctu, quàm laici.

DE MORTVIS. Hęc eſt II. pars quæſtio ſecũdum Ioann. de Fant.

CASVS. Facit Gratia. quandam incidẽtem quęſtionem, vtrũ defuncti ſciant q̃ in mundo geruntur à viuis? & reſpondet quod non: & hoc probat auctoritate Eſaiæ.

c ¶ Sciant.] Mali neſciunt niſi quod eis ſcire permittitur. ſimiliter nec boni, qui adhuc ſunt in igne purgatorio: quia adhuc non fruuntur viſione Dei, vt infra ea. fatendum. ſed boni, qui fruũtur viſione Dei, ſciunt quid agatur hic: iuxta illud Greg. Quid eſt q̃ neſciant qui vidẽtem omnia vident? Et alij dicũt q̃ boni dñr ſcire omnia quę ſunt eis neceſſaria.

d ¶ Neſciuit.] Quia nondum erat hoſtia oblata, per quã aperta fuit ianua paradiſi, vt extra de baptiſ. maiores. Ioan.

FAtẽdũ.] CASVS. Quæſitum eſt ab Au. vtrũ mortui ſciãt quid in hoc mundo agatur à viuis? & reſpondet q̃ non, donec aliquid agitur hic, ſed poſtea per mortuos q̃ vadunt ad eos ſciunt non oĩa, ſed q̃ illi permittuntur audire, & q̃ illos recordari licet: aut p̃ Angelos, quo ſ. uidere non poſſint: ſub. ſ. quantũ permittit diuina potẽtia, ſecundũ Ioan. de hoc ſatis no. ar. J. px. c. 1. * *Sed tu. Vide S. Th. 4. ſent. di. 45. q. 3. art. 1. & diſt. 49. q. 2. ar. 5.*

Defuncti vtrum ſciũt q̃ hic agunt.

1 Dñt q̃dam q̃ aĩæ imediate uident in ſpeculo Trinitatis ſicut Angeli: vñ Beda ſup̃ Lucã in illo euãgelio, Hõ q̃dã erat diues. &c. vbi dr̃ quod vſi qui vident claritatẽ, nihil eſt in creatura

nem: qui vitam alteram neſciunt [a] qui de hoc ſæculo ad melius eſſe tranſitum non confidũt. Nos autem, qui nouimus, qui hoc credimus, & docemus; contraſtari nimium de obeuntibus non debemus: ne quod apud alios pietatis tenet ſpeciem, hoc magis nobis in culpa ſit. Nam diffidentię quodammodo genus eſt, contra hoc, quod quiſque prędicat, torqueri [α] mæſtitia, dicente Apoſtolo: [Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent.] *1. Theſſ. 4.*

α ¶ Torqueri.] *Sic eſt emendatum ex epiſtola B. Gregorij, in qua hoc idem habetur. In epiſtola Anaſtaſii legitur,* contra quodquiſque prędicator, queritur, iuſtitiam amans, dicente, &c. *In codicibus autem Gratiani etiam manuſcriptis videbatur mixta eſſe lectio vtraque, hoc modo,* contra hoc, quod quiſque prædicat quærere iuſtitiam amans, dicente, &c.

Item ex concilio Toletano 3. c. 22.

¶ De eodem. C. XXVIII.

QVi diuina vocatione ab hac vita recedunt; cum pſalmis tantummodo, & pſallentium vocibus debent ad ſepulchra deferri. Nam funebre [β] † carmen, quod vulgo defunctis cantari ſolet, vel in pectoribus ſe aut proximos aut familias cędere omnino prohibemus. Sufficiat autem quòd in ſpe reſurrectionis, Chriſtianorum corporibus famulatus diuinorum impenditur canticorum: Prohibet enim nos Apoſtolus noſtros lugere defunctos, dicens: (De dormientibus autem nolo vos contriſtari, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent.) Et Dominus non fleuit Lazarum mortuum, ſed ad vitæ huius plorauit ęrumnas reſuſcitandum. Si autem † poteſt hoc epiſcopus omnes Chriſtianos prohibere, agere non moretur. † Religioſis tamen omnino aliter fieri non debere cenſemus. Sic enim Chriſtianorum per omnem mundum humari oportet corpora defunctorum.

† al. funeris pretia mentis.

1. Theſſ. 4. *Io. 11.* *† al. enim.* *† al. A religioſis.*

α ¶ Nam funebre.] *Hinc vſque ad verſ.* ſufficiat. *addita ſunt ex originali, vt intelligatur, quæ illa ſint quæ in hoc canone prohibentur.*

II *De mortuis etiam quæritur, vtrum ſciant* [c] *ea, quæ hic à viuis geruntur. Eſaias ex perſona populi afflicti ait: [Abraham pater noſter neſciuit.]* [d] *Auguſtinus quoque in libro de agenda cura pro mortuis, illud idem teſtatur, dicens cap. 15.* *Eſa. 63.*

¶ Mortui ex ſe neſciunt, quod hic à viuis geratur. C. XXIX.

FAtendum eſt neſcire quidem mortuos, quid hic agatur; ſed dum hic agitur: poſtea vero audire ab eis, qui hinc ad eos moriendo pergunt, non quidem omnia, ſed quæ ſinuntur indicare, & qui ſinuntur etiam iſta meminiſſe, & quæ illos, quibus hæc indicant, oportet audire. Poſſunt & ab Angelis, qui rebus, quæ aguntur hic, præſto ſunt audire aliquid mortui, quod vnumquemque illorum audire debere iudicat, cui cuncta ſubiecta ſunt. *& infra.*

Digitized by Google

¶Multi quoque α ad viuos, aliquos ex mortuis venire credunt [a], ſicut econtrario Paulum ex viuis in paradiſum raptum eſſe diuina ſcriptura teſtatur.

α ¶Multi quoque.] *Apud B. Auguſtinum ſic legitur,* Mitti quoque aduiuos aliquos ex mortuis, ſicut econtrario Paulus ex uiuis raptus eſt,diuina ſcriptura teſtatur. *Sed ob gloſſam non eſt emendatum.Veritatem vero ſua ſententia confirmat B. Auguſtinus aliquot alijs exemplis ſcripturæ ſacræ: quare ex textu deprauato auctor gloſſæ errandi occaſionem ſumpſit.*

Et in Vormacien. c. vlt.

11 *De his autem,qui in patibulis ſuſpenduntur,quæritur,an iuxta eccleſias ſint ſepeliendi.De quibus in Moguntinenſi concilio 2.ſub Rabano,c.27.ita ſtatutum eſt.*

¶Non eſt deneganda communio his, qui in patibulis ſuſpenduntur. C. XXX.

Burc.l.11.c.76. Iuo p.14.c.124. Pann.l.5.c.122.

QVæſitum eſt ab aliquibus fratribus de his,qui in patibulis [b] ſuſpenduntur pro ſuis ſceleribus poſt cõfeſſionem Deo peractam, vtrum cadauera eorum ad eccleſias deferenda ſint,& oblationes pro eis offerendæ, & Miſſæ celebrandæ,an non.Quibus reſpondimus,ſi omnibus de peccatis ſuis puram confeſſionem agentibus, & digne pœnitentibus communio in fine ſecundum canonicum iuſſum danda eſt:cur non eis β,qui pro peccatis ſuis pœnam extremam perſoluunt? Scriptum eſt enim. [Non vindicat Deus bis in idipſum.]

Naum primo, ſecundum lxx.

β ¶Cur non eis.] *Reſtitutus eſt hic locus ex ipſo concilio Moguntino,& Vormacienſi,inductis aliquot verbis, quæ potius perturbabant,quam illuſtrarent.*

PALEA. C. XXXI.

Ext.de fur.c.2. In Triburienſi,c.31 Poly.6.tit.16. Burc.l.11.c.59. Iuo p.13.c.45.

FVres,& latrones,ſi in furando, aut deprædando occidantur;viſum eſt pro eis non orandum.Si comprehenſi,aut vulnerati presbytero, vel diacono confeſſi fuerint,communionem γ eis non negamus.

γ ¶Communionem.] *Antea legebatur,* confeſſionem. *Emendatum vero ſic eſt ex Burchardo,Iuone,& Decretali:quibus locis hoc idem citatur ex concilio Triburienſi, & in eo, quod extat, habetur ſententia c.31.copioſius expoſita:vbi etiam diaconi nulla fit mentio,ſed ita dicitur,* Deoque,& ſacerdoti.

[*Item ex concilio Aurelianenſi.*]

¶ *Sic in omnibus codicibus, in quibus eſt hæc palea, & apud Burchardum,& Iuonem,et in Decretali:ex quibus ſunt multa emendata,& magni ponderis.*

¶De eodem. PALEA. XXXII.

Sententia habetur ext.de homic.c.2. Poly.ibidem. Burc.l.11.cap.60.& l.19.c.5. inter feciſti furem. Iuo p.13.c.46.

SI fur, aut latro captus in præda abſque occiſione põt comprehẽdi,& tamen interficitur;quia ad imaginem Dei creati, & in nomine eius baptizati ſunt, interfectores eorum quadraginta diebus non intrent eccleſiam. Lanea veſte induti ab eſcis, & potibus,qui interdicti ſunt,à thoro,a gladio,ab equitatu ſe abſtineant In tertia,quinta feria,& ſabbato,aliquo genere leguminum: vel olerum, & pomis, paruiſque piſciculis cum mediocri ceruiſia viciſſim vtantur, & temperate. Sin autem a veridicis

---

los, qui præſentes ſunt rebus, quæ in mundo aguntur,aut per ipſos, qui quandoque ad nos venire creduntur, ſicut econtrario Paulus viuus dicitur eſſe raptus in paradiſum.

a ¶Credũt.] Et male,quia ſunt phantaſmata, vt 26. qõ. 5. epiſcopi.

DE HIS AVTEM. Hęc eſt 12. pars q.ſecundum Io. de Fant.

CASVS. Quæritur an homines,qui ſuſpenduntur in patibulis,ſicut ſepeliendi in cœmeterio. Et reſpondetur,ꝙ ſic,ſi ipſi pœnituerint.

QVæſitum.] CASVS. Quidam quæſierunt in concilio Moguntiñ: vtrum corpora illorum, qui in patibulis ſuſpẽduntur,ſint ad eccleſias deferenda, & diuina pro eis ſint celebranda? Et reſpondet quòd ſic, ſi digne pęnituerint, quia ſicut communio ſacramentorum eis in fine non denegatur.ita communio corporis Chriſti, vel ſepultura eis denegari non debet: quia ſcriptum eſt.Nõ vindicat Deus bis in idipſum.

Sepeliri põt ſuſpenſi.

b ¶In patibulis] Licite ergo ſepeliuntur ſuſpenſi & concremati,dummodo hoc fiat auctoritate principis, vt ff. de cadaue.l.2. & non eſt cõtra 23 qõ 5. placuit. Quæri conſueuit, quare liberetur ille qui fugit ad eccleſiam,& non ille qui recipit corpus Chriſti,cum corpus Chriſti, maius ſit omnibus,vt de conſe d.2. nihil.Reſpond,quia corpus Chriſti eſt cibus animæ, & non corporis, ergo aĩam liberat, & non corp⁹ Vel dic,ꝙ priuilegiũ eccleſiæ eſt,& ñ dẽt trahi ad cõſequẽtiã 1, vt inf. 17. q.4. ſicut.nec aliqđ priuilegiũ trahendum eſt ad cõſequẽtiã.7 q 1. petiſti,& 16.q.1.hic.

Eccleſia & non corpus Chrĩ ꝓtegit malefactorẽ.

1 Ad idẽ ex. de priuileg. ſane. verũtñ qui tali fugitiuo deferret,beneface ret, ſed non ſtatutum ſm Vin Sed tu defendas, ꝙ talis eſt per eccleſiã defendendus, ꝗa corpori Chrĩ aliqua res anteponi non dẽt. 1.q.1.c.multi.95. d.1 ecce. de conſe. d.5.nihil.Archid.

Digitized by Google

comprobatur teſtiaus, quod ſine odij meditatione ſe, ſuaque liberando, Diaboli membra interfecerint, & α capi non poterant; pœnitentiam pro homicidio eis non iniungimus; niſi ipſi voluerint aliquid, quod humanitatis eſt, facere. At ſi presbyter eſt, non deponatur: cunctis tamen diebus vitæ ſuæ pœnitentiam agat.

α ¶ Et capi non poterant.] *Loco iſtorum verborum in codicibus Gratiani erant, hæc,* & pariter pœniteant, *quæ videntur pugnare cum proximè ſequentibus,* pœnitentiam pro homicidio eis non iniungimus. *Reſtitutus autem eſt locus ex cæteris collector.bus.*

CAVSA XIIII.

Canonici † *cuiuſdam eccleſiæ quæſtionem mouent de prædijs; teſtes ex fratribus ſuis producunt: negotiatoribus pecuniam crediderunt, vt ex eorum mercibus emolumenta acciperent.* † *al. clerici.*

1 *Hic primum quæritur, an liceat eis ſua repetere* [a].

2 *Secundo, an illi teſtes ſint audiendi.*

3 *Tertio, an illud ſit vſuras exigere.*

4 *Quarto, an liceat clericis, vel laicis a quolibet vſuras expetere.*

5 *Quinto, an eleemoſyna de vſuris fieri poſſint.*

6 *Sexto, an vſurarij pœnitentiam agere valeant, niſi, quod male acceperunt, reſtituant.*

QVAESTIO I.

Quod autem ſua repetere non poſſint, facile videtur poſſe probari. Ait enim Dominus in Euangelio: [Si vis perfectus [b] *eſſe, vade, & vende omnia, quæ habes; & da pauperibus.] Quia ergo iſti iter perfectionis arripiunt, non licet eis ſua habere. Multo ergo minus licet eis repetere; quia non debet repeti quod poſſideri* [c] *non licet.* ¶ *Item. [Si quis voluerit tunicam tuam tollere, & in iudicio tecum contendere,*

Matth. 19. Luc. 18. Mar. 10.

Matth. 5.

Canonici cuiuſdam] CASVS. Supra in proxima cauſa clerici introducuntur litigantes de ſpiritualibus Nunc autem ſubnectit Grat. hanc 14. cauſam, in qua introducuntur litigantes de temporalibus, oſtendens qualiter clericis liceat repetere ſua, & an domeſtici teſtes ſint admittendi, vel aſſumendi: Addit etiam de vſuris & de turpi quæſtu clericis interdicto, & vtrum eleemoſynę fieri poſſint de male acquiſitis. & vt hæc omnia facilius pateant, proponit thema, de quo ſex elicit quæſt.

a ¶ Sua repetere.] Omnes clerici, qui habēt proprium, vel habere poſſunt, poſſunt repetere ſua: ſi non habent propriū non poſſunt, ſed bona eccleſiæ ſuæ repetere poſſunt, ſi ſunt prælati: vel ſi prelati non ſunt de mandato ſuperioris poſſunt ea repetere, vt 16 q. 1. monachi 2. Item omnes clerici poſſunt agere pro miſerabilib. perſonis de mandato ſuperioris. vt 86. diſt. peruenit.

Clerici an poſſint ſua repetere.

Quod autē] CASVS Hic intitulatur 1. q. qua quæritur, an clericis liceat repetere ſua: & certum eſt, quòd omnes qui renunciauerunt proprijs, cum nihil habeant, ſua repetere non poſſunt, nomine tamen eccleſiæ ſuæ de mandato ſui ſuperioris expetiri poſſunt, & eſſe in iudicio, vt 16. q. 1. monachi clerici vero ſęculares, & omnes, qui non renunciauerunt proprijs, ſua repetere poſſunt, quia neque lege, neq; canone prohibētur. Et procedit hoc ordine Grat. in hac quæſtione Primo probat v. auctoritatibus, ꝙ clericis ſua repetere non licet, & hoc duabus, Domini, & alia Apoſtoli, quarta Greg. quinta Carthaginen. conc. tandem allegatis rñdet duplicem adhibendo ſolutionem, & ita omnia plana ſunt vſq; ad §. [ſicut ergo]

b ¶ Perfectus.] Ideſt, ſine mortali peccato, & ſine veniali. nam curam propriorum non poſſumus habere ſine peccato, vt 25 d. qualis.

c ¶ Poſſideri.] Simile eſt 3. q. 1. patet: vnde hæreticus non poteſt petere reſtitutionem aliquorum: quia nihil proprium poteſt poſſidere, vt ſup d. 8. quo iure. & 23. q. 7. c. 1. & 2. nec laicus pōt repetere decimas; quia eas nō poteſt poſſidere, vt extra de præſcr. cauſam ad hoc enim vt quis poſſit aliquid repetere, requirit ꝙ fuerit in poſſeſſione iuris, vel facti, vt extra de reſt. ſpoliat. ex parte. vnde non ſufficit probare ſpoliationem niſi probauerit, quòd poſſederit, vt extra de off. delegat. conſultationibus. vnde patet, quòd quilibet ſpoliatus habet reſtitutionis beneficium. extra de appel. ſignificauerunt & extra de reſt. ſpol. olim. Inuenio tamen, ꝙ quis poteſt petere reſtitutionem, qui de iure poſſidere non pōt. nam petitur reſtitutio conſanguineę, cū qua de iure qs nō pōt cōmiſceri, vt ext. de reſt. ſpol. literis. Itē ſeruus petit reſtitutionem rerum dñi abſentis, quas de iure non poteſt poſſidere, vt C. ſi per vim, vel alio modo. l. 1. ſimiliter vxor poteſt petere res a viro ſibi datas ſi ſpoliata eſt: quarum rerum dominium non poteſt habere. ff. de vi & vi

Reſtitutionē quandoque petit qui poſſidere neq.

Digitized by Google

Laicus poteſt decimas petere quibus ſpoliatus eſt.

vi armal. 1. §. deijcitur. Item habens plura ſtipendia petit reſtitutionem alicuius: cum tamen de iure non poſſit illud poſſidere cum alijs, vt extra de præben. referente. Ioan. Ego credo ſaluo meliori conſilio, quod laicus ſpoliatus decimis poteſt petere reſtitutionem, cum latro reſtituatur,

c Piſcopus.] ¶ Prouocatus.] Id eſt, in iudicium vocatus: debet. n. per alium litigare, vt no. 5. q. 3. cap. vlti. & ſi mala eſt cauſa eccleſiæ, non debet eam fouere: ſicut nec tutor pupilli, vt ff. de adminiſt tuto. l. quoties §. ſicut autem.

1. Cor. 6.
L. 5 moral. c. 8. ad 3. c. Iob.

dimitte ei & pallium.] ¶ *Itē Apoſtolus in epiſtola ad Corinthios: [Sæcularia igitur iudicia ſi habueritis[a] oīno peccatum eſt in vobis.] [Item Gregorius exponens: [Omnia mihi licent: ſed ego ſub nullius[b] redigar poteſtate.] inquit: [Cum mens concepta deſideria ſequitur; ſeruire rebus conuincitur, quarum amore ſuperatur.]*

Item ex concilio Carthaginienſi 4. c. 19.

¶ Pro rebus tranſitorijs epiſcopus prouocatus non litiget. C. I.

Epiſcopus nec prouocatus[c] pro rebus tranſitorijs litiget.

ſup. 1. q. 2. ſacerdos.

Quia ergo[d] generaliter perfectis prohibetur in iudicio contendere; patet, quòd iſtis non licet ſtare coram iudice. ¶ His ita reſpondetur. Prohibetur perfecto, in iudicio ſtare captando lucrum, ſed nō euitādo damnum. Vel aliter: Aliud eſt ſua poſſidere: aliud eſt communium procuratorem eſſe. Canonici non poſſident ſua: quia res Deo oblatæ non ſunt alicuius. Vtuntur enim rebus eccleſiæ nō vt ſuis ſed tanquam ad diſpēſandum ſibi creditis. Vnde Proſper in lib. de vita cōtemplatiua: [Sacerdos, cui diſpēſationis cura cōmiſſa eſt, &c. [require in cauſa eius, à quo pro ingreſſu monaſterij pecunia exigebatur. ¶ *Sicut ergo iſti nō ſua poſſident; ita nec ſua repetunt; ſed res eccleſiæ, quarū procurationem gerunt. Similiter, quòd in iudicio prohibētur contendere, ſic intelligendum eſt: videlicet, vt nō ſibi ſtent coram iudice, ſed alijs. Alijs autem corā iudice, aſtitiſſe, & pro eis iudicem interpellaſſe nonnullos ſanctorū legimus. Hi autem non ſibi ſtant, ſed pauperibus, quorū neceſſitatibus profutura repetunt, & ita non prohibentur ſtare coram iudice.* ¶ *Illud vero Euangelij: [Si quis abſtulerit ſibi tunicam, & c. non eſt præcipientis, ſed exhortantis.*

d ¶ Quia ergo.] Require ſupra. 1. q. 2. ſacerdos.

SICVT ERGO CASVS. Concludit Gra. ex ſupradictis, quod clericis ſua repetere nō licet: poſtea reſpondet dupliciter allegatis. Et primo ſic ſcilicet quod perfecti nō debent contendere in iudicio captādo lucrum, ſed vitando damnum poſſunt eſſe in iudicio: Secundo dicit, quod licet clerici regulares ſua repetere non poſſunt, cū nihil habeant: tamen res eccleſiaſticas tanquam cōmunes, quarum procurationem gerunt, repetere non prohibentur: qui in iudicio contendere poſſunt non ſibi, ſed alijs, ſcilicet pauperibus: ſicut multi ſancti fecerunt.

e ¶ Sanctorum.] ſu. 12. q. 1. expedit.

ILLVD. CASVS. Non reſpondet auctoritati Euangelij, ſi qs, &c. & dicit quod cōſilium Domini eſt & non præceptum: & ad hoc inducit ſeq. cap.

Vnde Auguſtinus ait libro 19. contra Fauſtum, c. 25.

¶ Peccat qui vltra debitum exigit, non qui ſibi debita repoſcit. C. II.

Qvod debetur[f], & ſi benigne dimittitur, non tamen inique repetitur. Peccat autem, qui exigit vltra[g] debitum: ideoque lex modum figens, pœnam talionis[h] inſtituit. Sed tu eo longe es à peccato iniuſti exactoris:

QVod debetur.] CASVS. Quæſitum fuit ab Aug vtrum ſit peccatum repetere ſua? Et reſpondet quod non, licet non poſſint benigne remitti, ſed illi peccant qui vltra debitum exigunt, contra quos lex pœnam talionis inſtituit: ſed qui nullo modo petunt, remoti ſunt à peccato. & pœna iniuſte petentis. [Eo.] i. in tantum. [Quo.] ideſt inquantum.

Fur ad pœnam dupli vel quadrupli poteſt cōueniri.

De facto, quod dic vt no. 16. q. 7 c. 1. Arch.

ſtituatur, vt extra de reſt ſpol in literis. cum laici quotidie poſſideant t. decimas ex tolerantia prælatorum, ſecus in hæretico cum ſit excommunicatus, vt extra de hære. excommunicamus & decre. illa, cauſam. dicit detinere, & non poſſidere. B.

a ¶ Habueritis.] Iniurioſe. ita vt ſcandalizemini propter hoc.

b ¶ Sub nullius.] Id eſt, ſub rei temporalis poteſtate nolo redigi: intantum vt aliquem oſtendam, iuxta illud:

Horatius in epiſtolis.

Et mihi res: non me rebus ſubmittere conor, vt extra de verb. ſig. intelligentia.

f ¶ Quod debetur.] Ex aliquo maleficio, vel intellige ex quolibet debito.

g ¶ Vltra.] Videtur ergo, quod non poſſit licite peti pœna dupli, vel quadrupli à fure, vt no. 12 q 2. in antiquis. quod concedit Hu. ſed non eſt ita, quia hoc habetur ex canone quod peti poſſit. 12. q. 2. in legibus.

h ¶ Talionis.] cōtra delinquentem, ſ. vt tanta ſatisfactio petatur ab eo, quāta iniuria præceſſit, vt 23. q 3. ſ. ex diſſerentia, vel loquitur de pœna talionis infligenda actori, qui iniuſte litigat: quia calumnioſè agens punitur in ſumptibus litis, vt extra de pœnis. calumniam. hoc

i De hoc no. 12. q. 2. fraternitas ibi videas, & facit ad hoc ext. de ſent. excō. quāuis &c ea noſci tu vbi plene hoc nota. d.

Digitized by Google

a ¶ Nullum.] Scilicet quo ipſe teneatur alijs, vel aliter id eſt, nulli vult ſoluere pœnam pro peccato debitam.
b ¶ Debitum.] Id eſt, pœnam, debitam ex peccato.
c ¶ Sic &.] Hic eſt §.
d ¶ Cętera.] Idē ꝙ omnia ſunt concilij: ſicut illud, qui percuſſerit te in vnā maxillam, &c.

Nam pro ſe quis teſtificari non poteſt. ſed contra ſe ſic & ideo cum iſti ferunt teſtimonium ſuper rebus eccleſię ſuæ, quæ ſpectant ad ſuam vtilitatem, non ſunt audiendi. Poſtea ſoluit dicens, ꝙ in cauſa criminali eſt hoc ſeruandum, ſed in cauſa eccleſiæ bene admittuntur do-

QVilquis.] CASVS. In hoc c. & ſequenti aſſignatur differentia inter pręceptum & conſilium. quia peccatum eſt non obedire præcepto, & pœnam ſuſtinet, qui non obſeruat: conſilio vero nō obedire peccatum non eſt; ſed qui non obedit, minus boni ediſiſcitur.

quò omnino nō exigis debitum: ideoque bonus magiſter ait:] Qui te percutit in vnam maxillam, præbe ei & alteram.] præſertim ne cogamur & ipſi reddere debitum ab eo, qui nullum [a] habet debitum [b]. *Luc. 6. Matth. 5.*

¶ *In aliquot vetuſtis exemplaribus capitulum hoc coniunctũ eſt ſuperiori, & confectũ eſt ex verbis B. Auguſtini li. 19. contra Fauſtum. c. 35. hinc inde acceptis, & interdũ etiam immutatis. Quare praſtat integrum illud caput perlegere.*

Sic [c] *& cætera* [d] *accipias. Item in libro de ſancta virginitate* α, *c. 14. & 15.*

α ¶ Virginitate.] *Reſtituta eſt citatio ex Polycarpo. Antea citabatur*, ex ſermone Domini in monte; *Sic etiam* §. Quod præcipitur *reſtitutum eſt B. Hieronymo.*

QVod præcipitur imperatur.] Hic Greg. innuit differentiam inter præcipere & imperare ideſt nā aliàs Aug dicit quod Cęſar præcipit faciendum eſt; quod imperat, tolerandum eſt, vt 23. q. 1. militare. Item inter mandatum & præceptum videtur eſſe differentia quia finitur [1] mandatum morte mandatoris, vt extra de offic. deleg. relatum. ſed præceptum non vt in authen. vt nulli iud. §. & hoc vero iubemus colla. 9 Itē quandoque ea quæ ſunt præcepti, conſuluntur, vt 28 quæſt. 1. ſic enim. quandoque etiam quæ ſunt mandati, præcipimus vt ſic æquiparentur pręceptum & mandatum. vt C. de acti. & obligat. ſi quidam. Item quandoque verbum rogandi pro verbo præcipiendi ponitur, vt 11. quæſtio. 3. rogo.

1 Iſtā gl approbat & dicit eā ueram & notabilē Alc. de Imo. in l. more. coll. x ff. de iu. om. iu. & p Spe. in ti. de iu deleg. §. reſtat ad fin. 1. col. & in ti. de leg. § finitur. ver. ſed pone de facto.
2 Ope exceptionis, ut dicā 11. q 2. dudũ. ibi uideas. 63. diſ. principali. Arch.

¶ De eodem. C. III.

QVisquis præceptis non obtemperat; reus eſt, & debitor pęnæ. *& paulo poſt.* ¶ Præcepto Domini nō obedire, peccatum eſt: conſilio ſi vti nolueris, minus boni adipiſceris, non mali aliquid perpetrabis. *Itē Hieronymus*† *libro primo contra Iouinianum.* Quod pręcipitur imperatur; quod imperatur [e], neceſſe eſt fieri: ſi non fiat, pœnam habet. *& infra.* ¶ Vbi conſilium datur, offerentis arbitriũ eſt: vbi præceptum, neceſſitas eſt ſeruientis β.

Poly. l. 1. ti. 24. Cap. 15.

† in vulgatis erat, *Greg. in epiſt. ad Iouinianum.*

β ¶ Seruientis.] *Sequebantur hæc verba*, vt obediat: vel imperantis, vt ei obediatur, *quæ ſunt ex puncta auctoritate codicum vetuſtorum & originalis.*

QVAESTIO II.

DE eo autē, *quod quæritur, an de ſuis fratribus* [f] *teſtes producere poſſint multis auctoritatibus videtur eſſe prohibitũ. Leges enim tā ſacrorũ canonũ, quā ſecularium principum prohibēt aduerſus aliquem* †; *teſtē de ſua domo produci. Cōtra ſe. n. quiſq; teſtari pōt, pro ſe uero minimè. Quia ergo iſti producuntur, vt ꝓ ſeipſis teſtimonium ferant. (Non. n. vtilitatis ſuæ eccleſia ſe penitus immunes arbitrantur futuros) patet, quòd eorum vox in talibus non eſt audienda. Sed diſtinctio* † *hæc, & teſtium*

† *al. extraneum.*

† *al. diſtrictio.*

DE eo antē] CASVS Hic intitulatur ſecũda quæſtio, qua quæritur, an fratres vel domeſtici teſtes ſint audiendi. Et certum eſt, ꝙ in cauſa criminali non admittuntur, vt 2. q. 5. c. 1. niſi quando clerici accuſant ſuum prælatum, vt 2. q. 7. latos. & cum accuſatur matrimonium propter conſanguinitatem, vt 35. q 6 c. 1. ſimiliter in cauſa ciuili domeſtici teſtes non admittuntur, vt 4. q. 3. etiam in re propria clerici tamen tam pro ſua eccleſia, quàm pro aliena bene admittuntur, vt inf. ea. c. 1 & c. quanquam. Et procedit hoc ordine. Primo probat, quod fratres, & domeſtici teſtes non ſunt admittendi: poſtea dat ſolutionem. Dicitur ergo, ꝙ tam leges, quàm canones prohibent domeſticos teſtes adductus extraneum aſſumi, domeſtici teſtes, vt in ſeq. c. patet.

f ¶ An de ſuis fratribus.] In cauſa criminali nunquam admittuntur domeſtici vt 3. q. 5. cap. 1. niſi in duobus caſibus, ſcilicet cum canonici accuſant prælatum ſuũ, vt 2. quæſt. 7. latos. & cum accuſatur matrimonium propter conſanguinitatem, vt 35. quæſt. 6. cap. 1. ſimiliter in cauſa ciuili non admittitur domeſticus. 4. q. 3. etiam ciuili iure. Item etiam niſi in cauſa eccleſiæ ſuæ, ut inf. eod. cap. 1. & extra de teſti. inſuper. Similiter ad probandum conſanguinitatem admittitur domeſticus, ut 35. q. 5. cap 2. ſiue agatur ad contrahendũ, ſiue ad dirimēdũ matrimonium, ut extra qui matrimon. accu. poſſ. uidet Seq

Teſtificari pñt quãque domeſtici

Digitized by Google

Sed pro alio impedimento matrimonij domeſtici non admittuntur, etiam ſi velint probare affinitatem, vt extra de teſti. in literis. Ioan. Sed contra videtur dicere decre. extra de teſta. ſuper eo. & ſic de facto ſeruatur: & in illa decret. in literis ſuſpicio erat contra eum: quia ſteterat

aliis literis ſuper teſtibus recipiendis ſibi miſſis prius.

a ¶ Stephani.] vnus canonicus poteſt inducere in teſtimonium ſuum concanonicum contra eiuſdem eccleſiæ canonicos: quia non eſt magis domeſticus vni, quam alij: & par affectionis cauſa ſuſpicionem excludit, vt ff. de ritu nupt. nõ ſolum § 1. ſicut & poteſt ipſum inducere cõtra ſuũ prælatum, vt 2. q. 7. lator. Sed nunquid poteſt eum inducere cõtra canonicum alterius eccleſię? Hug. dicit ꝙ nõ. Tu potes dicere ꝙ ſic. quia nõ eſt domeſticus iſtius, ſed eccleſiæ tantũ. ſimiliter prælatus ille poteſt induci in teſtem pro eccleſia ſua: dum tñ alius conſtituatur, qui nomine eccleſiæ agat, vt ext. de teſt. in ſuper. 2 nec dicuntur iſti ferre teſtimoniũ in propria cauſa: quia cauſa eccleſiæ nõ eſt in cauſa ſingulorũ, vt 12. q. 2. qui manumittitur ſic legatarius fert teſtimonium in cauſa teſtamenti, in quo aliquid ei relictũ eſt, vt inſti. de teſta. §. legatarius. Sed nonne talibus imperatur ab eccleſia; ergo non poſſunt eſſe teſtes pro illa, vt 4 quæſt. 3. idonei? Sed iſtud eſt in fauorem religionis: nã contra rationem pro religione iudicatur, vt ff. de relig. & ſump. fun. perſonæ. Sed licet dicã, quod vnus canonicus poteſt eſſe teſtis in cauſa ſui concanonici, non tamen dico, ꝙ poſſit eſſe iudex ſui contra extraneum, quia minor cauſa repellit aliquem à iudicio, quàm à teſtimonio, vt extrà de offic. deleg. cum R.

Canonicus pro canonico teſtificari poteſt.

2 Ad idẽ ff. de verb. ſign. princeps, C. de digni. ius ſenatorum, ſed contra, quia executores negociorũ, & adminiſtratores in eiſdem negocijs teſtes eſſe non poſſunt, ff. de teſt. mandatus. Arch.

Contra rationem cõmunem pro religione iudicatur.

examinatio in criminalibus cauſis ſeruanda eſt: in ciuilibus autem non vſquequaque. In criminali enim cauſa non licet teſtem de propria domo produci: in ciuili autem prælatis eccleſiæ licet.

Vnde Paſchalis II. Guidoni Archiepiſcopo Viennenſi Apoſtolicæ ſedis legato ſcribit dicens.

¶ Clerici pro ſua eccleſia teſtimonium ferre poſſunt. C. I.

SVper prudentia tua plurimum admiramur, quòd in negocio beati Stephani [a], clericorum ipſorum acceptare nolueris teſtimonium. Diuerſæ namque ſunt ſpecies cauſarum: nec in omnibus cauſis crimina agitantur. In criminibus † ſi quidem accuſatorum, & teſtium illa diſtrictio obſeruanda eſt, quæ in canonibus continetur; ne qui ad probationem domeſtici aſſumantur. Cæterum in poſſeſſionum, vel huiuſmodi negocijs hi potiſſimum aſſumendi ſunt; qui eadem negocia tractauerunt [b], de quorum auditu, & viſu [c] hæſitatio eſſe non debeat. Si ergo ijdem clerici idonei ſunt ad aſſertionem cauſæ illius; nullatenus remoueantur, ſed ſicut alijs literis deliberatum eſt, inter S. Ioannis, & S. Stephani canonicos lis illa plenius decidatur.

† *al. criminalibus*

Poteſt etiam intelligi aliter. Domeſtici ad probationem non admittantur, vt pro his videlicet, quorum ſunt domeſtici, teſtimonium ferant. Hi autem (ſicut ſupra de actoribus dictum eſt) non pro domeſticis, ſed pro eccleſia, quæ mater eſt omnium pauperum, teſtimonium dicant. In conficiendis autem inſtrumentis ſæcularium negociorum presbyteri non vocentur ad teſtimonium: ſed ſi caſu contractui eos interfuiſſe contigerit, iubente epiſcopo teſtimonium dicant.

Vnde in Synodo habita Romæ ab Eugenio Papa II. ſtatutum eſt, c. 13.

¶ In conficiendis inſtrumentis ſacerdotes ad teſtimonium non vocentur. C. II.

Poly. l. 4 tit. 31.

QVanquam ſacerdotum teſtimonium credibilius habeatur; tamen ipſi in ſæcularibus negocijs pro te-

terat cum vxore per ſeptem annos, ꝙ etiam ibi ſuper affinitate inducebantur domeſtici. Præterea, vt notauit ibi T. familiares ſui erant, vel domeſtici, quibus imperare poteſt ratione dominicę vel patriæ poteſtatis: aliàs domeſtici bene admittuntur. 1 B.

SVper prouidentia.] CASVS. Guido archiepiſcopus Viennenſis Apoſtolicæ ſedis legatus in cauſa, quę vertebatur inter canonicos S Stephani, & canonicos ſancti Ioannis, canonicos ſancti Stephani ad perhibendum teſtimonium veritati recipere nolebat, quia domeſtici erant: quare Paſchalis ſecũdus ſcribit ſibi, & docet, quòd in cauſa criminali teſtes domeſtici non aſſumantur, ſed in ciuili eccleſiaſtica potius ipſi quàm alij recipiantur. præcipit ergo ſibi, vt à teſtimonio ferendo nullo modo repellat clericos B. Stephani, dũmodo idonei videantur. [Alijs literis,] quibus cauſam illam cõmiſerat ſibi: vel

1 Alij cõtra 4. q. 3. ẽt ciuili iure. nam mercenarij ſũt domeſtici. ff de pęn. reſpiciendũ, §. furti. C. de his q ad ecc. confug. pręſenti. Arch.

b ¶ Tractauerunt.] Quia ea, quæ in capitulo geſta ſunt, melius poſſunt probari per canonicos, quam per alios, vt extra de teſtib. veniens, in fi. licet lex dicat aliàs inter domeſticos, facile quid confingi poſſe pro negocij qualitate, vt C. de donat. data.

c ¶ Et viſu.] 3 q. 9 teſtes

POTEST. Iſte §. diuiditur in duas partes. In prima ſoluit aliter quam ſuperius dixerat, dicens ꝙ domeſtici ad teſtimonium non admittuntur pro eo cuius ſunt domeſtici. ſupradicti autem clerici non pro domeſticis admittuntur, ſed pro eccleſia, quæ mater eſt omnium. In ſecunda parte dicitur, ꝙ presbyteri in contractibus ſæcularium non debent ad teſtimonium vocari: ſi tamen caſu interfuerint, iubente epiſcopo, teſtimonium ferre poſſunt, vt in ſeq. c. docetur.

QVanquam.] CASVS. Quæſitum fuit ab Eugenio,

vtrum

Digitized by Google

vt rum ſacerdotes ſint rocandi ad teſtimonium ſuper conficiendis inſtrumentis in negocijs ſæcularibus? Et reſpon. quòd non, ſi tamen caſu interfuerunt vbi laici non inueniuntur idonei, iubente epiſcopo poſſunt dicere teſtimonium, ne veritas occultetur.

ſunt, vt mutuum & commodatum. In mutuo certum eſt, & ſequitur, quòd ſit gratuitum, alioquin eſt vſura. Item ſi commodatum non eſt gratuitum; non quidem eſt vſura, ſed tamen ſi aliquid recipitur pro commodato, ſtatim deſinit eſſe commodatum: quia aut recipitur

ſtimonio, α, aut conficiendis inſtrumentis non rogentur [a]; quia eos in talibus rebus eſſe non conuenit. Si autem β euentu [b] aliquo cauſæ interfuerint, & aliquid viderint, vel audierint [c], vbi nullæ idoneæ ſæcularium inueniantur perſonæ; ne veritas occultetur [d] & malus vt bonus æſtimetur, in prouidentia proprij epiſcopi ſit, vt aut coram ſe [e] & competentibus [f] iudicibus, aut aliter [g] honorificè veritatem attollant †. † *al. teſtificentur*

α ¶ Pro teſtimonio.] *Sic eſt emendatum ex concilijs Eugenij ſecundi, & Leonis IIII. & Polycarpo. Antea enim legebatur,* pro conficiendis inſtrumentis ad teſtimonium non rogentur.

β ¶ Si autem.] *In concilijs ipſis & Polycarpo legitur,* ſi enim euentæ cauſæ aliquid viderint, &c.

QVÆSTIO III.

QVòd autem [h] *præter ſummam emolumenta ſectari, ſit vſuras exigere, Auguſtini auctoritate probatur, qui in pſalmum trigeſimumſextum, ad verſ. [Tota die] ſcribit dicens.*

¶ Qui plus, quàm dederit, accipit, vſuras expetit. C. I.

SI fœnerauerís homini, id eſt, mutuam pecuniam tuam dederis, à quo aliquid plus, quàm [i] dediſti, expectes — Sent. 3. diſt. 37. Iuo p 13. c. 17.

a ¶ Non rogentur.] An poſſit clericus cogi, not. 2. queſt. 6. ſtatuendum.

b ¶ Euentu.] 4. q. 3. ad fidem.

c ¶ Vel audierint.] Et hoc eſt in illis caſibus, vbi teſtimonium valet de auditu, vt 3. quæſt. 9. ſi debitum.

d ¶ Occultet.] Iſtud eſt regulare quod in defectum probationum quilibet poſſit cogi, vt extra de teſt. cog peruenit. immo talis admittitur, qui aliàs nō eſt idoneus, vt 4. q. 3. item ſerui reſponſo. ſimile eſt 55. diſt. priſcis. & de conſecr. diſtinct 4. in neceſſitate. & C. de hæret. l. vlt.

e ¶ Coram ſe.] Sed qualiter teſtatur clericus coram epiſcopo cū cauſa verſatur coram laico iudice, cum cōtinentia cauſę diuidi nō debeat, vt extra de ſequeſtr. ad hæc? Reſpon. hoc eſt priuilegium clericorum, quod nō coguntur coram quolibet iudice teſtificari ſicut egregiæ perſonę non coguntur coram quolibet iudice teſtificari, vt ff de iureiur. ad perſonas 1 — Clerici non coguntur teſtificari.

1 Ad idē ext. de teſt. ca. ſi quis, & maximè cū tūc iurare debeant: quod facere nō debent laico. 22. q. vlt. ca. vlt ſecundū Io. de Fant.

f ¶ Competentibus.] Scilicet iudicibus eccleſiaſticis.

g ¶ Aut aliter] Id eſt, vt committat epiſcopus aliquibus qui recipiant teſtimonia ipſorum.

QVòd autem.] CASVS. Hic intitulatur tertia quæſtio, in qua quæritur, vtrum ſit vſura, ſi aliquid præter ſortem exigatur? Et certum eſt, quòd ſic: niſi cum eccleſia mutuat pecuniam laico, ad hoc vt prædium eccleſiaſticum de manu laici redimatur: quo caſu fructus eccleſiaſtici fundi præter ſortem retinebit, vt dicit Innoc. III. in prima decret. de feud. & Alex. de vſu. in prima decret. in fi. Similiter non licet aliquid expectare præter ſortem, vt ī. ead. c. 1. Spes enim facit vſurarium ſicut ſimoniacum. arg. 1. q. 3. non ſolum.

h ¶ Quod autem.] Hic quæritur, an vſura ſit vltra ſortem aliquid recipere? Et certè ſic: niſi in quinque caſibus. Primo in caſu fauore eccleſiæ, extra de vſur c. 1. & c. conqueſtus. Secundo, & cum fideiuſſor ſoluit ſortem & vſuras, poteſt vſuras petere, vt ff. de fideiuſſ. conſtitutus. Tertio, & cū pęna petitur præter ſortem, vt 12. q 2. in legibus. Quarto, & cum petitur vſura tanquam intereſſe, dicam ī ea q. 4. quoniam multi. & ff pro ſoc. l. ſocius qui. Quinto, & cū recipitur aliquid pro re, quæ non conſiſtit in pondere, numero, vel menſura, ſicut in locatione. Item in ſexto caſu ratione incertitudinis, vt extra de vſur. in ciuitate. & non ſolum quodcunque lucrum, ſed etiam ipſa ſpes facit hominem vſurarium, vt ī. ead. cap. 1. ſicut facit hominem ſimoniacum, vt 1. quæſt. 3. non ſolum. Ad intelligentiam autem huius quæſtionis ſcias, quòd duo ſunt contractus, qui de natura ſui gratuiti — Vſura aliquando nō cōmittitur, licet vltra ſortē quid accipiatur. — Contractus duo ſunt gratuiti.

pitur aliquid pro re ipſa, aut pro vſu rei. ſi pro re ipſa aliquid recipitur, aut eſt pecunia, aut alia res. Si pecunia, eſt emptio ſeu venditio: ſi alia res, erit contractus permutationis: ſi pro vſu rei accipitur pecunia, erit contractus locationis: ſi res alia, erit contractus innominatus, do, vt des, vel do, vt facias. omnes iſti contractus ſunt liciti laicis etiam cauſa negociationis, vt 88. diſtin. fornicari. Clerici tamen inquantum poſſunt debent abſtinere ab emptione & venditione: quia illud non facile fit ſine peccato, vt ī. de pœnit. diſt. 5. qualitas. tamen in cauſa neceſſitatis permiſſum eſt clericis negociari, vt extra ne cler. vel mona. cap. 1. licitum tamen eſt clericis emere aliquam rudem materiam, & inde aliquod artificium facere, ſi eis ſua non ſufficiunt, vt 91. diſtinc. clericus victum. & 21. q. 1. c. 1. de conſecr. diſt. 5. nunquam. & tunc non acquiritur lucrum ex negociatione, ſed ex artificio. talia enim lucra licita erant Apoſtolis, vt 21. quæſt. 1. c. 1.

SI fœnerauerís.] CASVS. Aliquis dedit pecuniam mutuam, & præter ſortem aliquid expectabat. quæſitum fuit ab Auguſtino, vtrum ſit vſurarius? Et reſpondet quòd ſic.

i ¶ Plus quam.] Supple quod conſiſtit in pondere, numero, & menſura. ſed in equo & domo aliud eſt: quia ibi licitum eſt recipere ſortem & lucrum. & eſt ea ratio, quia in prædictis quæ conſiſtunt in pondere, numero, & menſura, transfertur dominium, cum illud ſit mutuum. Vnde res illa ſtatim eſt periculo 2 illius qui recipit eam. vnde inconueniens eſſet vt nomine illius rei magis grauaretur 3; ſed domus & equus non ſunt periculo ſui; vnde non eſt inconueniens, ſi aliàs grauetur pro re tali dando aliquid. ad hoc facit ff de iureiur. cum qui. Sed contra hoc obijcitur. Pone quod aliquis vendat vſum

2 Periculo l. ſi vnus ex ſocijs, § ſi vnus. ff pro ſoc.

3 Arg. ff de iureiur. cum qui.

Digitized by Google

vſum pecuniæ, & recipiat in ſe periculum pecuniæ. talis contractus non eſt vitioſus, quia cum vſus ſit illius qui vendidit, licite poteſt eum vendere 1 & ſic habes, ꝙ aliquis pro pecunia poteſt recipere pecuniã, & aliud in hoc caſu, alias non: & hoc ideo, quia pecunia non deterio-

nam generaliter dicitur pecunia quidquid habes, vt 1. q. 3. totum.

Plerique.] CASVS. Quidam cum pecuniam mutuaſſent negotiatoribus de lucro mercium partem recipiebant; quæſitum fuit ab Ambr. vtrum hoc debeat reputari vſura? Et reſpondet quòd ſic, & non ſolũ hoc, ſed ẽt quidquid vltra ſortẽ exigitur quocumque nomine cenſeatur dicitur vſura, & ad hoc probandum auctoritatem legis Moſaicæ inducit. Sequens ca. planum eſt.

c ¶Præcepta] Nolũt quidam facere cõtra legẽ, ſed faciũt fraudem legi. Ille vero facit fraudem legi, qui obſeruat verba legis, ſed mentem eius circumuenit, vt ff. de legi. fraus. Fit fraus legi quatuor modis. De re ad rem .i. qñ in fraudem datur aliqua res, vt hic & 1. q. 1 ſunt nõnulli, talis eſt fraus Macedoniani ff. ad Macedon. l. ſed Iulianus §. mutui. Itẽ de pſona ad perſonã, vt cũ quis ſub perſona alterius exercet vſurã, vt 46. d. ſicut non ſuo, & cum maritus nõ poteſt aliquid dare vxori, ſupponit aliã perſonam cui dat. vt ff. de dona. inter virum & vxo. hæc eſt rõ. §. vlt. Item de vno contractu ad alium contractum fit fraus, vt cũ mulier non poſſit dare aliquid viro, fingit ſe vẽdere ei: vt ff. de dona. inter virum & vxo. ſi ſponſus. §. circa ſic 16. q. 1. ſi ſacerdotes. Item de

Legi fit fraus quadrupliciter.

accipere, non pecuniam ſolam, ſed aliquid plus, quàm dediſti †, ſiue illud triticum ſit, ſiue vinum, ſiue oleum, ſiue quodlibet aliud: ſi plus quàm dediſti, expectas [a] accipere, fœnerator es; & in hoc improbandus, non laudandus.

Item Hieronymus ſuper Ezechielem, lib. 6. ad c. 8.

& in id. gl. ord.

¶Quidquid ſupra datum exigitur, vſura eſt. C. II.

Sent. ibidem. Iuo p. 13. c. 18. Pann. l. 3. c. 160.

PVtant quidam vſurã tantum eſſe in pecunia [b]. Quod præuidens ſcriptura diuina omnis rei aufert ſuperabundantiam, vt plus non recipias, quàm dediſti *. *Item ibidem.* ¶Alij pro pecunia fœnerata ſolent munuſcula accipere diuerſi generis: & non intelligunt vſuram appellari, & ſuperabundantiam, quidquid illud eſt; ſi ab eo, quod dederint, plus acceperint.

Item Ambroſius in lib. de Tobia, c. 14.

¶Quidquid ſorti accedit, vſura eſt. C. III.

Iuo p. 13. c. 26.

PLerique refugientes præcepta [c] legis [d], cum dederint pecuniã negotiatoribus [e], non in pecunia vſuras exigunt; ſed de mercibus eorum, tanquam vſurarum emolumenta percipiunt. Ideo audiant, quid lex [f] dicat *. [Neque vſuram, inquit, eſcarum accipies, neque omnium rerum.] *Item paulo poſt.* ¶Et eſca vſura eſt; & veſtis vſura eſt, & quodcumque ſorti accedit [g], vſura eſt; quod velis ei nomen imponas, vſura eſt. *Item paucis interiectis.* ¶Si quis inſtaurandum conuiuium putat; ad negotiatorem [h] mittit, vt abſynthiaci † [a] cupellam ſibi gratis deferat; ad cauponem dirigit, vt Picenum vinum, aut tyriacum † requirat: ad lanium, vt hilam † ſibi procuret; ad alium, vt poma [i] ſibi adornet.

Deut. 23.

† al. abſynthiati. † al. theriacum. † al. vuluam.

[a] ¶Abſynthiaci.] *De hoc vino, quod tardam coctionem accelerat, ideoq́; inſtaurandus conuiuijs aptum eſt, meminit Dioſcori-*

1 Vendere puta. locando 1. Franc. Purpurat. l. 2. §. 1. col. 9. nu 68. ſi certpet.

† Adde hic Bal. in rubr. C. de conſti. pec. in 1 gl. & in l. 3. & ibi clarius p eundem Bal. & Saly. C de exercito. Ba. in l. 2. i ptin. C. de vſu. rei iu. & in c. 1. in 5. col. de plus pe. late per Salyc. in auth. ad hæc in 11. q. C. de vſu. Iaſ. in l. cunctos. in 14. col. ver. ſexto, & vltimo quæro. C. de ſum. tri. Io. Cal in conſi 11. poſito ſub tit. de vſuris. Dom. Alex. in conſ. 303. qđ incipit, viſo proceſſu cauſæ vertentis inter Io. in vl. col.

* Cõco. tex. in l. 1. §. cum vrbem. ff. de of. præf. vrb. & in l. 1. C. de hær. inſt.

* Adde ad hoc plene not. per Iaſ. in l. cunctos. col. 11. C. de ſum. trin.

rioratur, ſed aliæ res deteriorantur. Item nonne ſi creditor alicui gratis mutuat pecuniam, venditor tenetur ei ad antidora, vt extra de teſta. cum in officijs, & ff. de peti. hære ſed & ſi. §. conſuluit. & naturaliter eſt ei obligatus ad aliam. quare ergo illam naturalem obligationem non poteſt deducere in ciuilem ſ vt pactum fiat pro illa danda, ad quam tamen tenetur, cum etiam alia pacta interueniant in ſpiritualibus, ad quæ alias quis tenetur, extra de præben. ſignificatum. & extra de elect. ſignificaſti.

a ¶Expectas.] Ex pacto ſecundum quoſdam, vel etiam ſine pacto: quia ſola ſpes facit vſurarium, vt hic. Sed quid ſi mutuet eo pacto: vt ſibi etiam remutuet cum opus habuerit? Non credo quod illud poſſet deducere in pactum: & ita hic naturalis obligatio non poteſt deduci in pactum 2.

2 Iſtã ſententiam tenet Goffr. extra de vſu. cõſului: ſed glo. pcedens vr inuenire cõtrarium, ver. item nonne. Arch.

PVtant.] CASVS. Quidam pecunia mutuata pecuniam pro vſura recipere nolebant, ſed munuſcula, quod dicebant non eſſe vſuram ſed Hieron. dicit quod quid vltra ſortem recipitur, vſura reputatur.

b ¶Pecunia.] Stricte ſumitur hic nomen pecunia

vno contractu ad alium fit fraus, ſed alio modo, vt cum mulier non poſſit fideiubere, conſtituit ſe principalem debitricem, vt ff ad Velle. quamuis. 33. q. 5 mulierem 3.

d ¶Legis.] id eſt, canonis legitimè agentis ſ. legis propheticæ dicentis. Qui pecuniã ſuã non dedit ad vſuram. &c.

e ¶Negotiatoribus] Videtur, ꝙ ſi quis pecuniam ſuam dedit negotiatori, vt inde emat merces, & det ſibi partem lucri, ꝙ illud ſit licitum, quod non concedo ſi periculum ſpectet ad recipientem, vt ſit inter eos contractus mutui. ſed ſi per illa verba ſocietatem contrahunt, & tunc periculum ſpectat ad vtrumque; tunc bene licitum eſt, ꝙ vnus ſocius det pecuniam, & alter ſuppleat laborem, qui deeſt in pecunia, vt ff. pro ſo. l. quinta.

3 De hac materia plene not. extra de priui. quanto. ibi vid as in ſumma Hoſt. de contrah. emp. §. vlt.

f ¶Lex.] Moſaica.

g ¶Accedit.] Ex pacto.

h ¶Ad negotiatorem.] Cum credidit pecuniam.

i ¶Poma.] Videtur ergo, ꝙ vſura differat in hoc a crimine ſimoniæ, quia crimen ſimoniæ non committitur in modico, vt extra de ſi. & ſi quæſtiones, ſed non eſt ita, & c ſi quæſtiones intelligas ꝙ non præſumitur in modico committi ſimonia ratione perſonæ.

Simonia an in modico cõmittatur.

Quòd

Digitized by Google

Q Vod vero nec.] CASVS. Hic intitulatur quarta quæſtio, qua quæritur vtrū laicis, vel clericis liceat vſuras accipere? Et certum eſt, quod non niſi in caſibus notatis ſup. in prox. q. & in apparatu, & in ſumma illius quæſtionis.

S I quis obligatus.] CASVS. Quidam clerici vſuras centeſimas exigebant, vel aliquid aliud præter ſortem, & vilius emebant, vt carius alijs vendant, quare fuit conſtitutum a Martino Papa, vt qui de cætero talia fecerint, deponantur. Item eſt caſus ſequentis capituli.

a ¶Quod vero.] Nulli licitum eſt vſuras ſumere, nec etiā Iudæ, vt extra de vſu. poſt miſerabilem. videtur tamen, quod in caſu licitū ſit etiam Chriſtiano ſumere vſuram, vt inf. ea, ca. vl tamen licitum eſt aliquando vltra ſortem aliquid recipere, vt notaui in proxima quæſtio. ſup. in ſumma.

C Lerici.] CASVS. Præcipit Gelaſius in hoc c. vt clerici ab omni illicita cupiditate cuiuslibet negotiationis ſe abſtineant: alioquin in quocumq; gradu fuerint: deponentur. Sequens capitulum patet.

b ¶Indignis.] Licitas enim negotiationes poſſunt clerici facere, vt extra ne clerici, vel monachi. c. 1. & hoc cū eis ſua nō ſufficiunt, vt 91. diſ. clericus.

c ¶Si ceſſare.] Non ergo ſtatim deponēdus eſt clericus propter vſuras. 47. d. ca. 1. argu contra. 47 d. c. 2. Sol. ſtatim deponendus eſt, & quod hic dicitur, refertur ad facultatem diſpēſandi 1.

1 Vel de turpi lucro hoc intellige: ſed contra in vſura ſm L. de hoc leg. & not. extra de vſu. præterea. ibi videas. Arch.

d M Iniſtri.] ¶Datam.] Sup. 46 d. non licet.

C Anonum.] CASVS.] Quidā clerici emebant vilius, vt carius venderēt, & hoc faciebant ſtudioſa cupiditate lucrandi. Ideo ſtatutū fuit in concilio Tarraconenſi, vt de cętero hoc non faciant, alioquin deponētur [Studio.] i. deſt, ſtudioſa cupiditate.

c ¶Vel vendendi] in eadem forma: ſed in rudi materia poſsūt emere chorium, & chartas, & inde facere ſotulares, & libros, vt 21 q. 1. c. 1. & 91. d. clericus. nec eſt negotiatio: ſed artificium.

des lib. 5. c. 49. Lampridius de Heliogabalo inquit, & roſato, atque abſynthio † vulgus ad bibendum inuitauit. *De hoc Alciatus parer. l. 7. c. vlt.*

a ¶Ex *fortaſſe*, abſynthiaco, *aut* abſynthiato.

cap. l. 1. c. 125.

Item ex concilio Agathenſi.

¶Quando amplius, quàm debetur, exigitur, vſura eſt. C. IIII.

Burc. l. 2. c. 126. Iuo p 6 c. 200. Pan. l. 3. c. 161.

V Sura eſt, vbi amplius requiritur, quàm datur. V. g. ſi dederis ſolidos decem, & amplius quæſieris: vel dederis frumenti modiū vnum, & ſuper aliquid exegeris.

Ecce euidenter oſtenditur, quòd quidquid vltra ſortem exigitur, vſura eſt.

QVÆSTIO IIII.

Q Vòd vero [a] nec clericis, nec laicis liceat vſuras exigere, probatur auctoritate Gelaſii, & aliorum.

Ait enim Gelaſius Papa ſcribens epiſcopis per Lucaniam, & Siciliam. c. 17.

¶A quæſtibus negotiationis clerici abſtineant. C. I.

diſt. 88. conſequens §. proinde. Iuo p. 12 c. 28.

C Lerici aut ab indignis [b] quæſtib. nouerint abſtinendum, & ab omni cuiuſlibet negotiationis ingenio, vel cupiditate ceſſandum; aut in quocumque gradu ſint poſiti; ſi ceſſare [c] noluerint *a*, mox a clericalibus officijs abſtinere cogantur.

a ¶Si ceſſare noluerint.] *Hæc non ſunt in epiſtola, neq; referuntur ſupra diſ. 88. c. conſequens. ſed non ſunt expuncta ob gloſſam.*

Item ex concilio Arelatenſi primo, quod confirmauit Papa Silueſter, c. 12.

¶Excommunicentur miniſtri, qui fœnerantur. C. II.

Iuo p 13. c. 10. † *De miniſt* Jori.

M Iniſtri †, qui fęnerantur, placuit iuxta formam diuinitus datam [d], eos a communione abſtinere.

Item ex concilio Tarraconenſi, c. 2.

¶Qui volunt eſſe in clero, a ſtudio negotiationis abſtineant. C. III.

Burc. l. 2. c. 122. Iuo p. 13. c. 13. & p. 6 c. 197.

C Anonum ſtatutis firmatum eſt, vt quicumque in clero eſſe voluerit, emendi vilius, vel vendendi [c] carius ſtudio non vtatur. Quod certe ſi voluerit exercere, cohibeatur a clero.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 62.

¶Alienetur a clero, vſuras, aut ſuperabundantiam exigens. C. IIII.

in capitulis Mart. Brach.

S I quis oblitus timorem Domini, & ſanctam ſcripturam, quæ dicit; [Pecuniam ſuā non dedit ad vſurā.] Pſal 14.

Digitized by Google

a ¶ Ex quolibet.] 21. quæſt. 3. placuit.

SI quis clericus.] CASVS. Quidam clericus mutuauit certam quantitatem pecuniæ alicui certo tpe ſoluendam: quæſitũ eſt in Nicęno concilio, ſi tẽpore ſtatuto ad ſolutionẽ faciendam velit recipere frumentũ, vel aliam ſpeciẽ loco pecuniæ, ſub quo pretio debeat eã recipere. Et rñdet. ꝗ ſub eo pretio, quo vendi poteſt tpe ſolutionis faciendæ, & tñ recipiat ſub eo pretio donec perueniat ad ſummã, quam mutuauit. Si vero non vult ſpeciem, ſed pecuniã recipiat eam ſine augmento. Ita videtur mihi quęſtio huius c. formanda, licet Beneuen. aliter eã formauerit: nec in ea caſus poſitio à ſua differt niſi in formatione quæſtionis. & Hugo fere idem dicit cum Beneuent. Sequens c patet.

poſt hanc cognitionem magni concilij α fœnerauerit, & centeſimas exegerit, aut ex quolibet [a] negocio turpe lucrũ quęſierit, aut per diuerſas ſpecies vini, vel frugis, vel cuiuſlibet rei, emendo, vel vẽdendo aliqua incremẽta ſuſceperit; de gradu ſuo deiectus, alienus habeatur à clero.

α ¶ Magni concilij.] *Sic loquitur Martinus Bracharenſis: quoniam hanc ſententiam accepit ex capite 17. concilij Nicęni, quod citatur infra ead. c. quoniam, & in duobus vetuſtis Gratiani exemplaribus poſt hoc continuo illud ſubiungitur.*

Item ex concilio Tarraconenſi, c. 3.

¶ Pro pecunia, quam clericus mutuo dedit, iuſto pretio ſpecies accipere poteſt. C. V.

Iuo p. 6. c. 369. & p. 13. c. 14. Pann. l. 3. c. 59.

ij SI quis clericus ſolidum [b] in neceſſitate prę̃ſtiterit; hoc [c] de vino, vel frumento accipiat, quod [d] mercandi [e] cauſa tempore ſtatuto [f] decretum [g] fuerit venundari. Cæterum ſi ſpeciem non habuerit neceſſariam; ipſum, quod dedit, ſine vllo augmento recipiat.

† In vulgatis erat Agathenſi 3.] Anſel. l. 7. c. 153. Burc. l. 2. c. 124. Iuo p. 6. c. 198. & p. 13. c. 9. Pann. l. 3. c. 158. Rab. pęn. c. 32.

Item ex concilio Carthaginienſi † 3. c. 16.

¶ Clericus non accipiat plus quàm commodauit. C. VI.

NVllus clericorum amplius recipiat, quàm cuiquam accommodauerit: ſi pecuniam, pecuniam accipiat: ſpeciem eandem, quantam dederit accipiat: & quidquid aliud tantum, quantum dederit, accipiat.

& in concil. Aquiſgran. c. 62.

Item Leo Papa, epiſt. 1. c. 3.

¶ Etiam laicis vſura damnabilis eſt. C. VII.

Poly. l. 4. tit. 31. Burc. l. 2. c. 123. Anſel. l. 7. c. 149. Iuo p. 6. c. 65.

NEc hoc quoque prętereundum eſſe duximus, quoſdam lucri turpis cupiditate captos vſurariam exercere pecuniam, & fœnore velle diteſcere. Quod nos, non dicam in eos qui ſunt in clericali officio conſtituti, ſed & in laicos cadere, qui Chriſtianos ſe dici cupiunt, condolemus. Quod vindicari acrius in eos, qui fuerint confutati, decernimus, vt omnis peccandi opportunitas adimatur.

& in Aquiſgran. c. 40.

Item ex Nicæno concilio, c. 17.

¶ Eijciantur à clero turpia lucra ſectantes. C. VIII.

diſt. 49. quoniam multi. Burch. l. 2. c. 120. Iuo p. 13. c. 8.

Pſal. 4.

QVoniam multi clerici auaritię cauſa turpia lucra ſectantes, obliti ſunt diuini pręcepti, quo dictum eſt: [Qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram.] fęnerantes, centeſimas exigunt; ſtatuit hoc ſanctum concilium, vt ſi quis inuentus fuerit poſt hanc definitionem vſuras accipere, vel ex quolibet tali negocio turpia lucra ſectari, vel etiam ſpecies frumentorum ad ſeſcuplum dare, omnis, qui tale aliquid conatus † fuerit ad quæſtum [h], deijciatur à clero, & alienus ab eccleſiaſtico habeatur gradu.

† *al. commentur*

¶ *Supra diſt. 47. hic idem canon affertur ex verſione Dionyſii, qui nunc ex priſca, quæ eſt in collectione Iſidori.*

capit. l. 5. c. 131.

Item Iulius Papa.

b ¶ Solidum] ſ. pecuniam numeratam.

c ¶ Hoc.] Id eſt, tñ.

d ¶ Quod.] Id eſt, quantum

e ¶ Mercandi.] Si deberent vendi.

f ¶ Tpe ſtatuto.] .i. ſolutionis tempore. i

g ¶ Decretum.] A iudice, vel ab alio. ſ. hoc vult dicere, ꝗ creditor frumentum pro tanta pecunia debet recipere, quantũ valuit tpe ſolutionis. 1 & ſita cõſiderandum eſt tẽpus ſolutionis. ſed ſi non eſt præfixum: tunc æſtimatur quantũ valet tẽpore quo res petitur, vt ff. ſi cer pet. l. vinum.

1 Non intelligas, quod hic imponatur neceſſitas vẽditori aliud ꝗ debeat accipiẽdi, ſed plus non exigendi. aliud. n. pro alio nõ poteſt ſolui inuito ſi de ſolu ſi quis. C e. rit. cum autem, ſm Bart. Iſiđo. Archid.

NEc hoc.] CASVS. Dicit Leo Papa, quod quidam turpia lucra ſectantes, vſuras exercent: de quo dicit ſe valde dolere non ſolum in clericis, ſed etiam in laicis: quod dicit eſſe acrius vindicandum in clericos, quam in laicos, vt cęteris metus incutiatur.

h QVoniã.] ¶ Ad quæſtum.] Vr hic ꝗ prohibeamur ſumere vſurã cauſa lucri captãdi, non autẽ vitandi damni. ar. ad hoc ĩ e. ſi quis oblitus. vbi dicit, incrementa ſuſceperit: maximè ſi ſit bonæ fidei cõtractus 2, vbi ex ſola mora veniũt vſuræ, vt ff. de vſur. mora. §. in bonæ. ſi qs ergo eſt in mora ſoluẽdi, ab eo poſſũt repeti vſurę, non tan quã vſuræ, ſed tanꝗ intereſſe, vt ff. ꝓ ſoc. ſocius qui. & tuc petuntur vſuræ iudicis officio, nõ iure actionis, licitè enim põteſt qs agere ad hoc vt

Vſuræ cauſa dãni vitandi poſſũt peti.

2 Quæ ſint actiones ſiue cõtractus bonæ fidei, hr Inſtit. de action. §. actionum. & not. extra de except. cum venerabilis, in gl. quæſitum, &c.

Digitized by Google

vt reddatur indemnis, vt extra de fideiuſſ. peruenit. & 12. q 2 ſi quis de clericis. ubi agitur ad intereſſe.

QVicunque] CASVS. Aliqui tempore meſſium vel vindemiarum, non neceſſitate, ſed propter lucri cupiditatem emunt vinum vel annonam pro duobus denarijs hac intentione, vt ſeruent poſtea, donec pro quatuor vendant vel pro pluribus. Quæſitum eſt a Iulio Papa. vtrum hoc ſit turpe lucrū? Et reſpondet quod ſic. & dicit Hugo, ꝙ hoc c. loquitur generaliter tam de clerico, quàm de laico. Sequens c patet.

a ¶ Modium] Si aliquis vendat merces q̃ modo valent quatuor, & facit pactum vt ei dētur quinque ad terminum præfixum: illud non eſt vſura, ſi dubium eſt quantum poſſunt valere merces illæ ad terminum præfixū: vt extra de vſur. in ciuitate, licet ſi uenderet longè cariori foro qua̅m modo, valeant, tunc eſſet vſura, vt extra eo tit cō ſoluit 10. Et quod dicitur de venditione mercium, intelligiꝰ ſi tempore cōtractus non fuerat venditurus: alioquin eſſet vſura, vt extra eo ti. c vl. B.

Vſura qñq; nō ſit, licet p̄ quatuor quinque ſoluantur.

b SI quis] ¶ Rapinam] Sic ergo vſurarius eſt raptor. ergo in eum nō trāſfertur dominium ſicut nec in ſimoniacum. poteſt tamen concedi, quòd tranſfertur dominium in eum. Item cum vſurarius non audiatur niſi reſtituat vſuras, quas ab aliquo receperit, ergo nec raptor. vt videꝰ quod non admitto & rapina largè ſumitur pro qualibet iniuſta vſurpatione, vt 32. q 4 meretrices.

Dñium an trāsferatꝰ in vſurarium.

QVid dicam.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, ꝙ crudelis eſt, qui vſuram exercet ſicut ille, qui facit rapinam; quia vſura reſtitui debet, ſi ſit ſub quo iudice repeti poſſit. In ſecunda parte inuenitur contra auaritiam & cupiditatem vſurarij, quæ ſatiari non poteſt. Et oſtendit, quod vſurarius cum peccato poſſidet vſuram, quia alienum eſt: & ideo reſtituendum, quia iniuſtè poſſidet, & eo male vtitur.

c ¶ Reddi] Id eſt, dari: quia verbum reddendi ponitur pro verbo dandi. ff. de verb. ſign. verbum reddendi poteſt tñ dici, ꝙ ſm leges non ſunt dandæ vſuræ, tum quia ſacræ leges non dedignantur imitari ſacros canones, vt 2. q. 3 §. notandum tum quia Imperator iubet ſeruari ea quæ ſtatuta ſunt in Nicæno concilio, vt in Aut. de eccl. tit. in prin. coll. 9. ſed Nicænum concilium prohibet vſuras, vt 47. diſt. quoniam. & ſu. ea. quoniam. cū ergo Imperator conſtitutione ſua confirmauit ſtatuta Nicæni concilij, patet ꝙ voluit derogare omnibus legibus quæ loquuntur de vſuris. Vel dic vt dixi 10. d. lege.

Vſuræ etiã ſm leges nō ſunt dandæ.

¶ Turpe lucrum ſequitur, qui minus emit, vt plus vendat. C. IX.

QVicunque tempore meſſis, vel vindemiæ, non neceſſitate, ſed propter cupiditatem comparat annonam, vel vinum, verbi gratia de duobus denarijs comparat modium [a] vnum, & ſeruat vſq; dum vēdatur denarijs quatuor, aut ſex, aut amplius; hoc turpe lucrū dicimus.

Poly. ibidem. Burc. l. 2. c. 127. Iuo p. 6 c. 201. & p. 13. c 21. Paun. l. 3. c. 162.

¶ Caput hoc apud Burchardum, & Iuonem p. 6. c. 201. & in Pannormia citatur ex decretis Iulij Papæ vſurarijs miſſis. Verum idem Iuo par. 13. c. 21. citat ex capitularibus quorum lib. 1. cap. 131. habetur.

Item Ambroſius in libro de bono mortis, c. 12.

¶ Rapinam facit, qui vſuram accipit C. X.

SI quis vſuram acceperit; rapinam [b] facit, vita non viuit.

Item Auguſtinus ad Macedonium, epiſt. 54.

¶ Non minus crudelis eſt, qui pauperem trucidat fęnorę, quàm qui diuiti aliqua rapit. C. XI.

Poly. l. 6 c. 20.

QVid dicam de vſuris, quas etiam ipſæ leges, & iudices reddi [c] iubent? An crudelior eſt, qui ſubtrahit aliquid, vel eripit diuiti; quàm qui trucidat pauperem fœnore? Hæc, atque huiuſmodi male vtiq; poſſidentur: & vellem, vt reſtituerentur: ſed non eſt, quo iudice repetantur. Iam vero, ſi prudenter intueamur, quod ſcriptum eſt [d]: [Fideli homini totus mundus [e] diuitiæ ſunt: infideli autem, nec obolus [f]:] nonne omnes, qui ſibi videntur gaudere licet conquiſitis, eiſque vti neſciunt; aliena poſſidere conuincimus? Hoc enim certè alienum [g] non eſt, quod iure poſſidetur: hoc autem iure, quod iuſtè, & hoc iuſtè, quòd bene †. Omne igitur, quòd male poſſidetur; alienum eſt: malè autem poſſidet, qui male vtitur.

Prou. 17.

Porro, à quo vſuræ exigendæ ſint, Ambroſius teſtatur dicens in libro de Tobia, c. 15.

¶ Ab illo vſuram exigere poſſumus, cui iure nocemus C. XII.

Iuo p. 23. c. 27. † *Ibi inquit.*] orig.

AB † illo vſuram exige, cui merito nocere deſideras;

† Hinc B. Tho. Aquinas in opuſculis tract. de uſur. c. 5.] quod ſm legē diuinā nō transfertur dñium in uſurariū, ſed tñ ſm legem humanam.

d ¶ Scriptum eſt.] In prologo Bibliæ.

e ¶ Totus mundus] Id eſt, quælibet parua pars mundi, r. vt hæc dictio, totus, hic ponatur diſtributiue.

f ¶ Nec obolus] Supple eſt totus mundus.

g ¶ Alienum.] Canon fingit rem alienam illam, qua quis male vtitur, vt hic, & 47. diſtin. ſicut hi. & extra de verb ſign. c. ius dicitur.

PORRO CASVS. Supra dictum eſt, quòd vſuræ non debent exigi: nunc ponit caſum, in quo poſſunt exigi. & ad hoc inducit ſequens cap.

AB illo.] CASVS. Quæſitum fuit ab Ambroſio, à quo vſuræ exigi ſine peccato vel recipi poſſint. Et reſpondet quod ab illo, cui nocere merito deſideramus & contra quem bellum iuſte mouemus, ſed bello vincere non valemus. Hoc c. intelligit H. generaliter de Iudæo pagano hæretico, & Chriſtiano quolibet, contra quem bellum iuſte mouetur.

† Hic vult dicere, ꝙ ea q̃ poſſidet, licet pauca, ita ei ſufficiunt ac ſi totus mundus eſſet ſuus ſm Goſ. Archid.

d ¶ Scri

a ¶ Cui.]

Digitized by Google

a ¶Cui.] Sicut nulli nocere dēs, ſic a nullo debes petere vſuras vt c. intelligatur negatiue, & ſic planum eſt. Alij dicunt, ꝙ ab hoſtibus licitū eſt petere vſuras. nam & oīa eorum licite poſſumus auferre, vt 23.q.7.c.1.& 2.& qui buſcumq; inſidijs poſſumus nocere eis, vt 23.q 2.dñs. b ¶Vbi bus, non prohibet quin idem de alijs.

c ¶Quod vero.] Quidam generaliter dicunt, ꝙ de nullo illicite acquiſito pōt fieri eleemoſyna, nec de meretricio, nec de vſura, nec de alea, nec de hiſtrionatu, nec de ſimonia. ſcriptum eſt.n. Honorabis dñm Deum tuum ex iuſtis tuis laboribus 1.q 1.nō eſt putanda, & in Deut. dicitur. Non accipies mercedem poſtribuli. & eſtat ad hoc inf. eleemoſyna. & 32. q.4 ſicut nō ſunt, nā illicitē, acquiſita nō ſunt in bonis nr̄is, nec noſtra, vt ff pro ſoc cum duob.§.vl. Alii dicunt, ꝙ ſi de illicite acquiſitis nō transfert dominiū, vel etiam transfertur ſed competit repetitio; nō poteſt tamen fieri eleemoſyna, vt in vſura arg.c. ext. & iureiur. debitores, & in ſimonia, vt extra de ſimo. veniens. Sed ſi non dat repetitio, & transfertur dominium, bene fit inde eleemoſyna, vt ſi aliquid datur meretrici illud nō poteſt repeti, vt ff de cōd ob tur pem cau idem ꝙ ſi. §.quoties. vñ de tali poteſt meretrix facere eleemoſynam. Idē de eo eſt quod datur hiſtrioni, & de eo ꝙ extorquetur ratione officij alicuius, vt inf. ead non ſane. Quod autem dicitur, quod ſacerdos non poteſt percipere mercedem poſtribuli, poteſt dici, quod

Eleemoſyna, vtrū fieri poſſit de illicite acquiſitis.

cui [a] iure inferuntur arma, huic legitime indicantur vſuræ, quem bello vincere facile non potes. De hoc cito potes centeſima vindicare te. Ab hoc vſuram exige; quem non ſit crimen occidere. Sine ferro dimicat, qui vſuram flagitat: ſine gladio de ſe hoſte vlciſcitur, qui fuerit vſurarius exactor inimici. Ergo vbi ius [b] belli, ibi etiam ius vſuræ.

QVAESTIO V.

Qvod vero [c] eleemoſyna non ſint facienda ex fœnore, vel vſuris, nec ex quolibet malè acquiſito; Auguſtinus teſtatur in libro de verbis Domini, ſermone 35.

¶De vſuris eleemoſynæ fieri non poſſunt. C. I.

Iuo p.13.c.16. NOlite velle eleemoſynas facere de fœnore, & vſuris [d].

Item eccleſiaſtici 34.

¶Oblatio de rapina reprobatur a Deo. C. II.

†immolantis] ori. IMmolans † ex iniquo oblatio eſt maculata. *& infra.* ¶Dona iniquorum [e] non probat altiſſimus, nec reſpicit in oblationes iniquorum: nec in multitudine [f] ſacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperum; quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui. Panis egentium, vita pauperis eſt †. Qui defraudat illum, homo ſanguinis eſt. Qui aufert in ſudore panem; qua qui occidit proximum. Qui effundit ſanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres [h] ſunt.

† Facit ad hunc text. l. cum hi. cum ibi no. ff de tranſactio.

Item Auguſtinus in lib. 50. homiliarum, hom. 7.

b ¶Vbi ius.] Iuſtum bellum eſt quod geritur ex edicto principis, vt 23.q 2 iuſtum. Ioan.

Qvod vero] Hæc quæſtio diuiditur in quatuor partes, in prima quarum probat per 9. auctorit. ꝙ de vſuris, & rebus male acquiſitis, de quib. dñium non transfertur, non poſſunt fieri eleemoſynæ. Secunda ibi, [Econtra] Tertia ibi, [Item obijcitur.] Quarta ibi. [Sed Aug.] Io.

CASVS. Hic intitulatur quinta quæſtio. vbi quæritur, an ex vſuris, & rebus male acquiſitis poſſint eleemoſynæ fieri. Et certe quidam dicunt, ꝙ ex nulla re illicite acquiſita pōt eleemoſyna fieri, vt inf ea. eleemoſyna, & 1.q.1. non eſt putanda. vbi dr̄ Honora Dñm de tuis iuſtis laboribus, & in Deuter. Non accipies mercedē poſtribuli. Alij diſtinguunt vtrū transferatur dñium, vel non. Vbi non transfertur dñium, de rebus illis eleemoſyna fieri non poteſt, vt de rapina & furto. Vel vbi transfertur, ſed datur repetitio, ſimiliter eleemoſyna fieri non poteſt, vt in vſura, & re per metum extorta, & etiam in ſimonia. Vbi autem transfertur dominium, & non competit repetitio, eleemoſyna fieri poteſt, vt de re per meretricium acquiſita, & de re quæ datur hiſtrioni, vt inf c. qui habetis & cap. non ſane. Quod dicitur. non accipies mercedem poſtribuli, non obſtat: quia oblatio licet de ea fieri non poſſit, non prohibetur quin eleemoſyna fieri poſſit, & quod dicitur: Honora Dominum de iuſtis laboribus non debet recipi oblatio meretricis, licet eleemoſyna poſſit inde fieri, & hæc eſt ratio, vt propter ruborem citius cōuertatur, vt 90.d oblationes, & 17.q.4 miror. Sed de illis, quæ ſunt extorta per violentiam, non ratione officii alicuius, vt de rapina, & de furto, nō poteſt fieri eleemoſyna. Dicunt tamen quidam, ꝙ ſi res furtiua vendatur, de nummis illis poteſt fieri eleemoſyna: quia non ſunt nummi furtiui, qui dantur pro re furtiua, vt ff de fur qui vas. §. vlt. quod non credo, vt ext. de vſur. cum tu. in fine †

d NOlite.] ¶Vſuris.] Hic inculcatio verborum eſt, & fœnus dicitur vſurarum. Vnde Lucanus.

Hinc vſura vorax, auidumque in tempore fœnus.

IMmolans.] CASVS. Aug in hoc ca reprehendit illos, qui ex male acquiſito faciunt oblationes. Nam qui offert ſacrificium, vel oblationes ex iniuſto acquiſito, ſimilis eſt illi, qui interficit filium in conſpectu patris, nam qui rapit pauperibus, & qui ſanguinem fundit humanum, & homicida reputatur, & ſimiles ſunt in malo. [Immolans,] id eſt, immolantis.

e ¶Iniquorum.] ſup.1.q.1.nullus, & c non eſt putanda.

f ¶Nec in multitudine] Sed in meritis, vt 24.q 1.odi.

g ¶Sanguinis.] Sup. 86 diſt paſce.

h ¶Fratres.] id eſt, pares ſiue ſimiles in peccato, inf eo. c. multi. & de pœni diſt. 1. homicidiorum.

† De hoc no. extra de dec i mis ex tranſmiſſa.

For-

Digitized by Google

FOrte.] CASVS. Quidam putant ſe non peccare, ſi auferant auaro, & diuiti, vt pauperibus largiantur: ſed dicit Aug. ꝙ tales diabolica ſuggeſtione mouentur: quia qui talia faciunt, addunt iniquitatem iniquitati.

a ¶Non habebo.] Nec enim propter bonum eſt facien dum malem, vt 30. q. 1. noſſe. 32. q. 4. ſicut non ſunt ɪ non vř tñ, ꝙ talis furtum committat: quia furtum non fit niſi adſit animus lucrandi, vt ff. de fur. l. 1. ſed non eſt ita: quia ſpecies furti eſt ex alieno largiti, vt ff. de furt. ſi pignore. §. 1.

Malum pp bonū nō eſt faciendum. Ad hoc pl'ene extra ne cleri. vel mona. c. 3.

nere, vt C. vnde vi. conquerebatur.

NEque.] CASVS. In hoc c. oſtendit. Auguſt. ꝙ malū præcedens (vt rapina, vel inuaſio) non excuſatur propter bonū ſequens, & hoc probatur duob. exemplis, ſcilicet primo, & tertio. Et econuerſo bonum præcedens non

¶Non eſt aliquid rapiendum diuitibus, vt detur egenis. C. III.

FOrte aliquis hoc ſecum cogitat, & dicit: multi ſunt Chriſtiani diuites, auari, cupidi: non habebo [a] peccatum; ſi ſuum illis abſtulero, & pauperibus dedero. Vnde enim illi nihil boni agunt, mercedem habere potero, ſi ego eleemoſynas dedero. Etiam in hac re parcat vnuſquiſque animæ ſuæ, quia huiuſmodi cogitatio ex diaboli calliditate ſuggeritur. Nam etiamſi totum tribuat pauperibus, quod abſtulerit; addit potius peccata, quàm minuat.

[Item Hieronymus.]

¶De eodem. PALEA. C. IIII.

NEmo qui rapit † moriens, ſi habet vnde reddat, ſaluatur. Si eos quorum fuit, inuenire non poterit; eccleſiæ, vel pauperibus tribuat.

† *al. in rapina m oriens.*

¶*Hac & ſequens Palea abſunt a pleriſque vetuſtis, etiam in quibus cætera eſſe ſolent. In vno autem habentur ſupra ead. q. 4 poſt c. ſi* quis vſuram.

[Item Ambroſius.]

¶De eodem. PALEA. C. V.

RApinam emere non licet, niſi ea intentione, vt cui eſt ablata, reddatur.

Item Auguſtinus in lib. 50. homiliarum, hom. 9.

& ſerm. 21. de verbis Apoſtoli.

¶Furtum committit, qui inuentum non reddit. C. VI.

Poly. l. 6 tit. 16.

SI quid inueniſti [b], & non reddidiſti; rapuiſti; quantum potuiſti, feciſti. Quia plus non inueniſti, ideo non plus rapuiſti. Qui alienum negat; ſi poſſet, & tolleret. *& paucis interiectis.* ¶Deus cor interrogat, non manum.

Item Greg. lib. 6. epiſt. 110. ad Siageium.

¶Qui de rebus conceſſis, & bene quæſitis eleemoſynam impendit, illa placet Deo. C. VII.

Poly. l 2 tit. 1. Pann. l. 2. c. 191.

ELeemoſyna redemptoris noſtri oculis illa placet, quæ non ex illicitis rebus, & iniquitate congeritur; ſed quæ de rebus cōceſſis, & bene acquiſitis impenditur.

¶*In epiſtola Beati Gregorij verbis huius capitis præponuntur verba capitis, non eſt putanda ſupra* 1. q. 1.

Item Hieronymus in lib. Leuitici.

Origenes ho. 4. ad ad c. 6 Leuitici.

¶Peccat, qui rem inuentam non reddit. C. VIII.

MVlti ſine peccato putant eſſe; ſi alienum, quod inuenerint, teneant: & dicunt [c], Deus mihi dedit: cui habeo reddere? Diſcant ergo peccatum hoc eſſe ſimile rapinæ, ſi quis inuenta non reddat.

Item Auguſtinus lib de bono coniugali, c. 4.

¶Bonus vſus non iuſtificat iniuſte quæſita.

C. IX.

NEque enim ſi agris inique, ac perperam inuaſis ita

SI quid inueniſti.] CASVS. Dicit Augu. in hoc c. ꝙ ſi aliquis inueniat aliq̄d, & animo lucrādi retinuit, talis dř raptor: nam qui alienū negat, ſi inueniret alienum, tolleret, & dolet ꝙ plus non inuenit. Deus enim reſpicit cor, & nō manum. Sequentia duo capitula patent.

b ¶Si q̄d inueniſti.] Hic notabis ꝙ ſi inuenirē rē aliq̄ habitam pro derelicto, licet intendā eā furari: non tamen committo furtum. Item ſi non habetur pro derelicto. credo tñ ꝙ habeatur pro derelicto, ſimiliter non cōmitto furtum. ſi aūt non habetur pro derelicto, nō credas ꝙ habeatur, ſi eo animo accepiſti, vt dño reſtituas, non committis furtum: hoc tamen in libellis debes ꝑteſtari hoc totum habes. ff. de fur. falſus §. qui alienū. Item & hoc ſcias, ꝙ ſi q̄s inuenit theſaurum in loco ꝓprio, ſtatim inuētoris eſt: ſi aūt in loco alieno, & caſu fortuito eū inuenerit, dimidius ſit inuentoris, & dimidius ſit dñi loci. ſi vero ſtudioſe q̄ſiuit, & inuenit eum in loco alterius, tot' erit dñi loci. ſi vero in ſacro, vel religioſo loco caſu fortuito inuenit theſaurū, totus eſt inuētoris, vt inſt. de re. diu §. theſaurus, & C. de theſ. l. nemo. lib. 10. lo.

Furari intendens q̄nque furtum non committit.

Theſaurus inuentus cuius eſt.

c MVlti.] ¶Dicunt.] Iſti male dicunt quia omnes ſcire debent quod ſuum non eſt, ad alios pertinere, vt C. vnde vi. conquerebatur.

non vitiatur malo ſequenti, & hoc probat duobus exemplis. ſ. ſecundo, & quarto. Et not. ꝙ prima duo exempla

Digitized by Google

pla opponuntur ſibi: & ſequentia duo ſimiliter. Secundum exemplum eſt ibi, [Neque ſi alias.] Tertium ibi,] Nec tyrannice.] Quartũ ibi, [Nec vituperabilis ordo.
a ¶ Iuſtificat.] Argu. ꝙ bonum non improbatur ꝓpter malum cohærẽs: nec malum approbatur ꝑ bonum cohærens

ſtas à Deo eſt. arg. 23. q. 1. quid culpatur.

D Enique.] CASVS. Quæſitum eſt ab Ambr. vtrum in cauſa pecuniaria, quæ vertitur inter aliquos, poſſit ſacerdos pro altero licite poſtulare? Et reſp. ꝙ nõ: q̃a cõmodius eſt vt neuter iuuetur, quàm grauet alter: quia ad officiũ ſacerdotis ſpectat vt nemini noceat, ſed proſit oibus. & facit principiũ c. ad propoſitũ Gratiani. ſ. vt alienũ non auferam, vt alteri ſubueniã pecuniariter maxime.

† *al. quiſquam.*

quiſque † vtatur, vt ex eorum fructibus largas eleemoſynas faciat; ideo rapinam iuſtificat [a]. ¶ Neque ſi alius ruri paterno, vel iuſte quæſito auarus incumbat; ideo culpanda eſt iuris ciuilis regula, qua poſſeſſor legitimus factus eſt. ¶ Nec tyrannicæ factionis peruerſitas laudabilis [b] erit ſi regia clementia tyrãnus ſubditos tractet. ¶ Nec vituperabilis ordo regiæ poteſtatis, ſi rex crudelitate tyrannica ſæuiat. Aliud eſt namque iniuſta [c] poteſtate iuſte velle vti: & aliud eſt iuſta poteſtate iniuſte velle vti [α].

α ¶ Velle vti.] *Poſt hæc verba apud B. Auguſtinum ſequitur, c. concubina inf. 32. q. 2.*

Item Ambroſius lib. 3. de officijs, c. 9.

¶ Cum alterius detrimento alteri ſubuenire non licet. C. X.

D Enique [d] ſi non poteſt ſubueniri alteri, niſi alter lædatur; cõmodius eſt neutrum [e] iuuari, quàm grauari alterum. Ideoque in cauſis pecuniarijs interuenire nõ [f] eſt ſacerdotis: in quibus non poteſt fieri, quin frequenter lædatur alter, qui vincitur: quoniam interceſſoris beneficio ſe victum arbitratur. Sacerdotis eſt igitur nulli nocere, prodeſſe velle omnibus: poſſe autem ſolius Dei eſt.

Puniri non debet alter pro altero.

Item Gregorius in regeſto lib. 7. indict. 2. epiſt. 126. Recaredo regi.

¶ Eleemoſynę, & ſacrificia non placent Deo, quæ offeruntur ex ſcelere. C. XI.

5. q. 7 in grauib.
Prou. 15.
Gen. 4.

S Criptum eſt [g]: [Victimæ impiorum abominabiles Deo: vota iuſtorum placabilia.] Neque enim in omnipotẽtis Dei iudicio quod datur, ſed à quo detur, inſpicitur. Hinc eſt enim quod ſcriptum eſt: [Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius: ad Cain autem, & munera eius non reſpexit.] Dicturus quippe, quia Dominus reſpexit ad munera: præmiſit ſolicite, quia reſpexit ad Abel. Ex qua re patenter oſtẽditur, quia non offerens à muneribus ſed munera ab offerente placuerunt [β]: [Dona quippe iniquorum non probat altiſſimus: nec reſpicit in oblationes eorum, nec in multitudine ſacrificiorum, eorum propitiabitur peccatis.] *Item.* [Longe eſt Dominus ab impijs; & orationes iuſtorum exaudiet.]

Eccl. 34.

Prou. 15.

β ¶ Placuerunt.] *Hucuſque B. Gregorius: ſicut ſupra 3. q. 7. c. in grauibus, eſt notatum.*

Exod. 3.

2 *Cõtra in Exodo legitur, quòd filij Iſrael exituri de Aegypto à vicinis ſuis acceperunt mutuo vaſa aurea, & argentea: ex quib. poſtea ædificauerunt tabernaculũ Dño.*

His reſpondet Aug. in lib. quæſt. Exodi, q. 39.

d ¶ Deniq.] Sic 11. q. 3. nolite. cum ſuis concor. & 13. q. 3. nõ æſtimemus.
e ¶ Neutrum.] Ar. ꝙ nulli ſubueniẽdum eſt cum iniuria alterius. vt 22. qõ. 3. primum 2. & cauendũ eſt ne prætextu nocẽtis innocẽs puniatur. C. de his qui latro. occ. l. 2. in fi. q̃a ſancti' eſt, &c. ff. de pœn. abſentẽ. & pœna ſuos tenebit auctores. C. de pę. ſancimus. ext. de his q̃ à maio parte, c. quę ſiui nec debet alteri per alterum iniqua conditio afferri, vt ff. de reg. iur. non debet.

2 Ar. 12. q. 4. ſicut nõ ſũt. 14. di. ꝙ ait. C. de ſta. & ima. l. vlt.

f ¶ Non eſt ſacerdotis.] Arg. ꝙ ſacerdotes nõ poſſunt aduocare, in cauſis, vt hic & 88. d. perlatũ. Ar. cõtra. 15. q. 2 ob ſeruãdũ. Sol corãm ſæculari iudice non põt allegare niſi ꝓ certis ꝑſonis, vt ext. de poſt. c. 1. ſed corã eccleſiaſtico bñ. Io. Hodie ſacerdos nõ põt poſtulare niſi ꝓ ſe et eccleſia ſua, vel ꝓ coniunctis & miſerabilib. perſonis, vt ext eo. c vlt. B.

S Criptũ.] CASVS. Quæſitum fuit à Gre. an de illicite acquiſitis poſſint facere pctõres ſacrificia vel oblationes? Et rñdet ꝙ nõ: & hoc ꝓbat exẽplo Cain, ad cuius munera vel ꝑſonam dñs nõ reſpexit, cum malus eſſet & impius: ſed ad Abel & ad munera reſpexit: dona enim iniquorum non probat altiſſimus, ſed bonorum.

i Ad hoc j. q. 6. conſuetudo. 32. q 3 §. his ita. & ca. quidquid. 31. qõ 4 qui recte. Ar cõtra 32. q. 3 tunc [illegible]. Ar.

hærens 1, vt 56. d. vndecunque & 23. q 5. relegentes. Ar. contra, 22. q. 2. ſi quælibet.
b ¶ Laudabilis.] i. licet iniuſte electus bene vtatur dignitate, per hoc non conualeſcit dignitas, vt 1. q. principatus. hoc tamen fallit, vt ext de renun. niſi.
c ¶ Iniuſta] id eſt, iniuſte acquiſita. Omnis enim pote-

g ¶ Scriptum.] Hoc c. expo ſitum eſt ſup. 3. q. 7. in grauibus. § ecce.

CONTRA. Hæc eſt 2 pars quæſtio. ſecundum Ioan. de Fant.

Digitized by Google

CASVS. Supra probatum eſt, ꝙ de furto, vel rapina, vel conſimilibus eleemoſynæ vel oblationes fieri non debent. Nunc probat contra exemplo Iudæorum, qui de vaſis quæ mutuo acceperunt ab Aegyptijs edificauerũt poſtea tabernaculum Dño. Sed huic obiectioni rñdet Grat per ſeq. c.

e ¶ Rapinam.] Arg. ꝙ aliquo prohibito prohibitã ſunt omnia ſimilia, vt ext. de conſt. tranſlato. & ſup. diſ. 4. deniq. in fi. & quæ ſequũtur ex illo; extra de conſt. nam concupiſcentiam.

f ¶ A parte enim.] Simile 32. q. 4. meretrices eſt autem ur-

Dixit.] CASVS. Quæſitum fuit ab Aug. vtrum exemplo Iudæorum, qui Aegyptios expoliauerunt auro & argẽto, poſſit quis ſuum proximum ſpoliare? Et reſpõdet ꝙ non. nec Iudæi furtum fecerunt, ſed præceptũ Domini ſeruauerunt.

a ¶ Sumendum exẽplum.] Arg. ab exemplis nõ eſſe argumẽtandum. 12. q. 2. gloſſa. ver. neque vero. Arg. contra. 37. diſt. qui menſa.

b ¶ Furtum.] Arg. ꝙ hoſtes poſſumus decipere & eis ſua auferre, vt 43. diſtin. in mãdatis. 23. q. 7. c. 1. & 2. ſup diſti 8. quo iure. & C de cõmer. & merca. l. 2 Hic tamen ideo excuſãtẽ, quia maioris auctoritate hoc fecerunt. & ita ẽ ar. hic maior auctoritas excuſat in illicitis, vt 63. d. Salonitanæ & de conſec. d. 5. diſcipulos. 23 q. 1. quid culpat, ſic Abrahã & Sampſon & alij multi fuerũt excuſati auctoritate Domini, vt 23. q. 5. ſi non licet. arg. contra 16. q. 1. in canonib. & 12. quæ 2. quicumque.

Delicta excuſantur auctoritate maioris.

ITEM OBIICITVR. Hęc eſt 3. pars quæſtio. i quã quæritur vtrum rapina in decalogo inueniatur prohibita: & probat ꝙ ſic per c. ſeq. Ioan. de Fant.

¶ Non licet aliena rapere exemplo Iſraelitarum ſpoliantium Aegyptios. C. XII.

paulo aliter in orig.
Buic. l. 11. c. 53.
Iuo p. 13. c. 2.

Dixit Dominus ad Moyſem: [Petat vir à proximo, & mulier à proxima, vaſa aurea, & argentea, & veſtem. Non hinc quiſquam ſumendum exemplum [a] putare debet ad expoliandum iſto modo proximum. Hoc enim Deus iuſſit, q nouerat, qd quemq; pati oporteret. Nec Iſraelitę furtum [b] fecerunt: ſed Deo iubenti miniſterium pbuerũt.

3 *Item obijcitur. Aliena rapere non eſt contra præceptũ. Nullo ſiquidẽ Dei mãdato rapina uidetur prohibita Sed nomine furti oĩs illicita vſurpatio rei alienę intelligitur. Vnde Auguſtinus in eodem lib. q. 71.*

¶ Maioris pœnæ eſt violenter aliquid eripere, quàm furari. C. XIII.

32. q. 4. meretrices.
Sent. 3. diſt. 37.
Bur. l. 11. c. 54.
Iuo p. 13. c. 3.
Poly. l. 6. tit. 16.
Anſ. l. 11. c. 109.

Poenale [c] eſt occulte auferre: multo maioris [d] pęnæ eſt viſibiliter eripere. Auferre ergo nolenti ſiue occulte, ſiue palam, habet præceptum ſuum, Furti enim [α] nomine bene intelligatur omnis illicita vſurpatio rei alienę. Non enim rapinam permiſit, qui furtum prohibuit: ſed vtique furti nomine in lege veteris teſtamenti & rapinam intelligi voluit. A parte enim [f] totum ſignificauit, quidquid illicite rerum proximi aufertur.

α ¶ Furti enim.] *Hæc ſunt verba B. Auguſtini, licet mutato orationis ductu: quæ autem antecedũt apud ipſum non ſunt inuenta. Integer locus B. Aug. de furto, & mœchia habetur infra 32. q. 4. meretrices.*

His auctoritatibus probatur, quòd neque ex rebus inuentis, neque ex male conquiſitis eleemoſynam quiſquam facere poteſt.

4 *Sed Auguſtinus contra teſtatur ſer. 35. de verbis Domini dicens.*

¶ De male acquiſitis bonum fieri poteſt. C. XIIII.

Iuo p. 13. c. 16.

Qui habetis de malo [g], facite inde bonum. Qui non habetis de malo, nolite acquirere de malo. Eſto bonus, qui bonum facis de malo: & cum ceperis aliquid bonũ facere de malo, noli remanere tu malus. Nummi tui cõuertuntur in bonum, tu autem remanes malus?

CASVS. Adhuc probat Grat ꝙ ex illicite acquiſito velut ex rapina poſſunt eleemoſynæ fieri. nam rapina nullo Dei mandato videtur eſſe prohibita, ſed reſpondet ꝙ cum furtum ſit prohibitum, omnis illicita vſurpatio intelligitur eſſe prohibita, vt probatur ſeq. c.

Poenale.] CASVS. Docet hic Auguſ. quod maius eſt peccatum rapere manifeſte, quam occulte furari: & quod nomine furti in lege veteri rapina & omnis illicita vſurpatio intelligitur. A parte enim totum ſignificatur. [A parte.] Furtum ſecundũ quod dicitur à furto, & rapina, ſunt ſpecies illicitæ vſurpationis: ſed ſecundum quod dicitur furtum cõtrectatio rei alienæ inuito domino, furtum non eſt ſpecies rapinæ, ſed econtra:

1 Non mirũ cũ præcedat culpa: quia prout dicit Au. plus fraudator lædit damno innocẽtiæ quam alius damno pecuniæ p

c ¶ Pęnale.] i. dignum pęna.

d ¶ Maioris.] Magis enim delinquit raptor, quàm fur, vt inſt. vi bo. rap. in prin.

furtum pars rapinæ, eodẽ modo quo genus eſt pars ſpeciei rapina enim eſt ſpecies furti: nam omnis raptor eſt fur, vt inſt. vi bo. rapt. in prin.

HIS AVCTORITATIBVS. CASVS. Concludit Gr. ex omnibus ſupradictis c. à prin. q. quod ex rebus male acquiſitis eleemoſyna fieri non debet, poſtea probat contrarium.

SED AVG. Hæc eſt 4 pars q. in qua dicitur, quòd de quibuſdam male acquiſitis quandoque tranſit dominium, & tunc poteſt fieri eleemoſyna Io. de Fant.

Qui habetis.] CASVS Docet hic Aug ꝙ qui hẽt pecuniam de malo acquiſitam, conuertat illam in bonum, & ipſe malus nõ remaneat abſit enim vt nũmi tui conuertantur in bonum, & tu remaneas malus.

g ¶ De malo.] Grat. tribus modis exponit illud verbum tacite de malo bonum, & bene, &c.

SED

Digitized by Google

SED HOC MVLTIPLICITER. CASVS. Exponit Grat. hic quod dictum eſt ſupra in præcedenti c. vbi dicitur, ꝙ de malo poteſt quis facere bonum. & exponit illa verba tripliciter. Primo dr̃ quis de malo facere bonum cum reddit quæ illicite abſtulit. Secundo cum

Sed hoc multipliciter intelligitur. Facit enim de malo bonum, qui reddit [a] quod illicite abſtulit. Nomine etiam mali, cura, & ſolicitudo mortaliũ exprimitur: De malo ergo bonum facit, qui pauperibus diſpenſat quod cũ labore, & ſolicitudine acquiſiuit, iuxta illud Euangelij: [Facite vobis amicos de mammona [b] iniquitatis. Vel ex malo acquiritur, quod ex turpi cauſa poſſidetur; veluti cum mathematicus ex arte, quam docet, vel ex futuris, quæ prænunciat, non nulla lucratur. Quæ vero de malo ſic acquiruntur, in bonum poſſunt conuerti. De peccato etiã aliqua nonnunquam acquiruntur, quæ pauperibus iuſte erogantur.

Luc. 16.

Vnde Auguſtinus Ad Macedonium, epiſt. 54.

¶ Quæ male acquiruntur, aliquando bene poſſunt expendi. C. XV.

Poly. l. 6. tit. 20.

NOn ſanè, quidquid ab inuito ſumitur, iniurioſe aufertur [c]. Nam plerique nec medico [d] volunt reddere honorem ſuum, nec operario mercedem: nec tamen hæc qui ab inuito accipiunt, per iniuriam accipiunt: quæ potius per iniuriam non darentur. Sed non ideo debet iudex vendere iuſtum iudicium, aut teſtis verum teſtimonium: quia vendit aduocatus iuſtum patrocinium [e], iuriſperitus verum conſilium. Illi enim inter vtramque partem ad examen † adhibentur; iſti ex vna parte conſiſtunt. Cũ autem iudicia, & teſtimonia †, quæ nec iuſta, nec vera vendenda ſunt, iniqua, & falſa venduntur; multo ſceleratius vtiq; pecunia ſumitur, quia ſcelerate etiam, quamuis à volentibus datur. Ille [f] tamẽ ſolet tanquã male ſibi ablatam pecuniam repetere, qui iuſtũ iudicium emit: quoniã venale eſſe nõ debuit. Qui vero pro iniquo iudicio dedit; vellet quidem repetere, niſi timeret, vel puderet emiſſe. Sunt aliæ perſonæ inferioris loci, quæ ab vtraque parte non inſolenter accipiunt [g], ſicut officialis, & qui † amouetur [h], & cui admouetur officiũ. Ab his extorta per immoderatam improbitatem, repeti [i] ſolent, data per tolerabilem conſuetudinem non ſolent α; magiſque [k] reprehendimus, qui talia inuſitate repetiuerunt, quàm qui ea de more ſumpſerunt: quoniam multæ neceſſariæ perſo-

ſu. 11. q. 3. non licet.

† al. examina.

† Concor. l. diuus. cum not ff. de re iudi. & Bal. in l. compactiones. C. de fide inſtr.

† à quo] orig.

rij, aduocati, & officiales: ſed officiales ab vtraque parte recipiunt: alij vero tantum ab vna. Sunt & aliæ perſonæ, quæ vendere non poſſunt, vt iudices & teſtes, qui magis peccant ſi pecuniam pro falſis, & iniquis iudicijs, & teſtimonijs accipiunt, quàm ſi accipiunt pro veris. In ſecunda parte dicitur, ꝙ illud quod officiales acquirunt ratione officij, etiam cum peccato poſſunt pauperibus erogare: quæ vero furto, vel rapina, vel inuaſione acquiruntur, non ſunt pauperibus eroganda. Secunda pars incipit ibi, [Iſti ſi viam] Ego B ſic credo caſum ponẽdum, Beneuẽ. vero breuius ponit. Et ſcias, ꝙ H. intelligit illud verbum, [Iſti ſi viam,] De omnibus ſupradictis, ſcilicet iudice, aduocato, teſte, officiali, & iuriſperito.

c ¶ Aufertur.] Per iudicem.

d ¶ Nec medico.] præmittit enim hic medicos quaſi digniores, cum tamen medici non ſint maioris valoris, quàm obſtetrices, vt C. commu de leg. ſi duobus. l. reſpon.

e ¶ Patrocinium.] Hoc eſt contra G. qui dixit nihil poſſe recipi pro iuſto patrocinio, vt ſu. 11. q. 3. nõ licet t.

f ¶ Ille] Arg. contra illos, qui dicunt, ſi dedi tibi pecuniam, vt pro me iudicares in iuſta cauſa; quod non poſſum repetere pecuniam datam, vt ff. de condi. ob turp. cau. l. 2. vbi dicitur, ꝙ talis item perdit, quia videtur velle iudicem corrumpere. Ego credo ꝙ poſſit talis repetere pecuniam, ſi non eo animo dat, vt iudicem corrumpat. nam ſi dat eo animo, vt ius & quietem ſibi conſeruet, tunc poteſt repetere, vt probatur extra de ſimo. dilectus ſed ibi dicitur, quod repetit ſi non ſeruatur pactum.

t Adde qñ debent recipere no gl' & Cy in l. 1. C. de ſuſ.

cum pauperibus diſpenſat ea, quæ cum malo, idest, cura & ſolicitudine acquiſiuit, & hoc probat auctoritate Euangelij dicentis, facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Tertio cum bonum quis expendit, idest qđ ex arte mathematica acquiſiuit.

a ¶ Reddit.] Vt in furto & rapina, & in talibus omnibus, vbi non transfertur dominium, nec datur repetitio.

b ¶ De mammona.] Mammon dicitur dæmon, qui præeſt diuitijs.

ADDITIO. Sub. non quòd in eis poteſtatem habeat, ſed quia homines teneat per eas. Arch.

NOn ſane.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte oſtenditur quæ perſonæ poſſint vendere ſuum patrocinium, vel laborem, vt medici, operarij, aduocati, & officiales ...

g ¶ Accipiunt] Sportulas.

ADDITIO. Hoc intellige cum non recipiunt ſalarium de publico. 23. q. 1. militare. 86. diſt. non ſatis. ver. in ſingulis. Ioan. de Fan.

h ¶ Amoueatur.] Videtur diſtinguere inter perpetuos & tpales officiales Tpalem vocat eũ q amouet: ꝑpetuũ vocat eũ cui perpetuo admouetur, i. traditur tale officium.

i ¶ Repeti.] De facto.

K ¶ Magiſque.] Hic vult dicere, ꝙ officiati reprehenduntur, non ex eo, ꝙ aliqua extorquent, ſed qa ea immoderate exquirunt. Vnde talia nõ repetuntur ab eis, niſi certum

Digitized by Google

tum ſit eis ſalarium conſtitutũ. tunc enim ſi aliq.l.vltra hoc petierint, crimine concuſſionis tenentur, vt 13.q.1. militare. & ſoluent quadruplum. 18.diſt quoniam.

a ¶ Neceſſariæ perſonæ.] Ad officium tale.

b ¶ Tanquam ſua.] Arg. ꝙ de rebus illicite acquiſitis, dũ tamẽ transferatur dominium in accipiẽtem, fit eleemoſyna, vt ſup. qui habetis.

c ¶ Donanda.] Pauperibus.

d ¶ Zachæi publicani] Qui dixit: Si quẽ defraudaui, reddo quadruplum, & ſic patet, ꝙ licite quadruplum, vel duplum peti poteſt, vt 12.q.2.cũ deuotiſſimam.

e ¶ Qvòd vero.] Hęc diuiditur in quatuor partes, i prima quarũ probat per c. Auguſt. quod non agitur pœnitentia digna ſi res non reſtituitur. Secunda ibi, [Si vero.] Tertia ibi, [Pro malis.] Quarta ibi, [Furtum autem.] Io de Fan.

CASVS Hic intitulatur 6. q. in qua quæritur, vtrum quis pœnitere poſſit, niſi reddat aliena: Et reſpondetur ꝙ non, ſi poteſt reddere ea, vel eorum æſtimationem.

e ¶ Quod vero.] Siue ſint raptores, ſiue fures, veram pœnitentiam nõ poſſunt agere, id eſt, fructum veræ pęnitentiæ non cõſequuntur, vt infr. ea. cap. 1. tamen admitti debent ad pœnitentiam, vt extra de pœ. & reſ. quod quidam. & inf de pę. diſtin. 3. §. vlt. & diſt 5. falſas.

re præſcriptionis, vt extra de præſcr. qm̃ omne. Tu dicas, ꝙ ſi ex omni parte præſcriptionis habuit bonam fidem; tunc res illa facta eſt ſua de beneficio iuris, vnde tunc non eſt dicendum, ꝙ habeat cõſcientiã rei alienæ, licet poſt tempus præſcriptionis incipiat ſcire rẽ alienã fuiſ-

næ [a], rebus humanis, vel inuitant huiuſmodi commodis, vel tenentur. ¶ Iſti, ſi viam vitæ mutauerint, aut excellentioris conſcenderint ſanctitatis gradum; facilius ea, quæ hoc modo acquiſierunt, tanquã ſua [b], pauperibus largiuntur; quàm eis à quibus accepta ſunt, tamquã aliena reſtituant. Qui vero contra ius ſocietatis humanę, furtis, rapinis, calũnijs, oppreſſionibus, inuaſionibus abſtulerit; reddenda potius, quàm donanda [c] cẽſemus †, Zachæi publicani [d] Euangelico exemplo. *Luc. 19.* † Concor. text. i l. 1. §. eſt enim. ff. de var. & extta ord. cog.

α ¶ Data per tolerabilem conſuetudinẽ non ſolẽt.] *Addita ſunt hæc ex originali, ſine quibus ſequentia non ſatis conſtabat.* Sequitur apud B. Aug. c. quid dicam, ſu. ea. q. 4.

QVAESTIO VI.

Qvòd uero [e] pœnitentia agi poſſit, niſi res aliena reddatur, teſtatur Auguſtinus ad Macedonium, epiſtola 54.

¶ Pœnitentia non agitur, ſi aliena res non reſtituatur. C. I.

SI res aliena, propter quam peccatum eſt cum reddi poſſit, non redditur; non agitur pœnitentia, ſed fingitur. Si autem veraciter agitur; non remittitur peccatum niſi reſtituatur [f] ablatum: ſed, vt dixi cum reſtitui poteſt. Plerumque enim qui aufert, amittit, ſiue alios patiendo [g] malo, ſiue ipſe male viuendo: nec aliud habet, vnde reſtituat. ¶ Huic certe non poſſumus dicere, redde [h] quod abſtuliſti; niſi cum habere credimus, & negare. Vbi quidem ſi aliquos ſuſtinet cruciatus [i] a repetente α, dum exiſtimatur habere quod reddat; nulla eſt iniquitas. quia etſi non eſt vnde reddat † ablatam pecuniam; merito tamen, dum eam per moleſtias corporales reddere † compellitur; peccati [k], quo male ablata eſt, pœnas luit. Poly. l 6. tit. 20. Iuo p. 13. c. 4. & p. 15. c. 25. † *al. luat.* † *al. redhibere.*

SI res.] CASVS, Macedonius de quatuor quæſiuit ab Augu. primo, an dimittatur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. & reſpon ꝙ non, ſi poteſt reſtitui. Secundo, an fur poſſit verberari, cum ſe negat habere quod reddat, putatur tamen habere. & reſpon. ꝙ ſic. Tertio an eccleſia pro talibus verberatis poſſit intercedere, & reſpon. ꝙ ſic. non vt ablata non reddantur: qa ſic ſocia criminis videretur. Quarto an clerici debeant tales verberare, vel verberandis iudici tradere ſæculari: & reſpon. ꝙ non, ſed minari ſibi humanum iudicium aliqñ, diuinũ vero ſemper: quandoque clã, quandoq; manifeſte prout peccatum eſt occultum, vel manifeſtum, uel prout exigit diuerſitas perſonarum. Secunda reſponſio eſt ibi, [Huic certe non.] Tertia ibi. [Sed non inhumanum.] Quarta ibi. [Sed nunquid] Nos,] Supple clerici.

f ¶ Niſi reſtituatur] Videtur hic, ꝙ quantocumq; tempore quis alienam rem poſſederit? ꝙ non currit in ea præſcriptio, vt 34. q 2. ſi virgo nam diuturnitas temporis non minuit, ſed auget peccatum, & aggrauat 1, vt 24. q. 1. ſchiſma. vnde in præſcriptione requiritur bona fides à principio, & in medio, & in fine, & ex omni tẽpore præſcriptionis... fuiſſe: niſi velis intelligere, i. rei q̃ fuit aliena. Quidam 2 tamẽ dicunt, ꝙ ſi aliqs rẽ p̃ſcriptã haberet ex cã lucratiua, tenetur ipſam reſtituere, ſi remordet ipsũ conſciẽtia: qa nihil deperire credimus eccleſiæ vtilitatibus, ſi ea q̃ ſunt aliena reddantur, vt 54. diſt. generalis. ſed ſi eam habet ex cauſa non lucratiua, non tenetur, vt ff. de his quæ in fraud cre. qui autem § ſi quid cum pupillo.

1 Vt ext. de cõſue. c. vlt. ext. de ſimo. cum in eccleſiæ. extra de eo qui dux. in ma, cũ haberet. iuxta finem. Arch.

2 Vt Alanus quod dic, vt no. extra de præſcrip. vigilanti, & de conceſſ. præb c. nulla. Arch.

g ¶ Patiendo.] Id eſt, pmittendo, ꝙ alij male ei auferant.

h ¶ Redde] Hoc intellige quando fur vel raptor non, eſt ſoluendo, ſed ſi eſſet ſoluendo, licet res quam abſtulerit, ſine culpa ſua perijſſet, tamen tenetur reddere æſtimationem ipſius, vt C. de fur. ſubtracto.

i ¶ Cruciatus.] Arg. ꝙ qui pauperes ſunt, & non ſunt ſoluendo, ſemper verberandi ſunt pro debito, vt 12. q. 2. fraternitas, & in l. libertus. & hoc eſt verũ vbi cõueniuntur ex maleficio: ſed ſi cõueniunt rõne cõtractus alicui⁹, tunc ſufficit cedere bonis, vt C. qui bo. ced. poſ. l. vlt.

Pauperibus quandoque ſufficit, bonis cedere.

K ¶ Peccati] Ergo adhuc non eſt liberatus a debito, ſed tantum à pœna: vnde ſi poſtea peruenerit ad pinguiorem fortunam, æque poteſt conueniri ſicut ille, qui ex aliquo contractu eſt obligatus. inſt. de act. §. vlti. & extra de ſolu. Oduardus.

n ¶ In-

Digitized by Google

a ¶ Intercedere.] Vt 23.q.5.reos.17.q.4.reum. & eſt hic arg. ꝙ clericus in foro ſæculari poteſt aliquem defendere in cauſa ſanguinis, vt 23.q.5.c.1.2.& 3.
b ¶ Subtrahimus.] Arg.ſup.5.q.5.non omnis.
c ¶ Adiuuat.] Arguitur, ꝙ non debemus dominos noſtros

tur clericis ſua, vt 23. q. 5. vtrum ſolum. Item nec clericum depoſitum tradet epiſcopus iudici, extra de iu. at ſi clerici. Vel dic quod clerici tales maleficos poſſunt tradere curiæ, non vt puniantur ad ſanguinis effuſionem, ſed alio modo, vt extra de Iudæis. ita quorundam.& 11. quæſt. 1 ſi quis ſacerdotum 1.

¶ Sed inhumanum non eſt, etiam pro talibus intercedere [a], tamquam pro reis criminum, non ad hoc, vt minime reſtituantur aliena; ſed ne fruſtra homo in hominem ſæuiat. *& paulo poſt.* ¶ Illud vero fidentiſſime dixerim, eũ, qui pro homine ad hoc interuenit, ne male ablata reſtituat, & qui ad ſe confugientem (quantum honeſte poteſt) ad reſtituẽdum non compellit, ſocium eſſe fraudis, & criminis. Nam miſericordius opem noſtrã talibus ſubtrahimus [b], quàm impendimus. Non enim opem fert, qui ad peccandum adiuuat [β] [c]; ac non potius ſubuertit, atq; opprimit. Sed nunquid ideo nos aut exigere [d], aut ad exigendũ tradere [e] vel poſſumus, vel debemus? Agimus quantum epiſcopalis facultas dat †, & humanum quidem nonnunquã ſed maxime, ac ſemper diuinum iudicium comminantes. Nolentes autem reddere, quos nouimus & male abſtuliſſe, & vnde reddant, habere, arguimus, increpamus, obteſtamus †, quoſdã clam [f], quoſdam palam [g], ſicut diuerſitas [h] perſonarum diuerſam videtur poſſe recipere † medicinã.

† *datur*] orig.

† *& deteſtamur*] orig.

† *al. velle acciore*

α ¶ Repetente.] *Sic eſt emendatum ex codice epiſtolarũ Vaticano, & editione Antuerpiana cum antea legeretur*, repente.

β ¶ Adiuuat.] *Quæ ſequuntur, emendata ſunt ex codicibus epiſtolarum impreſſis, & manuſcriptis. Antea legebatur*, qui ad peccandum adiuuat, ac non potius adiuuat, ſed obuiat ſubuertendo, atque opprimendo, *Gloſſa autem optime conuenit in nocem*, adiuuat. *ſuo loco poſitam.*

2 *Si uero rem alienam quis conſecrauit; non eãdem, ſed æſtimationem eius reſtituere debet.*

Vnde Greg. lib. 7. indict. 2. epiſ. 28. Fantino defenſori.

¶ Qui rem alienam conſecrat, eius æſtimationem reſtituat. C. II.

COmperimus nullam extitiſſe cauſam, pro qua res Iudæorum [γ] potuiſſent rationabiliter occupari; atque eas eſſe inconſulte, ac temere conſecratas. Idcirco experiẽtiæ tuæ præcipimus, vt quia, quod ſemel conſecratũ eſt, eis [1] nõ valet vltra reſtitui; ſtudij tui ſit, vt ipſe epiſcopus debeat pretium dare †.

γ ¶ Iudæorum.] *Repoſita eſt hæc dictio ex epiſt. B. Gregorij, vt intelligatur facilius, quo referantur ea, quę in hoc capite continentur, ac nonnulla etiam alia ſunt emendata.*

f ¶ Clam.] Si eſt occultum. 2. q. 1 ſi peccauerit.
g ¶ Palam.] Si eſt manifeſtum. 6. q. 1. ſi omnia.
h ¶ Diuerſitas.] Ar. quod ſecundum diuerſitatem perſonarum diuerſæ pœnæ ſtatuuntur, vt 12. q. 2. fraternitas. 24. q. 3. corripiantur.
SI VERO REM ALIENAM. Hæc eſt 2. pars. Ioan. de Fant.
CASVS. Dictum eſt ſup. quòd res aliena domino reſtitui debet. Nunc vero ponit Gratia caſum, in quo nõ ipſa, ſed eius æſtimatio eſt reſtituenda, puta cum res aliena fuerit conſecrata, & ad hoc inducit ſeq c.
COmperimus.] CASVS. Aliquis rapuit argentum vel aurum, epiſcopus hoc ſciens, calices inde factos temere & inconſulte conſecrauit. Præcipit ergo Greg. cuidam, ut compellat epiſcopum ad æſtimationem rei ablatæ, & non ad rem ipſam conſecratam. Et dicit Bonauẽ. & etiã Hugo. hoc innuit ꝙ epũs, qui conſecrauit, raptor fuit illius argenti & auri.
1 ¶ Eis.] .i. laicis: quia res ſemel conſecrata non debet amodo ad profanos uſus redigi, ut 12. q. 2. aurũ. & inf. de conſecr. di. 1. ligna. Si autem res illa fuiſſet alicuius eccleſiæ, illi bene eſſet reſtituenda, ut 12. quæſtio 2. Apoſtolicos 2. & 17. quæſtio. 4. queſti. aliud tamen eſt in re animata. Nam ſi ſeruus alicuius fuit conſecratus, bene reſtituitur domino ſuo, ut 54. diſtinctio. ex antiquis. ſed hoc ideo eſt, quia cum ſeruus ſit res animata, delinquit permittendo ſe ordinari. ſed res inanimata in nullo delinquit, ut uides in ſimili. 7. quæſtio. prima, epiſcopus in diœceſi. Eandem rationem aſſignat lex, quod ſi neſcio ubi ſit ſeruus meus, non ideo poſſeſſionem ipſius perdidi. ſed aliud eſt in his, quæ anima carent, ut ff. acquiren poſſ. ſi rem mobilem, & l. Pomponius, in principio.

tradere iudici.

1 De hoc ẽt not. 23. q. 3. Maximian' ubi uideas. & 2 q. 7. laicos. Arch.

Conſecrat' rei inanimæ tollit dñiũ: ſecus in re animata.
2 Vbi de hoc vbi loquitur de monaſterio de rebus eccleſiæ conſtructis, ꝙ dẽt reddi ipſi eccleſiæ ſm Lau. & ẽt not. Ray. in ſumm. de iminu ec. §. item pone, Arch.

† Exiſto tex. infertur, ꝙ aliqñ qs rẽ ſuã uendere cogiẽ, conc. tex. in l. ſi. ff. ad leg. Iu. de anno. Bar. in l. annonã ff. de uar. & extraor. crim. Pœna corporalis ab eccleſia poteſt infligi. Clericus an poſſit furem

ſtros iuuare in illicitis. 11. quæſt. 3. ſi dominus. & c. non ſemper.
d ¶ Exigere.] Ideſt, pœnas corporales infligere. Sed nõne clerici poſſunt uel eccleſia põt pœnas corporales infligere, ut 5 q. 4. illi qui & 23. q. 5 circumcelliones? Rẽdeo poteſt uel poſſunt. ſed non tantas quantas ſæcularis iudex. non enim poteſt punire quantum ad membri mutilationem, ut ext de rap. in archiepiſcopatu.
e ¶ Tradere] Si ergo clericus cępit furem in domo, non tradet ipſum iudici: ſed ſi iudex furem captum ei abſtulerit ui, non imputatur clerico: alioquin licite auferen-

Digitized by Google

PRO MALIS AVTEM. Hæc eſt tertia pas q. Io. de Fan. CASVS. Adhuc probat Grãnus, ꝙ eccleſia pro malis intercedere poteſt, & non eos temere defendere. & adhoc inducit ſequens capitulum.

HI qui in furtis.] CASVS. Quidam nomine Romanus, Romanæ eccleſiæ defenſor, latrones temere defendebat. quare Grego. præcipit ei, ne fures iniuſte defendat, ne ex hoc ipſa infametur eccleſia: ſed monendo & intercedendo opem ferat inquã tum decet eccleſiam. a ¶ Iniuſte.] i. nimis improbe & importune, & hoc verum eſt cum ſcit, aut credit eos iuſte condemnatos. Si autem fugerint ad eccleſiam; tunc omnibus modis quibus poteſt tenet eos defendere: niſi ſit publicus latro, vel nocturnus depopulator agrorum, vt 17. q. 4. reũ, & c. ſicut. & ext. de immu. eccl. inter alia. Si autem fuerit iniuſte condẽnatus: tunc eccleſia tenetur eum modis omnibus iuuare. vnde illud eſt præceptum: Eripe eum, qui ducitur ad mortem, vt 23. qõ. 5. non in inferenda.

Eccleſiæ immunitate nõ oẽs malefactores potiũtur.

3 *Pro malis autem apud principes eccleſia debet intercedere, non eos temerario auſu defendere.*

Vnde Gregor. Romano defenſori lib. 7. ind. 2. epiſ. 24.

¶ Eccleſia pro malis intercedat, non eos temerario auſu defendat. C. III.

HI, qui in furtis publicis implicati ſunt, à nobis nõ videantur iniuſte [a] defendi: ne opinionẽ male agentiũ ex indiſcretæ defenſionis auſu in nos vllo modo transferamus: ſed quantum decet eccleſiam, admonendo, & verbum interceſſionis adhibendo, quibus valetis, ſuccurrite: vt & illis opem feratis, & opinionem ſanctæ eccleſiæ nõ inquinetis. Poly. l. 6. tit. 16.

¶ *Infra 23. q. 5. reos. refertur ſumma huius capitis, cum hic ſint propria verba B. Gregorij.*

4 *Furtum autem non tam in quantitate rei, quàm in affectu furantis conſideratur.*

Vnde Hieronymus in epiſtola ad Titum ad c. 2.

¶ Non ſolum in maioribus furtum committitur, ſed etiã in minoribus. C. IIII. Poly. ibidem. Burc. l. 11. c. 55. Iuo p. 13. c. 41.

FVr † autem non ſolum in maioribus, ſed etiam in minoribus iudicatur. Non enim, id quod furto [b] ablatũ eſt, ſed mens furantis attenditur. Quomodo in fornicatione [c], nõ idcirco diuerſa fit fornicatio, ſi mulier ſit pulchra, aut deformis, ancilla aut ingenua, paupercula aut opulenta, ſed qualiſcunq; illa fuerit, vna eſt fornicatio; ita & in furto, quantumcunq; quis abſtulerit, furti crimẽ incurrit.

† al furtum.

¶ *Referuntur verba B. Hieronymi nonnullis tamẽ omiſſis & mutatis quemadmodum etiam apud Burchardum, & Iuonem.*

CAVSA XV.

QVidam ſacerdos † in crimen carnis lapſus eſſe perhibetur, antequam ſacerdotalem benedictionem conſequeretur. Poſtquam vero ſacerdotium adeptus eſt: in furorẽ verſus quendã interfecit. Recuperata uero ſanitate, apud epm̃ accuſatur ab ea, cum qua lapſus eſſe dicitur. Ep̃s autem die Domi-

† al. Clericus.

FVRTVM AVTEM. Hæc eſt 4 pars q. ſecundum Ioan. de Fant. CASVS. Quia ſupra facta eſt mentio de furto: ideo nunc oſtẽdit Gratianus, ꝙ furtum magis conſideratur in effectu furantis, quàm in quantitate exteriori: & ad hoc inducit ſequens cap.

FVr autẽ.] CASVS. Oſtendit Hiero. in hoc cap. ꝙ furtum ita committitur in re parua ſicut in re magna: vbi magis attenditur mens furantis, quàm quantitas rei ablatæ. Et hoc probat ad inſtar fornicationis, quæ ita committitur in muliere pulchra, ſicut in turpi: ita in ancilla ſicut in ingenua: æque in paupere vt in opulenta.

b ¶ Quod furto.] Huic obuiat quod dicitur, ff. de abig. l. 1. vbi perpenditur, ꝙ magis quis punitur pro boue quã pro oue: quia pro boue dat 5. boues: pro oue 4. Sed dicas, ꝙ ibi dicitur ꝙ dabit 4. oues: intellige præter illam quam abſtulit. Item eſt contra. ext. de ſimo. & ſi qõnes. vbi non cõmittitur ſimonia in modico, ſicut in magno. ſed intellige ꝙ ita non præſumitur committi in modico ſicut in magno. qñque tamen pro modico nec magis nec minus, vt de conſe. diſt. 2. reuera. in princ. vbi dicitur, & oẽs in deſerto mortui ſunt: & tamen duo ex eis non fuerunt mortui ſ. Caleph, & Ioſue. 76. di. ieiunium. ſic ergo pro minima re poteſt agi de furto, vt hic, & inſt. de re. diui. §. gallinarum. licet actio de dolo non detur pro minima re, ff. de dolo. idem.

Simonia nõ fit in modico.

Furti agitur pro modico.

c ¶ Fornicatione.] Hu. dixit magis peccari cũ pulchra, 1 quàm cum deformi: quia magis voluptuoſe cognoſcit pulchram: ſed in deformi quam citius poteſt abſoluit ſe. Baz. dixit magis peccari cum deformi: quia plura ſunt quæ ſuadent commiſceri pulchræ quàm deformi: ſcilicet pulchritudo eius & libido.

1 Pulchra. Do. And Tiraq. de le. cõnubia: charta 5. vbi late

QVidam ſacerdos.] CASVS. Supra in proxima cauſa tractatum eſt de auaritia, quæ obumbrat mentem clericorum: ſed quia incontinentia idẽ facit: ideo ſubnectit xv. cãm, i qua de incõ tinen-

Digitized by Google

nico cauſam examinat. Sacerdos inficiatur crimē ſibi illatum: quorundam clericorum ſibi patrocinia quærit: illi vero non ſine pretio ſibi patrocinantur: tandem epiſcopus confeſſionem quæſtionibus extorquet: demum ſolus, & abſque ſynodali audientia illum ſententia ferit.

1 *Quæritur autem, an ea, quæ mente alienata fiunt, ſint imputanda.*

2 *Secundo, an pro impenſis patrocinijs liceat clericis munera exigere.*

3 *Tertio, an ex mulieris confeſſione iſte ſit condemnandus.*

4 *Quarto, an die Dominico eius cauſa ſit ventilanda.*

5 *Quinto, an ſibi neganti purgatio ſit deferenda.*

6 *Sexto, an eius confeſſio cruciatibus ſit extorquenda.*

7 *Septimo, an abſque ſynodali audientia epiſcopus valeat ſacerdotem damnare*

8 *Octauo, ſi ſponte confeſſus, aut ab alijs conuictus fuerit, quod ante ordinationem peccauerit; an ſuſcepti ordinis officium exequi ſibi liceat.*

QVÆSTIO PRIMA.

Vod autem [a] ea, quæ alienata mente fiunt, non ſint [b] imputanda, facile videtur poſſe probari. Peccata namque alia penes voluntatem animi, alia circa naturæ infirmitatē videntur conſiſtere: Eſt autem voluntas (vt ait Auguſtinus lib. 1 retractat cap. 15.) animi motus cogente nullo ad aliquid, vel non amittendum [c], vel adipiſcendum [d]. Quod propterea [e] dictum eſt, vt hac definitione volens a nolente diſcerneretur. ¶ Ex voluntate itaque peccata procedunt, quæ libero mentis arbitrio, & delinquentis propoſito committuntur. Porro infirmitas alia eſt animi, alia carnis. Infirmitas animi, eſt ignorantia. Carnis infirmitas, eſt concupiſcentia [f].

Ea in l. de duabus animabus, c. 10. Sent. 2. diſt. 47.

Mente alienato an ſit imputandū quod facit.

Animę infirmitas eſt duplex.

* *Fomes nō eſt proprie originale peccatum.*

Concilium Tri. ſeſſ. 5. in extremo quinto anathematiſſimo.

Animæ vis eſt duplex.

einentia tractat, & de his quæ fiunt mente alienata: & de aliis multis, quæ vt melius pateant, thema proponit de quo octo elicit quæſtiones.

CASVS. thematis talis eſt. Quidam cum eſſet clericus; fornicationem commiſit: poſtea ſacerdos factus furioſus

ſus quendam hominem interfecit. recuperata ſanitate mulier quam cognouit, ipſum apud epiſcopū accuſat. Die vero Dominica epiſcopus cauſam examinat: ſacerdos crimen negans acquirit patronos pro pretio: tandem eps ille confeſſionē verberib. extorquens, abſque ſynodo epiſcoporum, & concilio illum condemnauit.

Vod autem.] Hæc q. diuiditur in duas partes: in quarū prima probatur, ꝙ ignorantes & pueri non peccant, ſi ignorātia eſt inuincibilis, ſcilicet cum nullo modo potuit ſcire, quamuis daret operam. Si autem ſcire potuit, & non dedit operam, non excuſatur a toto: ſed a tanto, i deſt, in parte. ita intelligenda eſt litera vſque ad c. [Merito quæritur] Secunda ibi, [De furioſis.] Ioan de Fan.

CASVS Hic intitulatur prima quæſtio, vbi quæritur an ea quæ fiunt mente alienata, debeant imputari? Et reſpon ꝙ non, vt inf. ea. aliquos. & c. illa. & ſup 3 q. 9. indicas. & procedit hoc ordine G. Primo probat, ꝙ ea quæ fiunt in alienatione mentis, imputantur: poſtea probat contrarium: & reſpondet allegatis: tandem dat veram ſolutionem, vt inf. ea. §. vlt Oſtendit ergo primo G. ꝙ ſiue peccata procedant, ex voluntate, ſiue ex carnis infirmitate, ſemper imputantur ad pęnā: quod probat quatuor auctoritatib. poſtea probat contrarium. cū peccatū ſecūdum Auguſtinū ſit adeo voluntariū, vt nullo mō ſit peccatum, niſi de voluntate procedat.

a ¶ Quod autem.] Not ꝙ ſi quis eſt ita alienatus mente, ꝙ neſcit quid faciat: nec diſcernit, nec intelligit: non imputatur ei quod facit. ī. ea. aliquos. & c. illa. & 17. q 2. Cōſaldus. & 3 q. 9. indicas. Quidam tamen diſtinguunt, ꝙ ſi ſua culpa incidit quis in alienationem mētis, imputatur ei: ſi ſine culpa, non, vt inf ead. ſi quis inſaniēs. quam diſtinctionem non admitto. G. allegat pro & cōtra. Et ad intelligentiā eius, ꝗđ dixi, not. ꝙ infirmitas alia eſt aīæ: alia eſt carnis. Infirmitas aīæ duplex eſt: vna dicitur ira, vel odiū, vel delectatio; & hęc eſt peccatum: & quę ex tali infirmitate fiunt, imputantur. Alia eſt pœna, vt eſt obliuio, ignorantia. & quæ ex hac fiunt, quandoque imputātur. quādoque non. Similiter infirmitas carnis duplex ē. Vna eſt fomes peccati, ſcilicet originale peccatū * & quæ ex hac cauſa fiunt, imputātur. Alia eſt pęna peccati, vt febris, & furor: & quæ ex hac cā fiunt non imputantur, ſi non diſcernit quid agat.

b ¶ Non ſint.] Melius eſſet ſine non. quia primo probat, quod imputantur.

c ¶ Non imitandum.] Ideſt, non faciendum.

d ¶ Vel adipiſcendum.] Ideſt, faciendum.

e ¶ Quod propterea] Ideſt in diffinitione voluntatis, ideo ponitur affirmatio, & negatio, vt oſtendatur qua voluntate quis dicatur volens: & qua voluntate dicatur nolens, nam voluntate ad aliquid faciendum dicitur quis volens: & voluntate ad aliquid nō faciendum dicitur quis nolens: & ſic omnis nolens dicitur volens: & eadem qualitas dici poteſt voluntas, & noluntas. Nā nolle facere idem eſt quod non velle facere. vnde lapis non dicitur nolens, cum non habeat voluntatem non faciendi. nam ſecundum regulam iuris, eius eſt nolle cuius eſt velle, vt ff. de reg. iur. l. eius. Hinc patet, quod Aug. vult ꝙ eadem vis animæ ſit vis concupiſcibilis, & vis iraſcibilis. Nam per vim cōcupiſcibilem appetimus aliquid: & per vim iraſcibilem deteſtatur aliquid.

f ¶ Concupiſcentia.] Ideſt, fomes originalis peccati.

Digitized by Google

a ¶ Ad pœnam.] Sed non ſemper puniuntur peccata, quæ proueniunt ex ignorantia 34.q.2. in lectum

b ¶ Ignorat.] Id eſt, qui appetit ignorare, vel qui contemnit ſcire: vel negligit ſcire, cum poſſit quærere à peritioribus. Vnde quædam ignorantia eſt ex ſimplicitate, vt illorum qui ad literam aliquid intelligunt: quædam ex culpa: quædam ex negligentia: & ſecundum hoc magis, vel minus punitur. 11.q.3. excellentiſſimus. c. quoniam, & capitu. ſina

Ignorantia eſt triplex.

c ¶ Zelum.] Quidam ex Iudæis de bono zelo mouebantur contra diſcipulos Domini, & ipſum Dominum: & ipſe Dominus in cruce pro illis orauit, cum dixit: Pater dim. ttellis: quia, &c. Lucæ 23. Iſti habebant zelum: ſed non ſecundum ſcientiam, id eſt, ſecundum fidem: quia erroneam habuerunt conſcientiam alij autem ſcienter delinquunt. 23. quæſt. 1. paratus.

Zelũ bonũ quidã ex Iudæis habuerunt.

Iſti erant ſimplices, & errabant nõ in motu ad ſeruiendum ſed in modo ſeruiendi, Lau.

d ¶ De corpore.] Id eſt, de dominio carnis, iniqua mors eſt. ſupra diſt. 3. ſed penſandum. palea eſt.

e ¶ Semper.] Allegando dicit.

f ¶ Cui.] Hic allegat in contrarium, quod ea quæ mente alienata fiunt, non imputantur: vnde hic ponebant antiqui notulam, Defenſor.

SED HOC. CASVS Superius dictum eſt, quòd peccatum vſque adeo eſt voluntarium, vt nullo modo ſit peccatum niſi ſit voluntarium, ſed quia multum facere videbatur pro defenſione ſacerdoris furioſi: ideo eius impugnator dicit, quod auctoritas illa Auguſt. intelligitur de eo quod eſt tantummodo peccatum: & non de eo quod eſt pęna peccati. & ad hoc probandum inducit duas auctoritates Aug quamuis quodammodo voluntaria peccata dici poſſint quæ à neſcientibus, & coactis perpetrantur. [Non immerito.] ſed merito non omnimodo non voluntaria dicit, ſed quodammodo voluntaria dici poſſunt.

g ¶ Sed hoc.] Eſt notula impugnatoris.

h ¶ Nullo modo.] Quædam dicuntur ſimpliciter peccatum, & non pœna; & quædam pœna peccati, & non peccatum. Pœna peccati, ſicut ignorantia, infirmitas, & obliuio. Illud autẽ dr ſimpliciter peccatũ, qd ex libera voluntate procedit. Quidam tñ dicunt, quod oẽ peccatum præter peccatum primi parentis ſit peccatum, & pœna peccati. peccata enim quæ quotidie facimus ſunt pęna ori-

Pctm̃ & peccati pœna diuerſa ſũt.

Ex vtraque autem infirmitate quæ procedunt, imputantur ad pœnam[a]. *Vnde de quibuſdam ignorantibus dictũ eſt: [Si quis ignorat*[b] *ignorabitur.] Tales illi erant, de quibus Chriſtus ait Apoſtolis: [Extra ſynagogam facient vos: quia arbitrabuntur obſequium ſe præſtare Deo.] De eiſdem etiam Apoſtolus ſcribit in epiſtola ad Romanos: [Teſtimonium illis perhibeo, quia zelũ*[c] *Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam.] Nullũ tamen eorum in ſua perfidia perſeuerantem hac ignorantia excuſat. Ex carnis infirmitate procedunt, quæ naturæ languore fiunt: quæ, niſi imputarentur ad pœnam, nequaquam Apoſtolus lege carnis grauatus diceret: [Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore*[d] *mortis huius? &c.] ſiue ergo penes voluntatem, ſiue penes infirmitatem peccata conſiſtant, ſemper*[e] *imputantur ad pœnam. Cui*[f] *ſententiæ illud Auguſtini de vera religione, cap. 14. contrarium videtur: [Vſque adeo peccatum, voluntarium malum eſt: vt nullo modo peccatum ſit, ſi non ſit voluntarium; & hoc quidem adeo manifeſtum eſt, vt nulla hinc doctorum paucitas, nulla indoctorum turba diſſentiat. Quare aut negandum eſt peccatum committi: aut fatendum eſt voluntate committi.] Sed hoc*[g] *non generaliter de omnibus peccatis intelligendum eſſe idem Auguſtinus in lib. 1. retract. cap. 13. oſtendit dicens: (Vſque adeo peccatum voluntarium malum eſt, vt nullo modo*[h] *peccatum ſit, ſi non ſit voluntarium. Poteſt videri falſa hæc definitio: ſed ſi diligenter diſcutiatur, inuenitur eſſe veriſſima. peccatum quippe illud cogitandum eſt, quod tantummodo peccatum eſt, non quod eſt etiam pœna peccati* †. *Quamuis & illa quæ non immerito*[γ] *non voluntaria peccata dicuntur, quia vel à neſcientibus, vel à coactis perpetrantur, non omnino poſſint non* † *voluntaria dici.) Idem in eodem libro, capitu. 15. (Definitio peccati, quam diximus; peccatum eſt voluntas retinendi, vel conſequendi, quod iuſtitia uetat, & vnde liberum eſt abſtinere, propterea vera eſt, quia id definitum eſt, quod tantummodo peccatum eſt, non quod eſt etiam pęna peccati.]*

1. Cor. 14.
Io. 16.
Rom. 10.
Rom. 7.
Sent. 2. diſt. 35.
Et in l. de duabus animabus c. 11.
† hic omittuntur aliquot verba.
† *ſine voluntate cõmitti.*] orig.

α ¶ Cogente.] *Hæc ſunt addita ex B. Auguſtino, vt verba ſequentia melius intelligantur.*

β ¶ Imitandum.] *Apud B. Auguſtinum in lib. de duab. animab. & lib. 1. retractationum legitur,* amittendum. *ob gloſſam tamẽ non eſt mutatum: ſed ſublata eſt priore loco vox,* imitandũ, *quæ abeſt etiam à manuſcriptis Gratiani codicibus. Nam in vulgatis erat,* ad aliquid imitandum, vel non imitandum

γ ¶ Non immerito.] *In libris B. Auguſtini impreſſis legitur,* immerito.

Digitized by Google

originalis peccati: ſed qualiter hoc ſtare poteſt, cũ omnis pœna à Deo ſit: & nullum peccatum à Deo ſit ergo nullum peccatum eſt pœna. Item omnis pœna eſt paſſio: & omne peccatum eſt actio. cum ergo actio non ſit paſſio non eſt dicendum ꝙ peccatum ſit pœna, ſi aũt ali-

conuer coniu. ex parte Arg. contra. ff. de lib. ho exhi. l. 3. ſi quis volentem tamen coacta licentia non eſt licentia, vt arg. 33 q. 5. notificaſti.

c ¶ Vult.] Certè argumentatio hæc non valet: volo hoc, ergo volo omne quod ſequitur ex illo: vt iſte vult fornicari, ergo vult dãnari: niſi intelligas indirectè, & per conſequentiam, vt diſt. 8. quo iure.

Item lib. 4. quæſtionum, q. 24. ad c. 18. Numerorum.

¶ Non ſunt peccata uolentium, niſi neſcientium. C. I.

MErito quæritur, quæ ſint ipſa peccata nolentium, vtrum quę à neſcientibus committuntur; an etiam poſſit rectè dici peccatum eſſe nolentis: quod facere compellitur [a]. Nam & hoc contra voluntatem facere dici ſolet: ſed vtique vult [b], propter quod facit: tanquam ſi peierare nolit; quod tamen facit [α], cum vult viuere, ſi ſcilicet quiſquam, niſi fecerit mortem minetur. Vult [c] ergo facere, quia vult viuere: & ideo non per ſe ipſum appetendo, vt falſum iuret; ſed vt falſum iurando viuat. Quod ſi ita eſt, neſcio vtrum poſſint dici iſta peccata nolentium, quia hic dicuntur expianda. Nam ſi diligenter conſideratur fortè ipſum peccare nemo velit, ſed propter aliud fit, quod vult qui peccat. Omnes quippe homines, qui ſcientes faciunt; quod non licet, vellent licere. Vſq; adeo ipſum peccare nemo [d] appetit propter hoc ipſum, ſed propter illud, quod ex eo conſequitur. Hæc ſi ita ſe habẽt, non ſunt peccata nolentium; niſi neſcientium [e], quæ diſcernuntur à peccatis volentium.

α ¶ Tanquam ſi peierare nolit, quod tamen facit.] *Hęc non ſunt in vulgatis codicibus B. Auguſtini.*

d ¶ Nemo.] Vnde Seneca. Et ſi ſcirẽ Deos ignoſcituros, homines autẽ neſcituros adhuc dedignarer peccare.

Senecæ dictũ aureum.

e ¶ Neſcientium.] Sic neſciens non peccat & ſic eſt contra 32. q. 7. quemadmodũ. Sol varijs modis dicitur quis neſcire. Dicitur enim neſcire qui nõ ſcit id, quod facit eſſe peccatum, vel non ſcit tantum eſſe peccatum quantum eſt: & talis neſciens punitur, licet nõ adeo grauiter, vt 8. diſt. conſuetudo & pone exemplum de tali. 14 q. 5 fortè. Itẽ dicitur neſcire qui facit factum, ſed neſcit qualitatem facti. talis quandoque punitur ſi errat in iure. ſic ignorabat Paulus concupiſcentiam eſſe peccatum. extr. de conſti. nam concupiſcentiam. quandoq; non punitur, ſcilicet cum errat circa factũ ipſum, 34. quæſt. 2. in lectum. Item dicitur neſcire propter caſum ſequentem, vt ſi aliquis uolens interficere Leonem dum vult defendere hominem, caſu interficit hominem, vt 50. diſt. ſæpè. Item dicitur neſcire qui omnino neſcit, vt puer, ebrius, furioſus. talis enim non peccat infra. eo al. quos.

Neſcire dr̃ quis multipliciter.

Digeſt. tit de iniurijs, le. 3.

C. II.

Lib. 47. digeſt. tit. 10.

ILlud relatũ peræq; eſt, eos qui iniuriam pati poſſunt, & facere poſſe: ſane ſunt quidam, qui facere non poſſunt, vt puta furioſus [f], & impubes, qui doli capax [g] non eſt. Namque hi iniuriam pati ſolent, non facere. Cum enim iniuria ex affectu facientis conſiſtat, conſequẽs erit dicere hoc, ſiue pulſent, ſiue conuitium dicant, iniuriam

alicubi inuenias quod peccatum eſt pœna, expone, id eſt pro quolibet peccato debetur pœna: quia eſt pœna & paſſio animæ.

MErito.] CASVS. Duæ ſunt hic quæſtiones: quarum prima eſt, an peccata neſcientium dicantur peccata nolentium? Et reſpondet quod ſic: & iſta reſponſio eſt in fi. cap. Secunda eſt, an peccatum, quod quis per metum facit, dicatur eſſe peccatum volentis, vel nolentis? & reſpondetur ꝙ volentis. quia licet quis nolit directè ipſum peccatum ad quod compellitur, indirectè tamen vult illud per aliud quod habere non poteſt ſine illo peccato. Et ad hoc probandum inducit exemplum de peierante. Hæc ſi ita ſe habent, ſequitur ꝙ peccata coactiua ſunt volentium.

a ¶ Compellitur] Refert qualis ſit coactio 1. an abſoluta, vel conditionalis, vt extra quod metus cau. ſacris.

1 Sed cõt qa aio violẽtia nõ inferunt. vt 32. q. 5. §. ꝙ autem. in prĩnc dic ut ibi not.

b ¶ Vult] Arg ꝙ coacta voluntas, eſt voluntas, vt hic & 23. q. 7 diſplicet. & q 6. vides. & 74. diſt. conſuluit. & ff quod me. cau ſi mulier. §. vlt. Eſt ergo in iſtis caſibus arg. ꝙ tenet matrimonium, licet coactio interueniat, vt 22. q. 4. inter cæt. 1a. & ff de ritu nup. ſi patre. Sed hoc non eſt uerum, vt extra de ſpon. veniens &c. cum locũ. & 31, q. 2 c. 1 & 2. Item ſicut coacta voluntas eſt voluntas, ſic decepta voluntas dicitur voluntas, vt 20. q. 3. conſtituit. & extra quod met. cau. cum dilectus. & extra de

Matrimonium coactè tactum non tenet.

ILlud] CASVS Reddit nunc Grat. ad principale propoſitum, & inducit legem iſtam ad probãdum, quòd ea quæ fiunt ex ignorantia, vel mente alienata, non imputantur. Caſus ergo ſic ponitur. Quæſitum fuit à iuriſperito, vtrum quicunq; poteſt pati iniuriam, poſſit facere iniuriam? Et rñdet ꝙ ſic, niſi ſit furioſus, vel impubes, qui non eſt doli capax. nam iſti iniuriam pati pñt, facere vero nunquã, cũ iniuria non procedat niſi ex voluntate. & probat duobus exemplis, ſ exemplo iocosè aliũ percutientis, & dñi interficientis liberũ hominem, quem putat eſſe ſeruum ſuum. Et no. ꝙ lex iſta (vt dicit Hu & Ioan Bene.) malè ponitur hic, cum inducatur pro defenſione ad oſtendendum, ꝙ ea, quæ fiunt mente alienata, non imputãtur: ſed deberet legi poſt. §. ſequentẽ, vel in ſequenti §. poſt illud verbũ [non proceſſerũt]

f ¶ Furioſus] Not. quod furioſus facit, idem eſt, ac ſi caſu accidiſſet, vt ff de adm ut. l. vlt in fi.

2 Et hoc cõtra no videas ꝙ le. & no. extra. ca. 2. & de hom. ex hibita in gl. ꝙ et & in glo. ex hoc Archid.

g ¶ Qui doli capax.] Si enim eſt doli capax, bene punitur, vt extra de delic pue. c 1. 2. & de conſec. diſt. 5. eor, ſed in impubere minori diſtinguitur, an delinquat. ex animo, an ex culpa, vt C. ſi aduc. deli. lib. 1. & 2.

a ¶ Sex

Digitized by Google

a ¶ Per iocum] Dum tamen locus ille non ſit noxius, vt extra de præſumpt.c.1. nam ludus noxius eſt in culpa, vt ff ad l. Aquil.nam ludus.

b ¶ Seruum ſuum.] Secus ſi alienum ſeruum, vel etiam aliquē liberum voluit percutere, & percuſſit alium: quia tunc tenetur actione iniuriarum, illi qui pcutitur, vt ff.de iniur cū qui.§.iniuria. & hoc ideo, quia hic omnib. modis intendit nocere, & ſi non illi cui nocet: ſed ſecus in caſu priori. Et eſt arg. ꝙ ſi aliqs credit ſolutā cognoſcere, & cognoſcat, vxoratam, vr̄ ꝙ non puniat quaſi adulter. 1

1 Iſta fuit ſnīa dñi Filei, ſ. ꝙ non punitur pro hoc facit, ꝙ non cōmittitur adulteriū ſine dolo . ff. de adul l penul. ad idē facit ff. de iniur. itē apud Labeonē, §. ſi quis. Arch.

ITAQVE CASVS. Cōcludit Grat. ex ſupradictis dicens, ꝙ peccata imputātur, ſiue ex volūtate, ſiue ex infirmitate procedāt poſtea reſpondet huic concluſioni diſtinguens, ꝙ infirmitas carnis eſt duplex. Alia eſt concupiſcentia carnis, q̄ imputatur, & hæc non dr̄ ꝓpriè infirmitas carnis: quia accidit aiæ ex cōiunctione carnis. Alia eſt turbatio elementorum, & humorum, quę dr̄ propriè infirmitas carnis, vnde febris, & furor oriūtur, quæ non imputātur. Similiter infirmitas animi duplex eſt. Alia eſt mala qualitas, vt ira & odiū, quę imputanť. Alia eſt obliuio, vel ignorantia, quæ non imputātur, cum ſint pęna peccati. Sed poſtea obijcitur de Lamech, quē non excuſauit infirmitas cęcitatis, cū Cain interfecerit ſagittādo. Et tandē ſoluit dicēs, ꝙ cęcitas & ignorantia ſimiles ſunt . Nā ex vtraq; quędam fiunt q̄ imputanť, & quædā quę non imputātur nā ſi cęcus cognoſcat aliquā, quā putat eſſe ſuā vxorem, nō eſt reus adulterij. Si vero cęcus aliquē ꝑimat iactādo, reus eſt homicidij: qa officium alienum vſurpat . Sed furioſus cū non ſit compos mētis, in occidēdo non peccat, quia deliberare nō poteſt vnde pupillo & furioſo in maleficijs ſubuenitur. Et ad hoc inducit legem illam, ſcilicet, illud. quæ deberet hic legi.& c.ſeq. ſcilicet, firmiſſimè.

c ¶ Non eſt reus.] Vt 34.q.2. in lectum .

d ¶ Penitus.] Cum enim inſiſtit quis operi illicito, tunc non excuſat caſus, ſecus ſi licito : quia tunc excuſat, vt 50. diſtinct. ſæpe.

Fic-

fecisſe non videri. Itaque pati quis iniuriam etiam ſi non ſentiat, poteſt facere nemo; niſi qui ſcit ſe iniuriam facere, & ſi neſciat, cui faciat. Quare ſi quis per iocum [a] percutiat, aut dum certat; iniuriarum non tenetur. Si quis hominem liberum ceciderit †, dum putat ſeruum ſuum [b]; in ea cauſa eſt, ne iniuriarum teneatur. † al. eciderit

¶ *In aliquot vetuſtis exemplaribus à capite* merito , *vſque ad cap.* mulier, *nulla eſt diſtinctio capitulorum* .

Itaque, vt ex præmiſſis apparet, ſiue ex voluntate, ſiue ex infirmitate peccata procedant, palam eſt illa imputari. Sed carnis infirmitas dupliciter intelligitur. Eſt enim languor naturæ, qui carnis concupiſcentia appellatur: quæ verius animæ infirmitas dici poteſt: ſed ideo carnis infirmitas dicitur, quia accidit animæ ex corruptæ † carnis coniunctione. Porro alia eſt infirmitas, quæ propriè carnis dicitur : quæ elementorum , ſeu humorum concordia turbata, ipſa caro afficitur, & tandem diſſoluitur. Similiter animi infirmitas duplex eſt. Vna, quæ vitium appellatur, qua anima à Deo ſeparatur, vt eſt ira, odium, & alia huiuſmodi . Alia infirmitas animi, quæ cum ipſa non ſit peccatum; eſt tamen pęna, & cauſa peccati, vt eſt obliuio, & ignorantia. Furor autem, cum non ſit peccatum, eſt tamen pœna peccati : vt febris, & cæteræ paſſiones, quas propriè carnis dicimus eſſe : quarum motus, id eſt, ea, quæ illis perturbantibus fiunt, nulli imputantur ad pœnam. ¶ Sed obijcitur de Lamech, qui cum cęcus eſſet, Cain interfecit: nec eum excuſauit cecitatis infirmitas. Vnde dictum eſt: [Septuplum vltio dabitur de Cain: de Lamech vero ſeptuagies ſepties:] Sed cecitas ignorātiæ ſimilis eſt. ¶ Ex vtraque enim quædam fiunt, quæ imputantur : quædam vero minimè. Cæcus namque ſi debitum ſuæ vxori ſe credens reddere, alienā polluit, non eſt reus [c] adulterij. Si autem ludo, vel exercitatione virium , vel venatione iaculum mittens aliquem perimat ; quia ab eo penitus [d] hoc debet eſſe alienum, homicidij reus habetur. Mens vero alienata furore, cum ſui compos non ſit, eorum quæ admittit, reatum non contrahit: quia facultatem deliberandi non habuit. Vnde pupillo, & furioſo in maleficijs ſubuenitur : ut non eis imputentur ad pœnam, quæ ex mentis deliberatione non proceſſerunt α. Quod non ſolum humanis, ſed etiam diuinis legibus noſcitur approbatum.

† al. coniuncta carnis corruptione

Gen. 4.

Ait enim Auguſtinus de paruulis, in lib. de fide ad Petrum diaconum, c. 30.

α ¶ Proceſſerant.] *Hoc loco in vulgatis erant interiecta hæc verba,* ff. tit. de iniurijs. Illud relatum. require ſupra, *quæ abſunt à manuſcriptis, ideoque inducta* .

C. III.

Firmiſſimè tene , & nullatenus dubites , exceptis illis Iuo p.1.c.30.

Firmiſſimè] CASVS. Petrus quæſiuit ab Aug. vtrum quilibet ſit accepturus vitam æternam , niſi fuerit bapti-

Digitized by Google

baptizatus, & pœnitentiam egerit: & reſpondet quòd non, niſi fuerit baptizatus ſanguine ſuo, vel in aqua; vel niſi habuerit cordis contritionem: & docet quod baptiſmus, & pœnitentia adultis ſit neceſſaria: paruulis vero baptiſmus ſolummodo ſufficit, quandiu ratione vti non poſſunt. baptiſmus fluminis, flaminis, & ſanguinis, ideſt, aquæ, & ſanguinis, & contritionis, vt de conſec. d. 4. c. baptiſmi vicem.

EX EO AUTEM. CASVS. Concludit Grat ex fine ſuperioris cap. ſcilicet quod nec adulto nec paruulo poſt baptiſmum peccatū imputatur niſi vtatur ratione: ſicut nec brutis animalibus aliquid imputatur. Et ad hoc probandum inducit auctoritatē Auguſtini. reperitur tamen in ſcriptura animalia eſſe interfecta nō ratione delicti, ſed quia facti memoriam refricant, vt infra ſeq. cap.

qui pro nomine Chriſti [a], ſuo ſanguine baptizantur, nullum hominum accepturum vitam æternam; qui non hic a malis ſuis fuerit per pœnitentiam, ideſt per baptiſmū [b] liberatus. Et maioribus quidem neceſſarium eſſe, & pœnitentiam de malis ſuis agere, & fidem catholicam ſecundum regulam veritatis tenere, & ſacramentum batiſpmatis accipere: paruulis vero, qui nec propria voluntate credere, nec pœnitentiam pro peccato, quod originaliter trahunt, agere poſſunt; ſacramentum fidei, quod eſt ſanctum baptiſma, quamdiu rationis ætas eorum capax eſſe non poteſt, ſufficere ad ſalutem.

Ex eo autem, quod in fine huius auctoritatis dicitur: [Quamdiu, ſcilicet, rationis eorum ætas capax eſſe non poteſt.] euidenter datur intelligi, nulli poſt baptiſmum peccata imputari, ſiue ſit adultus, ſiue impubes, niſi rationis ſit capax. Vnde etiam de brutis animalibus eadem ratio ab Auguſtino in eodem libro, c. 3. redditur, quare ſua facta eis non imputentur. [Animalia igitur, inquit, præſentis ſæculi curſum, atque ornatum ſecundum creatoris incomprehenſibilem peragunt uoluntatem: quæ de ſuis factis nullam rationem reddituræ ſunt, quia rationabilia nō ſunt. Nunquid enim de bobus [c] cura eſt Deo? 1. Cor. 9. *Homines uero, quia rationales facti ſunt, & de ſe, & de omnibus rebus quas in uſum uitæ præſentis acceperunt, rationem redditurí ſunt Deo: & pro ſuorum actuū qualitate recipient aut pęnam, aut gloriam.] Sacra tamen legis auctoritate animalia iubentur interfici, non propter conſcientiam peccati, ſed quia refricant memoriā facti.*

Vnde Auguſtinus ſuper Leuiticum ad c. 20. q. 74.

¶Non propter culpam, ſed propter memoriam facti pecus occiditur, ad quod mulier acceſſerit.

C. IIII.

Leuit. 20. Iuo p. 9. c. 103.

MVlier, quæ acceſſerit ad omne [d] pecus, & vult aſcēdi ab eo; interficietis mulierem, & pecus: morte moriantur: rei ſunt.] ¶Quæritur, quomodo ſit reum pecus: cum ſit irrationale, nec vllo modo legis capax. *& infra.* ¶Pecora inde credendum eſt iuſſa interfici; quia tali flagitio contaminata, indignam refricant facti memoriam.

2 *De furioſis autem euidentiſſime ſcribit Auguſtinus in libro quæſtionum ueteris, & noui teſtamenti, q. 2. in fine, ita dicens.*

c ¶De duobus.] Scilicet quo ad vitam æternam: ſed quo ad vitam temporalem bene, iuxta illud Homines & iumēta ſaluabis Domine, ſcilicet pro ſalute temporali prouidendo eis neceſſaria: iuxta illud. Omnia expectāt a te Domine, vt des illis eſcam in tempore opportuno.

MVlier.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima ponitur auctoritas Leuitici, in qua dicitur, quod mulier quæ acceſſerit ad aliqd pecus, debet interfici, & pecus ſimiliter. In ſecunda parte ponuntur verba Aug. exponentis illam auctoritatem: & dicit quod animalia iubent interfici, nō quia peccauerint, ſed quia refricant memoriam facti. Secunda pars incipit ibi. [Quæritur quomodo.]

d ¶Ad omne.] i. ad aliquod ex omnib: ſin. eſt 1. q. 7. ſi quis omnem.

e ¶Memoriam.] Si. eſt. 81. d. valet. Alibi tamen reſeruantur thuribula laminarū & plubice exponuntur, vt 7. q. 1. deniq; & de conſec d. 2. & dixit: ſed iſtud ad terrorem fit, &c.

a ¶Pro nomine Chriſti.] Dum tamen adſit charitas, aliter non ſufficit alicui ad ſalutem pati martyrium, vt 90. d. neque.

Baptiſmus triplex.

b ¶Per baptiſmum.] Debere addere tertium membrum, ſcilicet baptiſmum contritionis. Eſt enim triplex

DE FVRIOSIS. eſt 2. pars q. in qua intendit probare quod ignorantes ex toto, furioſi & ebrij non peccant in illo actu, ſed peccant ſe inebriādo, & hoc probat p 9 auctoritates. Io de Fant. CASVS. Quia facta eſt ſuperius mentio de furioſis, ideo nunc euidenter oſtendit Gra. quòd ea quæ fiunt tempore furoris, non imputantur: & ad hoc inducit ſeq. cap.

Aliquos

Digitized by Google

CASVS. Supra probatum eſt, ꝙ de furto, vel rapina, vel conſimilibus eleemoſynæ vel oblationes fieri non debent. Nunc probat contra exemplo Iudæorum, qui de vaſis quæ mutuo acceperunt ab Aegyptijs ędificauerũt poſtea tabernaculum Dño. Sed huic obiectioni rñdet Grat per ſeq. c.

e ¶ Rapinam.] Arg. ꝙ aliquo prohibito prohibita ſunt omnia ſimilia, vt ext. de conſt. tranſlato. & ſup. diſ. 4. denique. in fi. & quæ ſequũtur ex illo; extra de conſt. nam concupiſcentiam.

f ¶ A parte enim.] Simile 32. q. 4. meretrices eſt autem ur-

Dixit.] CASVS. Quæſitum fuit ab Aug. vtrum exemplo Iudæorum, qui Aegyptios expoliauerunt auro & argẽto, poſſit quis ſuum proximum ſpoliare? Et reſpõdet ꝙ non. nec Iudæi furtum fecerunt, ſed præceptũ Domini ſeruauerunt.

a ¶ Sumendum exẽplum.] Arg. ab exemplis nõ eſſe argumẽtandum. 12. q. 2. gloria. ver. neque vero. Arg. contra. 37. diſt. qui menſa.

b ¶ Furtum.] Arg. ꝙ hoſtes poſſumus decipere & eis ſua auferre, vt 43. diſtin. in mãdatis. 23. q. 7. c. 1. & 2. ſup diſti 8. quo iure. & C de cõmer. & merca. l. 2 Hic tamen ideo excuſant, quia maioris auctoritate hoc fecerunt. & ita ẽ ar. hic maior auctoritas excuſat in illicitis, vt 63. d. Salonitanæ & de conſec. d. 5. diſcipulos. 23 q. 1. quid culpat, ſic Abrahã & Sampſon & alij multi fuerũt excuſati auctoritate Domini, vt 23. q. 5. ſi non licet. arg. contra 16. q. 1. in canonib. & 12. quæ. 2. quicumque.

ITEM OBIICITVR. Hęc eſt 3. pars quæſtio. i qua quæritur vtrum rapina in decalogo inueniatur prohibita: & probat ꝙ ſic per c. ſeq. Ioan. de Fant.

Delicta excuſantur auctoritate maioris.

¶ Non licet aliena rapere exemplo Iſraelitarum ſpoliantium Aegyptios. C. XII.

Dixit Dominus ad Moyſem: [Petat vir à proximo, & mulier à proxima, vaſa aurea, & argentea, & veſtem. Non hinc quiſquam ſumendum exemplum [a] putare debet ad expoliandum iſto modo proximum. Hoc enim Deus iuſſit, q nouerat, qd quemq; pati oporteret. Nec Iſraelitę furtum [b] fecerunt: ſed Deo iubenti miniſterium pbuerũt.

paulo aliter in orig.
Burc. l. 11. c. 53.
Iuo p. 13. c. 2.

3 *Item obijcitur. Aliena rapere non eſt contra præceptũ. Nullo ſiquidẽ Dei mãdato rapina uidetur prohibita. Sed nomine furti oĩs illicita vſurpatio rei alienę intelligitur. Vnde Auguſtinus in eodem lib. q. 71.*

¶ Maioris pœnæ eſt violenter aliquid eripere, quàm furari. C. XIII.

Poenale [c] eſt occulte auferre: multo maioris [d] pęnæ eſt viſibiliter eripere. Auferre ergo nolenti ſiue occulte, ſiue palam, habet præceptum ſuum, Furti enim [α] nomine bene intelligatur omnis illicita vſurpatio rei alienę. Non enim rapinam permiſit, qui furtum prohibuit: ſed vtrique furti nomine in lege veteris teſtamenti & rapinam intelligi voluit. A parte enim [f] totum ſignificauit, quid quid illicite rerum proximi aufertur.

32. q. 4. meretrices.
Sent. 3. diſt. 37.
Bur. l. 11. c. 54.
Iuo p. 13. c. 3.
Poly. l. 6. tit. 16.
Anſ. l. 11. c. 109.

α ¶ Furti enim.] *Hæc ſunt verba B. Auguſtini, licet mutato orationis ductu: quæ autem antecedũt apud ipſum non ſunt inuenta. Integer locus B. Aug. de furto, & mœchia habetur infra 32. q. 4. meretrices.*

His auctoritatibus probatur, quòd neque ex rebus inuentis, neque ex male conquiſitis eleemoſynam quiſquam facere poteſt.

4 *Sed Auguſtinus contra teſtatur ſer. 35. de verbis Domini dicens.*

¶ De male acquiſitis bonum fieri poteſt. C. XIIII.

QVi habetis de malo [g], facite inde bonum. Qui non habetis de malo, nolite acquirere de malo. Eſto bonus, qui bonum facis de malo: & cum cęperis aliquid boni facere de malo, noli remanere tu malus. Nummi tui cõuertuntur in bonum, tu autem remanes malus?

Iuo p. 13. c. 16.

CASVS. Adhuc probat Grat ꝙ ex illicite acquiſito velut ex rapina poſſunt eleemoſynæ fieri. nam rapina nullo Dei mandato videtur eſſe prohibita, ſed reſpondet ꝙ cum furtum ſit prohibitum, omnis illicita vſurpatio intelligitur eſſe prohibita, vt probatur ſeq. c.

Poenale.] CASVS. Docet hic Auguſ. quod maius eſt peccatum rapere manifeſte, quam occulte furari: & quod nomine furti in lege veteri rapina & omnis illicita vſurpatio intelligitur. A parte enim totum ſignificatur [A parte.] Furtum ſecundũ quod dicitur à furto, & rapina, ſunt ſpecies illicitæ vſurpationis: ſed ſecundum quod dicitur furtum cõtrectatio rei alienæ inuito domino, furtum non eſt ſpecies rapinæ, ſed econtra:

c ¶ Pęnale.] i. dignum pęnat.

d ¶ Maioris.] Magis enim delinquit raptor, quàm fur, vt inſt. vi bo. rap. in prin.

1 Non miũ cũ præcedat culpa: quia prout dicit Au. plus fraudator lædit damno innocẽtiæ quam alius damno pecuniæ. p

furtum pars rapinæ, eodẽ modo quo genus eſt pars ſpeciei rapina enim eſt ſpecies furti: nam omnis raptor eſt fur, vt inſt. vi bo. rapi. in prin.

HIS AVCTORITATIBVS. CASVS. Concludit Gr. ex omnibus ſupradictis c. a prin. q. quod ex rebus male acquiſitis eleemoſyna fieri non debet, poſtea probat contrarium.

SED AVG. Hæc eſt 4 pars q. in qua dicitur, quòd de quibuſdam male acquiſitis quandoque tranſit dominium, & tunc poteſt fieri eleemoſyna Io. de Fant.

Qui habetis.] CASVS Docet hic Aug ꝙ qui hẽt pecuniam de malo acquiſitam, conuertat illam in bonum, & ipſe malus nõ remaneat abſit enim vt nũmi tui conuertantur in bonum, & tu remaneas malus.

g ¶ De malo.] Grat. tribus modis exponit illud verbum facite de malo bonum, & bene, &c.

SED

Digitized by Google

SED HOC MVLTIPLICITER. CASVS. Exponit Grat. hic quod dictum eſt ſupra in præcedenti c. vbi dicitur, ꝙ de malo poteſt quis facere bonum. & exponit illa verba tripliciter. Primo dr̄ quis de malo facere bonum cum reddit quæ illicite abſtulit. Secundo cum

Sed hoc multipliciter intelligitur. Facit enim de malo bonum, qui reddit [a] quod illicite abſtulit. Nomine etiam mali, cura, & ſolicitudo mortaliũ exprimitur: De malo ergo bonum facit, qui pauperibus diſpenſat quod cũ labore, & ſolicitudine acquiſiuit, iuxta illud Euangelij: [Facite vobis amicos de mammona [b] iniquitatis. Luc. 16. *Vel ex malo acquiritur, quod ex turpi cauſa poſſidetur; veluti cum mathematicus ex arte, quam docet, vel ex futuris, quæ prænunciat, non nulla lucratur. Quæ vero de malo ſic acquiruntur, in bonum poſſunt conuerti. De peccato etiã aliqua nonnunquam acquiruntur, quæ pauperibus iuſte erogantur.*

Vnde Auguſtinus Ad Macedonium, epiſt. 54.

¶ Quæ male acquiruntur, aliquando bene poſſunt expendi. C. XV.

Poly. l. 6. tit. 20.

NOn ſanè, quidquid ab inuito ſumitur, iniurioſe aufertur [c]. Nam plerique nec medico [d] volunt reddere honorem ſuum, nec operario mercedem: nec tamen hæc qui ab inuito accipiunt, per iniuriam accipiunt: quæ potius per iniuriam non darentur. Sed non ideo debet iudex vendere iuſtum iudicium, aut teſtis verum teſtimonium: quia vendit aduocatus iuſtum patrocinium [e], iuriſperitus verum conſilium. Illi enim inter vtramque partem ad examen † adhibentur; iſti ex vna parte conſiſtunt. Cũ autem iudicia, & teſtimonia †, quæ nec iuſta, nec vera vendenda ſunt, iniqua, & falſa venduntur; multo ſceleratius vtiq; pecunia ſumitur, quia ſcelerate etiam, quamuis à volentibus datur. Ille [f] tamẽ ſolet tanquã male ſibi ablatam pecuniam repetere, qui iuſtũ iudicium emit: quoniã venale eſſe nõ debuit. Qui vero pro iniquo iudicio dedit; vellet quidem repetere, niſi timeret, vel puderet emiſſe. Sunt aliæ perſonæ inferioris loci, quæ ab vtraque parte non inſolenter accipiunt [g], ſicut officialis, & qui † amouetur [h], & cui admouetur officiũ. Ab his extorta per immoderatam improbitatem, repeti [i] ſolent, data per tolerabilem conſuetudinem non ſolent a; magiſque [k] reprehendimus, qui talia inuſitate repetiuerunt, quàm qui ea de more ſumpſerunt: quoniam multæ neceſſariæ perſo-

ſu. 11. q. 3. non licet.

† al. examina.

† Concor. l. diuus. cum not ff. de re iudi. & Bal. in l comparationes. C. de fide inſtr.

† à quo] orig.

1 Adde qñ debent recipere no gl & Cy in l. 1 C. de ſuſ.

cum pauperibus diſpenſat ea, quæ cum malo, ideſt, cura & ſolicitudine acquiſiuit, & hoc probat auctoritate Euangelij dicentis, facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Tertio cum bonum quis expendit, ideſt qđ ex arte mathematica acquiſiuit.

a ¶ Reddit.] Vt in furto & rapina, & in talibus omnibus, vbi non transfertur dominium, nec datur repetitio.

b ¶ De mammona.] Mammon dicitur dæmon, qui præeſt diuitijs.

ADDITIO. Sub. non quòd in eis poteſtatem habeat, ſed quia homines teneat per eas. Arch.

NOn ſane.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte oſtenditur quæ perſonæ poſſint vendere ſuum patrocinium, vel laborem, vt medici, operarij, aduocati, & officiales: ſed officiales ab vtraque parte recipiunt: alij vero tantum ab vna. Sunt & aliæ perſonæ, quæ vendere non poſſunt, vt iudices & teſtes, qui magis peccant ſi pecuniam pro falſis, & iniquis iudicijs, & teſtimonijs accipiunt, quàm ſi accipiunt pro veris. In ſecunda parte dicitur, ꝙ illud quod officiales acquirunt ratione officij, etiam cum peccato poſſunt pauperibus erogare: quæ vero furto, vel rapina, vel inuaſione acquiruntur, non ſunt pauperibus eroganda. Secunda pars incipit ibi, [Iſti ſi viam] Ego B. ſic credo caſum ponẽdum, Beneuẽ. vero breuius ponit. Et ſcias, ꝙ H. intelligit illud verbum, [Iſti ſi viam,] De omnibus ſupradictis, ſcilicet iudice, aduocato, teſte, officiali, & iuriſperito.

c ¶ Aufertur.] Per iudicem.

d ¶ Nec medico.] præmittit enim hic medicos quaſi digniores, cum tamen medici non ſint maioris valoris, quàm obſtetrices, vt C. commu de leg. ſi duobus. l. reſpon.

e ¶ Patrocinium.] Hoc eſt contra G. qui dixit nihil poſſe recipi pro iuſto patrocinio, vt no. 11. q. 3. nõ licet 1.

f ¶ Ille] Arg. contra illos, qui dicunt, ſi dedi tibi pecuniam, vt pro me iudicares in iuſta cauſa; quod non poſſum repetere pecuniam datam, vt ff. de condi. ob turp. cau. l. 2. vbi dicitur, ꝙ talis item perdit, quia videtur velle iudicem corrumpere. Ego credo ꝙ poſſit talis repetere pecuniam, ſi non eo animo dat, vt iudicem corrumpat. nam ſi dat eo animo, vt ius & quietem ſibi conſeruet, tunc poteſt repetere, vt probatur extra de ſimo. dilectus ſed ibi dicitur, quod repetit ſi non ſeruatur pactum.

g ¶ Accipiunt] Sportulas.

ADDITIO. Hoc intellige cum non recipiunt ſalarium de publico. 23. q. 1. militare. 86. diſt. non ſatis. ver. in ſingulis. Ioan. de Fan.

h ¶ Amoueatur.] Videtur diſtinguere inter perpetuos & tpales officiales Tpalem vocat eũ q amouet: ppetuũ vocat eũ cui perpetuo admouetur, i. traditur tale officium.

i ¶ Repeti.] De facto.

K ¶ Magiſque] Hic vult dicere, ꝙ officiati reprehenduntur, non ex eo, ꝙ aliqua extorquent, ſed qa ea immoderate exquirunt. Vnde talia nõ repetuntur ab eis, niſi certum

Digitized by Google

tum ſit eis ſalarium conſtitutū. tunc enim ſi aliq.l.vltra hoc perierint, crimine concuſſionis tenentur, vt 13.q.1. militare. & ſoluent quadruplum. 18. diſt quoniam.
a ¶ Neceſſariæ perſonæ.] Ad officium tale.
b ¶ Tanquam ſua.] Arg. ꝙ de rebus illicite acquiſitis, dū tamē transferatur dominium in accipiē tem, fit eleemoſyna, vt ſup. qui habetis.
c ¶ Donanda.] Pauperibus.
d ¶ Zachæi publicani] Qui dixit: Si quē defraudaui, reddo quadruplum. & ſic paret, ꝙ licite quadruplum, vel duplum peti poteſt, vt 12.q.2. cū deuotiſſimam.

re præſcriptionis, vt extra de præſcr. qm̄ omne. Tu dicas, ꝙ ſi ex omni parte præſcriptionis habuit bonam fidem; tunc res illa facta eſt ſua de beneficio iuris, vnde tunc non eſt dicendum, ꝙ habeat cōſcientiā rei alienæ, licet poſt tempus præſcriptionis incipiat ſcire rē alienā fuiſ-

næ [a], rebus humanis, vel inuitant huiuſmodi commodis, vel tenentur. ¶ Iſti, ſi viam vitæ mutauerint, aut excellentioris conſcenderint ſanctitatis gradum; facilius ea, quæ hoc modo acquiſierunt, tanquā ſua [b], pauperibus largiuntur; quàm eis à quibus accepta ſunt, tamquā aliena reſtituant. Qui vero contra ius ſocietatis humanę, furtis, rapinis, calūnijs, oppreſſionibus, inuaſionibus abſtulerit; reddenda potius, quàm donanda [c] cēſemus †, Zachæi publicani [d] Euangelico exemplo. *Luc. 19.* † Concor. text. in l. 1. §. eſt enim. ff. de var. & extra ord. cog.

α ¶ Data per tolerabilem conſuetudinē non ſolēt.] *Addita ſunt hæc ex originali, ſine quibus ſequentia non ſatis conſtabat.* Sequitur apud B. Aug. c. quid dicam, ſu. ea. q. 4.

QVAESTIO VI.

Qvod vero [e] *pœnitentia agi poſſit, niſi res aliena reddatur, teſtatur Auguſtinus ad Macedonium, epiſtola 54.*

¶ Pœnitentia non agitur, ſi aliena res non reſtituatur. C. I.

SI res aliena, propter quam peccatum eſt cum reddi poſſit, non redditur; non agitur pœnitentia, ſed fingitur. Si autem veraciter agitur; non remittitur peccatum niſi reſtituatur [f] ablatum: ſed, vt dixi cum reſtitui poteſt. Plerumque enim qui aufert, amittit, ſiue alios patiendo [g] malo, ſiue ipſe male viuendo: nec aliud habet, vnde reſtituat. ¶ Huic certe non poſſumus dicere, redde [h] quod abſtuliſti; niſi cum habere credimus, & negare. Vbi quidem ſi aliquos ſuſtinet cruciatus [i] a repetente α, dum exiſtimatur habere quod reddat; nulla eſt iniquitas. quia etſi non eſt vnde reddat † ablatam pecuniam; merito tamen, dum eam per moleſtias corporales reddere † compellitur; peccati [k], quo male ablata eſt, pœnas luit. Poly. l. 6. tit. 20. Iuo p. 13. c. 4. & p. 15. c. 25. † *al. luat.* † *al. redhibere.*

Qvod vero.] Hęc q. diuiditur in quatuor partes, i prima quaſtiū probat per c. Auguſt. quod non agitur pœnitentia digna ſi res non reſtituitur. Secunda ibi, [Si vero.] Tertia ibi, [Pro malis] Quarta ibi, [Furtum autem.] Io de Fan.
CASVS Hic intitulatur 6. q. in qua quæritur, vtrum quis pœnitere poſſit, niſi reddat aliena: Et reſpondetur ꝙ non, ſi poteſt reddere ea, vel eorum æſtimationem.
e ¶ Quod vero.] Siue ſint raptores, ſiue fures, veram pœnitentiam nō poſſunt agere, id eſt, fructum veræ pęnitentiæ non cōſequuntur, vt infr. ea. cap. 1. tamen admitti debent ad pœnitentiam, vt extra de pœ. & reſ. quod quidam. & inf de pę. diſtin. 3. §. vlt. & diſt. 5. falſas.

SI res.] CASVS. Macedonius de quatuor quæſiuit ab Augu primo, an dimittatur peccatum, niſi reſtituatur ablatum. & reſpon ꝙ non, ſi poteſt reſtitui. Secundo, an fur poſſit verberari, cum ſe negat habere quod reddat, putatur tamen habere. & reſpon. ꝙ ſic. Tertio an eccleſia pro talibus verberatis poſſit intercedere, & reſpon. ꝙ ſic. non vt ablata non reddantur: qa ſic ſocia criminis videretur. Quarto an clerici debeant tales verberare, vel verberandis iudici tradere ſæculari: & reſpon. ꝙ non, ſed minari ſibi humanum iudicium aliqñ, diuinū vero ſemper. quandoque clā, quandoq; manifeſte prout peccatum eſt occultum, vel manifeſtum, uel prout exigit diuerſitas perſonarum. Secunda reſponſio eſt ibi, [Huic certe non.] Tertia ibi. [Sed non inhumanum.] Quarta ibi [Sed nunquid] Nos,] Supple clerici.
f ¶ Niſi reſtituatur] Videtur hic, ꝙ quantocumq; tempore quis alienam rem poſſederit 1 ꝙ non currit in ea præſcriptio, vt 34. q 2. ſi virgo nam diuturnitas temporis non minuit, ſed auget peccatum, & aggrauat 1, vt 24. q. 1. ſchiſma. vnde in præſcriptione requiritur bona fides à principio, & in medio, & in fine, & ex omni tēpo-

1 Vt ext. de cōſue. c. vlt. ext. de ſimo. cum in eccleſiæ. extra de eo qui dux. in ma, cū haberet. iuxta finem. Arch.

fuiſſe: niſi velis intelligere, i. rei q̄ fuit aliena. Quidam 2 tamē dicunt, ꝙ ſi aliqs rē p̄ſcriptā haberet ex cā lucratiua, tenetur ipſam reſtituere, ſi remordet ipsū conſciētia: qa nihil deperire credimus eccleſiæ vtilitatibus, ſi ea q̄ ſunt aliena reddantur, vt 54. diſt. generalis. ſed ſi eam habet ex cauſa non lucratiua, non tenetur, vt ff. de his quæ in fraud cre. qui autem § ſi quid cum pupillo.
g ¶ Patiendo.] Ideſt, p̄mittendo, ꝙ alij male ei auferant.
h ¶ Redde] Hoc intellige quando fur vel raptor non, eſt ſoluendo, ſed ſi eſſet ſoluendo, licet res quam abſtulerit, ſine culpa ſua periſſet, tamen tenetur reddere æſtimationem ipſius, vt C. de fur. ſubtracto.
i ¶ Cruciatus.] Arg. ꝙ qui pauperes ſunt, & non ſunt ſoluendo, ſemper verberandi ſunt pro debito, vt 12. q. 2. fraternitas, & in l. libertus. & hoc eſt verū vbi cōueniuntur ex maleficio: ſed ſi cōueniunt rōne cōtractus alicu', tunc ſufficit cedere bonis, vt C qui bo. ced. poſ. l. vlt.
K ¶ Peccati] Ergo adhuc non eſt liberatus a debito, ſed tantum à pœna: vnde ſi poſtea peruenerit ad pinguiorem fortunam, æque poteſt conueniri ſicut ille, qui ex aliquo contractu eſt obligatus. inſt. de act. §. vlti. & extra de ſolu. Oduardus.

2 Vt Alanus quod dic, vt no. extra de præſcrip. vigilanti, & de conceſſ. præb c. nulla. Arch.

Pauperibus quandoque ſufficit, bonis cedere.

α ¶ In-

Digitized by Google

a ¶ Intercedere.] Vt 23.q.5.recs.17.q.4.reum. & eſt hic arg. ꝙ clericus in foro ſæculari poteſt aliquem defendere in cauſa ſanguinis, vt 23.q.5.c.1.2.& 3.
b ¶ Subtrahimus.] Arg.ſup.5.q.5.non omnis.
c ¶ Adiuuat.] Arguitur, ꝙ non debemus dominos noſtros

tur clericis ſua, vt 23. q. 5. vtrum ſolum. Item nec clericum depoſitum tradet epiſcopus iudici, extra de iu.at ſi clerici. Vel dic quod clerici tales maleficos poſſunt tradere curiæ, non vt puniantur ad ſanguinis effuſionem, ſed alio modo, vt extra de Iudæis. ita quorundam.& 11. quæſt.1 ſi quis ſacerdotum 1.

¶ Sed inhumanum non eſt, etiam pro talibus intercedere [a], tamquam pro reis criminum, non ad hoc, vt minime reſtituantur aliena; ſed ne fruſtra homo in hominem ſæuiat. *& paulo poſt.* ¶ Illud vero fidentiſſime dixerim, eũ, qui pro homine ad hoc interuenit, ne male ablata reſtituat, & qui ad ſe confugientem (quantum honeſte poteſt) ad reſtituẽdum non compellit, ſocium eſſe fraudis, & criminis. Nam miſericordius opem noſtrã talibus ſubtrahimus [b], quàm impendimus. Non enim opem fert, qui ad peccandum adiuuat β [c]; ac non potius ſubuertit, atq; opprimit. Sed nunquid ideo nos aut exigere [d], aut ad exigendũ tradere [e] vel poſſumus, vel debemus? Agimus quantum epiſcopalis facultas dat †, & humanum quidem nonnunquã ſed maxime, ac ſemper diuinum iudicium comminantes. Nolentes autem reddere, quos nouimus & male abſtuliſſe, & vnde reddant, habere, arguimus, increpamus, obteſtamus †, quoſdã clam [f], quoſdam palam [g], ſicut diuerſitas [h] perſonarum diuerſam videtur poſſe reciperet † medicinã.

† *datur*] orig.

† *& deteſtamur*] orig.

† *al. velle acciore*

α ¶ Repetente.] *Sic eſt emendatum ex codice epiſtolarũ Vaticano, & editione Antuerpiana cum antea legeretur,* repente.

β ¶ Adiuuat.] *Quæ ſequuntur, emendata ſunt ex codicibus epiſtolarum impreſſis, & manuſcriptis. Antea legebatur,* qui ad peccandum adiuuat, ac non potius adiuuat, ſed obuiat ſubuertendo, atque opprimendo, *Gloſſa autem optime conuenit in uocem,* adiuuat. *ſuo loco poſitam.*

2 *Si uero rem alienam quis conſecrauit; non eãdem, ſed æſtimationem eius reſtituere debet.*

Vnde Greg. lib. 7. indict. 2. epiſ. 28. Fantino defenſori.

¶ Qui rem alienam conſecrat, eius æſtimationem reſtituat. C. II.

COmperimus nullam extitiſſe cauſam, pro qua res Iudæorum γ potuiſſent rationabiliter occupari; atque eas eſſe inconſulte, ac temere conſecratas. Idcirco experiẽtiæ tuæ præcipimus, vt quia, quod ſemel conſecratũ eſt, eis [i] nõ valet vltra reſtitui; illud ij tui ſit, vt ipſe epiſcopus debeat pretium dare †.

γ ¶ Iudæorum.] *Repoſita eſt hac dictio ex epiſt. B. Gregorij, vt intelligatur facilius, quo referantur ea, quę in hoc capite continentur, ac nonnulla etiam alia ſunt emendata.*

†Exiſto tex. infertur, ꝙ aliqñ qs rẽ ſuã uendere cogit, conc. tex. in l. ſi. ff. ad leg. Iu. de anno. Bar. in l. annonã ff. de uar. & extraor. crim.
Pœna corporalis ab eccleſia poteſt infligi.
Clericus an poſſit furem tradere iudici.

1 De hoc ẽt not. 23. q. 3. Maximian' ubi uideas. & 2 q. 7. laicos. Arch.

f ¶ Clam.] Si eſt occultum. 2. q. 1 ſi peccauerit.
g ¶ Palam.] Si eſt manifeſtum. 6. q. 1. ſi omnia.
h ¶ Diuerſitas.] Ar. quod ſecundum diuerſitatem perſonarum diuerſæ pœnæ ſtatuuntur, vt 12. q. 2. fraternitas. 24. q. 3. corripiantur.
SI VERO REM ALIENAM. Hæc eſt 2. pars. Ioan. de Fant.
CASVS. Dictum eſt ſup. quòd res aliena domino reſtitui debet. Nunc vero ponit Gratia caſum, in quo nõ ipſa, ſed eius æſtimatio eſt reſtituenda, puta cum res aliena fuerit conſecrata, & ad hoc inducit ſeq c.
COmperimus.] CASVS. Aliquis rapuit argentum vel aurum, epiſcopus hoc ſciens, calices inde ſactos temere & ĩcõſulte conſecrauit. Præcipit ergo Greg. cuidam, ut compellat epiſcopum ad æſtimationem rei ablatæ, & non ad rem ipſam conſecratam. Et dicit Bonauẽ. & etiã Hugo. hoc innuit ꝙ ẽps, qui conſecrauit, raptor fuit illius argenti & auri.
i ¶ Eis.] .i. laicis: q a res ſemel conſecrata non debet amodo ad profanos uſus redigi, ut 12. q. 2. aurũ. & inf. de conſecr. di. 1. ligna. Si autem res illa fuiſſet alicuius eccleſiæ, illi bene eſſet reſtituenda, ut 12. quæſtio 2. Apoſtolicos 2. & 17. quæſtio. 4. queſti. aliud tamen eſt in re animata. Nam ſi ſeruus alicuius fuit conſecratus, bene reſtituitur domino ſuo, ut 54. diſtinctio. ex antiquis. ſed hoc ideo eſt, quia cum ſeruus ſit res animata, delinquit permittendo ſe ordinari. ſed res inanimata in nullo delinquit, ut uides in ſimili. 7. quæſtio. prima, epiſcopus in diœceſi. Eandem rationem aſſignat lex, quod ſi neſcio ubi ſit ſeruus meus, non ideo poſſeſſionem ipſius perdidi. ſed aliud eſt in his, quæ anima carent, ut ff. acquiren poſſ. ſi rem mobilem, & l. Pomponius, in principio.

Conſecrat rei inanimatæ tollit dñiũ: ſecus in re animata.
2 Vbi de hoc vbi loquitur de monaſterio de rebus eccleſiæ conſtructis, ꝙ dẽt reddi ipſi eccleſiæ ſm Lau. & ẽt not. Ray. in ſumm. de imunit ec. §. item pone, Arch.

ſtros iuuare in illicitis. 11. quæſt. 3. ſi dominus. & c. non ſemper.
d ¶ Exigere.] Ideſt, pœnas corporales infligere. Sed nõne clerici poſſunt uel eccleſia põt pœnas corporales infligere, ut 5 q. 4. illi qui. & 23. q. 5 circumcelliones? Rẽdeo poteſt uel poſſunt. ſed non tantas quantas ſæcularis iudex. non enim poteſt punire quantum ad membri mutilationem, ut ext. de rap. in archiepiſcopatu.
e ¶ Tradere.] Si ergo clericus cepit furem in domo, non tradet ipſum iudici: ſed ſi iudex furem captum ei abſtulerit ui, non imputatur clerico: alioquin licite auferen-

Digitized by Google

PRO MALIS AVTEM. Hæc eſt tertia pas q. Io.de Fan. CASVS. Adhuc probat Grãnus, ꝙ eccleſia pro malis intercedere poteſt, & non eos temere defendere. & adhoc inducit ſequens capitulum.

HI qui in furtis.] CASVS. Quidam nomine Romanus, Romanæ eccleſiæ defenſor, latrones temere defendebat. quare Grego. præcipit ei, ne fures iniuſte defendat, ne ex hoc ipſa infametur eccleſia: ſed monendo & intercedendo opem ferat inquantum decet eccleſiam.

a ¶ Iniuſte.] .i. nimis improbe & importune, & hoc verum eſt cum ſcit, aut credit eos iuſte condemnatos. Si autem fugerint ad eccleſiam; tunc omnibus modis quibus poteſt tenet eos defendere: niſi ſit publicus latro, vel nocturnus depopulator agrorum, vt 17. q. 4. reū, & e. ſicut. & ext. de immu. eccl. inter alia. Si autem fuerit iniuſte condẽnatus: tunc eccleſia tenetur eum modis omnibus iuuare. vnde illud eſt præceptum: Eripe eum, qui ducitur ad mortem, vt 23. q. 3. non in inferenda.

Eccleſiæ immunitate nõ oēs malefactores potiũtur.

FVRTVM AVTEM. Hæc eſt 4 pars q. ſecundum Ioan. de Fant.

CASVS. Quia ſupra facta eſt mentio de furto: ideo nunc oſtẽdit Gratianus, ꝙ furtum magis conſideratur in effectu furantis, quàm in quantitate exteriori: & ad hoc inducit ſequens cap.

FVr autẽ.] CASVS. Oſtendit Hiero. in hoc cap. ꝙ furtum ita committitur in re parua ſicut in re magna: vbi magis attenditur mens furantis, quàm quantitas rei ablatæ. Et hoc probat ad inſtar fornicationis, quæ ita committitur in muliere pulchra, ſicut in turpi: ita in ancilla ſicut in ingenua: æque in paupere vt in opulenta.

a ¶ Quod furto.] Huic obuiat quod dicitur, ff. de abig. l. 1. vbi perpenditur, ꝙ magis quis punitur pro boue quã pro oue: quia pro boue dat 5. boues: pro oue 4. Sed dicas, ꝙ ibi dicitur ꝙ dabit 4. oues: intellige præter illam quam abſtulit. Item eſt contra. ext. de ſimo. & ſi qõnes. vbi non cõmittitur ſimonia in modico, ſicut in magno. ſed intellige ꝙ ita non præſumitur committi in modico ſicut in magno. q̃uque tamen pro modico nec magis nec minus, vt de conſe. diſt. 2. reuera. in princ. vbi dicitur, & oēs in deſerto mortui ſunt: & tamen duo ex eis non fuerunt mortui ſ. Caleph, & Ioſue. 76. di. ieiunium. ſic ergo pro minima re poteſt agi de furto, vt hic, & inſt. de re. diui. §. gallinarum. licet actio de dolo non detur pro minima re, ff. de dolo. idem.

Simonia nõ fit in modico.

Furti agitur pro modico.

c ¶ Fornicatione.] Hu. dixit magis peccari cũ pulchra. 1 quàm cum deformi: quia magis voluptuoſe cognoſcit pulchram: ſed in deformi quam citius poteſt abſoluit ſe. Baz. dixit magis peccari cum deformi: quia plura ſunt quæ ſuadent commiſceri pulchræ quàm deformi: ſcilicet pulchritudo eius & libido.

1 Pulchra. Do. And Tiraq. de le. cõnubia: charta 5. vbi late

QVidam ſacerdos.] CASVS. Supra in proxima cauſa tractatum eſt de auaritia, quæ obumbrat mentem clericorum: ſed quia incontinentia idẽ facit: ideo ſubnectit xv. cãm, ĩ qua de incõtinen-

3 *Pro malis autem apud principes eccleſia debet intercedere, non eos temerario auſu defendere.*

Vnde Gregor. Romano defenſori lib. 7. ind. 2. epiſ. 24.

¶ Eccleſia pro malis intercedat, non eos temerario auſu defendat. C. III.

Poly. l. 6. tit. 16.

HI, qui in furtis publicis implicati ſunt, à nobis nõ videantur iniuſte [a] defendi: ne opinionẽ male agentiũ ex indiſcretæ defenſionis auſu in nos vllo modo transferamus: ſed quantum decet eccleſiam, admonendo, & verbum interceſſionis adhibendo, quibus valetis, ſuccurrite: vt & illis opem feratis, & opinionem ſanctæ eccleſiæ nõ inquinetis.

¶ *Infra 23. q. 5. reos. refertur ſumma huius capitis, cum hic ſint propria verba B. Gregorij.*

4 *Furtum autem non tam in quantitate rei, quàm in affectu furantis conſideratur.*

Vnde Hieronymus in epiſtola ad Titum ad c. 2.

Poly. ibidem. Burc. l. 11. c. 55. Iuo p. 13. c. 41.

¶ Non ſolum in maioribus furtum committitur, ſed etiã in minoribus. C. IIII.

FVr † autem non ſolum in maioribus, ſed etiam in minoribus iudicatur. Non enim, id quod furto [b] ablatũ eſt, ſed mens furantis attenditur. Quomodo in fornicatione [c], nõ idcirco diuerſa ſit fornicatio, ſi mulier ſit pulchra, aut deformis, ancilla aut ingenua, paupercula aut opulenta, ſed qualiſcunq; illa fuerit, vna eſt fornicatio; ita & in furto, quantumcunq; quis abſtulerit, furti crimẽ incurrit.

† al furtum.

¶ *Referuntur verba B. Hieronymi nonnullis tamẽ omiſſis & mutatis quemadmodum etiam apud Burchardum, & Iuonem.*

CAVSA XV.

Q*Vidam ſacerdos* † *in crimen carnis lapſus eſſe perhibetur, antequam ſacerdotalem benedictionem conſequeretur. Poſtquam vero ſacerdotium adeptus eſt: in furorẽ verſus quendã interfecit. Recuperata uero ſanitate, apud epm accuſatur ab ea, cum qua lapſus eſſe dicitur. Eps autem die Domi-*

† al. Clericus.

Digitized by Google

nico cauſam examinat. Sacerdos inficiatur crimẽ ſibi illatum: quorundam clericorum ſibi patrocinia quærit: illi vero non ſine pretio ſibi patrocinantur: tandem epiſcopus confeſſionem quæſtionibus extorquet: demum ſolus, & abſque ſynodali audientia illum ſententia ferit.

1 *Quæritur autem, an ea, quæ mente alienata fiunt, ſint imputanda.*

2 *Secundo, an pro impenſis patrociniis liceat clericis munera exigere.*

3 *Tertio, an ex mulieris confeſſione iſte ſit condemnandus.*

4 *Quarto, an die Dominico eius cauſa ſit ventilanda.*

5 *Quinto, an ſibi neganti purgatio ſit deferenda.*

6 *Sexto, an eius confeſſio cruciatibus ſit extorquenda.*

7 *Septimo, an abſque ſynodali audientia epiſcopus valeat ſacerdotem damnare*

8 *Octauo, ſi ſponte confeſſus, aut ab aliis conuictus fuerit, quod ante ordinationem peccauerit; an ſuſcepti ordinis officium exequi ſibi liceat.*

QVÆSTIO PRIMA.

Ea in l. de duabus animabus, c. 10. Sent. 2. diſt. 47.

QVod autem [a] ea, quæ alienata mente fiunt, non ſint [b] imputanda, facile videtur poſſe probari. Peccata namque alia penes voluntatem animi, alia circa naturæ infirmitatẽ videntur conſiſtere: Eſt autem voluntas (vt ait Auguſtinus lib. 1. retractat cap. 15.) animi motus cogente nullo ad aliquid, vel non imitandum [c] β, vel adipiſcendum [d]. Quod propterea [e] dictum eſt, vt hac definitione volens a nolente diſcerneretur. ¶ Ex voluntate itaque peccata procedunt, quæ libero mentis arbitrio, & delinquentis propoſito committuntur. Porro infirmitas alia eſt animi, alia carnis. Infirmitas animi, eſt ignorantia. Carnis infirmitas, eſt concupiſcentia [f].

tinentia tractat, & de his quæ fiunt mente alienata: & de aliis multis, quæ vt melius pateant, thema proponit de quo acto elicit quæſtiones.

CASVS. thematis talis eſt. Quidam cum eſſet clericus, fornicationem commiſit: poſtea ſacerdos factus furioſus quendam hominem interfecit. recuperata ſanitate mulier quam cognouit, ipſum apud epiſcopũ accuſat. Die vero Dominica epiſcopus cauſam examinat: ſacerdos crimen negans acquirit patronos pro pretio: tandem eps ille confeſſionẽ verberib. extorquens, abſque ſynodo epiſcoporum, & concilio illum condemnauit.

QVod autem.] Hæc q. diuiditur in duas partes: in quarũ prima probatur, ꝙ ignorantes & pueri non peccant, ſi ignorãtia eſt inuincibilis, ſcilicet cum nullo modo potuit ſcire, quamuis daret operam. Si autem ſcire potuit, & non dedit operam, non excuſatur a toto: ſed a tanto, i. deſt, in parte. ita intelligenda eſt litera vſque ad c. [Merito quæritur] Secunda ibi, [De furioſis.] Ioan de Fan.

CASVS Hic intitulatur prima quæſtio, vbi quæritur an ea quæ fiunt mente alienata, debeant imputari? Et reſpon ꝙ non, vt inf. ea. aliquos. & c. illa. & ſup 3 q. 9. indicas. & procedit hoc ordine G. Primo probat, ꝙ ea quæ fiunt in alienatione mentis, imputantur: poſtea probat contrarium: & reſpondet allegatis: tandem dat veram ſolutionem, vt inf. ea. §. vlt. Oſtendit ergo primo G. ꝙ ſiue peccata procedant, ex voluntate, ſiue ex carnis infirmitate, ſemper imputantur ad pœnã: quod probat quatuor auctoritatib. poſtea probat contrarium. cũ peccatũ ſecũdum Auguſtinũ ſit adeo voluntariũ, vt nullo mõ ſit peccatum, niſi de voluntate procedat.

a ¶ Quod autem.] Not ꝙ ſi quis eſt ita alienatus mente, ꝙ neſcit quid faciat: nec diſcernit, nec intelligit: non imputatur ei quod facit. J. ea. aliquos. & c. illa. & 17. q 2. Cõſaldus. & 3 q. 9. indicas. Quidam tamen diſtinguunt, ꝙ ſi ſua culpa incidit quis in alienationem mẽtis, imputatur ei: ſi ſine culpa, non, vt inf ead. ſi quis inſaniẽs. quam diſtinctionem non admitto. G. allegat pro & cõtra. Et ad intelligentiã eius, q̃d dixi, not. ꝙ infirmitas alia eſt aĩæ: alia eſt carnis. Infirmitas aĩæ duplex eſt: vna dicitur ira, vel odiũ, vel delectatio; & hęc eſt peccatum: & quę ex tali infirmitate fiunt, imputantur Alia eſt pœna, vt eſt obliuio, ignorantia. & quæ ex hac fiunt, quandoque imputãtur. quãdoque non. Similiter infirmitas carnis duplex ẽ. Vna eſt fomes peccati, ſcilicet originale peccatũ * & quæ ex hac cauſa fiunt, imputãtur. Alia eſt pęna peccati, vt febris, & furor: & quæ ex hac cã fiunt non imputantur, ſi non diſcernit quid agat.

b ¶ Non ſint.] Melius eſſet ſine non. quia primo probat, quod imputantur.

c ¶ Non imitandum.] Ideſt, non faciendum.

d ¶ Vel adipiſcendum.] Ideſt, faciendum.

e ¶ Quod propterea] Ideſt in diffinitione voluntatis, ideo ponitur affirmatio, & negatio, vt oſtendatur qua voluntate quis dicatur volens: & qua voluntate dicatur nolens, nam voluntate ad aliquid faciendum dicitur quis volens: & voluntate ad aliquid nõ faciendum dicitur quis nolens: & ſic omnis nolens dicitur volens: & eadem qualitas dici poteſt voluntas, & noluntas. Nã nolle facere idem eſt quod non velle facere. vnde lapis non dicitur nolens, cum non habeat voluntatem non faciendi. nam ſecundum regulam iuris, eius eſt nolle cuius eſt velle, vt ff. de reg. iur. l. eius. Hinc patet, quod Aug. vult ꝙ eadem vis animæ ſit vis concupiſcibilis, & vis iraſcibilis. Nam per vim cõcupiſcibilem appetimus aliquid: & per vim iraſcibilem deteſtatur aliquid.

f ¶ Concupiſcentia.] Ideſt, fomes originalis peccati.

Mente alienato an ſit imputandũ quod facit.

Animę infirmitas eſt duplex.

* *Fomes nõ eſt proprie originale peccatum.*

Concilium Tri. ſeſſ. 5. in extremo quinto anathematiſſimo.

Animæ vis eſt duplex.

Digitized by Google

Ex vtraque autem infirmitate quæ procedunt, imputantur ad pœnam [a]. Vnde de quibuſdam ignorantibus dictū eſt: [Si quis ignorat [b] ignorabitur.] Tales illi erant, de quibus Chriſtus ait Apoſtolis: [Extra ſynagogam facient vos: quia arbitrabuntur obſequium ſe præſtare Deo.] De eiſdem etiam Apoſtolus ſcribit in epiſtola ad Romanos: [Teſtimonium illis perhibeo, quia zelū [c] Dei habent, ſed non ſecundum ſcientiam.] Nullū tamen eorum in ſua perfidia perſeuerantem hæc ignorantia excuſat. Ex carnis infirmitate procedunt, quæ naturæ languore fiunt: quæ, niſi imputarentur ad pœnam, nequaquam Apoſtolus lege carnis grauatus diceret: [Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore [d] mortis huius? &c.] ſiue ergo penes voluntatem, ſiue penes infirmitatem peccata conſiſtant, ſemper [e] imputantur ad pœnam. Cui [f] ſententiæ illud Auguſtini de vera religione, cap. 14. contrarium videtur: [Vſque adeo peccatum, voluntarium malum eſt: vt nullo modo peccatum ſit, ſi non ſit voluntarium; & hoc quidem adeo manifeſtum eſt, vt nulla hinc doctorum paucitas, nulla indoctorum turba diſſentiat. Quare aut negandum eſt peccatum committi: aut fatendum eſt voluntate committi.] Sed hoc [g] non generaliter de omnibus peccatis intelligendum eſſe idem Auguſtinus in lib. 1. retract. cap. 13. oſtendit dicens: (Vſque adeo peccatum voluntarium malum eſt, vt nullo modo [h] peccatum ſit, ſi non ſit voluntarium. Poteſt videri falſa hæc definitio: ſed ſi diligenter diſcutiatur, inuenitur eſſe veriſſima. peccatum quippe illud cogitandum eſt, quod tantummodo peccatum eſt, non quod eſt etiam pœna peccati †. Quamuis & illa quæ non immerito γ non voluntaria peccata dicuntur, quia vel à neſcientibus, vel à coactis perpetrantur, non omnino poſſint non † voluntaria dici.) Idem in eodem libro, capitu. 15. (Definitio peccati, quam diximus; peccatum eſt voluntas retinendi, vel conſequendi, quod iuſtitia vetat, & vnde liberum eſt abſtinere, propterea vera eſt, quia id definitum eſt, quod tantummodo peccatum eſt, non quod eſt etiam pœna peccati.]

1. Cor. 14.
Io. 16.
Rom. 10.
Rom. 7.
Sent. 2. diſt. 35.
Et in l. de duabus animabus c. 11.
† hic omittuntur aliquot verba.
† ſine voluntate cōmitti.] orig.

α ¶ Cogente.] Hæc ſunt addita ex B. Auguſtino, vt verba ſequentia melius intelligantur.

β ¶ Imitandum.] Apud B. Auguſtinum in lib. de duab. animab. & lib. 1. retractationum legitur, amittendum. ob gloſſam tamē non eſt mutatum: ſed ſublata eſt priore loco vox, imitandū, quæ abeſt etiam à manuſcriptis Gratiani codicibus. Nam in vulgatis erat, ad aliquid imitandum, vel non imitandum

γ ¶ Non immerito.] In libris B. Auguſtini impreſſis legitur, immerito.

Ignorantia eſt triplex.

a ¶ Ad pœnam.] Sed non ſemper puniuntur peccata, quæ proueniunt ex ignorantia 34. q. 2. in lectum

b ¶ Ignorat.] Id eſt, qui appetit ignorare, vel qui contemnit ſcire: vel negligit ſcire, cum poſſit quærere à peritioribus. Vnde quædam ignorantia eſt ex ſimplicitate, vt illorum qui ad literam aliquid intelligunt: quædam ex culpa: quædam ex negligentia: & ſecundum hoc magis, vel minus punitur. 11. q. 3. excellentiſſimus. c. quoniam. & capitu. fina

Zelū bonū quidā ex Iudæis habuerunt.

Illi erant ſimplices, & errabant nō in motu ad ſeruiendum ſed in modo ſeruiendi, Lau.

c ¶ Zelum.] Quidam ex Iudæis de bono zelo mouebantur contra diſcipulos Domini, & ipſum Dominum: & ipſe Dominus in cruce pro illis orauit, cum dixit: Pater dimitte illis: quia, &c. Lucæ 23. Iſti habebant zelum: ſed non ſecundum ſcientiam, id eſt, ſecundum fidem: quia erroneam habuerunt conſcientiam alij autem ſcienter deliquerunt. 23. quæſt. 1. paratus.

d ¶ De corpore.] Id eſt, de dominio carnis, iniqua mors eſt. ſupra diſt. 5 ſed penſandum. pa. eſt.

e ¶ Semper.] Allegando dicit.

f ¶ Cui.] Hic allegat in contrarium, quod ea quæ mente alienata fiunt, non imputantur: vnde hic ponebant antiqui notulam, Defenſor.

SED HOC. CASVS. Superius dictum eſt, quod peccatum vſque adeo eſt voluntarium, vt nullo modo ſit peccatum niſi ſit voluntarium, ſed quia multum facere videbatur pro defenſione ſacerdotis furioſi: ideo eius impugnator dicit, quod auctoritas illa Auguſt. intelligitur de eo quod eſt tantummodo peccatum: & non de eo quod eſt pęna peccati. & ad hoc probandum inducit duas auctoritates Aug quamuis quodammodo voluntaria peccata dici poſſint quæ à neſcientibus, & coactis perpetrantur. [Non immerito.] ſed merito non omnimodo non voluntaria dicit, ſed quodammodo voluntaria dici poſſunt.

g ¶ Sed hoc.] Eſt notula impugnatoris.

h ¶ Nullo modo.] Quædam dicuntur ſimpliciter peccatum, & non pœna; & quædam pœna peccati, & non peccatum. Pœna peccati, ſicut ignorantia, infirmitas, & obliuio. Illud autē dr̄ ſimpliciter peccatū, qđ ex libera voluntate procedit. Quidam tn̄ dicunt, φ oē peccatum præter peccatum primi parentis ſit peccatum, & pœna peccati, peccata enim quæ quotidie facimus ſunt pęna ori-

Pctm̄ & peccati pœna diuerſa ſūt.

Digitized by Google

originalis peccati: ſed qualiter hoc ſtare poteſt, cũ omnis pœna à Deo ſit: & nullum peccatum à Deo ſit ergo nullum peccatum eſt pœna. Item omnis pœna eſt paſſio: & omne peccatum eſt actio. cum ergo actio non ſit paſſio non eſt dicendum ꝙ peccatum ſit pœna, ſi aũt alicubi inuenias quod peccatum eſt pœna, expone, id eſt pro quolibet peccato debetur pœna: quia eſt pœna & paſſio animæ.

conuer coniu. ex parte Arg. contra. ff. de lib. ho exhi. l. 3. ſi quis volentem tamen coacta licentia non eſt licentia, vt arg 33 q. 5. notificaſti.

c ¶ Vult.] Certe argumentatio hæc non valet: volo hoc, ergo volo omne quod ſequitur ex illo: vt iſte vult fornicari, ergo vult dãnari: niſi intelligas indirectè. & per conſequentiam, vt diſt. 8. quo iure.

Item lib. 4. quæſtionum, q. 24. ad c. 18. Numerorum.

¶ Non ſunt peccata uolentium, niſi neſcientium. C. I.

MErito quæritur, quæ ſint ipſa peccata nolentium, vtrum quę à neſcientibus committuntur; an etiam poſſit rectè dici peccatum eſſe nolentis: quod facere compellitur [a]. Nam & hoc contra voluntatem facere dici ſolet: ſed vtique vult [b], propter quod facit: tanquam ſi peierare nolit; quod tamen facit α, cum vult viuere, ſi ſcilicet quiſquam, niſi fecerit mortem minetur. Vult [c] ergo facere, quia vult viuere: & ideo non per ſe ipſum appetendo, vt falſum iuret; ſed vt falſum iurando viuat. Quod ſi ita eſt, neſcio vtrum poſſint dici iſta peccata nolentium, qualia hic dicuntur expianda. Nam ſi diligenter conſideratur fortè ipſum peccare nemo velit, ſed propter aliud fit, quod vult qui peccat. Omnes quippe homines, qui ſcientes faciunt; quod non licet, vellent licere. Vſq; adeo ipſum peccare nemo [d] appetit propter hoc ipſum, ſed propter illud, quod ex eo conſequitur. Hæc ſi ita ſe habẽt, non ſunt peccata nolentium; niſi neſcientium [e], quæ diſcernuntur à peccatis volentium.

α ¶ Tanquam ſi peierare nolit, quod tamen facit.] *Hæc non ſunt in vulgatis codicibus B. Auguſtini.*

d ¶ Nemo.] Vnde Seneca. Et ſi ſcirẽ Deos ignoſcituros, homines autẽ neſcituros adhuc dedignarer peccare.

Senecæ dictũ aureum.

e ¶ Neſcientium.] Sic neſciens non peccat & ſic eſt contra 32. q. 7. quemadmodũ. Sol varijs modis dicitur quis neſcire. Dicitur enim neſcire qui nõ ſcit id, quod facit eſſe peccatum, vel non ſcit tantum eſſe peccatum quantum eſt: & talis neſciens punitur, licet nõ adeo grauiter, vt 8. diſt. conſuetudo & pone exemplum de tali. 14 q. 5 forte. Itẽ dicitur neſcire qui facit factum, ſed neſcit qualitatem facti. talis quandoque punitur ſi errat in iure. ſic ignorabat Paulus concupiſcentiam eſſe peccatum. extr. de conſti. nam concupiſcentiam. quandoq; non punitur, ſcilicet cum errat circa factũ ipſum, 34. quæſt. 2. in lectum. Item dicitur neſcire propter caſum ſequentem, vt ſi aliquis uolens interficere Leonem dum vult defendere hominem, caſu interficit hominem, vt 50 diſt. ſæpè. Item dicitur neſcire qui omnino neſcit, vt puer, ebrius, furioſus. talis enim non peccat infra. eo aliquos.

Neſcire dr̃ quis multipliciter.

Digeſt. tit de iniurijs, le. 3.

C. II.

Lib. 47. digeſt. tit. 10.

ILlud relatũ peræq; eſt, eos qui iniuriam pati poſſunt, & facere poſſe: ſane ſunt quidam, qui facere non poſſunt, vt puta furioſus [f], & impubes, qui doli capax [g] non eſt. Namque hi iniuriam pati ſolent, non facere. Cum enim iniuria ex affectu facientis conſiſtat, conſequẽs erit dicere hoc, ſiue pulſent, ſiue conuitium dicant, iniuriam

MErito.] CASVS. Duæ ſunt hic quæſtiones: quarum prima eſt, an peccata neſcientium dicantur peccata nolentium? Et reſpondet quod ſic: & iſta reſponſio eſt in fi. cap. Secunda eſt, an peccatum, quod quis per metum facit, dicatur eſſe peccatum volentis, vel nolentis? & reſpondetur ꝙ volentis. quia licet quis nolit directè ipſum peccatum ad quod compellitur, indirectè tamen vult illud per aliud quod habere non poteſt ſine illo peccato. Et ad hoc probandum inducit exemplum de peierante. Hæc ſi ita ſe habent, ſequitur ꝙ peccata coactiua ſunt volentium.

a ¶ Compellitur] Refert qualis ſit coactio 1. an abſoluta, vel conditionalis, vt extra quod metus cau. ſacris.

1 Sed cẽt qa aĩo violẽtia nõ infertur. vt 32. q 5. §. ꝙ autem. in princ dicitur ibi not.

b ¶ Vult] Arg ꝙ coacta voluntas, eſt voluntas, vt hic & 23. q. 7 duplicet. & q 6. vides. & 74. diſt. conſuluit. & ff. quod me. cau ſi mulier. §. vlt. Eſt ergo in iſtis caſibus arg. ꝙ tenet matrimonium, licet coactio interueniat, vt 22. q. 4. inter cæt 1a. & ff de ritu nup. ſi patre. Sed hoc non eſt uerum, vt extra de ſpon. veniens &c. cum locũ. & 31. q. 2 c. 1. & 2. item ſicut coacta voluntas eſt voluntas, ſic decepta voluntas dicitur voluntas, vt 20. q. 3. conſtituit. & extra quod met. cau. cum dilectus. & extra de

Matrimonium coactè tactum non tenet.

ILlud] CASVS Reddit nunc Grat. ad principale propoſitum, & inducit legem iſtam ad probãdum, quòd ea quæ fiunt ex ignorantia, vel mente alienata, non imputantur. Caſus ergo ſic ponitur. Quæſitum fuit à iuriſperito, vtrum quicunq; poteſt pati iniuriam, poſſit facere iniuriam? Et rñdet ꝙ ſic, niſi ſit furioſus, vel impubes, qui non eſt doli capax. nam iſti iniuriam pati pñt, facere vero nunquã, cũ iniuria non procedat niſi ex voluntate. & probat duobus exemplis, ſ. exemplo iocosè aliũ percutientis, & dñi interficientis liberũ hominem, quem putat eſſe ſeruum ſuum. Et no. ꝙ lex iſta (vt dicit Hu & Ioan Bene.) malè ponitur hic, cum inducatur pro defenſione ad oſtendendum, ꝙ ea, quæ fiunt mente alienata, non imputãtur: ſed dẽret legi poſt. §. ſequentẽ. vel in ſequenti §. poſt illud verbũ [non proceſſerũt]

2 Et hoc cõtno videas ꝙ le. & no. e tit. ca. 2. & de hom ex hibita in gl. ꝙ ei & in glo. ex hoc Archid.

f ¶ Furioſus] Not. quod furioſus facit, idem eſt, ac ſi caſu accidiſſet, vt ff de adm tu. l. vlt in fi.

g ¶ Qui doli capax.] Si enim eſt doli capax, bene punitur, vt extra de delic pue. c. 1. a. & de conſec. diſt. 5. eos, ſed in impubere minori diſtinguitur, an delinquat ex animo, an ex culpa, vt C. ſi aduc. deli. lib. 1. & 2.

a ¶ Res

Digitized by Google

feciſſe non videri. Itaque pati quis iniuriam etiam ſi non ſentiat, poteſt facere nemo; niſi qui ſcit ſe iniuriam facere, & ſi neſciat, cui faciat. Quare ſi quis per iocum [a] percutiat, aut dum certat; iniuriarum non tenetur. Si quis hominem liberum ceciderit †, dum putat ſeruum ſuum [b]; in ea cauſa eſt, ne iniuriarum teneatur. † *al. ceciderit*

¶ *In aliquot vetuſtis exemplaribus à capite* merito, *vſque ad cap.* mulier, *nulla eſt diſtinctio capitulorum.*

Itaque, vt ex præmiſſis apparet, ſiue ex voluntate, ſiue ex infirmitate peccata procedant, palam eſt illa imputari. Sed carnis infirmitas dupliciter intelligitur. Eſt enim languor naturæ, qui carnis concupiſcentia appellatur: quæ verius animæ infirmitas dici poteſt: ſed ideo carnis infirmitas dicitur, quia accidit animæ ex corruptæ † carnis coniunctione. Porro alia eſt infirmitas, quæ propriè carnis dicitur: quia elementorum, ſeu humorum concordia turbata, ipſa caro afficitur, & tandem diſſoluitur. Similiter animi infirmitas duplex eſt. Vna, quæ vitium appellatur, qua anima à Deo ſeparatur, vt eſt ira, odium & alia huiuſmodi. Alia infirmitas animi, quæ cum ipſa non ſit peccatum; eſt tamen pœna, & cauſa peccati, vt eſt obliuio, & ignorantia. Furor autem, cum non ſit peccatum, eſt tamen pœna peccati: vt febris, & cæteræ paſſiones, quas propriè carnis dicimus eſſe: quarum motus, id eſt, ea, quæ illis perturbantibus fiunt, nulli imputantur ad pœnam. ¶ Sed obijcitur de Lamech, qui cum cæcus eſſet, Cain interfecit: nec eum excuſauit cæcitatis infirmitas. Vnde dictum eſt: [Septuplum vltio dabitur de Cain: de Lamech vero ſeptuagies ſepties:] Sed cæcitas ignorãtiæ ſimilis eſt. ¶ Ex vtraque enim quædam fiunt, quæ imputantur: quædam vero minimè. Cæcus namque ſi debitum ſuæ vxori ſe credens reddere, alienã polluit, non eſt reus [c] adulterij. Si autem ludo, vel exercitatione virium, vel venatione iaculum mittens aliquem perimat; quia ab eo penitus [d] hoc debet eſſe alienum, homicidij reus habetur. Mens vero alienata furore, cum ſui compos non ſit, eorum quæ admittit, reatum non contrahit: quia facultatem deliberandi non habuit. Vnde pupillo, & furioſo in maleficijs ſubuenitur: ut non eis imputentur ad pœnam, quæ ex mentis deliberatione non proceſſerunt [α]. Quod non ſolum humanis, ſed etiam diuinis legibus noſcitur approbatum.

† *al. coniuncta carnis corruptione*

Gen. 4.

Ait enim Auguſtinus de paruulis, in lib. de fide ad Petrum diaconum, c. 30.

α ¶ Proceſſ[e]rant.] *Hoc loco in vulgatis erant interiecta hæc verba,* ff. tit. de iniurijs. Illud relatum. require ſupra, *quæ abſunt à manuſcriptis, ideoque inducta.*

C. III.

Firmiſſimè tene, & nullatenus dubites, exceptis illis — Iuo p. 1. c. 30.

Fir-

a ¶ Per iocum] Dum tamen locus ille non ſit noxius, vt extra de præſumpt. c. 1. nam ludus noxius eſt in culpa, vt ff ad l. Aquil. nam ludus.

b ¶ Seruum ſuum.] Secus ſi alienum ſeruum, vel etiam aliquẽ liberum voluit percutere, & percuſſit alium: quia tunc tenetur actione iniuriarum, illi qui ꝑcutitur, vt ff. de iniur. cũ qui. §. iniuria. & hoc ideo, quia hic omnib. modis intendit nocere, & ſi non illi cui nocet: ſed ſecus in caſu priori. Et eſt arg. ꝙ ſi aliqs credit ſolutã cognoſcere, & cognoſcat vxoratam, vr ꝙ non puniat quaſi adulter. [1]

ITAQVE CASVS. Cõcludit Grat. ex ſupradictis dicens, ꝙ peccata imputãtur, ſiue ex volũtate, ſiue ex infirmitate procedãt postea reſpondet huic concluſioni diſtinguens, ꝙ infirmitas carnis eſt duplex. Alia eſt concupiſcentia carnis, q̃ imputatur, & hæc non dr̃ ꝓpriè infirmitas carnis: quia accidit aĩæ ex cõiunctione carnis. Alia eſt turbatio elementorum, & humorum, quę dr̃ propriè infirmitas carnis, vnde febris, & furor oriũtur, quæ non imputãtur. Similiter infirmitas animĩ duplex eſt. Alia eſt mala qualitas, vt ira & odiũ, quę imputant̃. Alia eſt obliuio, vel ignorantia, quæ non imputãtur, cum ſint pęna peccati. Sed poſtea obijcitur de Lamech, quẽ non excuſauit infirmitas cęcitatis, cũ Cain interfecerit ſagittãdo. Et tandẽ ſoluit dicẽs, ꝙ cęcitas & ignorantia ſimiles ſunt. Nã ex vtraq; quędam fiunt q̃ imputant̃, & quædã quę non imputãtur nã ſi cęcus cognoſcat aliquã, quã putat eſſe ſuã vxorem, nõ eſt reus adulterij. Si vero cęcus aliquẽ ꝑimat iactãdo, reus eſt homicidij: q̃a officium alienum vſurpat. Sed furioſus cũ non ſit compos mẽtis, in occidẽdo non peccat, quia deliberare nõ poteſt vnde pupillo & furioſo in maleficijs ſubuenitur. Et ad hoc inducit legem illam, ſcilicet, illud.

[1] Iſta fuit ſnĩa dñi Filei, ſ. ꝙ non punitur pro hoc facit, ꝙ non cõmittitur adulterũ ſine dolo. ff. de adul. l. penul. ad idẽ facit ff. de iniur. itẽ apud Labeonẽ, §. ſi quis. Arch.

quæ deberet hic legi. & c. ſeq. ſcilicet, firmiſſimè.

c ¶ Non eſt reus.] Vt 34. q. 2. in lectum.

d ¶ Penitus.] Cum enim inſiſtit quis operi illicito, tunc non excuſat caſus, ſecus ſi licito: quia tunc excuſat, vt 50. diſtinct. ſæpe.

Firmiſſimè] CASVS. Petrus quæſiuit ab Aug. vtrum quilibet ſit accepturus vitam æternam, niſi fuerit bapti-

baptizatus, & pœnitentiam egerit: & reſpondet quòd non, niſi fuerit baptizatus ſanguine ſuo, vel in aqua; vel niſi habuerit cordis contritionem: & docet quod baptiſmus, & pœnitentia adultis ſit neceſſaria: paruulis vero baptiſmus ſolummodo ſufficit, quandiu ratione vti

qui pro nomine Chriſti [a], ſuo ſanguine baptizantur, nullum hominum accepturum vitam æternam; qui non hic a malis ſuis fuerit per pœnitentiam, ideſt per baptiſmũ [b] liberatus. Et maioribus quidem neceſſarium eſſe, & pœnitentiam de malis ſuis agere, & fidem catholicam ſecundum regulam veritatis tenere, & ſacramentum batiſpmatis accipere: paruulis vero, qui nec propria voluntate credere, nec pœnitentiam pro peccato, quod originaliter trahunt, agere poſſunt; ſacramentum fidei, quod eſt ſanctum baptiſma, quamdiu rationis ætas eorum capax eſſe non poteſt, ſufficere ad ſalutem.

Ex eo autem, quod in fine huius auctoritatis dicitur: [Quamdiu, ſcilicet, rationis eorum ætas capax eſſe non poteſt.] euidenter datur intelligi, nulli poſt baptiſmum peccata imputari, ſiue ſit adultus, ſiue impubes, niſi rationis ſit capax. Vnde etiam de brutis animalibus eadem ratio ab Auguſtino in eodem libro, c. 3. redditur, quare ſua facta eis non imputentur. [Animalia igitur, inquit, præſentis ſæculi curſum, atque ornatum ſecundum creatoris incomprehenſibilem peragunt uoluntatem: quæ de ſuis factis nullam rationem reddituta ſunt, quia rationabilia nō ſunt. Nunquid enim de bobus [c] cura eſt Deo? (1. Cor. 9.) *Homines uero, quia rationales facti ſunt, & de ſe, & de omnibus rebus quas in uſum uitæ præſentis acceperunt, rationem reddituri ſunt Deo: & pro ſuorum actuũ qualitate recipient aut pœnam, aut gloriam.] Sacræ tamen legis auctoritate animalia iubentur interfici, non propter conſcientiam peccati, ſed quia refricant memoriã facti.*

Vnde Auguſtinus ſuper Leuiticum ad c. 20. q. 74.

¶Non propter culpam, ſed propter memoriam facti pecus occiditur, ad quod mulier acceſſerit.

C. IIII.

Leuit. 20. Iuo p. 9. c. 101.

MVlier, q̃ acceſſerit ad omne [d] pecus, & vult aſcẽdi ab eo; interficietis mulierem, & pecus: morte moriantur: rei ſunt.] ¶Quæritur, quomodo ſit reum pecus: cum ſit irrationale, nec vllo modo legis capax. *& infra.* ¶Pecora inde credendum eſt iuſſa interfici; quia tali flagitio contaminata, indignam refricant facti memoriam.

2 *De furioſis autem euidentiſſime ſcribit Auguſtinus in libro quæſtionum ueteris, & noui teſtamenti, q. 2. in fine, ita dicens.*

EX EO AVTEM. CASVS. Concludit Grat ex fine ſuperioris cap. ſcilicet quod nec adulto nec paruulo poſt baptiſmum peccatũ imputatur niſi vtatur ratione: ſicut nec brutis animalibus aliquid imputatur. Et ad hoc probandum inducit auctoritatẽ Auguſtini. reperitur tamen in ſcriptura animalia eſſe interfecta nō ratione delicti, ſed q̃a facti memoriam refricant, vt infra ſeq. cap.

c ¶De duobus.] Scilicet quo ad vitam æternam: ſed quo ad vitam temporalem bene, iuxta illud Homines & iumẽta ſaluabis Domine, ſcilicet pro ſalute temporali prouidendo eis neceſſaria: iuxta illud. Omnia expectãt a te Domine, vt des illis eſcam in tempore opportuno.

MVlier.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima ponitur auctoritas Leuitici, in qua dicitur, quod mulier quæ acceſſerit ad aliq̃d pecus, debet interfici, & pecus ſimiliter. In ſecunda parte ponuntur verba Aug. exponentis illam auctoritatem: & dicit quod animalia iubent interfici, nō q̃a peccauerint, ſed quia refricant memoriam facti. Secunda pars incipit ibi. [Quæritur quomodo.]

d ¶Ad omne.] .i. ad aliquod ex omnib: ſin. eſt 1. q. 7. ſi quis omnem.

e ¶Memoriam.] Si. eſt. 81. d. valet. Alibi tamen reſeruantur thuribula laminarũ & plubice exponuntur, vt 7. q. 1. deniq; & de conſec. d. 2. & dixit: ſed iſtud ad terrorem fit, &c.

DE FVRIOSIS. eſt 2. pars q. in qua intendit probare ꝙ ignorantes ex toto, furioſi & ebrij non peccant in illo actu, ſed peccant ſe inebriãdo, & hoc probat p 9. auctoritates. Io de Fant. CASVS. Quia facta eſt ſuperius mentio de furioſis, ideo nunc euidenter oſtendit Gra. quòd ea quæ fiunt tempore furoris, non imputantur: & ad hoc inducit ſeq cap.

vti non poſſunt.

a ¶Pro nomine Chriſti.] Dum tamen adſit charitas, aliter non ſufficit alicui ad ſalutem pati martyrium, vt 90. d. neque.

Baptiſmus triplex.

b ¶Per baptiſmum.] Debere addere tertium membrum, ſcilicet baptiſmum contritionis Eſt enim triplex baptiſmus fluminis, flaminis, & ſanguinis, ideſt, aquæ, & ſanguinis, & contritionis, vt de conſec. d. 4. c. baptiſmi vicem.

Aliquos

Digitized by Google

ALiquos ſcimus.] CASVS. Quidam furioſi quoſdam interfecerunt. Quæſitum fuit ab Augu. vtrum eis imputetur? Et reſpondetur ꝙ non, quia non ex voluntate fecerunt, ſed implente furore, & neſcientes fecerunt.

a ¶Et iudicijs.] i. iudicibus.

b ¶Reos.] id eſt, condemnatos.

c ¶Vi.] i. furore.

d ¶Qui neſcit.] Hic manifeſte vides, ꝙ ea q̃ a furioſis fiunt, nõ imputantur 1 vt inf. c. prox. & 3. q. 9. indicas. licet quidã dicant, quod ſi culpa ſua quis incidat in furorem, imputatur ei. inf ea. ſi quis inſaniens.

1 An furioſ' vel prodigus alienare poſſit ante interdictionem, vel poſt, ſibi factam: not. ff. de cura. fur. l. 1. & ſa cit ff de teſt. is cui.

ILla cauenda ſũt.] CASVS. Quæſitũ fuit ab Ambro. quæ ſunt illa, quæ imputantur alicui, & quę non: Et reſpondet ꝙ peccata quæ procedunt ex volũtate, imputantur, & etiam quæ procedunt ex imperitia. In his tamen locus erat refugij in veteri teſtamento, quod probat auctoritate legis Moſaicæ: ſed ægritudo, paupertas, mors, & ignobilitas, cum nõ ſint mala, nõ imputantur.

e ¶Domini.] id eſt, auctores.

f ¶Horum.] id eſt, vitiorum.

g ¶Principia.] id eſt, cauſas.

h ¶Extrinſecus.] id eſt, alijs non imputemus.

i ¶Agnoſcamus.] i. nobis attribuamus ea.

k ¶Voluntarios.] Quia vaſis iræ, &c. vt 23. q. 4 Nabuchodonoſor.

l ¶Legis.] Moſaicę. Tangit quod legitur in Exodo. & Deuteronomio, ꝙ tres erãt ciuitates refugij vltra Iordanem 2 & tres citra 3 quarum talis erat vſ', ꝙ ſi qs hominẽ nolens occidiſſet, & fugiebat ad vnam illarum: ibi de conſanguineis occiſi erat tutus, ſed ſi antequam illuc perueniſſet inuentus fuiſſet, ille qui poterat eſſe vltor ſanguinis effuſi, impune occidebat eum: ſed poſtquam illuc venerat, ſi propinqui occiſi volebant eum conuincere, quod ſponte occidiſſet eum, & hoc probabant coram ciuibus vrbis illius, tradebatur illis ad occidendum, erat autem ibi fugitiuus vſque ad reconciliationem cum propinquis occiſi, vel vſque ad mortem ſummi pontificis, in qua omnes fugitiui ſecure redibant ad propria.

Ciuitates refugij erant ſex.

2 Nõia iſtarum ciuitatũ ſunt ista Boſor. Ramoth, Golã.

3 Scilicet Cades Sichem, Ebron.

m ¶Hoc igitur.] id eſt, primo dictum.

SAne.] CASVS. Oſtendit Ambroſ. in hoc cap. ebrietatem eſſe vitandam, per quam ſi qua mala faciũt ebrij apud ſapientes impunita relinquuntur, & donantur venia: & de hoc damnantur, quia faciles fuerunt ad bibendum vltra modum.

n ¶Venia.] id eſt, minori pœna, quàm ſi ex certa ſcientia feciſſent 4.

4 Ad hoc ff. de re mil. oẽ delictum. §. quiſſe.

o ¶Damnantur.] Et etiam redarguunt eos, qui ſunt nimis

¶Culpa non neceſſitate, ſed voluntate reum conſtringit. C. V.

ALiquos ſcimus ſubito dementes factos fuiſſe, ferro, lapidibus, morſibus, multis nocuiſſe: quoſdam etiam occidiſſe: captos autem induſtria, & iudicijs † [a] oblatos minime reos [b] factos; eo quod non voluntate, ſed impellente vi [c] neſcio qua hæc geſſerint neſcientes. Quomodo enim reus conſtitueretur, qui neſcit [d] quid faciat. Iuo p. 13. c. 91.

† *al. iudicibus.*

Item Ambroſius in Hexameron in tractatu primi diei. Lib. 1. c. 8.

¶Reus voluntate, non neceſſitate conſtringitur. C. VI.

ILla cauenda ſunt, quæ ex noſtra voluntate prodeunt, delicta iuuentutis, & irrationabiles paſſiones corporis. Quorum igitur nos ſumus domini [e]; horum [f] principia [g] extrinſecus [h] non requiramus, nec deriuemus in alios, ſed agnoſcamus [i] ea, quæ propriè noſtra ſunt. Quod. n. poſſumus nos facere, ſi volumus: huius electionem mali nobis potius debemus, quàm alijs adſcribere. Ideo etiam in iudicijs iſtis voluntarios [k] reos, non ex neceſſitate cõpulſos culpa ſtringit, pęna condemnat. Neque. n. ſi per furorem aliquis innocentem peremerit, obnoxius morti eſt: quin etiam ipſius diuinæ legis [l] oraculo, ſi quis per imprudentiam intulerit necem, accipit impunitatis ſpem, refugij facultatem, vt poſſit euadere. Hoc igitur [m] de eo, ꝙ propriè malum videtur; dictum ſit. Mala enim non ſunt, niſi quæ crimine mentem implicant, & conſcientiam ligant. Cæterum pauperiem, ignobilitatem, ægritudinem, mortem nemo ſapiens mala dixerit, nec in malorum ſorte numerauit: quia nec contraria iſtis *a* in bonis habentur maximis: quorum alia nobis ex natura, alia ex commoditate accidere videntur. Deuter. 4. & 19.

a ¶Nec contraria iſtis.] *Emendatum eſt ex originali. Nam antea legebatur:* quia neceſſaria iſta in bonis, &c. *In multis tamen antiquis finis huius capituli eſt in verbo,* numerauerit.

Idem in libro de Patriarchis, c. 6. lib. de Abraham.

¶Veniam habent, quæ ignorantes ebrij committunt. C. VII.

SAne diximus vitandam ebrietatem, per quam crimina cauere non poſſumus. Nam quæ ſobrij cauemus; per ebrietatem ignorantes committimus *& paulo poſt.* ¶Neſciunt quid loquantur, qui nimio vino indulgent; iacent ſepulti; ideoque, ſi qua per vinum deliquerint; apud ſapientes iudices venia [n] quidem facta donantur, ſed leuitatis damnantur † [o] auctores.

† *notatur*] orig.

Digitized by Google

mis faciles ad inebriandum ſe. Alij intelligunt quòd non punitur de eo quod ebrius fecit: ſed tantum pro eo quod leuis erat ad inebriandum ſe..

SI côcupiſcentia.] CASVS. Oſtendit hic Aug. ꝙ ſi homo vigilans extra mentem poſitus aliquid per concu-

INebriauerunt.] CASVS. Hoc c diuiditur in duas partes. In prima parte ponuntur verba Geneſ. [Inebriauerunt, &c.] In ſecunda parte verba Auguſt exponentis verba illa: dicit n quod propter inceſtum Loth, puniri non debet: ſed quia nimis fuit facilis ad inebriandum.

Item Auguſtinus lib. 1. de ciuitate Dei, c. 25.

¶ Inobedientia, vel concupiſcentia non habet culpam in corpore non conſentientis.

C. VIII.

SI concupiſcentia [a] vel α inobedientia [b], quæ adhuc in membris moribundis habitat [c], præter noſtræ voluntatis legem, quaſi lege ſua mouetur; quanto magis abſque culpa eſt in corpore non conſentientis, ſi abſque † culpa eſt in corpore dormientis [d]?

† Adde ꝙ hæc dictio abſq; ponitur hic exclusiuè. côcordat l. minime, & ibi glo. C. de appel.

α ¶ Concupiſcentia vel.] *In originali legitur*: Quòd ſi illa concupiſcentialis inobedientia.

Idem libro 22. contra Fauſtum, c. 44.

Iuo p. 9. c. 116. *Gen. 19.*

¶ Loth non de inceſtu, ſed de ebrietate culpatur.

C. IX.

INebriauerunt Loth filiæ eius, & ſe neſcienti miſcuerunt. ¶ Quapropter culpandus eſt [e] quidem: non tamen, quantum [f] ille inceſtus, ſed quantum illa meretur ebrietas.

Item Ambroſius libro primo de Iacob, & vita beata, cap. 3.

¶ Nemo trahitur ad culpam, niſi ductus propria voluntate.

C. X.

†*quod in alios deriuemus*] orig.

NOn eſt, ꝙ cuiquam noſtram adſcribamus ærumnam β [g], niſi noſtræ voluntati. Nemo tenetur ad culpam, niſi voluntate propria deflexerit. Non habent crimen, quę inferuntur reluctantibus [h]. Voluntaria tantum commiſſa ſequitur delictorum inuidia [i], quam † in alios deriuamus [k]. Voluntarium ſibi militem legit Chriſtus: voluntarium ſeruum ſibi diabolus auctionatur [l] γ. Neminem iugo ſeruitutis adſtrictũ poſſidet, niſi ſe prius peccatorum ære [m] ei vendiderit.

β ¶ Aerumnam.] *Apud B. Ambroſium legitur*, culpam. *ſed ob gloſſam non eſt mutatum.*

γ ¶ Auctionatur.] *In vulgaris codicibus ſequebatur*, & acquirit iuri ſuo: *quæ ſunt expuncta, quoniam abſunt à manuſcriptis, & originali.*

Idem in libro 2. de Cain, & Abel, c. 4.

¶ Miniſter Dei eſt, qui inuitus homicidium facit.

C. XI.

NEc is, qui inui-

Secunda pars eſt ibi, [Quapropter.] Ita videtur caſus ponẽdus ad hoc, vt faciat ad propoſitum Grat. gl. tamen diuerſimodè verba illa exponunt.

e ¶ Culpandus eſt.] Videtur ergo ꝙ peccat qui neſciens in ebrietate aliqd facit vt hic, & 35. d. ſexto die. Sed dic ꝙ hic nõ erat Loth neſciẽs, natura. n. nõ patitur, ꝙ aliqs neſciens coeat: ſed dicitur neſciens, qa neſciebat eſſe filias ſuas credebat. n. eſſe vxorem ſuam.

f ¶ Quantũ.] Tripliciter exponitur hoc. Quidã ſic exponunt quod punit pro inceſtu, & pro ebrietate, vel aliter: nõ punitur quantum inceſtus meretur, ſcilicet ſi eſſet ex deliberatione. Alij dicunt, quod nullo modo punitur pro inceſtu: ſed tantũ pro ebrietate: quę ebrietas tãtum eſt veniale peccatum, vt 25. diſtinc. §. criminis. Lau.

Loth etiam ebrius peccauit.

NOn eſt.] CASVS. Quidam peccata, quę cõmittebant, in alios deriuabant: ſed probat Ambr. ꝙ crimina ex propria voluntate cõmittuntur, per quæ quis ſe diabolo ſubijcit: ſicut quis ex propria volũtate miles Chriſti efficitur.

g ¶ Aerumnam.] Id eſt, pœnam vel culpam.

h ¶ Reluctantibus.] Id eſt, ex toto diſſentientibus, ſcilicet cũ eſt abſoluta coactio. 50. diſtinct. presbyteros.

† *Immo tollitur totum illud quod verã, et propriam peccati rationẽ habet. Côc. Trid. ſeſſ. 5. in vlt. anathematiſmo.*

cupiſcentiam, vel inobedientiam faciat, non committit mortale peccatum: & hoc ad inſtar dormientis, in quo concupiſcentia ſine culpa ſua lege mouetur.

a ¶ Si concupiſcentia.] Id eſt, fomes originalis peccati.

b ¶ Vel inobedientia.] Id eſt, originale peccatum. quod ex inobedientia proceſſit.

c ¶ Habitat.] Non enim tollitur penitus originale in baptiſmo † quo ad ſui eſſentiam: ſed eius effectum mitigat baptiſmus, ne per illud damnemur, vt ꝫ de conſec. diſt. 4. cap. 2.

d ¶ Dormientis.] De hoc dictum eſt, an dormiens peccet, ſupra diſt 6. teſtamentum. Io. de Fan.

i ¶ Inuidia] Id eſt, pœna.

K ¶ In alios deriuamus.] Id eſt, alijs exemplum damus.

l ¶ Auctionatur.] Id eſt, emit. Vel auctionatur, id eſt, per auctionem perit.

m ¶ Peccatorũ ære.] Id eſt, peccatis delectantibus. nam ipſum peccatum dat nobis diabolus pro pretio, vt nos demus ei ius ad occidendum nos.

NEc eis] CASVS. Hoc capitulum diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd ſi quis caſu interfecit aliquem, miniſter Dei eſt: quod probat auctoritate Deuter. ſicut leuita miniſter eſt remiſſionis. In ſecunda parte dicitur, ꝙ cum interficitur aliquis impius,

Chriſtus

Digitized by Google

tus [a] aliquod fecerit homicidium, extra miniſterium eſt. Siquidem lex ait de eo: [Quia Deus dedit eum in manus eius [b].] Manus ergo eius, inſtrumenti modo, diuinæ vltioni miniſterium præbuerunt. *Exod 21.* Leuita [c] igitur *Deut.19.* miniſter remiſſionis [d] eſt. Percuſſor autem, qui tamen non ex diſpoſitione, ſed præter voluntatem fecerit homicidium, diuinæ miniſter eſt vltionis. ¶ Illud quoque ſpecta: quia cum interficitur impius, Chriſtus [e] infunditur [f]: & vbi abominatio [g] aboletur, ſanctificatio conſecratur [h] α; quia Dominus dixit: [In ea die, qua interfecero omne primogenitum [i] Aegypti, ſanctificabo *Num. 3.* mihi omne primogenitum Iſrael.] Quod non ad unum [k] diem afflictionis Aegypti referes, ſed ad omne tempus β.

α ¶ Conſecratur.] *Apud B. Ambroſium legitur,* congregatur.
β ¶ Omne tempus.] *Poſt hæc in originali ſequitur, c. cum renunciatur, infra 32. q. 1.*

Cum itaque, qui inuitus hominem interfecerit miniſter Dei ſit, cum innocentem furore permens morti nequaquam obnoxius ſit, cum ſubito dementes eorum, quæ faciunt, reatum minimè geſtent; patet hunc ſacerdotem homicidij reum non eſſe: vnde nec ſacerdotio priuari debet.

Obijcitur autem illud, quod eſt in pęnitentiali Theodori. In concilio Vormacien.c.28.

¶ In ſe reuerſus pœnitentiam agat, qui inſaniens aliquem occidit. C. XII.

j SI quis inſaniens aliquem occiderit; ſi ad ſanam mentem peruenerit, leuior ei pœnitentia [l] imponenda eſt. Burc.l.6 c 25. Iuo p.10.c.154.

¶ *In concilio Vormacienſi, & apud Burchardum, & Iuonem hęc ſequuntur,* quàm ei, qui ſana mente tale quid commiſerit.

Sed hoc forte de eo intelligitur, quem propria [m] culpa ad furorem perduxit. ¶ Item obijcitur. Sunt quædam, quæ etſi non imputentur ad pœnam, tamen impediunt ſacramenti ſignaculum. Ambitio namque parentum filio non imputatur ad pœnam: cui tamen obeſt [n] ad eccleſiæ munus accipiendum. Sic quæ mente alienata fiunt, etſi non imputentur ad pœnam, tamen ſacri muneris executionem impediunt.

Vnde Hieronymus ait.

¶ Innocens eſt, qui non iratus, ſed propter diſciplinam caſu aliquem interfecit. Auctor operis imperf in Mattheum, hom.28.

C. XIII.

ij SI quis non iratus, ſed propter diſciplinam [o], pal-

Chriſtus diffunditur per orbem. Et hoc probat auctoritate Domini dicentis in Exodo: In ea die, &c. Secunda pars incipit ibi, [Illud quoque.] [In manus eius.] Id eſt, occidentis caſu.

a ¶ Inuitus.] Hoc vult dicere, ꝙ cum aliquis caſualiter occidit hominē, non peccat, vt 23. quęſt. 5. ſi homicidium.

b ¶ Eius.] Scilicet occidentis.

c ¶ Leuita.] Id eſt, ſacerdos.

d ¶ Remiſſionis.] Peccatorum.

e ¶ Chriſtus.] Id eſt, gratia Chriſti.

f ¶ Infunditur.] Alijs. alij enim per hoc emendantur.

g ¶ Vbi abominatio.] Id eſt, perſona abominabilis.

h ¶ Conſecratur.] In alijs.

i ¶ Primogenitū.] Totum hoc myſticè pōt legi: & ſic appellant primogenita Aegypti, vitia, quæ quotidie facim⁹, primogenita Iſrael virtutes.

K ¶ Non ad vnum.] Ecce qualiter indiffinita exponitur vniuerſaliter. ſic 1. q. 3. Saluator. circa fi. 28. q. 1. idololatria.

CVM ITAQVE. CASVS. Concludit Grat. ex ſupradictis, ꝙ ſacerdos iſte non eſt reus homicidij. et ideo ſacerdotio priuari nō debet, ſed cōtra hoc ſtatim obijcit ſeq. c. cuius patet.

l SI quis.] ¶ Pœnitentia.] Iſtis imponitur pęnitētia: & tñ non deliquerunt. ſed hoc fit ad cautelam, vt 50. di. presbyteros. & 34. q. 2. in lectū. & ne diſciplina eccleſiæ deſeratur, vt 23 q. 5. excōmunicatorum. Ioan. de Fant.

SED HOC. CASVS. Modo ſoluit ſupradictum c. G. & dicit, quòd poteſt de eo intelligi, qui ſua culpa incidit in furorē. Poſtea obijcit contra hoc, & dicit ꝙ quædam ſunt, quæ nō deijciunt promotum, nec imputātur ad pęnam, ſed impediunt executionem. Vnde ſicut parentum ambitio impedit promouendum, etſi ad pœnam filio non imputetur: ita ea quæ fiunt mente alienata, non imputantur ad pœnam, etſi executionem impediant, & ad hoc inducit ſequens capitulum.

m ¶ Propria.] Hæc opinio nō eſt approbanda, quia ſatis ipſo furore puniť, vt 3 q. 9. indicas, ff. de off. pręſi. l. diuus.

n ¶ Obeſt.] Vt 1. q. 5. c. 1. Ioan. de Fant.

SI quis.] CASVS. Dicitur in hoc c. ꝙ ſi quis corrigendo diſcipulum ſuum caſu eum occiderit, non imputatur ei quo ad Deum, qui voluntatē reſpicit, & non factum,

ctum, ſed quantū ad legem promotionis eſt reus: in qua opus requiritur, & voluntas. & hoc probat Hier. exemplo virginis oppreſſæ: quæ & ſi non peccauerit, inter virgines tamen conſecrari non poteſt.

o ¶ Propter diſciplinam.] Leuis autem caſtigatio permittitur magiſtro, vt ff. ad l. g Aquil. ſed & ſi. §. vlt.

a ¶ Quan-

Digitized by Google

mam alicui dederit, & euentu occiderit, ſicut fieri ſolet; quantum ad gratiam, icnocens eſt: quia voluntatem, non opus requirit. Quantum autem ad legem [a], reus eſt: quia opera requirit. ¶ Item ſi in perſecutione virgo fuerit oppreſſa; repellitur lege [b], quia opus inſpicit, non voluntatem [c]; in gratia autem quaſi virgo ſuſcipitur; quia non opera quærit, ſed voluntatem.

32.q.5.de pudicitia.

¶ *Verba huius capitis vſque ad verſ.* Item ſi in perſecutione, *leguntur in homil.28.operis imperfecti, ad c.xi. Matthæi reliqua autem, & fere eadem ibi leguntur, & ſimillima in comm. B. Hieronymi in idem xi.c. Matth. Ipſa autem prorſus B. Hieronymi verba referuntur inf.32.q.5. de pudicitia, verſ ſingo.*

Sicut ergo, qui propter diſciplinam caſu homicidium facit, quantum ad legem reus eſt, quantum ad gratiã [d] innocens: ſic iſte ſacereos, qui furore homicidium fecit, quantum ad culpam innocens eſt, quantum ad ſuſcepti muneris executionem reus probatur. ¶ *His ita reſpondetur. Non omnia, quæ ordinandum impediunt, ordinatum deijciunt.* [e] ¶ *Non .n. poteſt ad ſacerdotium prouehi, qui aliquando inſaniuit* †. *Veruntamen ſi poſt ſacerdotium furere cœperit: non ideo ſacerdotio carebit: niſi forte nunquam ad ſuæ mentis officium illum redire contingat.* ¶ *Sicut de quodam epiſcopo Gregorius ſcribit in regeſto ad Eleutheriũ epiſcopũ: [Quamuis [f] triſte ſit nobis, &c.] vt ſup. in cauſa: [Longa inualetudine grauatus.]*

7.q.1.quamuis.

1 Quia talis de cætero nõ poterat promouerit, nõ q̃a peccauerit, ſed ꝑꝑ horrorẽ facti & ꝑꝑ eccleſiaſticã diſciplinam ſeruandrm. Sed H. credit ꝙ iſte nõ debeat repelli a promotione ſed quidquid hic dicatur dic ꝙ bene ꝑ eũ diſtinguit 50.d.§ caſu. Arch.

† Adde idẽ eſſe in matrimonio, vt no. in l. furor & ibi concor. ff. de ſponſa.

QVÆSTIO II.

PRo impenſis [g] vero patrocinijs in Tarraconenſi concilio clerici exigere munera prohibentur: in quo ſic ſtatutum legitur, capitulo 10.

a ¶ Quantum autem ad legem.] Moſaicam, quæ permittebat ꝙ ſi quis caſu occidiſſet hominem, dummodo nõ inueniretur intra ciuitates refugij, poterant parentes occiſi interficere occiſorem ſecundum quoſdam: ſimiliter ſm leges canonum impeditur a promotione, 1 ſecundum quoſdam: quod non concedo, vt dixi 50.d. de his, vel intellige quod hic dicit, quãdo exceſſit modum in corrigendo.

b ¶ Lege.] Canonica, quia non poteſt inter virgines conſecrari, vt 33 q.4. ille.

c ¶ Voluntatem] Sic 14.q.9. ſi quid inueniſti. inf. ea q 6. c.1 in fi.

SICVT. CASVS. Infert G ex ſupradicto c dicens, ꝙ iſte ſacerdos innocens eſt quo ad Deum: ſed quantum ad executionem officij reus habetur.

d ¶ Ad gratiam.] Scilicet Dei.

HIS ITA. CASVS. Modo ponit G. verã ſolutionem dicens. ꝙ multa impediunt promouendum, quæ non deijciunt iam promotum. Vnde ſacerdos iſte & ſi promoueri non poſſit, non carebit ſacerdotio iam ſuſcepto: niſi forte nunquam ad ſanam mentem rediret, & ad hoc inducit c ſup. 7.q.1. quamuis ſit triſte.

e ¶ Deijciunt.] Vt 68. ſicut 19. d. Petrus, & turpius eijcitur, & c. 50 d. quicunq; & ext de iureiu. quemadmodum

f ¶ Quamuis].ſ. inf. 7.q.1. quamuis.

PRo impenſis.] CASVS. Hic intitulatur ſecunda quæſtio, vbi quæritur an clerici pro impẽſis patrocinijs ſalaria petere poſſint. Et reſpondetur clerici aut ſunt religioſi, aut ſunt ſæculares. Religioſi exigere non poſſunt, vt inf. ea. §. vlt. q̃a poſtulare nõ poſſunt, niſi in cauſa monaſterij ſui, & de Abbatis licentia, vt 16.q.1. monachi. Si vero ſunt ſæculares, coram ſæculari iudice poſtulare nõ poſſunt, ſi ſunt in ſacris ordinibus conſtituti vel in minoribus, ſi habeant beneficium vnde viuant: niſi in propria cauſa, vel eccleſiæ ſuæ, vel miſerabilium perſonarum, vt dicebatur in concilio Lateran. de poſtulando. Clerici in criminali cauſa corã ſæculari iudice non poſſunt aduocare, vt 15.d. aliquantos. ſed coram eccleſiaſtico aduocabũt: epiſcopi tamen, & ſacerdotes aduocare non poſſunt, vt 5.q.3. quia epiſcopus.

Clerici an poſſint aduocare.

g ¶ Pro impenſis.] Hic quæritur an clericis liceat recipere munera pro aduocationib. Primo ergo ſcias, ꝙ clericus in cauſa criminali corã ſæculari iudice non poteſt allegare, vt 51 diſtin. aliquantos, & 23 q 8 his a quibus niſi ad hoc vt ſupplicet pro eis, vt 14 q. 6 ſi res, & 23.q.5.c. 1. & 2. & c. reos. itẽ in ciuili cauſa corã ſæculari iudice non aduocabit niſi ꝓ ſe & eccleſia ſua, & ꝓ miſerabilibus perſonis, & hoc ſiue ſint in ſacris, ſiue in minoribus ordinibus conſtituti: dummodo beneficijs eccleſiaſticis ſuſtententur, & ſi non habent beneficium tunc ſi ſunt in minoribus ordinibus, poſſunt, vt extra de poſtul. clerici. epiſcopi autem, & ſacerdotes non debent indifferenter aduocare: ne vileſcant dignitates ipſorum, vt 88. diſtin. perlatum, & 15. qõ.5. denique. ſed coram eccleſiaſtico iudice licite poſſunt petere ſalarium, ſi ſunt in ſacris ordinibus vt inf. ea. c.1. Derogatum tamen eſt huic canoni per contrariam conſuetudinem, nemo enim cogitur facere de ſuo beneficium, vt 10. quæſt. quinta, precariæ. Item dignum eſt eum recipere emolumentum, qui præſtat obſequium, vt 12. quæſt. ſecunda, charitatem. Item nemo cogitur ſuis ſtipendiis militare, vt ext. de ſi cum ſit. in parte deciſa. immo eſt expreſſum, extra de præſcri. cum ex officii. Religioſi vero & monachi vel regulares non niſi pro ſua eccleſia debent aduocare, & abbate ſuo præcipiente. 16. quæſt. 1. monachi. Id quod dicit de ſacerdote, hodie corrigitur, vt extra de poſtul. capit. vlt. B.

Obſer-

Digitized by Google

OBſeruandum.] CASVS. Quæſitum fuit in Tarraconenſi concilio, vtrum clerici more ſæcularium aduocatorum pro patrocinijs munera exigere poſſent. Et reſp. ꝙ non, ſed ſponte oblata poſſunt recipere, & ſi quis contra fecerit, tanquam vſurarius deponatur.

infra ead. nemini, & regulariter confeſſio vnius alteri non præiudicat, vt 2. quæſt. 5. interrogandum. admittitur tamen mulier cum agitur de crimine in modum denunciationis, vel inquiſitionis, vt extra de teſtibus, quoniã. vel cum agitur in modum exceptionis, vt extra de teſti. tam

a ¶Iudicum.] ideſt aduocatorum. Vel dic iſtum eſſe tenorem c. ꝙ licet pro ſęculari honore aliq̃d dari, vt ff. de poli pactũ & l. ſi q̃s ob honorem. non tamen pro eccleſiaſtico aliquid poteſt peti. Itẽ not. ꝙ licet pro ſęculari honore aliquid poſſit promitti, non tamen pro ſæculari adminiſtratione, vt 1. quæſt. 7. ſancimus 1 Ioan.

1 Vide q̃d not. ſup. 1. q. 2. §. 1. in gl. 2

HOC. CASVS. Dicit Gratia. ꝙ hoc c. de regularibus loquitur. ſæculares vero clerici de conſuetudine eccleſiæ pro impẽſis patrocinijs munera exigere poſſunt.

Pro patrocinijs impenſis clericus munera exigere non debet. C. I.

OBſeruandum quoque decreuimus, ne quis ſacerdotũ, vel clericorum, more ſæcularium iudicum [a], pro impenſis patrocinijs munera audeat accipere †, niſi * forte in eccleſijs gratuito oblata: quæ non fauore muneris videantur accepta, ſed collatione deuotionis illata. Quòd ſi quis iſta † probatur accipere; veluti exactor fœneris, aut vſurarum poſſeſſor, ſecundum ſtatuta patrum ſe nouerit degradandum.

† al. exigere.

† al. ita.

* Adde, ꝙ doctor ſacerdos põt dare cõſilium in camera, nec dr̃ aduocat⁹, no. Bar. in l. 1. §. aduocatus. ff. de va. extraor. co. & in l. 1. §po ſtulare. ff. de poſtula.

Hoc autem de illis intelligendum eſt, qui canonicam vitam profeſſi regulariter ſe victuros propoſuerunt. Generali namque eccleſiæ conſuetudine receptum eſt, & moribus approbatum, vt clerici more aduocatorum patrocinia impendant, & pro impendendis munera exigant, & pro impenſis ſuſcipiant.

QVAESTIO IIII.

TErtio.] CASVS. Hic ponitur 3. q̃ſtio in qua querit̃, vtrũ, ex mulieris cõfeſſione presbyter iſte ſit cõdemnandus, & certũ eſt quod non, vt inf. c nemini. Primo tamen probat, ꝙ mulier ſacerdotem accuſare nõ valet duabus rationibus. Prima eſt, quia ſm canones nullus poteſt ſacerdotem accuſare, nec in eum teſtificari, qui non eſt ſacerdos: nec põt ad ſacerdotiũ ꝓmoueri: ſed mulier ad ſacerdotiũ promoueri nõ põt, nec etiã ad diaconatũ, & ita mulier accuſare non põt: ad q̃d inducit c. 2. q. 7. ipſi Apoſtoli. Secunda ratio eſt, quia mulier ſm leges apud iudices poſtulare non poteſt, niſi ſuã vel ſuorum iniuriam proſequatur. Quare cum iſta mulier nec ſuam nec ſuorum iniuriam proſequatur. ad accuſandum admitti non debet. Poſtea probat contrariũ, nam mulier admittitur ad maius, ſcilicet ad iudicandũ: & hoc probat exemplo Delboræ propheti ſſæ, quæ populum Iſrael in veteri teſtamento iudicauit, ergo etiam poteſt ad accuſandum admitti, cum non prohibeatur per diuinam ſcripturam.

TErtio [b] quæritur, an ex mulieris confeſſione iſte ſit condemnandus. In quo primo videndum eſt, an mulier ſacerdotem accuſare ualeat. Quod ſacris canonibus omnino uidetur eſſe prohibitum [c]. Generaliter [d] enim ſtatutum eſt ex decretis Fabiani Papæ, ut ſacerdotes Domini non accuſent, nec in eos teſtificentur, qui ſui ordinis non ſunt, nec eſſe poſſunt. Mulieres autem non ſolum ad ſacerdotium, ſed nec etiam ad diaconatum prouehi poſſunt. Unde nec ſacerdotes accuſare, nec in eos teſtificari ualent. Legibus [e] quoque cautum eſt, ut ob uerecundiam ſui ſexus mulier apud prætorem pro alio non intercedat †, niſi forte ſuas, uel ſuorum iniurias perſequi uoluerit. Hæc autem, quæ nec ſuas nec ſuorum iniurias perſequitur, ad hanc accuſationem admitti non debet. ¶ Econtra [f] qui iudicis perſonam gerere ualet, ab accuſatoris officio non remouetur. Mulieres [g] aũt in ueteri teſtamento populũ iudicaſſe, quicumq; librum Iudicũ [h] legerit, ignorare non poteſt. Non itaq; ab accu-

2. q. 7. ſicut ſacerdotes.

ff. de reg iu. l. fœmina.

† Conc tex. in l. 1. §. ſcd̃o loco. ver. ſexum. ff. de poſtu.

Iud. 4.

Mulier an poſſit teſtificari in crimine cõtra clericum.

b ¶Tertio.] Per mulieris teſtimonium non poteſt clericus conuinci de crimine, tum quia mulier non eſt, nec poteſt eſſe eiuſdem ordinis, vt ſupra 2. q. 7. ipſi Apoſtoli. & cap. teſtes. tum quia ipſa, quæ confitetur proprium delictum, non poteſt teſtificari de alterius delicto, vt

tam literis.

c ¶Prohibitum.] Vt inf 33. q. 5. mulierem, & extra de verb. ſign.

d ¶Generaliter.] Excipit.

e ¶Legibus.] ff. de reg. iur. fœminæ. ſup. 3. q. 7. §. tria.

f ¶Econtra] Intendit.

g ¶Mulieres.] Fœmina de iure non poteſt eſſe iudex, vt 33. q. 5. mulierem, & 3. q. 7. §. tria ff de reg. iur. fœminæ. niſi ei princeps ſcienter deleget cauſam, vt 2 q. 5. Mennam & 23. q 4. ſi quos 12. q. 2. cum deuotiſſimam. Vel niſi ex præſcripta conſuetudine hoc habeat, vt extra de arbitr dilecti. Item nec docere poteſt, vt 23. d. mulier.

Fœmina an poſſit eſſe iudex.

h ¶Iudicum.] Ibi enim legitur, ꝙ Delbora prophetiſſa

poſuit

Digitized by Google

poſuit tentorium ſuum in monte Effraim ſub arbore palmæ, quæ dicebatur palma Delboræ: & ibi iudicabat populum Iſrael.

HIS ITA RESPONDETVR. CASVS. Reſpondet Gratia. obiectioni ſupradictæ, dicens quòd licet in veteri

ſatione remoueri poſſunt, quas etiam iudicis perſonā frequenter geſſiſſe conſtat: nec vlla ſerie diuinarum ſcripturarum ab accuſatione prohibentur. ¶ His ita reſpōdetur In veteri lege multa permittebantur, quæ hodie pfectione gratiæ abolita ſunt. Cū enim mulieribus permitteretur populū iudicare; hodie pro peccato qđ mulier introduxit, ab Apoſtolo eis indicitur [a] verecundari, viro ſubditas eſſe in ſignum ſubiectionis velatum caput habere. Quæ ergo his omnibus viro ſubiecta eſſe oſtenditur, cui pro alio poſtulare non conceditur; ad accuſationem admittenda non videtur. E contra, quamquam paſſim, & indifferenter ad accuſationem mulier non admittatur; ſunt tamen quædam crimina, quorum accuſationem mulier ſubire non prohibetur.

Eph. 5.

Vnde in libro codicis nono, tit. 1. le. 12. Imp. Diocletianus ſcribit dicens.

tit. qui accuſ. non poſſ.

C. I.

DE crimine, quod publicorum [b] fuerit iudiciorum, mulier accuſare non permittitur, niſi certis ex cauſis; ideſt, ſi ſuam, ſuorumque perſequatur iniuriam ſecundum antiqui † iuris [c] ſtatuta tātum, de quibus ſpecialiter eis conceſſum eſt, non exacta ſubſcriptione. Vnde aditus præſes prouinciæ in primis examinabit, an ſit tale crimē, cuius accuſationem mulier ſubire non prohibeatur.

† al. antiquitus ſtatuta.

¶ *In aliquot vetuſtis exemplaribus ab initio quæſtionis, vſque ad c. ſane, nulla eſt diſtinctio capitulorum.*

Item in libro digeſtorum Paulus lib. 2. de adulterijs, tit. de teſtibus, le. 18.

lib. dig. 22. tit. 5.

C. II.

EX eo, quòd prohibet lex Iulia de adulterijs teſtimonium dicere condemnatam mulierē, colligitur [d] etiā mulieres in iudicio teſtimonium † [e] dicendi ius habere. Item Digeſtis titulo de accuſationibus, & inſcriptionib. libro 2. ¶ Non eſt permiſſum mulieri publico iudicio quēquam reum facere: niſi ſcilicet parentum, liberorūque, & patroni & patronæ, & eorum filij filiæve, nepotisve mortem exequatur.

† al. teſtimonij. lib. 48. tit. 2. l. 1.

Papinianus lege 2. eodem tit.

C. III.

CErtis de cauſis conceſſa eſt mulieribus publica accuſatio: veluti ſi mortem exequantur eorū earumq;, in

a ¶ Publicorum] Inf. 32. q. 1. publico. quæ ſint publica, habes inſti. de publ. iud. in prin. & per totum.

c ¶ Antiqui iuris.] Hoc vult dicere, ꝙ in quib. caſibus antiqua iura permittunt, ꝙ poſſit fieri accuſatio ſine inſcriptione, in illis fœmina non tenetur inſcribere [1]. Qui autem ſunt illi caſus, habes 4 q. 4 §. aliquando. & 2. q. 8. in ſumma. Quidam tamen dicunt ex hac lege, quod fœmina in nullo caſu tenetur inſcribere.

[1] Aliter ponit H. & dt, ꝙ antiqua ſtatuta fuerunt quæ fœminas in certis criminib. ſine inſcriptione accuſare permiſerunt illa ſtatuta non habenē in iure nr̃o forte apud Græcos habentur, & forte cōtinebant de criē leſę maie. & de criē abigeat'. 4 q. 4. c. null'. §. aliqñ ſm H. 2. Text. eſt p hoc in l. cum lex. ff de leg. & in l. cū pator. cūcōcor. ff. de iu.

EX eo.] CASVS. Lex Iulia de adulterijs prohibet mulierem condemnatam teſtificari: ergo à contrario ſenſu non condemnata ad teſtimonium poteſt admitti.

d ¶ Colligitur.] Arg. quod de vno negat, de alijs omnib. conceditur 2. Item ar. ꝙ poſſumus argumentari per ar. à contrarijs, vt hic, & 25. diſ. qualis, & 45. d. diſciplina. & 23 q 4 quæſitum. Et lex dicit ꝙ fortiſſimum eſt argumentum à contrario ſenſu, vt de off eius cui manda. eſt iuriſdi. l 1.

a ¶ Teſtimonium.] Secundum leges mulier in omni cauſa poteſt teſtificari, ſiue ſit ciuilis, ſiue criminalis: niſi tantum in vltimis voluntatibus ſecundum canones vero mulier in nullo crimine pōt teſtificari, niſi excepto, ſed in ciuilib. pōt teſtificari. Nec obſt 33. q. 5. mulierem. & extra de ver. ſi. fortius vbi dicit, ꝙ mulier non

teri teſtamento populum iudicaſſet, hodie tamen non permittitur, ſed potius propter peccatum quod induxit mulier, debet verecundari, & viro ſubijci: in cuius ſignū iubetur habere caput velatum. Poſtea probat ꝙ in quibuſdam caſibus mulier admittitur ad accuſandum, & probatur per leges ſequentes.

a ¶ Indicitur] Vt inf 33. q. 5 mulierum.

DE crimine.] CASVS Quæſitum eſt ab Imperatore vtrum mulier in publico iudicio quemquam valeat accuſare. Et reſpondetur, ꝙ non, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur, & niſi in criminibus, in quibus eſt ei ſpecialiter conceſſum accuſare ſine inſcriptione: & ideo diſcretus iudex examinabit, vtrum tale ſit crimen ad cuius accuſationem poſſit admitti.

poteſt eſſe teſtis, ſed intelligas de criminalibus cauſis, & vltimis voluntatibus. Quidam tñ dicunt, ꝙ mulier ſm canones non pōt teſtificari niſi in caſib. à iure expreſſis.

NON EST PERMISSVM. CASVS. Mulier non poteſt quemquam in iudicio publico accuſare: niſi ſuam vel ſuorum proſequatur iniuriam.

CErtis de cauſis.] CASVS Dicitur in hac l. ꝙ conceſſum eſt mulieribus accuſare ſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequantur contra quos non coguntur inuite dicere

Digitized by Google

dicere teſtimonium. ſimiliter uolunt dicere teſtimoniū ſuorum conſanguineorum., vbi liberti paterni uel materni eſſe falſum, admittuntur ad accuſandum, pupillus vero vel pupilla mortem patris vel aui exequi poteſt auctoritate tutoris: ſimiliter de teſtamento patris poteſt experiri.

IN QVÆSTIONIBVS CASVS. Dicitur hic quod in crimine læſæ maieſtatis mulier poteſt accuſare, quod probat exemplo mulieris Fuluiæ, quæ Catilinam coniurantem Marco Tullio detexit.

QVÆCVMQVE. CASVS. Dictum eſt ſupra, quod mulier admittitur in publico crimine, & in crimine læſ. maieſtatis ad accuſandum Nunc vero probat, quod admittitur in crimine ſimoniæ, cum admittitur in publico crimine, & in crimine læſæ maieſtatis: Et hoc inducit legem ſequentem.

demnatio, I cuius: tñ locū ſuccedit hodie actio in factum, vt teſtm̃ exhibeatur. ff. de auct. præſtan. l. 5. ff. de tab exh. locum L.

quos ex lege publicorum teſtimonium inuitæ [a] non dicunt. ¶ Idem & in lege Cornelia teſtamentaria [b] ſenatus ſtatuit: ſed & de teſtamento paterni [c] liberti, vel materni mulieribus publico iudicio dicere permiſſum eſt. ¶ Pupillis [d] ex conſilio tutorum patris mortem, item pupillæ aui ſui mortem exequi cōceſſum eſt lege teſtamentaria [e]. Nam & de patris quidem teſtamento pupillis agere diuus Veſpaſianus permiſit. Sed etſi non exhibeantur tabulæ, per interdictum [f] poſſunt experiri. *Codice de ijs, qui accuſare poſſunt, vel non, lege quarta*, Imp. Alex. Dionyſio. li.9.tit.1.l.vxor

Vxor tua, ſi conſobrini ſui necem vindicandam exiſtimat adeat præſidem prouinciæ. *In digeſtis ad legem Iuliam maieſta. lege 8. Papinianus, lib. 12. reſponſorum.* lib 48.tit.4.l. in quæſtionib.

¶ In quæſtionib. læſæ maieſtatis etiam mulieres audiuntur. * ¶ Et coniurationem denique Lucij † Catilinæ Fuluia mulier detexit, & M. Tullium conſulem indicio ſuo inſtruxit. † al. Sergij.

*Adde contra quos pôt admitti. no. in l. ſi familia ff. de iuriſd. omn. iud. & in l. nemo. C. de epiſ. aud.

Quæcumque [g] vero perſona ad accuſationem publicorum iudiciorum, vel leſe maieſtatis admittitur, eadem accuſationem ſimoniæ ſubire non prohibetur.

Vnde in 1. libro Codicis Imp. Leo Armaſio præfecto Præt. le. 29. tit.3 de epiſcopis & cleric. l. ſi quēquam.

¶ Læſæ maieſtatis, & publicorum iudiciorum, & ſimoniæ accuſatio æqualiter proponatur.

C. IIII.

SAne † [h] quiſquis hanc ſanctam, & venerandam antiſtitis ſedem pecuniæ interuentu ſubiſſe, aut ſi quis, vt alterum ordinaret, vel eligeret, aliquid accepiſſe detegit: ad † inſtar [i] publici criminis, & læſæ maieſtatis accuſatio

† cum ſane ſi quis] orig.

† al. inſtar

a ¶ Inuitæ] Quædam enim perſonæ ſunt, contra quas non cogitur aliquis teſtificari, vt 4 q. 3. item lege Iulia.

b ¶ Teſtamentaria.] Vt mulier poſſit accuſare teſtamentum falſum, ſi teſtamentum adſe vel ad ſuos pertineat.

c ¶ Paterni.] Quia filij patronorum, & ēt hi, qui ex tranſuerſo veniunt vſque ad quintum gradum uocantur ad ſucceſſionem liberti, vt in inſti. de ſucceſſ. lib. § ſi autē ſine liberis.

Minor agere & conueniri nō pôt, niſi i certis caſibus.

d ¶ Pupillis.] Regulare eſt, ꝙ minor annis ſine tutore, vel curatore nec agere poteſt, nec conueniri, vt C. de auct. præſtan l. clarum alioqn ſententia lata contra ipſum nulla eſt: ſi tamen lata fuerit pro ipſo, tenet, vt C. de procu. non eo min⁹. quandoq tamen agit vel cōuenit ſine tutore vel curatore, ut in caſib. hic poſitis. Itē ſi impetrauit veniā ætatis, vt C. de his q ve. æta. impet. l. 3 Itē ſi agatur de libero homine exhibendo, vbi etiam pupillus admittitur, vt ff de lib. ho. exhib. l. 4 §. pen item ſi agatur de recuperanda poſſeſſione, vbi ēt impubes, ſine tutore auditur vt C. qui. leg. perſo. l. vlti. item minor poteſt agere de thoro ſuo violato, vt ff de adult. l. ſi maritus §. ſi lex Iulia licet autē minor pro ſe non poſſit agere pro alijs tamen poteſt, ſi habet mandatum, vt ff. de mino cum mandato, vt ff. de procu. filius familias. in fine. Vtrum autem in cauſis ſpiritualibus, vt in matrimonio, vel pro eccleſia poſſit minor litigare pro ſe? Dicunt quidam quod ſic: quia in his cenſetur maior, ſed certe cum ibi maius periculum vertitur, magis eſſet ibi conſulendum minoribus, vt ff ad Carb. l. 1. §. 3. nam circa maiora maius periculum vertitur, vt 42. diſt. quieſcamus. Item video quod in matrimonio locū habet integrum reſtitutio, vt ext. de in integ reſt. ex literis ſimiliter in alijs cauſis ſpiritualibus, ſcilicet in religione aſſumenda 20. q. 1. illud in ordine ſacro 77 d. c 1. & 2. Item cum filius agit contra patrem ſecundum canones. 2 q 7. quæritur. in matrimonio certum eſt quod minor pro ſe admittitur ad agendum, vt extra de reſtit. ſpol. ex parte, ſed de hoc poſſet dubitari, vtrum ibi locū habeat reſtitutio ſed de hoc dixi ſuper illa decr. ex parte. ſup de reſt. ſpo.

e ¶ Teſtamentaria] i. lege Cornelia de falſis.

f ¶ Per interdictum.] Scilicet, per interdictum de tabulis exhibendis: quo experitur omnis ille cuius intereſt, vt ff. de tabulis exhib locum 1. 1. Sub. § con

g ¶ Quæcunque] Hoc non facit ad propoſitum: ſed hoc ponit vt inducat ſeq. c.

SAne quiſquis.] CASVS. Statuit Leo Imperator in hac lege: vt ſi quis Romanā ſedem per pecuniam acquiſierit, vel alium per pecuniam ordinauerit vel elegerit, ad inſtar criminis læſæ maieſtatis accuſatus & conuictus deponatur, & perpetuo infametur, cum ipſi ſint in crimine pares.

h ¶ Sane.] Hæc lex eſt pars illius, C de epiſcopis, & cle. ſi quemquam

i ¶ Ad inſtar.] Non tñ eſt ibi omnimoda ſimilitudo inter crimen ſimoniacum, & crimen læſæ maieſtatis: quia pro crimine ſimoniæ imponitur pœna depoſitionis, ſed pro crimine læſæ maieſtatis pœna mortis. vt 6 q. 1. §. verum, ſed quoad accuſationem & teſtimoniū pareificari videntur, vt quicunq; admitta ut accuſator nel teſtis in vno, & in reliquo, vt extra de ſi. licet Hely. in fine & cap. tanta. 79. di. ſi quis Papa. Item ſimonia * eſt maius crimen quam hæreſis, vt 1. q. 1. eos. immo eſt maius crimen quam aliquod aliud crimē, vt 1. q. vlt. patet: ſed in hæreſi quilibet admittitur, ergo multo fortius in ſimonia argum. tamen contra eſt extra de teſtib. veniens 1. vbi

Simonia, & crimen læſę maieſtatis ñ omnino cōueniunt.

* *Quō ſimonia itcrdū dicaī grauius crimē vide ſup. q. vl. c. patet, īgl. in uer. reputātur. Nam proprie loquēdo, hęreſis eſt maius crimē quā ſimonia.*

Digitized by Google

ne propoſita, à gradu ſacerdotij retrahatur. Nec ſolum hoc deinceps honore priuari, ſed perpetuæ quoque infamiæ damnari decèrnimus: vt eos, quos [a] facinus par coinquinat, & æquat, vtroſque ſimilis pœna comitetur.

Cum autẽ ſacris canonibus accuſationes omnino ſubmoueantur, quas leges ſæculi non aſciſunt, è diuerſo uidẽtur admittendæ, quæ legibus [b] ſæculi non prohibẽtur. Verum hoc non infertur. Quicumque enim clericorũ ſacris canonibus nuptias contrahere prohibetur & legibus Imperatorum. Non autem conſequenter omnium copulã leges admittunt, quorum coniunctionem ſacri canones nõ prohibent, legibus enim [α] ſoli cantores, & lectores: canonibus autem etiam acolythi vxores ducere poſſunt. Quãuis igitur ſacris canonibus ſubmoueantur accuſationes, quas leges ſæculi non aſciſcunt; non ideo conſequenter recipiuntur, quaſcumq; principum leges admittunt. dist.10 c.1. *¶ Sed (ſicut circa huius operis initium [c] præmiſſum eſt) toties legibus Imperatorum in eccleſiaſticis negotijs vtendum eſt quoties ſacris canonibus obuiare non inueniuntur. ¶ Vnde aut ſpecialiter ſacris canonibus mulier ab accuſatione læſæ maieſtatis, & ſimoniæ oſtendatur prohibita aut præmiſſis rationibus ad huiuſmodi accuſationem admittenda probetur. Nec quiſquam diſtinguere quærat: ad aliorum, non ad ſacerdotum accuſationem in hoc caſu ſimoniæ mulieres eſſe admittendas †. Cum enim generaliter [d] legibus hoc eis pmiſſum inueniatur; niſi quis ſpecialiter aliqua lege hoc prohibitum oſtenderit, eius diſtinctio locum non habebit. Verum, cum contra generales regulas quædam crimina ſpecialiter excepta ſint, in quibus mulieri accuſare permittitur, inter quæ fornicatio non numeratur; patet, quod huius accuſatio dupliciter infirmatur; & quia fornicationis crimen intendit; & quia dum de ſe confitetur, ſuper alienum crimen ei credi non oportet.*

† Concor. tex. in l quẽquam. cum gl. C. de epiſco. & cle.

Dioniſius, diſt.2. α ¶ Legibus enim.] *Diſcrepãtia hæc legum, & canonum vera non eſt. Sed fortaſſe in hanc opinionẽ venit* Gratianus *ex quibuſdam verbis nouellæ vigeſima ſecunda, quæ in vulgatis authenticis habetur collat. 4. tit. de nuptijs.* ſed & ſi quis inter reuerendiſſimos conſtitutos clericos (vltra lectorem, aut cantorem dicimus) omnino contraxerit nuptias; hũc ex noſtra cõſtitutione cadere ſacerdotio conſtituimus, atque volumus. *Iulianus autem anteceſſor eadem nouella 22. nu. 26. illud.* ſupra

1 Et melius ſu. 1. q. 2. ſi quis epiſcopus. ibi videas.

vbi dicitur, ꝙ in ſimonia ſocij criminis non admittuntur ſed in crimine læſe maieſtatis audiuntur, vt 6. quæſt. 1. §. verum. & porio. Sed dic, quod non admittuntur ſocij criminis cum accuſatus eſt bonæ famæ, aliàs quilibet auditur. Vel dic vt dixi 2. quæſt. 1. in primis. in fin. t. Vel dic ꝙ admittitur quilibet ad accuſandũ in his criminibus, ſed non ad teſtificandum: quia tota vis conſiſtit in teſtimonio, ſed non in accuſatione.

a ¶ Quos.] Non intellige ꝙ eandem pœnam patiatur conuictus de ſimonia, quam conuictus de læſa maieſtate. Sed hoc vult dicere, ꝙ eandem pœnam patiatur tã dans quàm accipiens pecuniam 2. Vel dic eadem pœna, id eſt, conſimili: nam pœna depoſitionis ſimilis eſt deportationi, ſiue decapitationi, vt 5. q. 6. delatori.

2 Ad hoc ſu. 2 q. 1. quos conſtiterit.

CVM AVTEM. CASVS. Iſte §. diuiditur in duas partes. In prima parte concludit Grat. ex ſupradictis dicens, quod canones non recipient accuſationes, quas leges ſæculi repellunt: ergo à contrario ſenſu per canones ſunt admittendi, qui per leges non prohibentur. Poſtea reſpondet huic concluſioni dicens, quod non bene infertur: quia leges prohibent omnes clericos nuptias contrahere, qui per canones prohibentur: non tamen leges admittũt copulã omnium clericorum, qui per canones non prohibentur. Et de hoc ponit exemplum. Et ita quamuis canones non admittunt accuſationes, quas admittunt leges; non tamen recipiunt omnes, quas leges admittunt. In ſcda parte dicitur quod in negotijs eccleſiaſticis tunc legibus eſt vtendum cum canonibus non contradicunt. Vnde cum per leges mulier in crimine læſæ maieſtatis & ſimoniæ admittitur ad accuſandum & per canones eſt admittenda: vel oſtendatur canon per quam repellatur. Et ſi quis dicere velit quod mulier alios de ſimonia & non ſacerdotes poſſit accuſare: tunc eius diſtinctio locum nõ habuit, niſi ſpecialiter hoc aliqua lege inueniatur eſſe prohibitum, cũ legibus generaliter ei permiſſum videatur. Poſtea huic quæſtioni reſpõdet dicens, quod ſpecialia ſunt crimina in quibus mulieri pmittitur accuſare, inter quæ cum fornicatio non connumeretur, de qua mulier pſbyterum accuſat; patet, ꝙ propter hoc mulier ſit repellenda, & etiam propter aliud: quæ dum de ſe confitetur contra ſacerdotem, ei credi non debet vt infr ſeq. cap. Secunda pars incipit ibi, [Sed ſicut.] &c.

b ¶ Legibus] Sup 10 diſt. lege Imperatorum.

c ¶ Initium.] Sup diſt. 10. cap. 1.

d ¶ Generaliter] Sic ergo argumentatur, cum nuſquam inueniatur prohibitum, ergo non debet prohiberi, vt 27. q. 2 lex diuina, ſimile vigeſima prima q. 1. quod ſi dormierit & 35. diſt. Euangelica.

Digitized by Google

NEmini.] CASVS Quæſitum eſt à Iulio Papa, vtrum alicui de ſe confeſſo contra ſocium criminis ſit credendum? Et reſpondet: quod non niſi in crimine læſæ maieſtatis: quia omnis confeſſio accuſanti periculoſa aduerſus quemlibet. Item §. qui poſtea ſequitur planus eſt.

nes agitur; vt C de fer. prouinciarum. Item ſi partes ſpõtanee velint litigare feriatis diebus, poſſunt: aliàs non tenet ſententia, vt ff. eod. l. 1. libellus autem poteſt porrigi die feriato. vt ff. de adul. miles. §. ſexaginta. Ioan. tamen dixit quòd partes mutuo conſenſu poſſunt litigare

a ¶ Læſæ maieſtatis.] Et præterquã de crimine ſimoniæ. vt 79. d. ſi. ſi quis Papa. & ſup. ea. ſanæ licet ſit arg contra, extra de teſt veniens. 1. Quidã tamen dicunt, quod in crimine ſimoniæ nõ auditur ſocius cõtra ſociũ. & ad aliud decretum 79. d. ſi quis Papa reſpõdet, quod ibi ſocius admittebatur contra ſocium, hoc ideo fuit: quia non fuit ibi tãtum crimẽ ſimoniæ, ſed etiã crimen læſæ maieſtatis. Item auditur confeſſio vnius latronis contra alios, ut C de fer. prouinciatum. Item falſarius contra ſocium ſuum auditur 1. vi C. de fal. 1. nunquam tamen ualet confeſſio taliũ ad conuincendum ſocium, niſi adſit aliqua præſũptio, ut ff. de qu. re diuus Ioan. b ¶ Credi.] Præiudicatur tamen alteri ex tali confeſſione. intãtum, quod ei indicitur purgatio, ut ext. de adul. ſignifi aſti, quod ue um eſt ſi laboret infamia, aliàs non ut extra de purga. capitu. nos inter alios. & extra de con feſſ. cum monaſterium.

Confeſſio latronis contra latronem auditur.

1 Iſta fuit ſnia. B. l. ſi. q diceba, quod nunquã ualet confeſſio ſocij contra ſocium, niſi aliqua ſit pſumptio cõtra ipſum, ſed Azo dicit ſuper ualere niſi expreſſum inueniret. Arch.

lectorem, & cantorem, *exponit* veluti ſubdiaconus, & diaconus. *Hos autem canones etiam nuptijs prohibent. Et Leo in c lex continentiæ ſupra diſt. 31. fere ijſdem verbis vſus eſt, quibus Iuſtinianus in hac nouella, & nomine lectorum omnes minores ordines ſignificauit.*

Vnde Iulius Papa ſcribit in decretis, c. 28. dicens.

¶ Rei profeſſio aduerſus quemlibet admitti non debet. C. V.

NEmini (præterquam de crimine læſæ maieſtatis α a) de ſe confeſſo credi[b] poteſt † ſuper crimen alienũ quoniam eius, atque omnis rei profeſſio periculoſa eſt, & admitti aduerſus quemlibet non debet.

Anſ l. 3. c. 75. Iuo p. 5. c. 288. Pann. l. 4. c. 69.

† *al. oportet*] *al. debet*.

α ¶ Præterquam de crimine læſę maieſtatis.] *Hac exceptio in nullo ex locis indicatis habetur, præterquam apud Anſelmum.*

Quia ergo iſta de ſe confitetur, ſuper alienum crimen ei credi non oportet, ſed contra eam ſua confeſſio interpretanda eſt.

QVAESTIO IIII.

QVod vero[c] die Dominico nec epiſcopo, nec presbytero cauſam aliquam ventilare liceat in Tarraconenſi concilio prohibetur, in quo ſic ſtatutum eſt, c. 4.

¶ Miniſtri eccleſiæ die Dominico cauſas ventilare non debent. C. I.

NVllus epiſcoporum, aut presbyterorum, vel clericorum die Dominico propoſitum cuiuſcunq; cauſæ negocium audeat ventilare †; niſi hoc tantum, vt Deo ſtatuta ſolẽnia peragant, Cæteris vero diebus, conuenientibus perſonis illa, quæ iuſta ſunt, habent licentiam iudicandi, excepto † criminali[d].

Iuo p. 4. c. 22.

† *al. indicare.*

† *al. exceptis criminalibus negotijs.*

Item ex concilio apud Erphesfurt β habito præſente rege Henrico.

QVod uero die.] CASVS. Hic intitulatur quarta quæſtio, qua quæritur vtrum die Dominico liceat cauſas ventilare? Et reſpondetur, quod nec die Dominico, nec aliis diebus feriatis, vt infra ead c. 1. 2 & 3. niſi tractetur de pace, vt infra 22. q 5. decreuit. & niſi partes in hoc ſponte conſentiant. vt ff de fer. l. 1. Itẽ ſi res ſit tempore peritura, agitur diebus feriatis. Liberalia quoque iudicia diebus illis tractantur, & de amouendis officiatis. & de alimentis, & atrocibus iniurijs & vt aliquis in poſſeſſionem cauſa rei ſeruandæ mittatur, agitur diebus iſtis, vt ff eod. l. 2 & 3. & contra inſignes latrones agitur diebus feriatis, vt C. eod l prouinciarum. & in quibuſdam alijs caſibus, qui notantur C. eod tit & in ſumma huius quæſtionis.

c ¶ Quod uero.] Diebus feriatis cauſæ non ſunt tractandæ. ut infra cap. 1. & ult niſi tantum de pace, ut 22 quæſt. 5 decreuit. agitur tamen in quibuſdam caſibus, ſcilicet cum actio eſt tempore peritura. Item cum agitur de tutoribus dandis, & de amouendis officiatis, & de alimentis, & de atrocibus iniurijs, & de liberalibus, cauſis, ut ff de fer. l. 1. 2. & 3 Item contra inſignes latrones

Feriatis diebus an poſſit litigari.

tigare diebus feriatis hoc tantum intelligendum eſt de ferijs meſſium, uel uindemiarum: alioquin conſenſus earum non ſufficeret, ut litigent aliquo ſolenniſſimo die, ut extra eo. c. ul. B. Item ſatis uidetur, quod cauſæ matrimoniales poſſunt tractari diebus feriatis, cum ibi ſit periculum adulterii, uel inceſtus ſimiliter ubi agitur de electione epiſcopi uel prælati, propter periculũ moræ: quia non debet eccleſia uacare ultra tres menſes, ut 50. d. poſtquam & quia in his caſibus multa ſunt ſpecialia, ut extra ut lite non conte. quoniam Io.

NVllus epiſcoporum.] CASVS Statutum fuit in concilio Taraconenſi, ut in diebus Dominicis, uel aliis ſolennibus diebus epiſcopi uel alii clerici cauſas uentilare non audeant. ſed in aliis diebus poſſunt, & ex certa cauſa criminali, ubi agitur ad ſanguinis effuſionem.

d ¶ Criminali.] Scilicet cum agitur ad effuſionẽ ſanguinis tunc clerici non poſſunt eſſe iudices, ut 23. q. 8. his à quibus delegari tñ poteſt clerico criminalis cauſa ut tamen princeps iuret de impunitate rei, ut 23. q. 8. ſæpe.

Placuit

Digitized by Google

PLacita.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima dicitur, vt in diebus Dominicis & præcipuis feſtiuitatibus, vel in legitimis ieiunijs ſæcularia placita non tractentur. In ſecunda parte dicitur, quòd in ſeptē diebus ante natiuitatem domini vſque ad octauam Epiphaniæ,

pro pace, vt 12. q. 5. decreuit. & ſic non poſſit præſtari ſacramentum calumniæ. Sed pone quod Papa commiſit alicui, quòd intra triginta dies terminaret cauſam aliquam, & illi dies incidant intra dies quadrageſimales; videtur ꝙ cum res ſit peritura tempore, quòd iudex inuitis partibus procedere poſſit, quod quidam concedunt: ſed non eſt verum hoc: q̄a licet literæ pereāt, lis tamē ſalua manet coram alio [1] Sed pone ꝙ iudex citet aliquē die feriato; nunquid tenetur citatus venire, & allegare priuilegium ſuum? Videtur, ꝙ ſic: q̄a ſi poſt appellationem citat aliquem tenetur venire, & allegare priuilegiū ſuū, vt ext. de appel. ſi duobus. & c. cum parati. Itē etſi nō teneatur q̄s reſpondere die illa: tamen poteſt ad hoc citari, vt libellus ei detur [2]. ff de adult. miles: § ſexaginta. Itē quid ſi ſub hac forma fiat citatio, Mando tibi, vt hinc uſque ad diem Dominicam hic cōpareas, ut ext de do. & cō[t]um cum dilecti. Reſpondeo, ſi citat vt compareat die feriato, bene tenet citatio. Sed ſi citat vt reſpōdeat, nō tenet: q̄a talis citatio nulla eſt [3]. vt ff. de fer. l. 1 & ubi citatio nulla eſt. & hoc liquet ꝙ eſt nulla: nō tenetur uenire ad allegādū priuilegiū ſuum, ſed ubi dubium eſt an teneat, tenetur uenire, ut dixi tertia q. ſecunda, ſi epiſcopus.

1 Item ſētit Inno ext. de off. deleg. de cauſis Arch.

2 Idē tenet Ale de Imo. in l. 1. col. 2. ff. d̄ ferijs & B. ī l. j §. mutatio. de ope. no. nun. & in l. 1. in uer. cōpellēdi ff. de fer. & in gl. j. l. iure, ī uer. eius, & ibi Bal. C. de adul. & no. gl. in c. fi. & ibi uide doc. de iud extra.

3 Conc Ale. de Imo in l. ex quacunq. col 2. ff. ſi q̄s in ius uocā. non ier. & Cy in l. dies. ff de ferijs & per Bar. in l. 1. §. nunc. de op. no. nu.

¶ β Erphes furt.] *In vulgatis legebatur*, Epheſum, *quaſi hoc eſſet decretū aliquod concilij Epheſini habiti tp̄e Cæleſtini Papæ, & Theodoſii iunioris. Hoc vero eſt Germanicū concilium habitū præſente Henrico rege, prout etiā apud Burchardum, & Iuonem dicitur. Et codices Gratiani manuſcripti habent, quēadmodū eſt reſtitutum. In hoc autē oppido petijt Bonifacius à Zacharia Papa cōſtitui epiſcopū, et impetrauit. Quod appar et ex prima epiſtola Bonifacij ad Zachariam, & vltima Zacharia ad Bonifaciū.*

¶Solennibus diebus, & legitimorum ieiuniorum ſæcularia placita non agantur. C. II.

Burc. l. 13. c. 21. Iuo p. 4. c. 53.

PLacita ſæcularia Dominicis dieb. vel alijs præcipuis feſtis, ſeu etiam in his diebus, in quibus legitima ieiunia celebrantur, ſecundum canonicam cōſtitutionem minime fieri decernimus. Inſuper etiam ſancta ſynodus decreuit, vt nulla iudiciaria poteſtas licētiam habeat ſua auctoritate Chriſtianos ad placitum bannire in ſupradictis diebus, ideſt † ſeptem diebus ante Natalem Domini vſque in octauas Epiphaniæ, & à quinquageſima[a] vſque in octauas Paſchæ, & ſeptē diebus ante natiuitatem ſancti Ioannis Baptiſtæ: quatenus adeundi eccleſiam, orationibuſque vacandi [b] liberius habeatur facultas.

† &] fortaſſe.

Item Hadrianus Papa in capitulis, c. 64.

¶ De eodem. C. III.

Burc. l. 2. c. 112. Iuo p. 5. c. 204.

NVllus epiſcopus, vel infra poſitus die Dominico cauſas iudicare præſumat.

QVAESTIO V.

PVrgationem[c] vero neganti eſſe præſtandam Stephanus ſcribit Leoni epiſcopo Theanēſi.

¶ *Idem eſt titulus in cap. de manifeſta. ſupra 2. q. 1.*

¶Diaconus ſi de crimine conuinci non poterit, apud epiſcopum ſeipſum ſecreto purificet. C. I.

Iuo p 6. c. 460.

DE crimine ſibi illato diaconus tuus veriſſime fatebatur ſe eſſe immunem. Verūtamē ſi ſuſpicio habetur,

phaniæ, & à Quinquageſima vſq; ad octauam Paſchæ, & ſeptem diebus ante feſtum ſancti Ioannis Baptiſtæ non liceat iudici ad placitum aliquem vocare. Secunda pars incipit ibi, [Inſuper,] Sequens capitulum patet.

a ¶ A Quinquageſima.] Alibi dicitur à Septuageſima, vt 22. q. 5. decreuerit hoc tamen hodie non ſeruat Romana Curia. Ioan.

b ¶ Orationibuſque vacandi.] Ratio ſecunda eſt ob reuerentiam dierum, & tertia fauore partium, vt ſic partes à litibus reſpirent, vt C. de ferijs, dies. Quarta ratio eſt, quia talibus diebus præſtatur iuramentum niſi

PVrgatione] CASVS Hic intitulatur 5. q. qua quæritur, an neganti ſit purgatio indicenda? Et reſpōdetur quòd non, ſi de crimine non eſt infamatus, vt 6 q. quinta, capit. vno. Si autem eſt infamatus de crimine, indicitur ei purgatio vt inf ea. c. 1.

c ¶ Purgationem.] Hic quæritur an neganti ſit indicenda purgatio. Et eſt dicendum quòd non, niſi laboret in famia 6. q. 5. quod autem hæc queſtio dicta eſt ſu. 2. q. 5. per totum. Ioan.

DE crimine.] CASVS. Aldericus diaconus habebatur ſuſpectus de quodam crimine: & ideo per ipſum Aldericum Menen. epiſcopus conſuluit Stephanum Papam, qualiter ſuper hoc eſſet procedendū? Et re-

Digitized by Google

ſpondet, ſi accuſatores & teſtes idonei reperiuntur, coram certo numero epiſcoporum accuſetur ipſe Aldericus, & confeſſus fuerit, vel legitimis teſtibus cõuictus, canonica ſententia feriatur. Si vero crimen non confiteatur, nec teſtibus poteſt probari, & infamatus eſt de

audire, vel etiam compellere eum ad purgationem? Et videtur ꝙ ſic: quia generaliter traditur in canone, ꝙ clericus infamatus debeat ſe purgare. 2. q. 5. per totum, itẽ ſacerdos tenetur concedere Eucharistiam ei quam ſcit in mortali conſtitutum, vt infra de cõſecrat. diſt. 2. non prohi-

Et famatum cogere ad purgationem.

& accuſatores idonei reperiuntur, & tales teſtes, quales ſacri canones faciunt: accito tecum certo epiſcoporũ numero [a] veniant accuſatores [b], vocetur & ipſe Aldericus diaconus: & ſi negauerit, ventiletur cauſa canonice: & ſi, vel ſponte confeſſus, vel legitimis teſtibus fuerit approbatus, canonica feriatur ſententia. Qui ſi nec ſponte confitetur, nec accuſatores, & teſtes legitimi reperti fuerint, & mala fama crebuerit; non publico [c] examine, ſed coram te, & aliquantis reuerendiſſimis presbyteris, & diaconis tuæ eccleſię ſecreto iuramẽto ſe purificet. Et tu deinceps boni teſtimonij eum annuncia: & compeſce, & commone eccleſiæ tuæ filios, ne ſacerdotem [d] Dei vlterius infamare præſumant; timentes, quod Cham [e] maledictus eſt, qui patris v erenda deriſit. *Gen. 9.*

Item Nicolaus Salomoni Conſtantienſi epiſcopo.

¶Non eſt ſpoliandus presbyter, vel diaconus, niſi ſponte confeſſus, vel legitime conuictus fuerit.

C. II.

PResbyter, aut diaconus, quã aſſeris crimina nolle publice confiteri, ſed velle cum ſacramento [f] defendere ſe; & ſi tamen notum ſit epiſcopo eſſe ſcelus ab ipſo perpetratum; non poteſt per aliquam pœnitentiam [g] ſacerdotali, vel diaconali officio potiri: ſed mirandum eſt [h], ſi ipſe cõfeſſus non fuerit, quomodo notum poſſit eſſe epiſcopo ſcelus ab ipſo perpetratũ, niſi accuſatore forte idoneo per teſtes idoneos approbante. Vnde ſi examinante epiſcopo cauſam presbyteri, vel diaconi nõ fuerit per teſtiũ approbationẽ presbyter †, vel diaconus forte conuictus; non eſt ſcelus epiſcopo legitime manifeſtum; niſi ſua ſpõte ſcelus ipſe cõfiteatur. Qđ niſi fecerit, interim nõ vi

Iuo p. 6 c. 122.

† al. ille presbyter.

teatur, nec teſtibus crimine non in publico, ſed coram te, & aliquot teſtibus, presbyteris, & diaconis, ſecreto ſe purget, præſtito iuramẽto, & deinde cõmoneat clericos ne præfatum diaconum infamare prſumat, exẽplo Chã, qui male dictꝰ fuit i filijs, qa verenda pr̃is deriſit.

a ¶ Numero.] inf. c. q. 7. Fœlix.

a ¶ Accuſatores.] Id eſt, accuſator.

c ¶ Publico.] 2. q. 5. presbyter 23. d. illud contra. Sed ibi loquitur cuꝰ publice q̃ eſt infamatus [1] hic cũ clanculo vel à clero eſt infamatus.

1 Itẽ arg cõtra. 6. q. 1 teſtamentum. ibi ſoli.

d ¶ Ne ſacerdotem] hic ſacerdotẽ vocat diaconum, ſic extra de coha. clericorũ, & mu ſi quiſpiam.

e ¶ Chã] 2 q 7. ſententia. Ioan

PResbyter.] CASVS. Quidã eps ſciens peccatũ cuiuſdam presbyteri & diaconi ſui (quod peccatum ſibi notũ erat per eorum confeſſionem ſibi extra iudiciũ factam) compellebat eos publice confiteri, qd cũ facere nollent, ſed ſe ſacramẽto defendere vellẽt, ab officio vtrumque ſuſpendit. ſuper hoc Solomon Cõſtan. epiſcopus quæſiuit à Nicolao de duobus. Primo vtrum per ſolam pœnitentiam poſſit presbyter vel diaconus ad officium reparari, cum epiſcopo ſit notũ ſcelus eſſe perpetratum? Et rñdet ꝙ non. Secundum, vtrum pp confeſſionem extra iudicium factam poſſit quis ſuſpendi vel dãnari? Et rñdet ꝙ non, ſed per teſtium approbationem, vel ſpontaneam confeſſionem in iudicio factam. ita ponit Bene, hunc caſum. H vero ſic Quidam epiſcopus dicebat ſe ſcire crimen cuiuſdam presbyteri, & cuiuſdam diaconi, & ideo noluit purgationem eorum recipere, ſed ſtatim eos depoſuit tandem delata fuit cauſa ad Solomonem epiſcopum per delegationem domini Papæ, vel per appellationem: quia forte metropolitanus eorũ erat: qui dum vellet de cauſa cognoſcere, eps inſtabat, & dicebat ne reciperet purgationem eorum, quia eos iuſte damnauerat. Dubitabat ergo Solomon, & in hoc articulo dominum Papam conſuluit: cui nunc Papa reſcribit, oſtendens qualiter in cauſa debeas procedere. Si enim legitime conuicti, vel confeſſi in iure: remaneãt ſic depoſiti. ſi vero nec in iure ſint confeſſi, nec legitimis teſtibus coram ſuo epiſcopo conuicti, priſtino ſtatui ſiue honori reſtituantur.

f ¶ Sacramento.] Hic conſueuit quæri, ſi eps ſcit clericum infamatum eſſe reum, an debeat eius purgationẽ

Eps an poſſit clericum in-

prohibeat. Itẽ cũ epiſcopus iure ſuo vtatur, ſi quid mali inde accidit, non eſt ei imputandum [2], vt 23. quę. 5. de occidendis Item non potes dicere, quod eum epiſcopus cogat ad periurium, ſed potius canon cogit ipſum iurare, vt 33. q. 2. quos Deus. Sed contra, ille qui recipit alterius iuramentum, & ſcit eum falſum iuraturum, vincit homicidam, vt 22. q. 5. ille item qui permittit alium falſum iurare cũ poſſit prohibere, peccat, vt 22. q. 5. hoc vr̃. H dicit ꝙ eps ſecreto debet ei conſulere, vt potius confiteatur publice crimen, quàm vt fiat periurus. Sed ſi ad hoc nõ poteſt eum inducere, dicet populo; abſit vt quid quam ſiniſtri de hoc clerico ſuſpicemur, vt 11. q 3 abſit. Alij dicunt, ꝙ delegabat purgationem. Tertij dicunt, ꝙ non peccat audiendo purgationem: quia auctoritate canonis facit, 23 q 4. qui peccat.

2 Hoc ideo quia lege pmittente fit, &c. C. de adul. Gracchꝰ C. de concu. l. antep. arg. 31. qõ. 1. hac tõne. 23. q. 4. quam peccauit. in princ.

g ¶ Pœnitentiam] Quia pęnitẽtia non reſtituit aliquẽ dignitati, ſed gratiæ tantum, vt inf. de pœn. diſt. 6 qui vult. niſi quandoque, vt quando crimen occultum eſt, vt 50 diſt. domino ſancto, & c. quia tua. ſed per reſtitutionem in integrum vel diſpenſationem.

h ¶ Sed mirandum eſt.] Arg ꝙ non ſecundum conſcientiam iudicandum ſit [3], vt 3 q. 7. iudicet. & per hoc decretum intelligo illud 32. d nullus, intelligo enim illud de ſcientia iuris, non facti, licet alias verbum ſciẽdi large ſumatur, vt 22. q. 5. hoc videtur.

3 Adde an & qñ ſit ſm cõſciam iudicãdum: iext. in l illicitas. §. t. ff. de off. pſid & in l. 2. ff. de fer.

Quod

Digitized by Google

demus ſuo debere presbyterum, vel diaconum officio priuari. Sola ergo ſpontanea confeſſio, & canonicus numerus, & qualitas teſtium (decernentibus epiſcopis, & accuſatore, quod obiecerat, comprobante) clericum priuat proprio gradu.

QVAESTIO VI.

QVod vero [a] confeſſio cruciatibus extorquenda non ſit, Alexander Papa teſtatur ſcribens omnibus orthodoxis, epiſtola prima, cap. 2.

¶ Miniſtrorum confeſſio non ſit extorta, ſed ſpontanea. C. I.

Iuo p.5.c.241. Pan.l.4.c.118.

SI quandoque a ſacerdotibus, & auctoribus eccleſię, quædam ſcripturæ quoquomodo per metum [b], aut fraudem, aut ꝑ vim extortæ fuerint, vel vt ſe liberare poſſint quocumque ab eis conſcriptæ, aut roboratę fuerint ingenio; ad nullum eis præiudicium [c], vel nocumentum valere † cenſemus: neque vllam eos infamiam, vel calumniam, aut à ſuis ſequeſtrationem bonis vnquam, Deo auctore, & ſanctis Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus ſuſtinere permittimus. Confeſſio vero in talibus non compulſa, ſed ſpontanea fieri debet. *& infra.* ¶ Omnis enim confeſſio, quæ fit ex neceſſitate, fides non eſt. *& paulo poſt.* ¶ Confeſſio ergo in talibus non extorqueri debet, ſed potius ſponte profiteri. Peſſimum enim eſt de ſuſpicione, aut extorta confeſſione quemquam iudicare: cum magis ſit inſpector cordis Dominus, quàm operis *& paucis interiectis.* ¶ Non poteſt autem humano condemnari examine, quem Dominus ſuo reſeruauit iudicio. Si omnia namque in hoc ſæculo vindicata eſſent, locum diuina iudicia non haberent. *Item multo ſuperius* ¶ Eſt etiam &

† al. prouenire.

QVod vero.] Hæc q. diuiditur in duas partes: in quarum prima dicitur, quòd confeſſio extorta non præiudicat. Secunda ibi,] A fidelitatis.] Ioan. de Fan.

qu con-

CASVS. Hic intitulatur 6. q. qua quæritur an confeſſio ſit cruciatibus extorquenda. Et reſpondetur ꝙ viles teſtes poſſunt cruciari, vt 5.q.5. presbyteri. & 2.q.1. in primis accuſator vero non eſt cruciandus à iudice, niſi in crimine excepto propter inopiam probationum: vel ne falſitatem dicat C ad legem Iul. læſæ maieſtatis. ſi quis vbi qlibet accuſator & reus & teſtis torquetur, alias à reo veritas non eſt cruciatibus eruenda, vt inf. ea. c. 1. niſi ſit præſumptio cōtra eum, vt 23 q. 5. c. 1. De hoc ſatis notatur in ſumma huius quæſtionis.

a ¶ Quod vero 1] Ab aduerſario nunquam eſt extorquenda confeſſio cruciatibus. vt inf. e. c. 1 & 2. ſed à iudice licite extorquetur confeſſio tormentis & qōnibus. Nam à iudice quandoque torquetur teſtis: qñque reus: qñque accuſator. Teſtis torquetur tam in ciuili quam in criminali, vt ſi eſt ſeruus vel vilis perſona: vel etiam ſi ſit liber & ſic criminoſus & infamis, vel obſcurus vel ignotus. tales enim non recipiuntur ad teſtimonium ſine quæſtionibus, licet ſine clerici. 4.q. 3. ſi teſtes. & 5.q. 5. illi qui. & q 6 presbyteri & 2 quæſt 1. in primis & in authen. de teſti. §. nos igitur. & § licet coll 7. & C. de de fal. ai quis decurio. Torquetur etiam libera ꝑſona licet nō ſit vilis, dum tamē vacillet in teſtimonio vt ff de quæſtioni ex libero. extra de pœnis. ſuper his 1. Item reus quandoque torquetur licet rario, ſcilicet cum eſt ſuſpectus, & non poteſt alias res probari, maxime ſi eſt vilis perſona, & hoc in ciuili cauſa: vt 14 q. 6 ſi res aliena. ſimiliter in criminali torquetur, vt 23 q 5. ca. 1. Actor vero in ciuili cauſa nūquam torquetur, ſed accuſator in criminali cauſa quādoque torquetur, vt in crimine læſæ maieſtatis, cū criminaliter non poteſt probari, vt C ad leg. Iu. maie. ſi quis. ibi enim qualicumque dignitate ſit ꝑditus nullo priuilegio ſe poteſt tueri, ſiue ſit accuſator, ſiue reus vel teſtis. vt 6 q. 1. §. porro. & eo. diſt. nullus omnino. Ioan.

1 Ad idem arg. C. de teſt. nullum & 4. q. 3. qui falſo. idem videtur, & ſi non uacillet. ff. de q. l. unius §. teſtes ſecundum Io. de Fan.

SI quandoque à ſacerdotibus] CASVS. Significatum fuit Alexandro Papę quod quidam capiebant epiſcopus vel ſacerdotes, vel auctores eccleſiarum, & ab eis per metum vel fraudem, aut per vim confeſſiones extorquebant in ſcripturis, vt ſic ſuis bonis eos ſpoliarent: vel vt ſuas cauſas non requirerēt, vel vt de ſecta eorum eſſe conſiterentur, & hoc corā populis eos confiteri faciebant: quare ſtatuit Papa Alexander, vt propter hoc nullā infamiam vel calumniam vel præiudiciū aliquod patiantur: qa Deus reſpicit potius ad cogitationes & voluntates hominum, quàm ad actus, qui per ſimplicitatem vel neceſſitatem fiunt. nam talibus non extorta, ſed ſpontanea confeſſio eſt exigenda. [Fides non eſt,] id eſt, non facit fidem.

b ¶ Per metum.] Dummodo talis ſit metus. qui cadat in conſtantem virum, vt extra quod met. cauſa, ad audientiam. Si quæris qualis metus debeat cadere in conſtantem uirū: dico ꝙ qui continet metum mortis, vel cruciatū corporis, vt extra eo. tit. cū dilectus. Coactio autem verborum non ſufficit, etiam ſi Rex ſit qui minet, vt extra qui clerici, vel uo. inſinuante. C. de tranſa. interpoſitas ibi melius dī, licet ſit ar. contra 31 q. 2 Lotharius & ſu diſt. 7. fuerūt ff. de acqu hęred. l. 6 § vlt. vbi dī, ꝙ nō ſit hęres q ꝑ metū verborū adijt hæreditatē. Et nota ꝙ canon hic tria æqparat, vim metū & fraudē, vt 3. q. 1 redintegrāda, Met' iſi ꝓ reuerētia à lege accipiē & hac accuſat, ff. quæ re actio tñ dat l. 1. § q̄ onerandæ.

Metus cadens in conſtantē uirū qualis eſt.

c ¶ Pręiudicium.] Bene ſit præiudicium ei quantum ad hoc, ꝙ ille cui ꝑ metum traditur res, dominus ſit rei: ſed quantū ad hoc. non ſit ei præiudicium, quin detur ei actio, ꝙ metus cauſa ad repetendum rē ſi traditur

Torquere pōt iudex aliquas perſonas.

 vel exce-

vel exceptio, ſi non tradidit, ut ff eod. metu. 2. §.ſed quod prætor & §.ex hoc edicto. ſi tamen primo coactus promiſit, & poſtea ſpontanee tradidit, non excuſat coactio, vt C. quod metus cauſ.l.2. & extra qui cle. uel uo inſinuante, ibi patientia tp is, &c. & eſt ſimi extra d eo qui duxit in matrim. ſignificauit.

a ¶ Literas] In quibus fatentur aliqua ſe debere.

b ¶ Requiſitione.] Id eſt, cõfiteantur, quod abſoluerunt aliquos a debito, in quo illi tenebantur.

c ¶ Erroris] Id eſt, q confitentur ſe tenere aliquã hæreſim. Sed nõne peccat mortaliter ille qui confitẽtur hoc? Reſpõd. ſic: nec excuſat eum aliqua coactio quia talis coactio nõ eſt abſoluta. & coactio cõditionalis neminem excuſat vt 50. diſtin. presbyteros. & de cõſe. diſt. 4 eos. potius enim debet quis pati mortem quam malo conſentire, vt 32 q.5. ita ne. & occiſores corporis non ſunt cõtra iuſtitiam timendi. vt 11 quæſt. 4. non ſolum & c. nolite 31. q. 2. Lotharius. Solu. hic non excuſantur tales a toto, ſed a tãto. metus enim uel coactio conditionalis non excuſat peccatum, ſed attenuat, ut extra quod metus cau. ſacris Et no. hic quod contra ea, quæ publice facta ſunt admittitur probatio in contrarium ſic 31. q. 1. Lotharius. ext. q metus cauſa, perlatũ quod eſt contra regulam generalem. 8. q. 1. licet.

Coactio eſt duplex.

d ¶ Quæ fiunt.] Potius reſpicienda eſt cauſa facti quàm ipſum factum, vt 23. q. 8. occidit, de pœn. diſtin. 1. aut facta.

malignos illos perſequantur, donec ablata reddantur.

e ¶ Abſoluimus.] Hic conſueuit dubitari circa duo: ſcilicet an iuramẽtum per uim extortum obliget: Item an Papa poſſit diſpenſare in illicito iuramento. & q non

Iuramentũ per vim extortũ, vtrũ obliget.

ad hanc ſanctam ſedem perlatum (quod pudet dicere, & non ſolum ſacerdotali, ſed etiam omni Chriſtiano nomini eſt inimicum) quòd nõnulli epiſcopos, vel ſacerdotes aut metu compellunt, aut vi extorquent, aut fraude decipiunt, aliquas confeſſionis ſuæ in alteram partem, quàm debeant literas [a] ſcribere [β], aut pro ſuarum non requiſitione [b] cauſarum†, aut (quod deterius eſt) pro alieni erroris [c] ſecta ſcripturis facere, & proprijs manibus roborare, & coram populis recitare, atque confiteri. Aliquos dicunt carceribus, & ergaſtulis retrudi†, vt ſaltem his territi inſidijs deuient Domini ſacerdotes, & ſuis faueant voluntatibus. *Item vbi ſupra.* ¶ Confeſſio vero in talibus non compulſa, ſed ſpontanea fieri debet ipſo atteſtante, qui ait: [Ex corde enim procedunt homicidia, adulteria, fornicationes, blaſphemiæ;] & cætera, quę ſunt ad hęc pertinentia. ¶ Nec tantum attendenda ſunt, quæ fiunt [d] quantum quo animo fiant. *& paulo poſt.* ¶ Amplius autem reſpicit Deus ad cogitationes, & ſpõtaneas voluntates, quàm ad actus, qui per ſimplicitatem, aut per neceſſitatem fiunt.

† *al. rerum*

† *recludi.*]ori.

ſu. in hoc co. c.

Matth. 15.

α ¶ Auctoribus.] *Iuo habet*, ſi ſacerdotibus vel auctoribus eccleſiæ, *quemadmodum etiam in eadem epiſtola dicitur*, ſi qs erga epiſcopum vel actorẽ eccleſiæ *& refertur ſupra* 2. *q*. 7. *ſi quis erga. Hoc autem loco in epiſtola legitur*, ſimiliter ſi huiuſmodi perſonis quædam ſcripturæ, &c. *Præceſſerant autem cum multa alia, tum quæ referuntur in hoc eodem capite in verſ.* Eſt etiam & ad hanc. *Confectum enim eſt hoc caput ex locis epiſtolę hinc ſumptis, ordine non ſemper ſeruato.*

β ¶ Literas ſcribere.] *Hęc abſunt ab originali, Sufficiunt enim illa, quæ ſequuntur*, ſcripturas facere. *Sed ob gloſſam non ſunt ex puncta.*

Item Nicolaus Papa epiſcopis Galliæ.

¶ Apoſtolica auctoritas, penitus illicita in irritum deducit iuramenta. C. II.

Poly. l. 6. tit. 11.

AVctoritatẽ venerabilium prædeceſſorum noſtrorũ ſecuti, & nominatim beatiſſimi Papę, & martyris a Alexandri quinti a beato Petro, ab omnibus iuramẽtis †, & cuiuſcumque modi obligationibus, quibus illi ſeſe coacti violentia impiorum obligauerant, abſoluimus [e]:

† *al. iuramentis illis.*

AVctoritate] CASVS. Archiepiſcopus Treuerẽ. & pꝑoſitus eius, & multi alij clerici capti fuerunt a quibuſdam prædonibus, & coacti fuerunt ab eis ſe obligare iuramento, & alijs obligationibus: occaſione quarum obligationum res eccleſiaſticas perdiderunt, quare Nicolaus ſcribens epiſcopis Galliæ, abſoluit eos ab omni uinculo iuramenti & obligationis, & dicit quod propter huiuſmodi iuramentum uel obligationes, nullam infamiam uel calumniam aut ſuorum bonorum amiſſionem illos habere permitteret. Sed præcepit præfato archiepiſcopo & defenſoribus Treueren. eccleſiæ, ut ſpirituali & materiali gladio tandiu

non obliget tale iuramentum, videtur hic: quia dicitur hic, quod non debet eſſe uinculum iniquitatis, vt 22. q. quarta inter & extra de iureiu. verum. & extra de reſti. ſpo. ſolicite. & extra quod metu. cauſa, perlatum. Item quia inconueniens eſſet, quod malefactor ex improbitate ſua conſequeretur actionem, vt ff. de fur. itaque fullo. Præterea, ſi malefactor petit rem, poteſt ſe reus tueri exceptione quod metus cauſa, cum illa exceptio per iuramentum non ſit ſublata. Præterea non obſtante tali iuramento poteſt, petere rem ſi eã tradidit eum illud non iurauerit, vt extra de iuretur. debitores & extra

Digitized by Google

Eſa. 58.

& ne illa ſeruentur: vetuimus tam præfatum archiepiſcopum Treuerenſem, quàm eius præpoſitum, & omnes, qui tunc temporis capti ſe illis quoquomodo obligauerunt: neque vllam eos proinde infamiam, vel calumniam, aut à ſuis bonis ſequeſtrationem vnquam auctore Deo, & ſanctis Apoſtolis, & noſtris prædeceſſoribus ſuſtinere permittimus: ſicut per prophetam Dominus dicit: [Diſſolue colligationes impietatis.] Quin etiam prefato fratri noſtro, filijſque Treuerenſis eccleſię, illiuſq; defenſoribus hæc in mandatis damus; vt ſpirituali ſimul & materiali [a] gladio tandiu malignos illos, eorumque fautores inſequantur quouſque cum integritate poſſeſſiones, vel quęcunque res eccleſiaſticę hoc facto, vel quocunque pacto diſtractæ, ſeu direptæ ſunt, reuocentur.

a ¶ Alexandri.] *Nicolaus citat epiſtolam Alex. I. de qua re notatum eſt ſupra diſt. 19. ſi Romanorum.*

2 *A fidelitatis etiã iuramento Romanus Pontifex non nullos abſoluit, cum aliquos à ſua dignitate deponit.*

Unde Gregorius Papa.

¶ *In manuſcriptis eſt vt in vulgatis,* Gelaſius Papa Anaſtaſio Imperatori. *Cuius Gelaſii eſſe non poteſt, Zacharias enim & Carolus magnus, quorum in hoc capite mentio fit, multo poſt Gelaſium vixerunt. Habetur autem in regeſto Gregorij ſeptimi lib. 8. epiſt. 21. Herimanno Metenſi epiſcopo ſcripta, quam refert Iuo. In qua quidem epiſtola paulo ante multa ex epiſtola Gelaſii Anaſtaſio Imperatori ſcripta afferuntur.*

& extra, quod metus cauſa, ad audientiam. Ergo cum poteſt rem petere, multo fortius poteſt ſe tueri exceptione: quia cui damus actionem, multo fortius exceptionem, ff. de ſuperfic l. 1. extra de iureiur. quemadmodum. Et econtra probatur, quod obliget: quia licet fuerit coactus, tamen voluit, quia coacta voluntas eſt voluntas, vt ſ. ea. q. 1. merito. Item quia non vergit in interitum ſalutis æternæ, eſt ergo obſeruandum, vt extra, de iureiuran. ſi vero. nec prodeſt ꝙ compulſus fuit. 22. q. 5. qui compulſus, & cap. ſi quis coactus. Solu. quidam dicunt quod talis fuit metus, qui cadit in conſtantem virum, quod iuramentum ob talem metum factum non obligat [1]: & ſecundum eos exponitur hic hoc verbum abſoluimus, id eſt, abſolutos oſtendimus. Alij dicunt, quod qualiſcunque ſit metus, tenetur ſeruare iuramentum factum de rebus proprijs, ſed nullum iuramentum adſtringit ipſum pro rebus eccleſiæ non repetendis, quia iſtud eſt illicitum. & hoc magis probabile videtur, ex quo licitum eſt quod iurat, & poteſt adimplere, vt 22. q. 4. ſi aliquid. Qui primo opinionem ſuſtinent, diſtinguunt inter promiſſoria iuramenta, & aſſertoria. In promiſſorijs iuramentis excuſat metus; in aſſertorijs non: quia potius debet quis omnia mala pati, quàm falſum aſſerere, vt 32. q. 5. ita ne. Dicas ergo, ꝙ omne iuramentum obligat. Si tu obijcis mihi, quod iſte habet exceptionem quod metus cauſa: hoc bene concedo: non poteſt tamen vti ea, ratione iuramenti. Si tamen fuerit vſus ea, bene dico quod repellit agentem, & obtinebit in iudicio non obſtante iuramento. peccat tamen vtendo ead. ſi ergo quis iurauit rem ſuam per metum alij dare, petat à iudice vt cogat illum non recipere, vel ꝙ abſoluat ipſum à iuramento, vt ext. de iureiur. ex adminiſtrationis. ſed ſi ad hoc induci non poteſt, ſoluat, & poſtea repetat: ſi autem iurauerit ſe non repetere, tunc denunciet eccleſiæ factũ illius. ſi autem iurauerit, quod non denunciet, illud iuſm non eſt ſeruandum, vt extra ead. quemadmodum, in fi. quia ex præcepto ad hoc tenetur. 2. q. 1. ſi peccauerit. Ioan. Tu breuiter dicas, quod iuramentum ſuper re illicita, ipſo iure non obligat, ſiue quis faciat ſponte, ſiue coactus, vt ſi iuraui hominem innocentem interficere, & hoc probatur 22. q. 4. in malis. & c. ſeq. & c. ꝙ Dauid. Iuramentum tamen ſuper re licita metu extortum, ipſo iure obligat: ſed datur exceptio ꝙ met. cauſa ad reſcindendum, vt ff. quod metus cauſa, per totũ. & C. eod tit l. 1. & 3. niſi in caſu, vt ff. eo. l. ſi mulier, §. ſi dos. Itẽ in matrimonio, extra de ſponſ. cum locum. Item in voto, extra quod met. cauſa, perlatum. B. Vtrum autem in iuramento Papa poſſit diſpenſare quęritur. Hoc c. videtur dicere quod ſic, per prædictas decretales, vt extra de vot. & voti redẽ. magnæ. immo in omni iuramento eſt excepta auctoritas maioris, vt extra, de iureiur. venientes. & extra de reſcrip. conſtitutus. Item Imperator diſpẽſat i eod. ff ad munic. Imperatores. Item videtur ꝙ non: quia iuramẽtum eſt de iure naturali, vt 22. q. 4. ſi ad peccatum. ſed in talibus Papa non poteſt diſpenſare. 25. quæſt. 1. ſunt quidam. Item argum. ad hoc extra de ſtatu monach. cum ad monaſterium. Hugo dicit, quod in nullo iuramento licito poteſt Papa diſpenſare, niſi ad hoc ſolum, quod non habeatur infamis, qui tranſgreditur illud, & hos non abſoluit, ſed abſolutos denunciat, quoniam iurauerunt de rebus eccleſiæ non repetendis, vt dicit. Tu dicas, quod in voluntarijs iuramentis non diſpenſat, ſed in coactis bene: ſi tamen abſoluit aliquem tenet abſolutio. Dico enim, quod contra ius naturale poteſt diſpenſare, dum tamen non contra Euangelium, vel contra articulos fidei: tamen contra Apoſtolum * diſpenſat. 34. diſtinct. lector. 82. diſtinctio. presbyter. Ioan.

Papa an poſſit in iuramento diſpenſare.

1 Dũmodo ſit tale, ꝙ poſſit ſeruari ſine interitu aīæ: aliàs ſecus, vt leg & no extra, de iureiur. ſi vero.

* *Papa quãdo cõtra Apoſtolum diſpẽſet, vide 34. diſt. lector.*

a ¶ Materiali.] Argum. quod iudex eccleſiaſticus bene poteſt indicere bellum, & in bello inſequi hoſtes, vt 23. q. 8. igitur. & c. hortatu & c. vt pridem, & 63. diſtin. Hadrianus. Item arg. ꝙ iudex eccleſiaſticus poteſt præcipere iudici ſæculari vt puniat maleficos, vt 23. quæſt 4. ſi quos, & q. 5. relegentes, & q. 8. vt pridem. Arg contra 23 q. vlt. his à quibus.

Bellum poteſt indici à iudice eccleſiaſtico.

A FIDELITATIS. Hæc eſt ſecunda pars q. in qua probat quod laicus incorrigibilis per eccleſiã poſſit deponi à ſua dignitate. & hoc probat per tria capita. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra in duobus proximis capit. abſoluit Papa ab obligationibus & iuramentis coactis. Nunc vero vult oſtendere Gratian. quod idem poſſit facere de iuramento fidelitatis, cum aliquos à ſuis dignitatibus deponit,

Alius.]

Digitized by Google

u permanet, vt 22. q. 2. ne quis, in ſi. ff. de ſol. cum quis. Itē vbi nulla eſt petitio, ibi nulla eſt mora, vt ff. de verb. obl. ſi pupillus. Itē quia malè meriti publica egeſtate laborare debent, vt ff. depo. bona fides. De hoc aũt non eſt dubiũ quin debitum poſſit peti ab excõicato, vt ex. de ſent.

ALius.] CASVS. Gelaſius Papa ſcribens contra Anaſtaſium Imperatorem dicit, quod poteſt eum deponere propter malitiam ſuam, & hoc probat exemplo Zachariæ Papæ, qui regem Francorum depoſuit, non tantum propter ſua delicta, quantum pro eo ꝙ inutilis erat, & loco eius Pipinum patrem Caroli poſuit: & omnes Francigenas à fidelitate eius abſoluit: & milites à vinculo iuramẽti in depoſitionibus epiſcoporum. Alij habẽt verba iſta vlti pro §. Gratiani, qui ſic incipit, quod ex frequenti.

a ¶ Alius.] Quia de alio Papa præceſſerat ſermo: qui idem fecerat.

b ¶ Inutilis] Nõ intelligas inutilis, i. inſufficiẽs, tunc enim debuiſſet ei dari coadiutor, vt 7. queſt. 1. quamuis, & cap. petiſti, ſed diſſolutus erat cum mulieribus, & effœminatus.

c ¶ Depoſuit.] Ergo Papa deponit Imperatorem 1, vt 96. diſtinct. duo. & cap. ſi Imperator. nam & transferre poteſt Imperium, vt extra, de elect. venerabilem. Argumen. contra 93. diſtinct. legimus, in fine. & 96. diſtinctio. cum ad verum. Solu. dicitur depoſuiſſe, qui deponentibus conſenſit.

Imperator poteſt a Papa deponi.

1 Adde idem tenuiſſe Bal in l. non ambigitur. ff. de legi.

d ¶ Iuramento.] Supple ratione dignitatis præſtito, non ratione perſonę. Ioan. de Fan.

¶ Pontificalis auctoritas à iuramento fidelitatis nonnullos abſoluit. C. III.

ALius [a] item Romanus Pontifex, Zacharias ſcilicet, regem Francorum non tam pro ſuis iniquitatibus, quam pro eo, quòd tantæ poteſtati erat inutilis [b], à regno depoſuit [c], & Pipinum Caroli magni Imperatoris patrem in eius locum ſubſtituit; omneſq; Francigenas à iuramento [d] fidelitatis quod illi fecerant, abſoluit. Quod etiam ex auctoritate frequenti agit ſancta eccleſia cum milites abſoluit à vinculo iuramenti: quod factum eſt his epiſcopis, qui Apoſtolica auctoritate à pontificali gradu deponuntur. Greg. vij. l. 8. reg. Iuo p. 5 c. vlt.

Item Gregorius ſeptimus Romanæ ſynodo præſidens dixit. lib. 5. regeſti.

¶ Excommunicati vinculo fidelitatis non tenentur obnoxij. C. IIII.

NOs ſanctorum prædeceſſorum noſtrorum ſtatuta tenentes, eos, qui excommunicatis fidelitate [e], aut ſacramento conſtricti ſunt [f], Apoſtolica auctoritate à ſacramento abſoluimus: & ne eis fidelitatem obſeruent, omnibus modis prohibemus: quouſque [α] ipſi ad ſatisfactionem veniant. Pann. l. 5. c. 110.

α ¶ Quouſque, &c.] *Verba hæc non ſunt in codice manuſcripto Vaticano.*

Item Vrbanus II. epiſcopo Vapicenſi.

¶ Antequam reconcilientur, fidelitatem excommunicatis nullus ſeruare cogitur. C. V.

IVratos milites Hugoni comiti, ne ipſi, quamdiu excommunicatus eſt, ſeruiant, prohibeto †. Qui ſi ſacramenta prætenderint; moneantur oportere Deo magis ſeruire, quàm hominibus. Fidelitatem enim, quàm Chriſtiano principi iurarunt, Deo eiuſque ſanctis aduerſanti, & eorum præcepta calcanti, nulla cohibentur auctoritate perſoluere. Pann. l. 5. c. 111. † *al. prohibete* *Act. 5.*

NOs ſanctorum.] CASVS. Quidã ſacramento fidelitatis quibuſdam excõicatis erant adſtricti. quærebat vtrum tempore excõmunicationis deberent eis ſeruire? Et reſpondet quòd non: niſi ſatisfaciant prius, & abſoluantur ab excommunicatione, aut ſacramento, id eſt, ſacramento fidelitatis: & etiam ſine ſacramento, faciunt quidam fidelitatem alijs; & ideo hæc diuerſificate potes.

Excõicato an dẽat fieri ſolutio.

e ¶ Fidelitate.] 11. q. 3. quoniam multos, contra. ſed ibi eſt ſolutum. Item contra argum. 11 q 3. Iulianus. Sed ibi eſt ſolutum.

f ¶ Conſtricti ſunt.] Sed quid dices ſi iuraui me ſoluturum alicui pecuniam, vel ſub pœna promiſi: & ille excõicatur: nunquid teneor ei ſoluere? Vr̃ ꝙ non 2: quia qualitercunque poſſumus debemus vexare malos, vt ceſſent à malo, vt 23. q. 6 iam vero & vtilius eſurienti, &c. vt 5. q 5 non omnis, & excommunicatis in nullo caſu communicabimus, niſi in his, quę ſpectãt ad correctionem eorum, vt 11 q 3 cum excommunicato. Item quia intelligor iuraſſe ſub hac cõditione, ſi res in eodem ſtatu permanet... ſent. excom. ſi verè. Sol pecunia illa non reddatur ei, ſed deponatur in ædem ſacram. Verius credo, ꝙ licet ille non habeat ius petẽdi, tamen debet ei ſolui, ſic extra de iureiur. debitores & probatur extra de ſent excõ. ſi verè. vnde licet excommunicatio tollat obligationem quo ad fidelitatem, non tamen quoad alios contractus, vt videtur Io. Probabiliter dici poteſt quòd excommunicato non ſit ſoluendum, cum nemo debeat participare cum eo, vt 11. q. 3 cum excommunicato. niſi in caſibus, vt ſ. 11. q 3 quoniam multos. Nec obſtat illa decret. ſi vere, quia illud factum fuit de neceſſitate. B.

2 Et verum eſt ſm Bart. qui ſic nota extra de hæret. cap. vlt. & ibi ēt not. Inno. de conceſſ. præb. cũ noſtris. vbi dicit, quod excommunicato nil debet ſolui.

IVratos milites.] CASVS. Hugo comes excommunicatus erat, propter quod ſcribit Vrbanus ſecundus, cuidam epiſcopo vt prohibeat ne milites ratione fidelitatis ſeruiant ipſi comiti quamdiu fuerit excommunicatus: quia magis oportet Deo ſeruire, quàm comiti eccleſiæ aduerſanti.

Abſque

Digitized by Google

ABſque ſynodali.] Hæc quæſt. diuiditur in duas partes, in quarum prima probat per quinque cap. quod ſolus epitcopus non poteſt deponere presbyterum, Secunda ibi, [Solus.] Ioan. de Fant.

CA-

QVÆSTIO VII.

ABſque a ſynodali vero audientia ſacerdotem damnari, in Hiſpalenſi ſecundo concilio, cui Iſidorus interfuit, capit. 6. ſic prohibetur.

¶Sine concilij examinatione presbyter, vel diaconus non deijciatur. C. I.

SExta actione comperimus, Flagitanum Cordubenſis eccleſiæ presbyterum iniuſte olim a pontifice ſuo deiectum, & innocentem exilio condemnatum. Quem rurſus ordini ſuo reſtituentes α, id denuo aduerſus præſumptionem noſtram β decreuimus, vt iuxta priſcorum Patrum ſynodalem ſententiam nullus noſtrum ſine concilij b examine quemlibet presbyterum, vel diaconum deijcere audeat. Nam multi ſunt, qui indiſcuſſos poteſtate tyrannica, non auctoritate canonica damnant. Et ſicut nonnullos gratia fauoris ſublimant; ita quoſdam odio, inuidiaque permoti humiliant: & ad leuem opinionis auram condemnant; quorum crimen non approbant. Epiſcopus enim ſacerdotibus, ac miniſtris ſolus c honorem dare poteſt; ſolus auferre non poteſt. Si enim hi, qui in ſæculo a dominis ſuis honorem libertatis adepti ſunt, in ſeruitutis nexum non reuoluuntur, niſi publice apud prætoris, ac præſidis tribunal in foro fuerint accuſati; quanto magis hi, qui diuinis altaribus conſecrati honore eccleſiaſtico decorantur? Qui profecto, nec ab vno damnari, nec vno iudicante potuerunt honoris ſui priuilegiis exui: ſed præſentati ſynodali iudicio, quod canon de illis præceperit, deffiniri.

inf. ead. c. epiſcopus.] & ſup. diſt. 67. eps.

α ¶Reſtituentes.] *Sic eſt emendatum ex codicibus conciliorum impreſſis, & manuſcriptis. Sic etiam apertius declaratur illum canonice a concilio eſſe reſtitutum, quàm ex lectione Gratiani vulgata,* reſtituaum eſſe comperimus.

β ¶Noſtram.] *Antea legebatur,* veſtram *in recentioribus autem conciliorum editionibus eſt,* nouam *Emendatum eſt ex antiquioribus editionibus, & duobus codicibus Vaticanis, & Lucenſi regio quemadmodum & paulo poſt,* nullus noſtrum, *cum antea eſſet,* nullus veſtrum. *Modeſti enim, & religioſi epiſcopi ſibi etiam metuunt. Alia vero quædam ſunt ex iiſdem codicibus emendata.*

ſex epiſcopis, diaconum tribus: reliquos vero clericos deponere poteſt, vt inf. ead q. 1 Fœlix & c. ſi autem. epiſcopum vero ſolus Papa deponere poteſt. ſup 3. q 6. dudú. De hoc not. in ſumma huius q.

a ¶Abſque]Si agatur contra clericum de crimine criminaliter, neceſſaria eſt præſentia epiſcoporum, ſecundum quod traditur inf c. ſi quis, & Fœlix. Diſtinguit tamen, quia ſi agatur de crimine ad depoſitionem ordinis; tunc habet locum c. Fœlix. & ca. ſi quis. Si autem agatur ad depoſitionem beneficij, tūc ſolus epiſcopus poteſt cognoſcere cū clericis ſuis, vt 18. q. 2. ſi quis abbas, & 16 q. 7. inuentum, & extra de iud. at ſi clerici. & 11. q. 3. quis epiſcopus damnatur, & extra de coha. cleric. & mulie. c. ſicut & c. de ſacerdotibus. Item ſi agatur de crimine in modum exceptionis ſolus poteſt cognoſcere ext. de accu ſuper his licet ſit argu. contra 23. diſtinct. illud Tamen quocunque modo agatur de crimine, ſemper accuſator punitur, vt calumniator, vt ext. de accu ſuper his, & c cum dilectus.

Clerico criminoſo quis pœnitētiam imponit.

S Exta actione.] CASVS. Flagitanus Cordubenſis eccleſię presbyter iniuſte a ſuo epiſcopo depoſitus, in exiliū eſt cōdemnatus. Tandē ab eodem epiſcopo, vel ſynodo fuit reſtitutus, propter quam præſumptionem remouendam ſtatuit Hiſpalen concilium vt abſque ſynodali præſentia nullus epiſcopus presbyterum deponat, vel diaconum: & hoc probat ad inſtar libertorū, qui licet fiant ingrati: non tamen auctoritate dominorum, ſed in tribunali foro apud iudicem accuſati, & conuicti in ſeruitutem reuocantur. Caſum ſequentis capit. inuenies. 86. diſtinct. ſi quid vero.

CASVS. Hic intitulatur 7. q. vbi quæritur, an epiſcopus ſacerdotem condemnare valeat abſque ſynodali audientia. Et reſpondetur, quod ſolus epiſcopus presbyterum ſuſpendere poteſt, vt inf. ead q. 8. hi, qui & in cauſa ciuili inter ſuos clericos cognoſcere, vt ſup. 10. q. 3. quia. Deponere vero non poteſt presbyterum, niſi cum

b ¶Concilij.] Ergo tres epiſcopi faciunt conciliū: quia tres epiſcopi examinant cauſam diaconi, vt inf. ea ſi q. a.
c ¶Solus] Incorporalia enim facilius conſtituuntur quàm deſtruantur, extra de tranſlat. inter. Hæc eſt vna

ra-

Digitized by Google

ratio quare in ꝓmotione clericorum nõ requirunt plures epiſcopi ſicut i remotione ſic. Item quia ſæpius ordinãtur clerici, quã deponuntur: vnde graue eſſet toties vocare tot epiſcopos. Itẽ quia depoſitio frequẽter fit cauſa odij, ſed ordinatio cauſa electionis. ſolus autem conicit dignitates, ſi hoc habet ex conſuetudine, vt ext. de his quæ fi. a præla. ead. noſcitur.

Ordinatio clericorũ facilius fit, quã depoſitio.

SI quis tumidus.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod in cauſa criminali vbi agitur ad depoſitionẽ diaconi, debent tres epiſcopi intereſſe i cauſa presbyteri ſex: in cauſa vero epiſcopi 12. qui cauſam debent diligenter examinare.

a ¶Natu.] Quantum ad ordines.

b ¶Pro perſonis.] i. prout perſonæ ſunt conſtitutæ in ſacris ordinibus.

c ¶Ab his.] Ideſt, ab epiſcopis.

FOelix.] CASVS. In hoc c dicitur, quod cã criminalis epiſcopi a 12. epiſcopis audiri debet, cauſa presbyteri a ſex, cauſa vero diaconi a tribus cum proprio epiſcopo.

d ¶Cum proprio.] Ideſt, præter propriũ epiſcopũ. 2 q. 5 presbyter.

SI autẽ.] CASVS. Dicitur in hoc c. quod ſi presbyter accuſatur, ſex epiſcopi debent intereſſe ſi diaconus, tres: cæterorũ vero clericorum cauſas criminales ſolus epiſcopus poteſt tractare.

e ¶Si autem.] Hoc c. eſt pars illius 4. q. 5. quiſquis.

f ¶A cõmunione.] ideſt, eædem dilationes dantur accuſatori, quæ & reo, & æquæ excõmunicabitur accuſator ſi non vene-

Item Gregorius Ioanni epiſcopo Panormitano, lib. 11. epiſt. 49.

†Cauſas clericorum epiſcopus non niſi cum ſenioribus eccleſiæ audiat. C. II.

SI quid de quocumque clerico ad aures tuas peruenerit, quod te iuſte poſſit offendere; facile non credas: nec ad vindictam te res accendat incognita: ſed præſentibus ſenioribus eccleſiæ tuæ diligenter eſt veritas perſcrutanda, & tunc, ſi qualitas rei popoſcerit, canonica diſtrictio culpam feriat delinquentis. *diſt. 86. ſi quid.*

Item ex concilio Carthaginienſi α primo, c. 11.

α ¶Carthaginienſi.] *Sic eſt emendatum ex vetuſtis codicibus. Nam in vulgatis erat,* Agathenſi primo, *cum vnicum duntaxat Agathenſe memoretur.*

¶A quot epiſcopis presbyteri, vel diaconi ſunt audiendi. C. III.

SI quis tumidus, vel contumelioſus extiterit in maiorem natu [a], vel aliquam cauſam habuerit; a tribus vicinis epiſcopis, ſi diaconus β eſt, qui arguitur; ſi presbyter, a ſex: ſi epiſcopus, a duodecim conſacerdotibus audiatur. Vniuerſi epiſcopi dixerunt. Contemptus debet contumaciæ, & ſuperbiæ in omnibus frangi. Cauſæ † vero pro perſonis † [b] ab his [c] ſtatuto numero audiantur. *† al. cauſa audiatur.* *† al. perſonis ſtatuto.*

β ¶Si diaconus.] *In vulgatis conciliorum editionibus legitur,* ſi diaconus eſt, arguatur presbyter, &c.

Item ex concilio Carthaginienſi 2. c. 10.

¶De eodem. C. IIII.

FOelix epiſcopus Selemſelitanus dixit. Etiam hoc adiicio ſecundum ſtatuta veterum conciliorum, vt ſi quis epiſcopus (quod non optamus †) in reatum aliquem incurrerit, & fuerit ei nimia neceſſitas, non poſſe plurimos congregare; ne in crimine remaneat: a duodecim epiſcopis audiatur, & a ſex presbyter γ, & a tribus diaconus, cum proprio [d] ſuo epiſcopo. *3 q. 8. ſuggero. Anſ. l. 3. c. 121. Bur l. 1. c. 149. Iuo p. 5. c. 262. † al. opinamur.*

γ ¶Presbyter.] *Sic legitur in concilio, quod eſt in codice canonum, c. 12. & græco, & duobus codicibus conciliorum Vaticanis, & vno alio per antiquo, & concordat cum ſeq. cap. In editionibus autem conciliorum Pariſienſibus, ac Colonienſibus habetur,* & a ſex presbyteris, & tribus diaconis, *quemadmodum, & in multis Gratiani manuſcriptis.*

Item ex concilio Carthaginienſi tertio, c. 8.

¶De eodem. C. V.

SI autem [e] presbyteri, vel diaconi fuerint accuſati; adiuncto ſibi ex vicinis locis proprius† epiſcopus legitimo numero collegarum, quos ab eodem accuſari petierint, ideſt vna ſecum in presbyteri nomine α ſex, in diaconi tribus, ipſorum cauſas diſcutiat †, eadem dierum †, & dilationum, & a communione [f] remotionum, & diſcuſſione perſonarum inter ac- *Anſ. l. 3. c. 123. Burc. l. 2. c. 205. Iuo p. 6. c. 280. † cum proprio epiſcopo. † al. diſcutiant. † al. dierum dilatione.*

Digitized by Google

venerit,ſicut reus, vt 4 q.5.quiſquis.
a ¶ Solus] Id eſt, ſine alijs epiſcopis : non tamen ſine clericis ſuis,vt infra ea c.proxi Ioan.
SOLVS. Hæc eſt 2.parsq.in qua dicitur, ꝙ cauſas aliorum electorum à ſacerdote & diacono in capitulo ſuo

& ſententia ſine talibus aſſeſſoribus lata, nulla eſt: ſicut ſententia nulla eſt, quæ fertur contra fiſcum abſente aduocato fiſci vt ff de iure fiſci, ſi fiſcus. ſicut videtur dicere lex, vt ſententia quę fertur officio iudicis ipſo abſente, quod nulla ſit, vt C.de ſent.& inter om iu cum ſententiam. Quod tamen clerici ſint iudices, eſt arg.6.q.3.ſcitote.

cuſatores,& eos qui accuſantur,forma ſeruata. Reliquorum autem clericorum cauſas etiam ſolus [a] epiſcopus loci agnoſcat,& finiat.

α ¶ Nomine ſex.] *Sic in cæteris codicibus impreſſis, & manuſcriptis præterquam in editione Colonienſi quatuor tomorū, in qua habetur.* pꝛ̄sbyteri nomine quinque in diaconi duobus.

2 *Solus autem ad excluſionem aliorum epiſcoporum, non ſuorum clericorum dicitur, ſine quorum præſentia eius ſententia erit irrita.*

Vnde in Chartaginienſi concilio 4.c.23.legitur.

¶ Abſque pręſentia clericorum nullius cauſam epiſcopus audiat. C. VI.

Bure l.1.c.114. Iuo p.5.c.214.

j EPiſcopus, nullius cauſam audiat abſque præſentia ſuorum [b] clericorum:alioquin irrita erit ſententia epiſcopi,niſi clericorum præſentia confirmetur.

Item ex concilio Hiſpalenſi 2.c.6.

¶ Niſi in ſynodo canonice vocati ſacerdotes damnari non poſſunt. C. VII.

ſu. eo. c. ſexta actione.& diſt.67. epiſcopus.
† *al nexum non reſoluuntur.*

EPiſcopus ſacerdotibus,ac miniſteris ſolus honorem dare poteſt,auferre ſolus non poteſt.Si enim hi,qui in ſæculo à dominis ſuis honorem libertatis adepti ſunt in ſeruitutis iugum † non reuocantur, niſi publice apud prætoris ac præſidis tribunal in foro fuerint accuſati: quanto magis hi,qui diuinis altaribus conſecrari honore eccleſiaſtico decorantur? Qui profecto nec ab vno damnari, nec vno iudicante poterunt honoris ſui priuilegijs exui: ſed præſentati ſynodali iudicio,quod canon de illis præceperit oportet definiri.

QVÆSTIO VIII.

DE vltima vero [c] queſtione ſic ſtatutum eſt in concilio Neocæſarienſi,c,9.& 10.

EPiſcopus.] CASVS. Dicitur in hoc c.ꝙ epiſcopus ſolus dare honorē poteſt, quem ſolus auferre non poteſt. Si .n libertus in ſeruitutē reuocari non poteſt,niſi apud iudices legitime fuerit conuictus:quanto magis diuinis altaribus cōſecratus,ab vno ſolo non poterit damnari?

DE vltima. CASVS. Hic intitulatur, 8.qō.vbi quæritur, ſi aliquis ſponte confitetur vel conuincitur peccaſſe ante ordinationem. vtrum poſſit officio ſuo frui. Et reſpon. quod ſi in præſentia confiteatur: non abſtineat vt 50. diſtin. de his vero. in fin ſi extra ius non præiudicat ſibi vt ſupra. ead.quęſtio. 5. preſbyter . Si vero in iure confiteatur, & timore probationū deponitur. ſiue ante ordinationem, ſiue poſt commiſerit illud,vt 24 diſt c.vlt. ſi ſponte confiteatur remouetur ab executione ſacerdotij : in alijs tamē ordinibus diſpenſatiue remanebit, vt infra ea.c.1.Si vero cōfitetur crimē quod fecit poſt ordinationem,acta pęnitentia diſpenſatiue in ſuo ordine permanebit,vt inf.c.2.& in vtroque iſtorum caſuum de rigore iuris eſſet deponendus. & hoc verum eſt in magnis criminibus, quæ inducunt depoſitionem. Sed pro paruo crimine acta pœnitentia ſtat in ordine ſuo, vt 5.q.4.in loco.& de conſ.diſt.2.relatum & hoc inuenies in ſumma huius quæſtionis planius

ſuo poteſt epiſcopus diffinire,ſupple excepto ſubdiacono,qui hodie cum diacono pari paſſu ambulat . extra de ſeruis non ord.miramur Ioan.de Fant.
CASVS. Dictum eſt, ꝙ ſolus epiſcopus poteſt tractare cauſas criminales clericorum.ſed ne aliquis putaret, ꝙ alij clerici non deberent intereſſe: ideo dicit Gratia. ꝙ hæc dictio,ſolus,non excludit clericos:ſed alios epiſcopos.Sequens c planum eſt.

Ep̄s an poſſit ſolus delinquentem condēnare.

b EPiſcopus] ¶ Suorum.] ſufficit tamen maior pars ſi abſentes prębeant aſſenſum, vt 64. diſtinct.o. capitu 1.& 2. Sed nunquid & iſti clerici ſunt iudices iſtius ? Non videtur , cum quilibet eorum ſit forte minor eo . Quidam dicunt ꝙ ipſum concilium ſiue capitulum habet iuriſdictionem ordinariam: nullus tamen per ſe eſt iudex. Alij dicunt, ꝙ ſunt aſſeſſores epiſcopi:

Crimen an̄ ordinationē cōmiſſum, an impediat frui officio.

c ¶ De vltima vero.] Hic q̄ritur,ſi aliq̄s confitetur crimē ꝙ facit ante ordinationem ſuā vel cōuincitur peccaſſe an̄ ordinationē ſuā,an poſſit frui officio ſuo: Diſtinguas ergo quia aut eſt tale crimen ꝙ inducit depoſitionem aut nō, ſi nō inducit acta pnīa remanet in ordine ſuo,vt hic,& 61.di. ſicut Item ſi inducit depoſitionē tūc ſi cōfitetur illud in pnīa,nō abſtinebit ab officio, vt 50.diſt de his vero, in fi ſimiliter ſi confitetur illud extra ius,quod talis cōfeſſio ei nō p̄iudicat,vt ſu.e.q.5.p̄ſbyter

Digitized by Google

¶ Presbyter, qui ante ordinationem confitetur ſe corporaliter lapſum, poſtea non offerat.

C. I.

QVi admiſit corporale peccatum [a], & hic poſtea presbyter ordinatus eſt, ſi confeſſus fuerit [b], quòd ante ordinationem ſuam peccauerit; non quidem offerat [c]; maneat autem † in alijs officijs propter eius ſtudij [d] vtilitatem α. Nam cætera [e] peccata conſuerunt plurimi etiã ordinatione priuari β. Quòd ſi de his non fuerit confeſſus, nec ab aliquibus poteſt manifeſtè conuinci; huic ipſi de ſe poteſtas [f] eſt committenda. ¶ Similiter & diaconus ſi in eodem culpæ genere fuerit inuolutus: ſeſe à miniſterio [g] cohibebit.

Rabanus lib. de pœnit. c. 1. Poly. l. 4. tit. 39. Burc. l. 2. c. 49. Iuo p. 6. c. 150. Pann. l. 3. c. 151.

† *al. tamen*

Cap. 10. ibid.

α ¶ Propter eius ſtudij vtilitatem.] *Græcè eſt,* διὰ τὴν ἄλλην σπουδὴν, *id eſt,* propter ſtudium, ac diligentiam, quam cæteroquin adhibet.

β ¶ Priuari.] *Græcè legitur:* τὴν χειροθεσίαν ἀφιέναι, *id eſt,* per manus impoſitionem dimitti, *quemadmodum fere vertit Dionyſius, cuius verſionem cæteri collectores attulerunt: hac tamen clauſula omiſſa. Nam hæc verſio, quàm Gratianus affert, eſt priſca, quæ in collectione Iſidori. Ita ex his verbis large alia eligitur ſententia, atque auctor gloſſa putarit.*

Item ex concilio Ilerdenſi, c. 5.

¶ Deſeruientes altario, ſi carnis fragilitate deliquerint, epiſcopi arbitrio ſubiaceant.

C. II.

HI qui [h] altario Dei deſeruiũt, ſi ſubito in flenda carnis fragilitate corruerint [i], & Dño reſpiciente dignè pœnituerint; ita vt mortificato corpore cordis cõtriti ſacrificium Deo offerãt; maneat in poteſtate [k] pontificis vel veraciter afflictos non diu ſuſpendere, vel deſidioſos prolixiore tempore ab eccleſiæ corpore ſegregare: ita ta-

Diſtinct. 50. hi, qui altario. Rabanus lib. pœniten c. 1. Burc. l. 19 c 74. Iuo p. 15. c. 87.

vt 5 c. q 5. presbyter, licet ſit arg. contra ext de exceſ. p̃lat quam ſit graue [1]. Si vero confitetur in iure crimen ſuum cõmiſſum ante ordinationem ſuam, deponitur ab officio ſacerdotali; retinebit tamen nomen presbyteri: & omne inferius officiũ, vt ꝫ ea. c. 1. & c. ſi quis presbyter, & hoc cũ ſponte illud confitetur. Si vero confitetur illud timore probationum: tunc ſiue ante, ſiue poſt ordinationẽ ſuam illud cõmiſit, deponitur irreparabiliter, vt 24. diſtinc. cap. vlt. 50 diſtin. ex pœnitentibus. 81. diſtinc. ſi quis ſine examinatione, & c. ſi quis epiſcopus. Si ergo quis ſponte cõfitetur crimen cõmiſſum poſt ordinationem ad tẽpus debet ſuſpendi ad agẽdam pœnitentiam: ſed poſtea reſtituitur ex diſpenſatione, vt infra eod capit 2. ſi quæras, quæ crimina inducunt depoſitionẽ: & dico quod non eſt à canone expreſſum. videmus enim quod quædam non inducunt: nam clericus tumultũ faciens in ſynodo, nõ deponitur, vt 5 quæſtio 4. in loco. Item qui cantat duas Miſſas ſub vno canone, vt de conſecratio diſtin. 2. relatum. Item ſi epiſcopus citatus non venit ad ſynodum. 18. diſt. ſi quis autem. & c decernimus: & tamẽ quodlibet tale eſt mortale. Similiter pro temeratio iuramento non deponitur aliquis, vt extra de iure iuran. ſicut. Tradunt autem quidam pro regula, ꝙ omne crimen inducit depoſitionem, niſi ſpecialiter à canone excipiatur. Alij dicunt, quod nullum crimẽ inducit depoſitionem, niſi ſpecialiter à canone exprimatur [2]: & hęc opinio maiori æquitati innititur; quare tenẽda eſt. Ioan. Sed hæc materia eſt hodie determinata, extra de temp. ord. cap. vlt. B. [3]

QVi admiſit] CASVS. Quidam presbyter in iudicio ſponte confeſſus eſt fornicationem feciſſe ante ſuam ordinationem. quæſitum eſt in concilio Neocæſarienſi quam pœnam debeat pati. Et reſpondet. quod ſi presbyter eſt confeſſus ſponte executione ſacerdotali carebit: ſed in alijs officijs permanebit, ſi eſt vtilis Si vero non eſt confeſſus vel conuictus, ſuo arbitrio relinquatur. Cætera vero peccata, grauiora ſ. vt dixerunt plurimi, inducunt depoſitionem. [Vel cætera peccata,] id eſt cæteri peccatores, qui conuincuntur nolentes confiteri, debent deponi. Idem ſtatuitur de diacono quod de ſacerdote ſtatutum eſt. Caſum ſequentis capituli inuenies 50 diſt. hi qui.

a ¶ Corporale peccatum.] Id eſt fornicationem.

b ¶ Si confeſſus fuerit.] Sponte, non metu probationũ.

c ¶ Offerat.] Id eſt, officiet; aliàs conficiat.

d ¶ Studij.] Quia ſtudioſè confeſſus eſt: vel quia vtilis eſt eccleſiæ, cum tali enim diſpenſatur, vt 50. diſtinc. ſtudeat.

e ¶ Cætera.] Id eſt, cæteros peccatores, qui volunt ſponte confiteri. Vel dic propriè, alia peccata à fornicatione. & ſic eſt arg. ꝙ minus punitur aliquis propter fornicationem, quàm propter aliud crimen: hoc ideo, quia pauci ſine illo crimine inueniuntur, vt 50 diſtinc. quia tua. & ad idem eſt arg. 82 diſt presbyter. 81. diſt. ſi qui clerici arg contra 33. diſt c. vlt.

f ¶ Poteſtas.] Confitendi [4] crimen: ſed & ſi non vult non confiteri, relinquitur arbitrio ſuo, vt 33. diſtinct. habuiſſe.

g ¶ A miniſterio.] Diaconali, ſed non ſubdiaconali.

h HI qui] Hoc ponitur ꝫ diſt. 50. hi qui.

i ¶ Corruerint] Loquitur ergo de eo, qui poſt ordinationem delinquit. Sed nonne magis delinquit ille qui delinquit in dignitate, quàm qui extra dignitatem delinquit, vt 40. diſt homo Chriſtianus, & 25. q 1. nulli. Reſpon. ſic: ſed ideo magis punitur, quia ſciens ſe permiſit ordinari. 50 diſt. ex pœnitentibus.

K ¶ In poteſtate.] Si intelligas hoc c. de clerico depoſito, tunc eſt hic argum. quod epiſcopus poteſt reſtituere clericum depoſitum. Si autem de ſuſpenſo, tunc patet: quod relinquitur arbitrio epiſcopi, an velit ſuſpẽſo reddere officium ſuum: ſed cum iſte clericus ratione criminis

1 Nõ contradicit. qm̃ ibi accidit. ꝑ accidens, ſ. ꝑ ſcandalũ & infamiã, non ꝑ confeſſionẽ, vt ibi not. per Vinc. & B. ſed de hac materia dic vt plenè notat Inno. B. Con. & H. ext. de elect. per inquiſitionem.

Crimina q̃ ſunt depoſitione digna.

2 Idẽ tenet Alę. de Imo. in l. temus, circa princ. C. de iu. delib per text. in Auth. de non eligen. ſecdo nubẽ.

3 De hoc ẽt not. 61. diſt. c. 1. extra de tẽp. ordi. ex tenore. & c. vlt & in p̃di. decre. ſicut. & ꝙ iſta ſuia tanquã verior ſit tenẽda hic no. Hugo.

Fornicationem pauci euitant.

4 Subaudi, vel purgandi, ſi non eſt infamatus. ſed ſi eſt, cogit ad purgationem arg. 2. q. 5. p̃sbyter. ſecundũ H. & Lau.

Dignitas aggrauat peccatum.

Digitized by Google

nis non poſſit promoueri ad ſublimiorem gradum: quomodo ergo poteſt ipſum reſtituere famæ, cum per pœnitentiam non tollatur infamia, vt 2 q. 3. §. hinc colligetur: poteſt dici, ꝙ ex quo Papa dat poteſtatem diſpenſandi: ergo per conſequens reſtituendi famæ.

a ¶Ite-

netur: filij vero eius in ſeruitutem eccleſiæ ad cuius ignominiam nati ſunt, redigantur.

b ¶Ex ancillæ.] Sed quare punitur dominus ancillæ illius? Reſpon. in fauorem eccleſiæ, vel ideo quia ratione criminis illa acta eſt de ſuo foro.

men, vt ſic officiorum ſuorum loca recipiant, ne poſſint ad altiora officia vlterius promoueri. Quòd ſi iterato [a] velut canes ad vomitum reuerſi fuerint, & veluti ſues in volutabris luti iacuerint; non ſolum dignitate officij careant, ſed etiam ſanctam communionem, niſi in exitu, non percipiant.

Item ex concilio Toletano 9. c. 10.

¶Ex miniſtris eccleſiæ geniti in ſeruitutem deuocentur eiuſdem. C. III.

Iuo p. 6. c. 425.
† *al. innocentia.*]

CVm multæ ſuper incontinentia † ordinis clericorum hactenus emanauerint ſententiæ patrum, & nullatenus ipſorum reformari quiuerit correctio morum; vſque adeo ſententiam iudicantium protraxere commiſſa culparum, vt non tantum ferretur vltio in auctores ſcelerum, verum, & in progeniem damnatorum. Ideoque quilibet ab epiſcopo vſque ad ſubdiaconum deinceps, qui vel ex ancillæ [b], vel ex ingenuæ [c] deteſtando connubio [d] in honore conſtituti filios procreauerit; illi quidem, ex quibus geniti probabuntur, canonica cenſura damnentur. Proles aliena † pollutione nata, non ſolum hæreditatem [e] † nunquam accipiet, ſed etiam in ſeruitutem eius eccleſiæ, de cuius ſacerdotis, vel miniſtri ignominia nati ſunt iure perenni manebunt.

† *al. tali.*
† *al. hæreditatem parentum.*

Item ex concilio Martini Papæ, c. 52.

In c. Marti. Brach.
Ex conc. Neocæſarien. c. 9. & 10.

¶Qui confitetur ſe ante ordinationem peccaſſe, non ſacrificet: conuictus autem deponatur. C. IIII.

But. l. 2. c. 48.
Iuo p. 6. c. 149.
Pann. l. 3. c. 150.

SI quis presbyter ante ordinationem peccauerit, & poſt ordinationem confeſſus fuerit, ꝙ ante peccauerit; non offerat, ſed tantum pro religione nomen [f] presbyteri portet. Si autem non ipſe confeſſus, ſed ab alio publicè fuerit conuictus; nec hoc ipſum habeat, vt nomen presbyteri portet. Similiter, & de diaconis obſeruandum eſt, vt ſi ipſi confeſſi fuerint, ordinem ſubdiaconi accipiant †.

† *al. retineant.*

Item Nicolaus ad conſulta Bulgarorum, c. 71.

Ext de cohab. cler. & mul. c. veſtra duxit.
Iuo p. 2. c. 83.
Pann. l. 5 c. 14.

¶De manu ſacerdotis, qui ab eccleſia toleratur, licitè ſacramenta ſumuntur. C. V.

SCiſci-

c ¶Ingenuæ.] Specialis eſt iſte caſus, vbi filius conditionē matris liberæ non ſequitur, cōtra id quod eſt 32. q. 4. liberi.

d ¶Cōnubio.] Ergo patet, ꝙ loquitur de ſacerdotibus, qui legitimè ducunt vxores, tales enim grauius puniūtur, vt 32. d cor. 81. d. quidam, & 28. diſt presbyter. Quid, quid tamen hic dicatur: cum eccleſia non ſit iſto iure vſa, perdit ius iſtud, ſicut illud qđ poſſit exigere pœnā ſacrilegij, vt 17. q 4. quiſquis.

e ¶Hæreditatem.] ſ. paternam. nam matri etiā ſuccedit ſpurius filius, & teſtamentum matris pōt dici inofficioſum, vt ff de inoffi. teſtam. ſi ſuſpecti. § r. lo. hodie ſpurij omni beneficio excluduntur vt C. de natur. libe. authen. licet. B.

Spurius ſuccedit matri.

SI qs presbyter.] CASVS. Dicit in hoc c. ꝙ ſi quis presbyter cōfeſſus fuerit ſpontè ante ordinationem feciſſe fornicationem, non habebit executionem ſacerdotij, quia nō celebrabit: ſed tantum nomē ſacerdotis habebit. Si aūt non fuerit ſpontè confeſſus, ſed ab alio cōuictus: tunc nec nomen ſacerdotis habebit. Idē eſt de diacono, qđ dictum eſt de ſacerdote.

f ¶Nomen.] Si quæris quid ei valeat retineri nomē presbyteri? Dico quod in omnibus retinet priuilegium presbyteri in loco ſubſcriptionis, & in alijs præter hoc ſolum, ꝙ non poteſt Miſſam celebrare, vt ſup. ea. q 7. Fœlix.

a ¶Iterato.] Argu. grauius puniri iteratum delictum, vt 25. q 2. ita nos, extra de coha. cleri. clericos. & de hæret. ad abolendam. lo. de Fant.

CVm multæ.] CASVS. Conſtitutiones multæ factæ fuerant, vt clerici in ſacris ordin. conſtituti viuerēt continenter, quod cum non facerent, ſtatutum fuit in concilio Toletano, vt quicumque deinceps ab epiſcopo vſque ad ſubdiaconum ex deteſtando connubio liberæ, vel ancillæ liberos procreauerit, canonica cenſura damnetur: filij vero eius in ſeruitutem eccleſiæ ad cuius ignominiam nati ſunt, redigantur.

SCiſcitantibus] CASVS. Bulgari quæſiuerunt a Nicolao, vtrum a ſacerdote in adulterio deprehenſo, vel tantum de hoc infamato debeamus communionem recipere? Et reſpondet, quod ſic: quouſque epiſcoporum iudicio reprobetur, quia non pōt aliquis quantumcunque pollutus diuina polluere ſacramenta. Et quod recipere debeamus, tribus rationibus probat. Prima

Digitized by Google

ma eſt, qui ſicut cereus accenſus ſeipſum conſumit, alijs vero lumen præbet: ſic presbyter peccando nocet ſibi, alij vero ex officio prodeſt. Secunda eſt, quia ſacramenta non habent effectum ſecundum merita dantis, ſed accipiētis. Tertia eſt, q a ante examinationem, & criminis probationem nullus eſt a communione ſuſpendendus. Prima rō eſt ibi, [Quoniam mali.] Secūda ibi, [Sumite.] Tertia ibi, [Qui rurſus.]

a ¶ Sciſcitantibus.] ſup. diſt. 32. nullus. contra. Ioan. ſed ibi loquitur de crimine quod eſt notorium per ſnīam, 1 quod falſum eſt, vt extr. de cohab. cle. veſtra, & cap. ſeq. & ca. vl. vbi dicitur quòd ſufficit ſi eſt notorium rei euidentia B. Sed nūne eo ipſo ꝙ quis cōprehenſus eſt in adulterio, infamis eſt, licet nondum ſit damnatus, vt ff. de ritu nup palam? Reſpon. talis infamia nō ſufficit ad hoc, vt abſtinendum ſit a ſacramentis ſuis, niſi infametur per ſententiā vt dixit 32. diſt. § verum, requiritur .n. quod ſit deprehenſus, & conuictus, extra de iudi. cum non ab homine. tamē bene concedo, ꝙ omnis ſacerdos in mortali exiſtēs eſt ſuſpēſus quo ad ſe, vt 1. q. 1 ſacerdotes, ſed non quo ad alios: niſi ſit præciſus, vel niſi ſit notorius fornicator, vel ſimoniacus, vt 32 diſt. § verum.

1 Hic arg. de occulto, vel alias manifeſto ſin H.

Infamis nec eſt in adulterio deprehenſus.

b ¶ Fide Chriſti.] Ideſt, per fidem Chriſti.

c ¶ Mundum.] Ideſt, amorem, & delectationem mundanorum.

d ¶ Sed accipiens.] Ideſt, recipitur ſecundum meritum recipientis: ſed non ſecundum meritum dantis, de conſe. diſt. 2. vtrum.

K ¶ Ac-

tantibus [a] vobis, ſi a ſacerdote, qui ſiue deprehenſus in adulterio, ſiue de hoc ſola fama reprehenſus eſt, debeatis cōionem ſuſcipere, nec ne, reſpondemus. Non poteſt aliquis, quantumcumque pollutus ſit, ſacramēta diuina polluere; quæ purgatoria cunctarum contagionum exiſtunt: nec poteſt ſolis radius per cloacas, & latrinas tranſiens aliquid exinde contaminationis attrahere. Proinde qualiſcumque ſacerdos ſit; quæ ſancta ſunt, coinquinare non poteſt. Idcirco ab eo, vſquequo iudicio epiſcoporum reprobetur, communio percipienda eſt: quoniam mali bona adminiſtrando ſe tantummodo lædunt: & cærea α fax accenſa ſibi quidem detrimentum præſtat, alijs vero lumen in tenebris adminiſtrat: & vnde alijs commodum exhibet, inde ſibi diſpendium præbet. Sumite ergo intrepidi ab omni ſacerdote Chriſti myſteria †: quia omnia fide † Chriſti [b] purgantur. Fides eſt enim, quæ hunc mundum [c] vincit: & quia non dantis †, ſed accipientis [d] fit, dicente Beato Hieronymo β; [Ad credendum in anima omni baptiſmus eſt perfectus: & in omni ſacerdote corpus Chriſti eſt perfectum.] ¶ Qui rurſus ſacræ ſcripturæ concordans ait: [Priuſquam audias, ne iudicaueris quemquam:] atque ante probationem accuſationis illatæ neminem a tua communione ſuſpendas; quia non ſtatim, qui accuſatur [e], reus eſt, ſed qui conuincitur.

† *al. miniſteria.*
† *al. in fide.*
† *al. damnatis meritum.*
In epiſtola de ſeptē gradibus tomo 4.
Act. 15.
1. Io. 5.
Eccl. 11.

α ¶ Et cerea.] *Antea legebatur*, &c. *Reſtitutum eſt ex originali, ex quo alia etiam ſunt emendata, & addita.*

β ¶ Hieronymo.] *Eſt in epiſtola de ſeptem gradibus, quemadmodum, & quo ſequitur*, priuſquam audias, &c. *eſt ibidem ſuperius.*

e ¶ Accuſatur.] Si 8. q. 4. nonne. 35. quæſt. 6. multorum, & 11. quæſtio. 3. eorum. extra vt lite pen. laudabilem. Ioan.

Quidam

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google